
13
2
9~51



Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

H

13. 9. g. 51

34 α 4 34 α 4 ~~13. 20. 6. 20~~


Digitized by Google

Digitized by Google

IVRIS RESPONSA
CAMILLI DE MEDICIS
IVRECONSVLTI

DOCTRINÆ PRÆSTANTIA, VERBORVM VBERTATE, grauitate ſententiarum, in cauſis dicendis inter maximos ætatis ſuæ patronos clariſſimi,

A MAGNIS HETRVRIAE DVCIBVS EQVESTRI Ordini S. Stephani in militem adſcripti, & in Neapolitano Regno in Quæſtorem, ſiue Tribunum adſciti, & ampli reditus Commenda donati.



N E A P O L I,
Ex Typographia Dominici de Ferdinando Maccarano. MDCXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Stephani Monleuerij Bibliopolæ Neapolitani.

Digitized by Google

Imprimatur.
Alexander Episcopus Carinolæ Vicarius Generalis.

Alexander Ruffus Canonicus deputatus vidit.

Ioannes Longus Canonicus Neapolitanus S.T.D. deputatus.



ILLVSTRISSIME, AC EXCELLENTISSIME D.

Camilli de Medicis olim celeberrimi, ac decoratissimi in foro Neapolitano Aduocati Consilia, pro quorum impressione eius eruditissimus, ac nobilissimus gener Fabius Galeota supplicauit, ad tua cum perlegerim mandata, Excellentissime Princeps, expressum, ac viuum, extincti omnium dolore Authoris simulachrum videre visus sum: Emicant enim ijs in scriptis, aureus ille eius eloquentiæ fluuius, germani iuris termini, ac veri proprijque sensus; adeo vt veterum iuris latorum illorum mens in eis eloqui videatur. Quapropter ne dum edenda, sed Excellentiæ tuæ, cuius tempora ad restituendas, reuocandasque è læthe virtutes summus opifex concessisse videtur, supplicandum existimo, vt omnem lapidem remoueri iubeat, quo quam primum, thesaurus hic publicæ vtilitati prodeat. Vale Excellentissime Princeps. X. Kal. Iul. MDCXIII.

Excellentiæ tuæ

Humillimus seruus

Don Ferdinandus Quadra.

Imprimatur
Constantius Regens. Valenzuela Regens. Vrsinus Regens.

Prouisum per Illustrissimum Dominum Locumtenentem Generalem. Neapol. die 18. *Augusti. MDCXX.*

Gifelmus.

Digitized by Google



Viuis adhuc, viuis; nam consultissimus æqui
  Mira excusa typis iura, Camille, doces.
Iura doces: calamiq; tui mulcemur ab ictu,
  Mitia dum docto codice sensa feris.
Iam subeunt animo mores, & quanta per artem
  Sederat in verbis mellea Suada tuis.
Dixerit, & iam quisque tuis it gratia passim
  Tanta libris: ibat quanta, Camille, Labris.

§ 2 A D

Digitized by Google

AD CAMILLVM DE MEDICIS
TIBERII DE AMATI
ADVOCATI NEAPOLITANI.

EPIGRAMMA.

Porrectam generoſa refert Clementia dextram:
  Nobilitas currum ſumma per aſtra regit.
Diua bifrons nil non oculis Prudentia luſtrat:
  Eſt Dea candori nubere nata Fides.
Igne micans, ſuperis ſacrum Dea ſignat amorem;
  Ingenium, virgo vertice nata Iouis.
Iane feris pacem: pacis Themis alma ſororem
  Iuſtitiam, æquali prædita lance manum.
Ne noua tot rerum compendia quære: Camillus,
  Omnia qui retulit moribus, vnus erat.



SERE-

Digitized by Google

SERENISSIMO DOMINO

D. FERDINANDO MEDICES SECVNDO MAGNO HETRVRIAE DVCI QVINTO.

FABIVS CAPICIVS GALEOTA IVRECONSVLTVS NEAPOL. F.

EDVNTVR tandem in vulgus, quæ Camillus Mediceus olim elucubrauit ingenij monumēta: eaq; per patrocinij tui commendationem, nominiſque ſplendorem in Doctorum conſpectum, ac poſteritatis commendationem prodire par erat. Natus quippe es Franciſco Patruo, magno Ferdinando Auo, quibus magnis Hetrurię Ducibus vitā duxit Camillus immortalitate digniſſimam: quorum patrocinio ad hominum exſtimationē eius fama ſuccreuit, & ab aura fauoris, quam vterq; in eum certatim afflabat, eiuſdē virtus ad omne glorię genus effloruit. Erat hoc in illo Viro pręcipuum, vt nullum pręclarum facinus maiori cum laude ſuſcipiendum putarit, quam vt maiores illos tuos ſummo ſtudio veneraretur. Nunc verò quòd hanc eius voluntatem tibi etiam acceptam eſſe, ac memorię iucundā oſtendis; efficis omninò, vt tam ingens meritorum pondus Ego eius hęres, ac Gener neq; officio ſuſtinere, neq; animo complecti me poſſe confidam. Atq; hęc dies, noctesq; toto me pectore meditantem, idem venerationis, & obſeruantię ſtudium eò prouexit, vt hoc volumen Conſiliorum, quibus colligendis, digerendisq; aliquandiu deſudaui, tradere conſtituerim in fidem humanitatis, ac benegnitatis tuæ, vt in ingenioſo Soceri mei monumento Poſteri de tua liberalitate perlegant officioſum Generi teſtimonium. Accedit eodem, quòd ab Auguſtiſſima Auſtriacorum Familia maternum ducis genus; ſub cuius familiæ Imperio, ac ditione vtrumq; noſtrum natura genuit, fortuna ſtabiliuit, conſeruauit voluntas: à qua & in me, & in Camillum Socerum non pauca, quę recolere iucundiſſimū, prędicare glorioſiſſimum, vel dignitatis inſignia, vel beneficientię teſtimonia

§ 3 dima-

dimanarunt.Ille à Philippo II.nostro olim Rege omnis ętatis sapientissimo in Fiscalem sui patrimonij Aduocatum, mox etiam in Regium Consiliarium adlectus est. sed ijs muneribus videri maluit dignus,quam defungi:non quòd minus gloriosum esse existimasset,omne studium, atq; ingenium in Regium famulatum conferre;sed quod diffideret,se affectæ iam valetudinis, & imbecillissimarũ virium hominem potentissimo Regi probaturum, eam diligentiam,curam, assiduitatem,quam ipse à Regio Ministro in publicis muneribus reposcendam esse iudicabat.Ego verò (vt de me aliquid pressius dicam)magistratus à nostris mihi Proregibus semel,atq; iterum ad tempus,ac pro tempore demandatos,subiui quidem alacriter; conatusq; pro viribus sum ad Regis erga nos beneficientissimi, tùm vtilitatem,tum obsequium,quicquid in me esset ingenij,diligentięq; conuertere. Vt taceam auos,atauos,maiores meos studio bellicę laudis insignes pro Austriacorum Regum incolumitate vel se,vitamq; suam deuouisse, vel fortunas omnes profudisse. Nam maternum mihi genus tam multos extulit Iuris peritissimos,tàm multos Magistratus Regios,& in Iure dicundo supremos,continenti serie,atq; hęreditario fermè Iure effudit; vt ea familia Iuris Consultorum officina,ac pręcipuorum Magistratuum Seminarium non immeritò dici posse videatur.Quare cum tam multa, tamq; eximia, vel à nutu amplitudinis tuæ,vel ab Augustissima Matris tuæ familia tum in me, tum in Camillum Socerum meum profecta sint merita;grauem, & inexpiabilem culpam suscepturus mihi viderer, si hoc Consiliorum opus iuris quodammodo tui,tibi inscriptum,& dicatum non emitterem. Quòd eò tibi gratius fore confido, quia à Camillo profectum, quia à me tui obseruantissimo euulgatum. Vale.

L E-

LECTORI.





VEM præ manibus habes, Humanissime Lector, illius Camilli Medices eruditissimus est liber, nobis relictus velut ex Cræsi diuitijs obolus: illius, inquam, Camilli qui in foro, ac iuditijs perdiù versatus, ità suam fidem, integritatem, morum suauitatem omnibus probauit, vt è vita decedens triste sui desiderium, atque absolutissimum virtutum omnium exemplar ad imitandum, posteritati reliquerit. Is Iuris intelligentiam, atque omni prudentiæ genere insigniter præstitit, tantaque floruit eloquentiæ laude, vt non suæ solum, sed superioris etiam ætatis iureperitos longè, multumque præuerterit vniuersos. Hinc illa omnium vox, & popularis opinio, in Camillo summam eloquentiam, in altero eius æquali, & Consorte gloriosi laboris, quem honoris causa reticeo, summam esse iuris prudentiam. Sed ità dictitabat doctorum hominum vulgus, non quod Camillus cuiquam legum scientia esset inferior, sed vt esset, quæ sua vnicuique tribueretur laus, & mos est hominum, vt nolint eumdem pluribus rebus excellere. Sed profectò eloquentia præstabat omnibus, iurisprudentia nemini cedebat. Testor hunc ipsum librum quasi digituli vnius articulum, ex quo possis giganteam molem assequi coniectura, in eo multa quidem de Iure Consilia conscripta sunt, quibus extrema non accessit manus; etenim non eo consilio scribebat, vt ea posteris typorum beneficio transmitteret, sed vt suis cum se dabat occasio, Clientibus patrocinaretur. Ea tamen omnia tanta Iuris subtilitate, magnitudine ingenij, iudicij acrimonia scripta sunt; vt satis arguant admirabilem eius, ac propè singularem doctrinæ præstantiam. Nimirum nihil nisi aptum, & accommodatum ad eius manum, mentemque veniebat, vt multo meliora fortuitò illi exciderent quàm alij, qui assiduo opere eamdem tundunt incudem, ac labore propè pertinaci extundunt. Erat idem valetudine pertenui, ac delicatissimo corporis habitu: neque tamen vel diem vnum à studijs vacuum abire patiebatur, adeò erat nouæ semper acquirendæ doctrinæ auidus. Hac ille studij assiduitate, ita corporis vires vehementer attriuerat, vt medicorum consilio de studio sibi remittendum putauerit. Ea causa fuit, vt à Philippo Rege Hispaniarum II. creatus primùm Fiscalis sui Patrimonij Aduocatus, tùm Regius Consiliarius; eiusmodi Magistratus ea constantia recusauerit, qua affectare, atque ambire alij solent, vel quòd ab omni ambitionis genere maximopere abhorreret, vel quod negaret se ho-

minem

Digitized by Google

minem valetudinarium, tùm publicæ vtilitati, tùm suæ conscientiæ satisfacere posse. Extant super ea re Regẽtis Antonij Cardenae literæ, quibus ea facti series liquidissime patet. His ille artibus, atque animi dotibus instructus adrepsit in maximam omnium ordinum existimationem, omnibus æquè carus, tenuibus, locupletibus, infimatibus, summatibus. Illis, quia effusa liberalitate subuenire per interualla cõsueuerat: scriniaque sua exhauriebat interdum, adeò largam stipem ijs ad vitæ sustẽtationem erogabat. His, quia ad maiores causas semper adhibitus, Magnorum Virorum patrocinia egregie sustinebat, tantaque in ijs vtebatur contentione animi, atque industria, quanta vtendum est homini, qui quominus ingenio potest, subsidio sibi comparat diligentiam: vt & ingeniosos diligentia vinceret, & ingenio diligentes, & totum illud sibi tempus perire crederet, in quo non eiusmodi clientibus deseruiret. Quocirca apud maximos quosque Italiæ Viros, apud Neapolitani Regni Proreges, Hispaniæ Magnates, S.R.E. Cardinales, Italicos Principes tanto in honore, ac pretio fuit, vt dulcis quædam inter eos cõtentio nasceretur, qui maximè amarent Camillum, aut admirarentur; incerti omnes vtrum ne ipsi admirarentur magis, an amarent. Admiratio enim è virtutibus nascebatur, ex admiratione amor, quem sibi ex omnibus maximum comparauerat. In primis à Francisco, & Ferdinando Medices, Magnis Hetruriæ Ducibus, (nam per eadem tempora Camillus floruit) gratiam iniuit eiusmodi, nihil vt illa conglutinatius. Sed quoniam Detractoribus adnitentibus ad eam visus est ascendisse: operępretium facturum me arbitratus sum, si rem omnem aliquantò altius repetam, vt quo cursu, quauè progressione eius gloria vsa sit, planum omnibus apertũque videatur. Fuerunt, qui Camilli gloriæ, quæ ita se sensim extollebat, vt aliquorum luminibus officeret, cum apertè inuidere non possent, occultè detraherent: ij per summam calumniam detulerunt Francisco Medices Magno Hetruriæ Duci, Camillum iniustè sibi gentilitia insignia præclarissimæ familiæ de Medicis vsurpare. Eo nuncio stomachari Magnum Ducem Franciscum, ac minabundum iactitare effecturum se se, vt tàm illustre cognomen suęque tàm gloriosa familiæ insignia à Camillo per summam iniustitiam vindicata, ab eodem per summam contumeliam, ac ludibrium deponãtur. Hìc Camillus omnem mouere lapidem est coactus, vt Magno Hetruriæ Duci errorem altius animo impressum eximeret, agere cum eo siuè per literas, siuè per internuncium, vt ne grauetur se de veritate edoceri. Tãdem manifesti mendacij obtrectatores arguit: ostenditque prolatis literarum monumentis, ac iuratis testibus se iure sibi suo vindicasse tùm cognomen, tùm insignia veræ familiæ de Medicis, quę quadringẽtis ab hinc annis fuerit illustris, ac nobilis Graniani, Stabijs, Neapoli, virorum pręclarorum quos plurimos extulit dignitate, ac pręstantia, antiquorum titulorum nominibus, feudorum possessionibus, publicis muneribus, ac nobilium familiarum affinitatibus; neque immeritò pro gentilitio stemmate sex orbiculis

culis vſum eſſe; hęc enim à maioribus ſuis hereditario fermè iure iamdudum acceperat inſignia familię. Quin etiam ea de re proceſſum ritè condendum curauit, addito inſuper decreto Magnę Curię Vicarię, quę ea omnia literarum teſtimonia approbauit. Eum proceſſum ad Franciſcum Magnum Hetrurię Ducem cum ad ſui defenſionem miſiſſet; adduci ille primo vix potuit pre iracundia, vt quidquam eius rei ad ſuas aures admitteret; deinde cauſam totam recognoſcendam tradidit Archiepiſcopo Piſarum ad id munus per idem tempus electo, quem Florentię Aduocatum Fiſcalem adhibuerat, & alteri Fiſcali recens creato, Aſcanio Raſio, vterque, proceſſu ad iuris trutinam examinato, & cauſę momentis diligenter expenſis, Ius à Camillo ſtare iudicant: de iudicio referunt ad Magnum Ducem, qui vna cum iiſdem Iudicibus, ac Fiſcalibus integerrimis litem Camillo rurſus adiudicauit, ac pro ſua poteſtate decreuit Camillum eſſe ex vera, atque illuſtriſſima familia de Medicis, ac proinde iure ſuo vindicare, ac retinere ſibi poſſe, vt antea à ſe, ſuiſque maioribus factitatum eiuſdem familię inſignia. quod ille decretum non ad cuiuſpiam rogatum, aut gratiam, ſed per ſummum Ius fecit., quamuis Camillo ſubiratior; additis pręterea officioſiſſimis ad eum in hanc ſententiam literis, doluiſſe ſe vehementer eius dolorem, quem fortaſſe plurimum ex iniuſta vexatione ſuſceperit, eumque meritorum aſſiduitate, ac beneuolentię efficacitate in poſterum compenſaturum. Iuſſit quoque ea omnia, quę pro ſe Camillus attulerat, literarum monumenta in ſuo tabulario aſſeruari, ad oſtendendam, probandamque familię ſuę antiquitatem, atque ad conſequentium temporum memoriam ex pręſcripto Magnę Curię Vicariae factum eſt publicum teſtimonium de toto huius cauſae progreſſu à principio vſque ad finem adhibitis iuratis teſtibus, ac fide digniſſimis, D. Aloyſio de Toleto eiuſdem Magni Ducis Auunculo, eius Coniuge D. Violante Moſcoſa, Proſpero Columna, qui negotium hoc omne egit, ac promouit, D. Octauio Carrafa Marchione Antij, caeteriſque eiuſdem ſubſillij viris. Ex illo, mutuae neceſſitudinis mira coniunctio Camillo interceſsit cum Sereniſsimis, quorum fuit aetate par Franciſco, ac Ferdinando Magnis Hetruriae Ducibus, Camilli in eos ingens venerationis, & obſeruantiae ſtudium: eorum in Camillum omne fuit officij, ac fiduciae genus. Etenim Hieronymum de Medices Camillo Nepotem ornarunt habitu S. Stephani, quem ſumpſit Neapoli abſque vllo onere conferēdi ſe Piſas. Nullum fuit negotium, quod ad eorum Iuriſdictionem, ac Ducatus imperium pertineret, quod non Camillo committerent, traderentque, nullum aliquanto grauius, quod ſiuè ad eorum Nepotes D. Antonium Medices Capiſtrani Principem, & D. Virginium Vrſinum, ſiuè ad Iulianum Caeſarinum ſpectaret, quod non eiuſdem Camilli fidei concrederetur. Ipſum poſtea Camillum habitu S. Stephani inſigniuit Magnus Hetruriae Dux Ferdinandus datis ad eum cum hac inſcriptione literis, Illuſtri, & Excellentiſsi-

mo

mo I.C.Domino Camillo de Medicis Domini Stephani filio, nobili Neapolitano. Quibus iisdem titulis semper quoad vixit ornatus est non à Ferdinando solum Hetruriæ Duce, sed ab omnibus etiam liberis Italiæ Principibus, Cardinalibus, Magnatibus. Addidit præterea Commendam aureorum nummorum in singulos annos sexcentorum in beneuolentiæ, & officiorum remunerationem. Exinde creatus est Præceptor, seu Commendatarius eiusdem Religionis Sancti Stephani; atque ab eius tum Consiliario, tum Vicecancellario plurima, ac varia pro temporis opportunitate negotia ad eandem Religionem spectantia, eius credita patrocinio. Atque ex eo tempore cum Magnus Hetruriæ Dux Ferdinandus, tùm D.Antonius Medices, aliique Magnates, ac Principes in earum, quas ad eum dabant litterarum inscriptione, semper eum appellarunt I.C.eximium, Illustrem Equitem, & Commendatarium Illustrissimę, & Sacrę Religionis Sancti Stephani. Tandem ab ipso Magno Hetruriæ Duce Ferdinando, qui hominem tam insignem de facie cognoscere, & coram alloqui magnoperè cuperet, Florentiam accersitus est, is ne quid sibi deesse videretur obsequij, atque obseruantiæ in Serenissimum Ducem, Florentiam vsque perrexit, vbi exceptus humanissimè, atque honorificentissimè ab eo fuit. Hunc ille gloriæ cursum sine vlla offensione dimensus, Tandem magno cum omnium mœrore rebus humanis valere dixit, & plaudere XIV. Id. April. salutis nostræ. CIↃ IↃ LXXXXVIII. ætatis suæ LV. Eius obitu cognito, continuò Ferdinandus literas misit, doloris, officijque plenissimas ad eius Coniugem Lauram cognomento Vrsinam de Comitibus Pacentri, pollicitus se, quoad vixerit domum eius vniuersam protecturum, ac tutaturum, id quod re ipsa probatum; Nam quod matrimonium Anna, & Maria de Medicis vnicę Camilli Filiæ post patris obitum contraxere cum Fabio, eiusque Germano Fratre Marcello Capycio Galeota, id ratum, firmumque Serenissimi Ferdinandi consensu, & approbatione, qui literas etiam de eo coniugio scripsit ad Lauram Vrsinam earum matrē, cum lætitiæ, & gratulationis significatione propè singulari. Tandem aliquot post annos Fabius collata in vnum, quæ supremorum Magistratuum plerique præmebant apud se se, Consilia grauiorum causarum vnà cum earum decisionibus, emittere voluit in lucem, ratus si huic officio defuisset, futurum se posteritati iniurium, quæ tantum Virum ignorare cogeretur; edidisset eadem etiam locupletiora, suisque scholijs illustriora, si per causarum, quibus continenter distinetur, patrocinia sibi licuisset. Pauculas tantum Adnotationes, absq; vllo Consiliorū ordine à se inchoatas, ac properatas ad impressoris importunitatem excudi ægrè permisit. pollicetur tamen se propediem editurum non solum integras, & absolutissimas his Consilijs additiones, Sed etiam centum sua Consilia cum quinquaginta Regiæ Cameræ Decisionibus fiscalibus, iisque plerumque feudalibus, factis quo ipse tempore suos in eo Tribunali Magistratus exercuit: opera præterea omnia Camilli de Curte, quem, & à natura

Auun-

Auunculum, & à diſciplina magiſtrum habuit. Et quando de hoc altero Camillo incidit ſermo, iucunda te, humaniſſimè Lector, tàm illuſtris Viri memoria oblectare non parcam. Recole ſis illum honoribus ſcatentem pluribus, feudorum Doctorem, Fiſcalem Regiæ Cameræ Aduocatum, ac Præſidentem, mox etiam Neapolitani Regni in Hiſpaniæ Regia Regentem apud Auguſtiſſimam Philippi III. Regis Maieſtatem, tandem Sacro Capuanæ Conſilio Præfectum, ac Præſidem, atque in eadem, qua olim Io. Andreas de Curte eius parens optimus ampliſſimi Magiſtratus luce collocatum. Vſque adeò paternis veſtigijs viſus eſt inſtitiſſe. Nam quamuis Magiſtratus ille ſupremus, atque vnicus ſit, omnemque reſpuat collegę conſociationem, eaque de cauſa pauciſſimis obuius, ad eum tamen quaſi iure ſibi debitum mira fœlicitate conſcendit. Verum ex Hiſpania Neapolim vix remigrauerat, vix in Sacrum Conſilium, eo Magiſtratu functurus intulerat pedem; cum importuna morte præreptus eſt, & in ipſo propemodum glorioſi muneris ingreſſu, ac veſtibulo, cum magnum quiddam propter ſapientiæ magnitudinem, atque indolis præſtantiam pollicitus videretur, repente lumen illud doctrinæ virtutis, integritatis extinctum eſt. Nimirum ingenia, quo illuſtriora, eò vti ignis quò clarior fulſit, eò citius extinguitur. At quis tum non ingemuit? quis non arſit dolore? quis non illacrymatus eſt eius morti, quem immortalem, ſi fieri poſſet, omnes eſſe cuperent? Quis eius vitam, & auctoritatem ſuperſtitem eſſe nolit, qui ſi pluſculum vitæ ſuppeditatum eſſet, eam valere voluiſſet ad ſalutem innocentium ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum, ad publicæ fœlicitatis cuſtodiam. Tu quiſquis es, Candide Lector, vtrique Camillo benè præcare, vtriuſque virtutem ſuſcipe, admirare fœlicitatem, & ab vtroque tibi dictum puta, Plaude, & Vale.


I V N-



Iuncta vides hic poma rosis Hetrusca Latinis,
Queis nihil est tota pulchrius Italia.
Hesperios referunt hortos hæc stemmata; quid ni
Debuerit custos peruigil esse Leo?

ALIVD DISTICON.

Viuite sub magno mihi stemmata iuncta Camillo:
Et Leo sex orbes, quos tuearis, habe.



Digitized by Google

ELENCHVS ARGVMENTORVM OMNIVM OPERIS.

DE restitutione spoliatorum plenissimè agitur. Præsertim de spoliato possessione arcis, & vassallo de feudo spoliato à Domino, qui prætendit notoriũ ius in proprietate: traditur intellectus c. ad decimas, de restit. spol. in 6. De possessorio iurisdictionis. Arrogatus quãdo in feudis succedat. Assensus, vel priuilegium quando declarẽtur ex supplicatione. & quomodo responsio reguletur à petitione. Clausula reseruatiua iuriũ concedentis, quæ iura conseruet, & nunquid semper operetur etiam in assẽsu. De institutione arrogati, & filij putatiui. Et quando sentẽtia lata cum vno noceat successori in feudo, maioratu, fideicommisso, & alijs. Pro Sereniss. Duce Parmæ, cons. 1. fol. 3.

De substitutione reciproca cum qualitate masculinitatis, & fideicommisso ampliandis ob rationem expressam. De subingressione considerata in successione intestati vtrum sibi locum vendicet in dispositione hominis, in fideicõmissis, & feudis. Et agitur de intellectu glos. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. Gradus, & proximitas in fideicõmissis, & in feudis an sint considerandi cum primo disponente, aut cum vltimo moriente. Delictum feudatarij quando noceat successoribus tàm in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto. De clausula (fidelitate nostra semper salua) & fidelitate plura. Clericatus antequam feudi successio deferatur, vel postea susceptus quando impediat acquisitionẽ, vel illius amissionem inducat; quid in voto se clericandi, beneficio ecclesiastico, & pensione. Et demũ multa de refutatione, & renunciatione quando dicantur personales, vel reales. Pro Illustriss. Domino D. Nicolao Gaetano, cons. 2. fol. 12.

Descendentes masculi positi in conditione quãdo dicantur vocati. Fideicommissum iniunctũ super feudo cum Regis assensu, an alteret naturã ipsius feudi. Bona alienari prohibita vtrum cõfischentur; & quid in feudo, & an delictũ vnius alteri noceat. Pro eodem, cons. 3. fol. 23.

De oneribus impositis, & alienationibus factis de bonis fideicommisso subiectis irritandis. De legato annuo cõditionali, & facto pro se, & filijs masculis tantum; ipsorum transmissione ex cõiecturata mente, & extinctione. De onere annuæ præstationis legatario iniuncto, quando dicatur intrinsecum, vel extrinsecum, vel inducatur ex hoc seruitus aliqua. Dominij translatio quando impediatur ex pacto. Dos quando deducenda ex bonis, vel ex fructibus bonorũ restitutioni subiectorũ. Et quomodo impugnans scripturam valeat ea se interdum iuuare, & alijs. Pro Duce Trahetti circa onera Pedismontis, cons. 4. fol. 28.

Agitur de vero sensu l. si quis argentum, §. 1. C. de donat. Datio in solutum quomodo dicatur sequela obligationis ad text. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eor. Assensus super obligatione quando operetur in adiudicatione, vel datione in solutum subsequentibus; & de immissione ex primo, vel secundo decreto in fructibus in feudo fideicommissario quomodo sit concedenda. Pro eodem, cons. 5. fol. 34.

Adhoa soluitur diuersimodè iuxta diuersas feudorũ qualitates de consuetudine Regni. Numquid concessio in feudum, vel in allodium præsumatur ex diuersis clausulis, præsertim in Gabellis. Et an Rex possit de feudo facere allodium, & quid in Barone. De efficacia diuersarũ clausularum, & verborum, quæ in Priuilegijs, & inuestituris apponi solent. Seruitium an sit de substantia feudi, & quando censeatur remissum. De efficacia taxę adhoę in Cedulario Regiæ Cameræ: & quo tempore præscribatur ius exequutiuum, quod oritur ex sententia. Pro Principe Bisiniani, cons. 6. fol. 37.

Legatum feudi cum omnibus iuribus, introitibus, redditibus, & prouentibus, prout possedit testator, quomodocunque, & qualitercunque; comprehendit introitus emptos à vassallis illorum feudorum exactos simul cum alijs introitibus testatore viuente, & ab eo eodẽ nomine nuncupatos; & sic destinatione testatoris vnitos cum feudis, quamuis de per se essent separati.

Digitized by Google

Pro Marchione Capursij, cum Sereniss. Regina Poloniæ, conf.7.fol.44.

Fratri secundogenito an debeatur vita, & militia in bonis fratris primogeniti; & quid si bona illa fratris primogeniti peruenerunt à communi parente, in cuius bonis habuit secundogenitus semel vitam, & militiam; Et quomodo decisio Capycij in casu prædicto procedat, & intelligenda sit. Pro Marchione Campaniæ cõuento, contra Horatium Grimaldum, conf.8.fol.47.

An agens reiuendicatione, si eius dominium non probet, succumbat; dominiumq; num ex solutione census, locatione, aut æxtimi siue catasti descriptione probetur; probari tamen ex possessione immemorabili cũ alijs requisitis an possit. reique suæ conductor etiam scienter, dominium an perdat; ac in aliquibus casibus vtrum quæstionem dominij refricare possit. Illudque brocardicum, quidquid intra fines feudi est, vtrum de feudo sit disceptatur. Pro Vniuersitate Grauinæ, conf.9.fol.53.

Testamentum conditum, in quo adest clausula codicillaris an irritetur per præteritionem filij. De testamenti factione an illa possit prohiberi à Supremo Principe. An excommunicatus, vel anathematizatus habeant testamenti factionem actiuam saltim, quando excommunicatio non est lata cum causæ cognitione. Vtrum Pontifex disponere valeat contra ea, quæ sunt iuris gentium sine causa probata, & respiciente publicã vtilitatem. Et quid si disponat quo ad bona extra territorium suæ iurisdictionis. De constitutione quo tempore ligeт, & quando ignorantes afficiat. Pro D.Petro à Toledo Principe Montis Albani, & Neapolitanæ Classis Præfecto, conf.10.fol.58.

Soror consanguinea vtrũ excludatur à successione fratris vtrinque coniuncti vigore Consuetudinis Neap. Et an saltim ei competat paragiũ in bonis fraternis, de nouo quæsitis: decisiones Sacri, & Collateralis Consilij referũtur, & tàm de iure constit. Regni, quàm de iure consuetudinario latè subijcitur materia exclusionis, siue admissionis sororum ad successionem transuersalium. Et declaratur præpositio illa, an, & quãdo matre existente in medio, aut alijs ascẽdentibus, sit locus consuetudini; & multa ad intellectũ l.fœminæ, §.illud, C.de secund. nupt. & decis. D.Præsid.24. & 666. Pro Fratribus de Oliuerio, contra Chaterinam sororem, conf. 11. fol.66.

Spolia Prælati quæ sint, de quibus bonis Prælatus disponere, & ad quæ debita soluenda teneatur Camera Apostolica in spolijs succedens. Pro Federico Carrafa, conf.12. fol.73.

Alienatione prohibita in filio, legitima excipitur; verum bona primo loco alienata, vel consumpta, in eam imputantur: nec filius bona pro eius legitima eligere potest, sed in Iudicis arbitrio relinquendum. Pro Andrea Barone, conf.13.fol.74.

Pater quemadmodum filium alere debeat, dubitaque pro alimentis filiorum soluere an teneatur: & filius si legitimæ renunciauerit, & quod pater soluerit debita alimentorũ causa contracta, vtrum valida renunciatio, semelque habita legitima, & consumpta; num aliam alij petere possint. & quid in dote. Pro Illustriss. Cardinali Iesualdo, conf.14. fol.76.

An vendito Castro feudali cum suis iuribus, intelligatur venditus annuus redditus, qui per prius erat vnitus feudo, & deinde fuit separatim exactus per multos annos. Pro Duce Turris Maioris, contra Marchionem Montis nigri, conf.15. fol. 78.

Minor restituitur aduersus exceptionem rei iudicatæ, in qua consideratur rei identitas, causæ, & personæ verè, vel interpretatiuè, & oritur ex eo quod fuit discussum in iudicio. Pro Principissa Mileti, conf.16.fol.80.

Agens possessorio reintegrandæ quæ habet necesse probare, & quando locum illud habeat? Possessorium retinendæ cum petitorio num simul concurrant. Rescriptum exequutiuum vt robur habeat, quæ requirat: Possessionem denique propria authoritate quando liceat recuperare. Pro Particularibus Terræ Castri Sanguinis, contra illos de Mazzaria Ciuitatis Sulmonis, conf.17.fol.84.

Releuij solutio an spectet ad proprietarium, vel ad fructuarium; & an connumeretur inter impensas temporales, vel perpetuas; ipsumque solui de consuetudine per hæredem, non per emptorem. Pro Diana Carrafa, contra Donatam Carrafam, conf.18.fol.87.

Substitutio, sine fideicommissum factum, si sine liberis decesserit; expirat instituto decedente cum filio, aut filia etiam posthuma: & quamuis liberi ipsi sine liberis postea decedant. Prohibitio alienationis nuda à persona vel causa, expressa non enunciatiuè, sed dispositiuè; tanquam nudum præceptum spernitur. Et vestita à causa, vel persona, non extenditur de persona ad personã, etiam ex tacita, & verisimili mente testatoris; nisi quando prohibitio impersonaliter respicit bona, non personã. Et generaliter declaratur quomodo, & quando volũtas potius sit attendenda, quam verba, vel è contra. Pro Ciminis circa fideicommissum, conf.19.fol.90.

Constitutio Regni vt de successionibus quomodo procedat? Renunciatio generalis cum iuramento quid operetur: & si facta sit patri pro se, & hæredibus quando personalis, vel realis dicatur; & nunquid sub huiusmodi generali renũciatione feuda comprehendantur; & vtrum hoc casu assensus sit necessarius, & post litem impetratus validus iudicetur. Pro Liuia Soriana, conf.20.fol.94.

Renuncians generaliter omnibus, & quibuscunq; bonis an feudo intelligatur renunciasse: & renunciatio à filia propter dotem facta parenti, non solum ad beneficium masculorum, sed etiã aliarum filiarum facta intelligitur: ita quod nõ detur filiæ renuncianti amplius regressus ad bona paterna, nec fraterna, si ijs similiter renũciauit. Et de viribus renunciationis hæreditatis ex testamento. In eadem causa Additio fol.99.

Differentia quæ sit inter Ciuitatem, & Casales inter priuilegium, & confirmationem; & an Ciuitas diruta retineat Ciuitatis nomen, & territorium

Digitized by Google

torium, eiusque diffinitio, & à quo nomen territorium sumpsit, Numque communitas agrorum inter vicinas Vniuersitates possit ad libitũ reuocari,& non reuocata quo casu cesset. Pro Reuerendiss. Episcopo Anglonensi, contra Vniuersitatem Tursij, cons.21.fol.103.

Cumulans petitorium, & possessorium, quando obtineat in possessorio, Mandati verba quomodo restringantur. De errante in contractu venditionis quando transferat dominium. Possessio defuncti an continuetur in hæredem in feudalibus,& quandoque in allodialibus. De interdicto adipiscendæ, & donatione remuneratoria facta stipendiario ob seruitia bellica. Pro D. Ioanne Ycart, contra Regium Fiscum,& Principem Casertæ, cons.22.fol.109.

Conductor impeditus vti re locata an, & quando possit habere remissionem mercedis, & quãdo sterilitas cum vbertate compensetur. Pro Magnifico Hieronymo Bliuio, cons.23.fol.111.

Venditionem factam à filia matri,& filijs eiusdẽ, alterius matrimonij, in qua interuenit modicitas pretij,& pactum de retrouendendo, nimia persuasio de ingrediendo Monasterium, donatio iuris luendi intra modicum tempus, & ingressus Monasterij; contractum prædictum venditionis simulatum, & donationem prædictam fraudulentam, ac machinationibus extortam arguere; & ideo rescindendam: & successionem bonorum feudalium venditorũ ad venientes ab intestato spectare, non obstante assensu super dicta venditione impetrato. Pro Morgana de Sangro, cons.24. fol.114.

Filia dotata à patre habente sufficientes facultates, & se protestante de bonis suis, & maternis dotare, an possit petere dotes bonorum maternorum, quando bonis paternis renunciauit, in qua renunciatione fuit læsa: & an dos per patrem assignata semper dicatur congrua; quod fœdere distinctionis de tempore donationis,& mortis parentis quando legitima debetur, terminatur. De renunciatione facta patri, in qua dolus re ipsa,& metus reuerentialis interuenit, an rescindatur. Pro Elionora Sanseuerina, cum D.Principe Bisiniani, cons.25.fol.121.

Creditores deponẽtes pecuniam in Banco, si pro ea vsuras recipiunt, omni carent priuilegio etiã impersonali; sicque omnibus alijs creditoribus postponuntur, & vsuras exactas restituere tenentur, nec eis intelliguntur obligati fideiussores bancharij. Et ex receptione vsurarum censetur facta nouatio etiam iure hodierno; non minus, ac si de partium voluntate depositum in alium contractũ esset transfusum. Pro fideiussoribus Banci Rauascheriorũ. cons.26.f.124.

Creditores Banci, qui post depositam pecuniam conuenerunt de certa mercede recipienda, an omittant priuilegia depositi; ita vt potius haberi debeant vt creditores priuatæ domus, quã Banci, Et quando,& quomodo talis conuentio fieri possit citra labem vsuræ; & an ex tali perceptione vsurarum depositum transeat in aliũ contractum. Et de sensu l. si hominem, §.quoties, ff.depos.& l.si ventri, §.in bonis, ff.de priuil.cred.& cap.per vestras, de donat.int.vir. & vxor. In eadẽ causa,& materia, cons.27.fol.131.

Rex aliquid statuens si eius dispositio generalis est, quamuis ad particularium petitionem statuat; tanquã lex generalis ab omnibus, & apud omnes seruanda erit: & quando Iudicis ordinarij iurisdictio sileat, & sequestrũ fieri possit. Pro Principe Salerni, cons.28.fol.134.

Agitur de intellectu consuetudinis si mulier, & si per illam consuetudinẽ sit correctus text. in l. fine a me, C.ad Velleian, & in quibus casibus vxor consensiens obligationi bonorum mariti, vel renuncians hypothecæ; nunquid si non fuerit cautum super alijs, possit ad bona renunciata redire de iure consuetudinario: & quid de iure communi intercedente iuramento. Pro Laurentio de Laurentijs, cum Cassandra de Nouario, cons.29.fol.138.

Mutus,& surdus à natura, vel ex accidenti an succedat, vel retineat feudum nouum, antiquum, vel paternum; si in his seruitium debetur, in quo feudatarij persona contemplatur: & quid si tale seruitium non debetur. Pro filijs Hieronymæ Caracciolæ Principissæ S.Seueri, cum Comitissa Sarni, cons.30.fol.140.

Officialis exercens officium per substitutum quãdo de culpis, & defectibus substituti teneatur. Officium ad vitam quibus ex causis amittatur quomodo teneantur fideiussores,& nominatores officialium. Ad materiam tit. C.quo quisq; ord. conuen. lib.11. Pro Daniele Centurione, contra Regium Fiscum, cons.31.fol.145.

Venditio conditionalis an,& quando dicatur pretio non liquidato, re non mensurata, & antequam contractus in scriptis redigatur; & interesse tertiarum quando debeatur. Pro D.Garsia de Toledo, cons.32.fol.148.

Spoliatus in quibus casibus non sit ante omnia restituendus,& quando cesset purgatio moræ. Pro D.Eluira Mendotia vxore Domini D. Petri à Toledo, cons.33.fol.150.

Legatum blandis verbis, ac etiam minis, & molestijs mixtis extortum non deberi asseritur: & protestationem declaratiuam de aliquo actu à protestantis voluntate dependente, non enunciatiuè factã, vim clausulæ derogatoriæ quo ad actum contrariũ subsequentem habere probatur, ac tandem legatum sola pœnitentia reuocari, idque per duos testes probari posse concluditur. Pro Alonso Pappacoda, cum Isabella Monforia, cons.34.fol.151.

Renũciatio futuræ successioni viuentis an valeat: & quid si eo consentiente, de cuius hæreditate agitur. Renunciatio feudi contemplatione fratrum an requirat assensum; & quid si renunciatio fuit tantum abdicatiua sine alicuius cõtemplatione;& quando cum contemplatione an pura dicatur, vel conditionalis, si proximæ successuri sunt contemplati. Pro Beatrice Pignatella, contra Ioannem Andream Pignatellum, cons.35.fol.154.

Pactis sibi inuicem pugnantibus, quando nouissima attendantur;& ex quibus quis ita suum remictere videatur simulationem ex aliquibus coniecturis excludi; dominium ex aliquibus probari; & tandem confessio in iudicio fa-

cta quando obesse dicatur. Pro Antonio Leone, cons.36.fol.160.

Ad taxandam legitimam, & paragium quod tempus inspiciatur mortis, an dotationis. Bonæ fidei possessor quando teneatur fructus restituere, & quando dicatur locupletior factus. Pro Ferdinando de Rossis, cons.37.fol.164.

An donatio facta per Vniuersitatem Baroni in recompensationem beneficiorum valeat sine Regio assensu. Et si detur illam esse inualidam an saltem sint soluendæ Baroni summæ debitæ ob gratias receptas: & quod donatio prædicta potius permutatio, quam donatio dicatur. Pro Duce Seminariæ Spinello, contra dictam Vniuersitatem. cons.38.fol.166.

Contra Prodigû, cui bonis est interdictum vtrû possit præsentari instrumentû via ritus, vel saltim ciuiliter rescindi in iudicio ordinario. Quomodo possit dari mora in pupillo, & prodigo: & an difficultas, vel impossibilitas excusent debitorem à mora. Pro Principe Bisiniani, cons.39.fol.169.

De adeunte hereditatem ex testamento iure directo quando possit variare, & petere hæreditatê iure obliquo, vt ex codicillis, ex eadê scriptura, vel ex alijs scienter, vel ignoranter, per errorê iuris, vel facti: quid in reo eligente, & an idem in electione extraiudiciali, & in genere. De electione vnius ex iuribus contrarijs, vel diuersis, quando per illam sit præclusus aditus ad alia. Declaratur tex. in l.fin.C.de codicil l.hereditas, C.de petit.hæred.l.mater. ff.de inoff.test. l.clodius, ff.de acquir.hæred.& decisio Afflict.143. & plura de nullitate testamenti ex causa præteritionis ascendentium. Pro D Felice Vrsina Columna, cum Principe Hostiliani, cons.40.f.173.

Eligens viam ex testamento quando possit eligere ex clausula codicillari. Declaratur decisio Affl.73. & 134. & de Franch.63. Legitima matris an sit tertia tertiæ, vel tertia totius. Pro D. Don Philippo Columna, contra Principem Hostiliani. cons.41.fol.179.

Stipulatio subsequens valida extinguit morã præcedentem. & per silentium diuturnû induci tur remissio vsurarum. Ad moram extinguendam debitor cogitur ire ad domum creditoris, & offerre; quod declaratur duobus modis. Et de interpellatione facta procuratori, vel tutori quando noceat Domino, vel pupillo. Pro Marchione Vasti, & Duce Montis alti, cum Imperatis, cons.42.fol.182.

Ad probationem agnationis, siue cognationis inter aliquos, necessaria est præambula probatio matrimonij inter parentes ipsorum. De filiationis quoque probatione, & quomodo subingressio permittatur de iure côsuetudinario in linea collaterali etiam fauore masculorum ad exclusionem fœminarum. Pro Roberto Marchesio, cons.43.fol.186.

Qualiter, & ex quibus verbis mens contrahentiû cognoscatur, & an ex prouisione facta in vno casu contrarium arguatur in alio non expresso. Nunquê simpliciter solutum per extraneum pro dote mulieris censeatur donatum. Pro Diana Carrafa, cons.44.fol.191.

Remedium l.fin.C.de edict. diu.Adr. quod est inuentum pro rebus corporalibus, an extendatur ad nomina debitorum, in quibus adest hypotheca. & quid in nominibus debitorum sola personali actione obligatorum. Pro Sacro Hospitali S.Mariæ de Populo, contra Ducissam Seminariæ, cons.45.fol.193.

Confessio de dote recepta, præcedente promissione facta viro; an sicut ipsi, ita quoque creditoribus præiudicet. Dos restitui promissa patri stipulanti, & filiæ absenti; vtrum fauore dotis ad beneficium filiæ intelligatur: & si sit restituenda patri rebelli, & proinde incapaci; an Fisco, vel venientibus ab intestato quæratur. Rebellio non notoria an requirat sententiam. De restitutione concessa ad omnia etiam alijs quæsita. Et tandem an in Fiscum transeant ea, quæ ad hæredes extraneos peruenire non possunt. Pro Ducissa Trahetti, contra Ducem Montis alti, cons.46.fol.196.

De feudo concesso pro se, & hæredibus quibuscunque, qui succedant in eo, & de eius natura. An Princeps Salerni habuerit potestatem cognoscendi de feudis. In alienatione subfeudi quaternati an vtriusque Domini requiratur assensus; & in quo subfeudo solius Baronis immediati Domini assensus sufficiat. Pro Horatio Antinoro, cons.47.fol.201.

Solutio partis debiti facta per debitorem, sine expressione in quam causam; quod primo loco cedat in vsuras, posteà si quid superest in sortem: quod si vsuræ declaratæ non sint deberi, cedit solutio in sortem; & soluens vsuras, & sortem pro alio, vsuras etiam vsurarum petere potest. Pro D. Garsia à Toledo, cons.48.f.203.

Contractus celebrati inter feudatarium, & immediate successurum de feudo, an resoluantur in vim refutationis; eiusque effectus qualis sit. & an feudatarius refutando possit sibi ius aliquod reseruare in feudo. Pro Diana Carrafa, cons.49.fol.205.

Ius vindicandi libertatem an cuilibet ex ciuibus competat; & an maior Vniuersitatis pars sufficiat, cum tractatur de præiudicio libertatis, ac seruitutis. Et quonam modo lis dicatur cepta in Consistorio Principis, & contestata; ita vt impediatur cursus anni vassallis dati ad se redimendû: Et vtrum annus prædictus sit statutus à lege, vel ex consuetudine. Pro Vniuersitate Atinæ in causa Demanij, cons.50.fol.208.

Functionibus fiscalibus indefinitè concessis, augumentum proueniens ex numero fumantium aucto, an sit concedentis, vel pertineat ad concessionarium. Consuetudo Tribunalis, stilus, siue obseruantia ex quibus, & quomodo desumantur; an tollantur ex actibus contrarijs: & quid in vno actu collegialiter facto, etiam ad finem eneruandi contrariam consuetudinem. Sententia fundata in falsa causa, aut non lecta, nec publicata, vtrû viribus subsistat: & an ignorantia sententiæ præsumatur. Pro Ducibus Neritonis, & Andriæ, cons.51.fol.211.

Vtrum concessis functionibus fiscalibus vnius terræ alicui Baroni, comprehendatur quoq; augumentum focAlariorum posteà perueniens ex

nova

noua numeratione. Distinguuntur plures casus, & in dubio concluditur pro Fisco contra opinionē I.offredi, conf.52. D. Regentis Reuerterij pro Regio Fisco. fol.222.

Spolium re ipsa apparet, possessionē pœnes actorem fuisse, & nunc penes conuentum esse probato: nec in iudicio spolij proprietatis exceptio agitari potest, etiam si incontinenti spolians illam probare paratus esset. & assensus quando à concessione difformis dicatur. & q Barones in Regno infeudare non possint, notabiliter declaratur. Pro Musitano, contra Ducissam Castrouillaris, conf.53. fol.224.

Substitutio facta si sine liberis masculis, deficit relictis filijs masculis, etiam si illi filij sine liberis decedant. Pro Marchione Sancti Lucidi, conf.54. fol.226.

Releuiū quid sit, eiusque quantitas à quo, & quare soluatur; tempusq; successori concessū ad petendam inuestituram, à qua die currat. Nunq; feudo post mortem feudatarij ad Regē deuoluto, liberum à releuio & onere creditorum cum assensu deueniat. Pro Ioanne Baptista de Ebolo. conf.55. fol.228.

Vtrum bona donata per Regem Monasterio ad certum vsum, cum prohibitione alienationis; possint alienari per maiorē partem Capituli, cedente alienatione in vtilitatem Monasterij. Etsi rescriptum vitietur propter pactum, quod non est de natura contractus, non expressum in libello Pontifici porrecto. Pro Monasterio Sancti Martini Monachorum Carthusiensiū, cum D. Duce Seminariæ, conf.56. fol.231.

Concesso Castro an intelligatur concessum territoriū; concessoue territorio, vel iurisdictione an intelligatur concessum merum, & mixtum imperium, quando à Principe non est expressè declaratū in concessione. Pro Ioanne Vincentio de Tolsa, cum Episcopo Monopolitano. conf.57. fol.235.

Quibus modis bona, & iura fisci detegi possint; quid sit delatio, & delator: & quando super probationibus clarioribus libello, possit sententia ferri. Pro Michaele Couilio Arrendatore. conf.58. fol.237.

Reuocatoria actio competit creditori, probata fraude ex parte dantis, & recipientis in titulo oneroso; in lucratiuo vero ex parte dantis tantum. Pro paragio, & vita militia in subsidium competit actio cōtra possessorem feudi: & pro extimatione rei alienæ legatæ minimè potest dari actio contra feudi possessorem; cum sit onus extrinsecum à feudo, in quo dispositio testatoris non potest operari contra primogenitum. Pro Bartholomeo Cutillo, cum Barone Brisenno, conf.59. fol.239.

Assertioni Principis, siue eius Locumtenentis, an credendum sit. Et vtrum causa præsumatur in Principis dispositione, & quādo illa habeat vim rei iudicatæ, an is auferat dominium à subditis pro bono pacis. De vero sensu Pragmaticę editæ Thori. Et an Rex Catholicus successerit Federico, vel potius Alfonso Primo. Pro Duce Summæ, cū Principe Squillatij, conf.60. fol.242.

Quando filia non obstante dote constituta, vel soluta à patre, ad ipsius successionē in feudis admittatur, etiam existente sorore in capillis, per viam restitutionis in integrum. De effectu reseruationis succedendi in feudis factæ tempore dotationis, cum consensu dotantis, tàm in successione parentis, quàm fratris; & vtrū noceat Fisco ad cap. Regni emergentiū. De intellectu statuti quod stātibus masculis &c. & declarātur optimè verba Isern. de nat. success. feud. nu.30. Pro D. Ioanna de Capua, conf.61. fol.245.

Substituēs quem loco sui in officio, cum clausula quod teneatur si officiū amittatur culpa substituti, verū quo ad pecuniariam administrationē quod substitutus teneatur dare fideiussores: teneatur substituens respectu pecuniariæ administrationis concesso in omnibus Regio assensu secundum petita. Pro Hieronymo Centurione, conf.62. fol.249.

Priuilegiū an, & qn̄ per non vsum amittatur; & an sit aliquod discrimen inter priuilegiū concesū personæ, & Ecclesiæ, & quid in immunitate. Pro Io. Hieronymo Albertino, conf.63. fol.250.

De attentatis lite pendente quid sit actentare, quiue actentator, quæ sint probanda, vt actentata reuocentur. & tandē quando, & quæ actentata debeant in pristinum reduci. Pro Ciuitate Grauinæ, contra Ducem ipsius, conf.64. fol.251.

Proximior succedens in feudo hereditario contra voluntatem testatoris, qui alium fecerat hæredem excluso illo, qui de iure, & ex tenore inuestituræ ad feudi successionem vocabatur; an teneatur ad onera, & ad legata. Pro Beatrice Pignatella, cum Hospitali Sanctissimæ Annuntiatæ, conf.65. fol.254.

Bona quomodo, & qualiter pręsumantur, vel probentur esse feudalia. Donatarius omniū bonorum an possit directo à donantis creditoribus conueniri: & an teneatur ad onera donantis; & quādo donatio omnium bonorum præsumatur facta in præiudicium creditorum. Pro Diana Carrafa, conf.66 fol.258.

Scriptura, vel confessio quando possit pro parte acceptari, & pro parte respui. Creditor immediatus exigendo, vel transigendo cum suo debitore, quando suis creditoribus, quibus nomen erat obligatum, præiudicare possit. quando extraneus soluendo pro alio repetat à vero debitore: & de periculo pertinenti ad emptorem hæreditatis. Pro Marchione Vasti, contra D. Ioannem de Aualos, conf.67. fol.261.

De remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. & an fideicommissarius sit legitimus contradictor, & qn̄. De restitutione verbali, & reali, & deductione legitimæ, & trebellianicę. Pro Ferdinādo, & litis consortibus de Bernando, conf.68. fol.264.

Forindicatus in Regno an dicatur mortuus naturaliter; & quid si est forindicatus propter rebellionē; in quo queritur an absens possit condemnari, & absens ad mortem damnatus iura ciuilia, & naturalia amittat. Pro Scipione Mormili, conf.69. fol.266.

Fiscus succedens priuato tenetur ad integras vsuras ratione euictionis passę, & de intellectu l. cum quidam, §. fiscus, ff. de vsur. Pro Duce Summæ, conf.70. fol.268.

Foriudicati quando, & in quibus habentur pro mortuis, & quæ per foriudicationem amittantur. Bona Neapolitanorum qualiter ex foriudicatione publicentur,& quibus deferantur. Restitutio concessa per Principem quando trahatur ad bona, & quænam bona per restitutionem recuperari possint. Pro Aurelia de Ebulo, contra Andream de Ebulo, conf.71.fol.272.

Indulgentia Principis an profit reis defunctis, & quid in crimine lesæ Maiestatis. Euictio an debeatur pro feudo simpliciter concesso. Fiscus succedens priuato, an semper vtatur iure priuati. De fructibus, siue interesse quando debeantur iure actionis, ita vt de perse separatim peti possint. Et de intellectu l. 2. C. de pign. Pro Guidone,& Carolo Monforte, conf. 72. fol 279.

Bona fideicommisso subiecta quando possint ex causa dotis, & antefati alienari etiam ab extraneo granato, ex coniecturis; ad intellectum text.in auth.res quæ, C.commun. de leg. sedere distinctionis contrariæ opiniones conciliantur. De interpretatione dubiæ voluntatis defuncti, an potius sit facienda pro hærede, vel pro legatario: & quid vbi cum legatario concurrit coniunctio, vel affectio. Pro Ottauio Bozzuto, conf.73.fol.283.

Mater plures habens filios, & inter eos bona sua diuidendo in vita; id quod non dimisit intelligitur relinquere filio, cui assignauit. Ex quibus inducatur hæreditatis delatæ repudiatio, & quando ex scientia,& taciturnitate, præsertim concurrente actu positiuo extrinseco, inducatur consensus.& aliqua ad intellectum l procula, ff.de probat. Pro Marchionissa Vasti,conf. 74. fol.286.

Bona donata vni ex filijs vtrum diminuant patrimonium circa computationē legitimæ debitæ alijs filijs. Et an filiæ fœminę dotatæ,quamuis non admittantur ad partem, faciant tamen partem in computanda legitima. & plura de paragio. In causa Ferdinandi, & Faustinæ Carrafæ filiorum Roberti, conf.75.fol.288.

Annui introitus super Gabella Serici vtrum sint iudicandi burgensatici ex centenaria possessione,an vero feudales ex possessoris confessione, & descriptione in feudum, non tamen continuata,& ex voto Regię Cameræ illos feudales dijudicante, quod tamen exequutionem non habuit. Et an si Princeps confirmet, & de nouo concedat sciens rei qualitatem,& pretium recipiens, nouam formam addat rei confirmatæ. Pro Principe Bisiniani, contra Regium Fiscum super capite annuorum duc.sexcentum, conf.76.fol.295.

Donatio facta sub conditione,vel modo, illis non impletis resoluitur, diuersis actionibus à iure proditis. Et generaliter de resolutione contractus nominati ob defectum causę finalis.quę censeatur causa finalis, & vsque ad quod tempus possit causa impleri. Cessio an differat à promissione de cedendo, renunciatio à promissione de renunciando,& similes. Pro Beatrice de Sangro, conf.77.fol.297.

De alienatione rei emphiteuticæ, quæ nulla est, domino volente. De contractu conditionali, & etiam puro resoluendis ex defectu conditionis, vel ex non implemento causæ finalis; & pœnis contrauenientis contractui iurato à se gesto. In causa Ioannis Pauli Ferrarij,conf.78. fol.300.

Emptor annuorum introituum, qui venditori ex pacto cauit redditus emptos alteri non vendere absque denunciatione in scriptis ipsi facienda; vtrum alteri vendendo sine denunciatione dominium transferat. quid in socin in emptionem aggregato, Quando scientia simplex operetur idem, quod denunciatio requisita. Et de debitore soluente proprio creditori, qui alteri cesserat; quando liberetur. Pro Marchione Vasti, contra hæredes Regentis Reuerterij, & Flauium de Vinaldis, conf.79.fol.301.

Vita, & militia si loco portionis hæreditariæ deberetur, non veniret in feudo ex pacto, quod non comprænditur in petitione hæreditatis, & ideo de portione hæreditatis in eo agi non posset, & tamen vita, & militia debetur in feudo ex pacto, prout in hæreditario cons. 8. nu 35. fol. 47.

Vita, & militiæ onus feudi transit in fiscum sicut, & onus dotis cons. 119. nu. 17. & 18. fol. 418.

Vir, & Vitia.

Vir, & uxor simul confitentur aliquem pecuniarum quãtitatem ipsis esse solutam, præsumuntur totam pecuniam in utilitatem viri, nisi aliud appareat cons. 18. n. 1. f. 86.

Vitia realia rem afficiũt cons. 59. u. 15. f. 239.

Vitus.

Vitus Pisanellus nõ fuit quæstor, sed tantum à secretis Regis Federici cons. 140. num. 25. fol. 462.

Vltima.

Vltima prioribus derogant pactis contrarijs existentibus, vide in verbo pactis.

Vltima voluntas ab alieno arbitrio dependere non potest ex dispositione testatoris, secus ex dispositione iuris cons. 2. n. 120. f. 11.

Vna.

Vna determinatio respiciens plura, omnia æqualiter debet determinare cons. 151. nu. 15. fol. 512.

Vnicus, & Vnitas.

Vnicus actus an tollat consuetudinem, vide in verb. consuetudo.

Vnitas, & communitas Vniuersitatis non separatur, licet iurisdictio separatim concedatur in plures familias cons. 80. num. 5. fol. 304.

Vniuersale, & Vniuersalis.

Vniuersale non compræhendit partem à se separatam, igitur feudo vendito non compræhenditur redditus separatus à feudo cons. 11. nu. 7. & 8. fol. 78.

Vniuersalis oratio nihil excludit cons. 134. nu. 16. fol. 440. & cons. 137. nu. 13. fol. 449.

Vniuersitas, & Vniuersitati.

Vniuersitas adhoc, vt renũciare dicatur actui in eius præiudicium celebrato, opus est, vt cõgregata more solito adhoc patiatur actũ celebrari, & duæ partes necessario debent interuenire cons. 164. nu. 23. & 24. fol. 570.

Vniuersitas cõgregata cum toto populo potest donare nulla subsistẽte causa, ergo, & multo magis propter causam recompensationis cons. 38. nu. 9. & 10. fol. 165.

Vniuersitas ex vsu, qui inoleuit donare prohibetur Baroni cons. 38. nu. 1. fol. 165.

Vniuersitas magnam vtilitatem cõsequitur, quãdo in Cameram per Baronem eligitur cons. 38. nu. 20. fol. 165.

Vniuersitas potest restitui ad appellandum aduersus restitutionẽ denegatam, & numquid tam à prima sententia concedatur restitutio ad appellandum, quam à restitutione denegata, & quando cons. 103. nu. 10. 11. & 12. fol. 364.

Vniuersitas, quæ in demanium reuersa est, potest cogere suos Ciues etiam alibi habitantes ad contribuendum in solutione facienda.

Vniuersitas restituitur aduersus reclamationem non interpositam, sed ad instar minoris cons. 103. nu. 4. & 5. fol. 364.

Vniuersitati absque sollemnitatibus requisitis alienandi potestas interdicitur cons. 9. nu. 11. fol. 52.

Vniuersitati etiam maius tempus, quam in quo fuit læsa datur ad petendam restitutionem in integrum cons. 164. nu. 18. fol. 570.

Vocatio, & Vocatus.

Vocatio specialis ordinem charitatis, gradus, & affe-

& affectionis designat cons.2.nu.22.fol.10.

Vocatus ad feudum à testatore nõ institutus, venit ad feudi successionem ex prouidentia concedentis; & non tenetur ad onera cons. 65.nu.7.fol.253.

Voluntas, & Voluntatis.

Voluntas disponentis est semper attendenda cons.5.nu.20.fol.34.

Voluntas dubia testatoris, an possit per Notarium declarari, vide in verb. dubia.

Voluntas est indiuidua in vna eademque re. cons.49.nu.10. fol.205.

Voluntas, & potentia, & sic posse, & velle differunt, & quod factum est, nõ quod fieri potuit attenditur cons.166.num.84. & 86. fol.585.

Voluntas facit, vt etiam nulliter adeptum non veniat in concessione, siue venditione cons.15.nu.13. fol.78.

Voluntas Principis pro iusta causa habetur cons.60.nu.5. fol.242.

Voluntas testatoris debet regulari à dispositione iuris ad §. cum ita l. heredes mei ad trebell. nec extenditur vltra gradus à iure praescriptos cons.2.nu.28. & 34. fol.10.

Voluntas testatoris ex eius scientia quando interpretatur cons.73.nu.23. fol.282.

Voluntas testatoris potius quam verba attendenda declaratur procedere in dispositis, sed quando nihil disponitur nõ sufficit voluisse, nisi de voluntate constet cons.19.nu. 18. & 19. fol.190.

Voluntas testatoris praecipuè in fideicommissis attendenda est cons.156.nu.8. fol.535.

Voluntas requiritur in quocũque actu etiam tacito cons.20.nu.30.fol.94.

Voluntas verbis, & factis declaratur cons.15. nu.14. fol.78.

Voluntatis mutatio in dubio non praesumitur cons.36.nu.7.fol.160.

Votum.

Votum alicuius se clericandi redderet ipsum incapacem ad feudi successionem cons. 2. nu.66. fol.11.

Votum captandae mortis, licet non consideretur in renunciante, consideratur in eo cui fit renunciatio cons.35.nu.4. fol.154.

Votum initiatur, cõfirmatur, & cõsumatur, & tria necessaria ad votum cons.2. nu.68. & 69. fol.11.

Votum commune parẽtum est, vt eorum bona sint ad liberos peruentura cons.142 nu.17. fol.468.

Votum fundatum in falsa causa est nullum cons.51.nu.16. fol.210.

Votum ingrediendi Religionem, & deliberatum propositum parificantur cons. 24. nu. 29. fol.113.

Votum nullum qualiter in vim taciti pacti censeatur approbatũ cons.51.n.57. fol 211.

Votum vt inducatur requiritur propositum deliberatum, & firmatum, nec sola conceptio animi sufficit cons.2.nu.67. fol.11.

Vrsillus.

Vrsillus ad decis. Afflict.261. nu.17. reprobatur cons.71.nu.28. fol.270.

Vsufructuario, & Vsus.

Vsufructuario inuito potest proprietarius fundo seruitutem acquirere cons.117.num. 20. fol.399.

Vsus declarat priuilegium, etiam contra ipsum priuilegium, secundum aliquos Doctores cons.21.nu.41. fol.103.

Vsura, & Vsurarius.

Vsura est cum pecunia, pecuniã generat cons. 27.nu.21. fol.130.

Vsura illicitè extorta, omnino restituenda est, & hypothecaria agi potest contra creditores, qui illicitè vsuras extorserũt cons. 26. nu.55. & 56. fol.124.

Vsurarius est, qui recipit pecuniam, & lucrũ absque periculo cons.27.nu.19. fol.130.

Vsurarum.

Vsurarum perceptio à pecunia depositata ex duplici capite potest peruenire, & tunc depositum non esse concluditur cons.27.num. 16. fol.130.

Vsurarum promissio in deposito excedit modum depositata pecunia cons. 27. num.12. fol.130.

Vsurarum promissio pro vsu pecuniae, qua vtitur depositarius est propriè vsura, ac contractus vsurarius cons.27.nu. 17. & 18. fol.130.

Vsurarum remissio ex taciturnitate inducitur, vide in verb. taciturnitas.

Vsuras, & Vsurae.

Vsuras Fiscum non soluere, quomodo intelligatur cũ distinctione, vide in verb: Fiscus.

Vsuras petere ante moram, est contra naturam depositi cons.27.nu.11. fol.130.

Vsuras, qui recipit ex deposito non habet vt depositarius, quia deposito quasi renunciauit cons.27.nu.6. fol.130.

Vsuras recipere ex pecunia deposita fauore dotis licitum est, quando depositum est factum à Iudice contra voluntatem mariti dotes petentis, & depositarius est in mora cons.27.nu.25. fol.130.

Vsuras recipi posse ex deposito de iure digestorum intelligitur, secus autem de iure Canonico cons.27.nu.35. fol.131.

Vsuras recipiens quis ex deposito, quas recipere potest, non videtur à principali obligatione recedere cons.127.nu.3. fol.130.

Vsuras recipientes ex deposito postponuntur, & de-

& depositi priuilegium perdunt conf.27. nu.13. fol.130.

Vsura debentur quando sunt permissa post lapsum diei, secus si post moram nõ interueniente deinde interpellatione legitimè facta cons.105.nu.18. fol.371.

Vsura debita ex stipulatione differunt ab illis, qua debentur ex mora cons.112. nu. 8. fol.386.

Vsura ex deposito neque fauore dotis recipi possunt cons.27.nu.24.fol.130.

Vsura ex mora debentur pro deposito cons.27. nu.2.fol. 130.

Vsura non debentur nisi septem concurrentibus, quando petuntur ratione interesse, & ratione lucri cessantis non, nisi quinque concurrentibus cons.26. nu. 53. & 54. fol. 124.

Vsura quando debentur propter moram, non debetur quãtitas promissa, sed liquidandum est lucrum cessans, quod dici non potest propter vniformem prastationem cons. 26.num.50.& 51. quia recipit varia onera lucrum cessans fol.124.

Vsura, qua percipiuntur ex pecunia deposita in banco illicita sunt, etiam habito respectu ad lucrum cessans cons.26. num. 49. fol.124.

Vsura recipi possũt ex deposito regulari idest ex pecunia ad pompam depositata cons.27. nu.32.& 33.fol.131.

Vsura vsurarum peti possunt à soluente pro alio sortem, & vsuras, vide in verb. soluens.

Vsura vsurarum quando debeantur cons.86. nu.8.fol.318.

Vsura vsurarum veniunt in actione negotiorum gestorum, & quare cons.86. num.10. fol.319.

Vtens, & Vterina.

Vtens insignibus Regijs principaliter crimen falsi, quinimmo, & lasa Maiestatis quoque crimen incurrit cons.170.nu.5.fol.608.

Vterina soror non excluditur à fratre in successione matris, vide in verb. soror.

Vtile.

Vtile pro inutile vitiatur, & quãdo cons.111. nu.4.fol.385.

Vtilitas, & Vtilitates.

Vtilitas argui non potest respectu illius concessionis, qua in euidentem lasionem Ecclesia facta erat. & ideo fuit nulla declarata, & maximè post multum temporis lapsũ per quod fuit à primis concessionarijs satis melioratum territorium Ecclesia cons.166. nu.29.& 30. fol.583.

Vtilitas euidens dicitur, quando in dubium venire non potest, an Ecclesia sit pro futura concessio cons.166.nu.34. fol.584.

Vtilitas euidens vbi requiritur, non sufficit lasionem non interuenire, sed locupletior requiritur cons.166.nu.35. fol.584.

Vtilitas principalis attenditur, non qua peruenit secundario cons.58.nu.8. fol.237.

Vtilitas duas potest rei ecclesiastica concessio continere scilicet vt recuperetur à potentiori, à quo recuperari non posset, ac vt reddatur habilis ad culturã, & ad perceptionem fructuum cons.166.nu.26. fol.583.

Vulneratus.

Vulneratus si percutit ad sui defensionem percussisse prasumitur cons. 95. nu.17. fol. 341.

Vxor.

Vxor consentiens obligationi, vel alienationi rei dotalis, vel rei mariti sibi pro dote obligata, an, & quando sibi praiudicet cons. 29. nu.3. fol.137.

Vxor consentiens obligationi, vel alienationi rei mariti, vel renuncians hypotheca, quam habet super his bonis, nunquid de iure cõsuetudinario possit agere in subsidium super his bonis, si non fuerit cautum super alijs cons.29.nu.6.& 9. fol. 137.

Vxor consentiens venditioni rei mariti praiudicat sibi in antefato, & non in dote de iure consuetudinario cons. 29. num. 4. fol. 137.

Vxor, & vir simul vendentes rem ipsius viri, sibi praiudicat in antefato, & de dote de iure consuetudinario cons. 29. num. 5. fol. 137.

Vxor quamuis constante matrimonio non potuerit exercere ius suum, tamen sententiam super euictione fundi dotalis lata cõtra virum, nocet vxori scienti, vide in verb. sententia.

Vxor, qua potest stipulari à viro, potest, & mater eius cum in causam matrimonij stipulatio tendit cons.111.nu.33. fol.388.

FINIS.



CAMILLI DE MEDICIS I. C. ADVOCATI NEAP. FACVNDISS. INTER PRIMARIOS INSIGNIS.

CONSILIA, SIVE RESPONSA CVM DECISIONIBVS Supremorum Tribunalium.



SVMMARIVM.

1 *SPOLIATVS authoritate Principis extraiudicialiter procedentis, absq; citatione sit nè restituendus.*

2 *Spoliatus non restituitur, quando agitur contrà possidentem arcē, quod limitatur multifariam num. 3. 4. & 5.*

6 *Petitorium quando intentari, vel cumulari possit contrà illum, qui prius intentando possessorium recuperandæ confessus est non possidere, obstante regula contrarietatis num. 7.*

8 *Exceptio dicentis se non possidere impedit litis ingressum.*

9 *Vassallo spoliato feudo à domino extraiudicialiter absq; citatione sub prætextu lineæ finitæ, vtrum obstet exceptio dolo facis petere, & num. 10.*

11 *Fisco non debet dari occasio malignandi qui iustas præcipit silere lites.*

12 *Vassallo spoliato non datur interdictum, vndè vi contra dominum, quia infamiam irrogat, sed actio in factum.*

13 *Fiscus quomodò dicatur habere priuilegium possidendi, vassallo agente.*

14 *Fiscus regulariter iure communi vtitur, & num. 99. & similiter pia causa num. 15.*

16 *Agens iuditio restitutorio contrà eum, qui iure communi iuuatur, succumbit si titulū legitimum non ostendit.*

17 *Spoliati non sunt restituendi, quando spoliatis obstat ius, quod facit pro spoliantibus taliter, quòd de proprietate liquet in eorum fauorem.*

18 *Petitorium probatum pro actore sicut auocauit possessionem à reo, fortius probatum pro proprio facit penes eum remanere possessionem, non obstantibus possessione, & spoliatione probatis per actorem.*

19 *Spoliatus in casu. c. ad decimas, de restitut. §. spoliat. confessi fuerunt se decimis spoliatos in aliena parochia.*

20 *Spoliatus non restituitur, si de proprietate in beneficium spoliantis liquet per confessionem, euidentiam facti, vel probationes admissas num. 21. vel per registra, & priuilegia num. 37.*

22 *Dictio, aliquamdiù, significat modicum, seù aliquantulum temporis, vel arbitrio iudicis, & num. 23.*

24 *Longa possessio intelligitur decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.*

25 *Agens cui ius commune contradicit, vt audiatur, necesse habet probare, quæ tollant præsumptionem iuris, & inibi de sensu d. c. ad decimas, & quæ requirantur, vt illud locum habeat num. 26.*

27 *Spoliatus etiā in iurisdictionalibus sitis infra fines territorij alicuius domini, non restituitur, nisi de titulo doceat*

28 *Possessorium iurisdictionis dicitur mistum cum proprietate, nec sufficit exercitium, sed iuris desiderat adminicula.*

29 *Exceptio notoria proprietatis quando obstet agenti ad recuperandam possessionem in qualibet materia, vera traditur omnium ferè concors resolutio.*

30 *Exceptio notoria proprietatis regulariter obstat in spiritualibus, & beneficialibus num. 32.*

31 *Exceptio notoria proprietatis quando obstet spoliato in profanis. Et de requisito quod contrarium in petitorio non possit probari. num. 35. & 36.*

33 *Spolium est magis odiosum quò ad attentata.*

34 *Prædo, an antè omnia secundum iuris rigorem sit restituendus declaratur.*

38 *Sententia Regis Roberti pro filio primogenito, contra patruum spoliatum Comitatu Marsici refertur.*

39 *Oldradus consuluit in dicta causa.*

40 *Citatio partis non exigitur, vbi constaret, citando nullam defensionem superesse.*

41 *Feudum paternum vocatur, quod ex superioribus fuit acquisitum.*

42 *Feudi paterni successor necesse est, quod descendat ab eo, qui fuit origo agnationis communis.*

43 *Successio de iure communi feudorum in linea collaterali, non datur vltrà septimum gradum, etiam in feudis ex pacto contra Calder. num. 44.*

45 *Proximitas in successione feudi attenditur cum vltimo decedente, non autem cum primo acquirente.*

46 *Arrogatus secundum vsus feudorum à feudi successione repellitur, limita infrà n. 49.*

47 *Factum est in potestate ius dicentis, ius autem inde resultans legis authoritati reseruatur.*

48 *Prohibita feudi successione, vt est in arrogato, censetur etiam prohibitus agere.*

50 *Responsio refertur, & regulatur iuxtà petitionem & num. 58. vsq; ad num 61.*

51 *Arrogatio fit eorum, qui sunt sui iuris.*

52 *Arrogatio, Principis licentiam requirit.*

53 *Assensus domini est necessarius, vt arrogatus in feudis succedat.*

54 *Concesso vno, ommissum censetur negatum.*

55 *Consensus in vno præstitus ab eo, qui super duobus consentire debet, in alio sibi non præiudicat, nisi sit connexum, & nu. 56.*

57 *Assensus strictè interpretandus in non expressis, ideoq; ad consequutiua non trahitur.*

58 *Priuilegium, vel gratia Principis, quando declaretur ex petitione, traditur plena distinctio vsq; ad num. 62.*

62 *Clausula, sine præiudicio iurium, in concessione adiecta, conseruat iura concedentis, & nu. 64. modificat, limitat, & declarat præcedentia num. 69.*

62 *Protestatio declaratoria voluntatis inducitur ex reseruatione iurium, & num. seq.*

65 *Reseruatio iurium nedum conseruat iura in actibus dependentibus à voluntate protestantis, qui sequuntur post protestationē, sed fortius in actu, qui fit simul cum reseruatione.*

66 *Reseruatio iurium in actu, qui fit simul cum reseruatione, nedum non inducit consensū, sed inducitur dissensus, & nugatio, & num. 68.*

67 *Dominus consentiens venditioni rei sibi legata, saluo iure suo, nec in proprietate, nec in pretio sibi præiudicat. & num. 85.*

70 *Reseruatio prædicta, vbi non inuenit quid modificet rationem præcedentē extinguit, & in nugationem resoluit, & num. 89.*

71 *Clausula prædicta (saluo iure, &c.) non solum conseruat ius de præsenti, sed de futuro. maxime quando verba diriguntur in futurum. num. 73. 75. & 78.*

72 *Clausula prædicta in domino consentiente operatur, vt faudum reuersum ob lineam finitam reuertatur liberum à nexu obligationum, & conseruat futuras deuolutiones tam ex natura rei, quam ex inuestitura. num. 74. & 86.*

76 *Clausula reseruatiua iurium, ne dum relata ad certum reseruatum. sed etiam generalis, & incerta (saluo iure meo) conseruat ius illesum, & præsertim quādo ad aliud referri non potest nisi ad expressum, & nu. 77. & num. 78.*

79 *Clausula reseruatiua generalis, si non potest referri nisi ad expressum, vel si in expresso non operaretur esset inutilis, in expresso operari debet, taliter quod potius repugnātia inducitur, & actus vitiatur, & nu. 80. 81. 82. 83. 84. & 87.*

88 *Ablatiuum absolutum resoluitur in conditionem.*

90 *Clausula generalis non refertur ad specificata, declaratur quomodo hoc sit intelligendum.*

91 *Feudatarius non potest de feudo disponere hæredem instituendo, vel pro anima legando.*

92 *Limitata causa limitatum producit effectū.*

93 *Institutio facta de arrogato nulla redditur, si nulla est arrogatio nisi ex alia causa motus fuisset testator. num. 95.*

94 *Illegitimi, vel ex eis descendentes in feudis non succedunt.*

96 *Filij nati ex matrimonio putatiuo habentur etiam in succedendo pro vere legitimis.*

97 *Confessio partis facit notorium etiam ante conclusionem in causa.*

98 *Acta, & documenta penes acta existentia faciunt rem notoriam.*

99 *Spoliatus à fisco etiam in iurisditionalibus, habens titulum etiam nullum iuncta possessione,*

Digitized by Google

ſeſſione, ſeu quaſi quando reſtitui debeat.

100 *Sententia lata contra prædeceſſorem nocere ſolet ſucceſſori in feudo, maioratu, fideicommiſſo ſecundum magis communem, limita tamen num. 102. 103. 104. & 105.*

101 *Sententia lata contra Regem nocet filio Regis primogenito.*

Pro Sereniſs. Duce Parmæ.

ARGVMENTVM.

DE reſtitutione ſpoliatorum pleniſſime agitur. Præſertim de ſpoliato poſſeſſione arcis, & vaſſallo, de feudo ſpoliato à domino, qui prætendit notorium ius in proprietate traditur intellectus c. ad decimas de reſtitutione ſpoliatorum in 6. De poſſeſſorio iuriſdictionis, Arrogatus quando in feudis ſuccedat. Aſſenſus, vel priuilegium quando declarentur ex ſupplicatione, & quomodo reſponſio reguletur à petitione. Clauſula reſeruatiua iurium concedentis, quæ iura conſeruet, & nũquid ſemper operetur, etiam in aſſenſu; De inſtitutione arrogati, & filij putatiui. Et quando ſententia lata cum vno noceat ſucceſſori in feudo maioratu fideicommiſſo, & alijs.

CONSILIVM I.



VISIS omnibus, quæ in facto, & in iure, in plenis reſpõſis, per graues Iuris prudentes, pro Ducali Camera Sereniſs. Ducis Parmæ, aduerſus Ill. Alexandrum Palauicinum, doctè, & abundè, adducta fuere potuiſſem ſola ſubſcriptione cum eis concurrere, vt tamen, rem ipſam, deguſtaſſe videar, ex his paucis recollectis, in eorum ſententias, facilius, me ire profiteor.

Etenim, prætermiſſa illa iuris cõtrouerſia,
1 vtrum ſpoliatus authoritate Principis extraiuditialiter procedentis, abſq; partis citatione, ſit ante omnia reſtituendus, de qua per *Affiict. deciſ. 361. vbi adde. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 8. num. 50. Gab. comm. conc. de reſt. ſpol. conc. 1. num. 209. & Burſ. qui contrarias conatur conciliare opiniones, conc. 461. num. 79.* cum fiſcus, vt infrà, iure priuati, vti debeat.

Et poſt habita limitatione, ad regulam, ſpoliatum non reſtitui, quando agitur, con-
2 tra poſſidentem, arcem, ſeù locum, difficilis recuperationis, cum illa plures patiatur reſtrictiones, ad negotium conferentes, præ-
3 ſertim, quando ſpoliatus, & ſpolians, ſunt; ſub eodem Principe, vt nunc, ſub ſummo
4 Pontifice, vel quando offerretur cautio de reſtituendo in caſum victoriæ ſuper petito-
5 rio, aut etiam, quando ſpoliatus arcem dimitteret, & vniuerſales redditus repeteret, *Gabr. d. conc. 1. ſub num. 155. Menoch. in d. tract. remed. 1. nu. 314. Aquilinus* olim meus collega *in §. nihil commune, num. 79. & nouiſſimè Lancell. de atten. par. 3. cap. 24. quaeſt. 10.*

Et tandèm, non diſcuſſa, altera hęſitatione, ſi ex parte Ducalis Cameræ, petitorium cumulari poſſit, dùm pro parte Alexandri, poſſeſſorium recuperandæ fuit deductum, cùm id impoſſibile ſit, ex quo Alexander, aſſerendo ſe ſpoliatum, fatetur ſe non poſſide-
6 re, proindè quo ad ſtabilia, iuditium rei vendicationis ſubire cogi non poterit, *l. fin. ff. de reiuend. ita poſt Aret. num. 16. verſ. 3. & Rub. num. 306. & alios, quos refert, & ſequitur Aquil. in d. § nihil commune n. 242.*
7 accedente etiam regula contrarietatis, *vt*
8 *ibi per Bar num. 28. & Ripa num. 165.* Exceptio enim (non poſſideo) impedit litis ingreſſum, *Blanc. de compro. tit. de except imp. lit. ingreſ. num. 98. verſ. exceptio, non poſſideo.*

Punctus principalis, in eo conſiſtit, an
9 vaſſallo, re fęudali, à domino directo ſpoliato, extraiudicialiter abſq; citatione, ſub prętextu, quod fęudum ſit ad eum reuerſum, ob lineam finitam, obſtet exceptio, (dolo facis petere, quod mox reſtituturus eſſes) & ſic nõ iuris ipſius ſpoliati, & iuris ſpoliatoris, &
10 prima, vt aiunt, facie, videtur dicendum, non obſtare, *Andreas noſter ſecundum emendatam lecturam per Loffred. & Lipar. ibi in litera C. in cap. 1. in princ. ſi de feud. fuer. contro., & in cap. Imperialem, § illud num. 70. de probib. feud. alien. per Feder.* ſubdens,
11 quod fiſco non debet dari occaſio malignãdi, qui iuſtas præcipit ſilere lites, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 99.* & licet *nu. 90.* & *95.* affirmet vaſſallo ſpoliato non dari interdictum vndè vi contra dominum, quia infamiam irrogat, ſaltim, quò ad gra-
12 ues viros, tamen num. *99.* & *100.* concludit, debere reſtitui, actione in factum, quæ ſimilis eſt, illi interdicto.

Item etiam redditur dubitabilis alia opinio, fiſcum habere priuilegium poſſidendi ad-

uerſus vaſſallum agentem, quia id limitat,
13 quando fiſcus nactus fuit poſſeſſionem ſinè
ſpolio, & abſq; vitio, alias ſi de facto ſpoliaſ-
ſet antè omnia vaſſallus eſſet reſtituendus,
vt benè *Lipar. declarat Andr. in d. §. illud
num. 70. litera V. & in ſpecie Capic. in ſua
inueſt. feud in ver. feudatariorum exceptio-
nes col. 1. fol. 185.*

Nec mirum, quia fiſcus non eſt priuile-
giatus, vt poſſeſſori præferatur, quia regu-
lariter iure communi vtitur, *glo. in l. iuſtas,*
14 *C. de iur. fiſc. lib.* 10. & in poſſeſſore vendicat
ſibi locum *textus in §. commodum, inſt. de*
15 *inter.* Idemq; in pia cauſa, hoc procedit, vt
poſſeſſori non præferatur, *Bald. in l. eum
ipſe ſub n. 4. verſ. niſi heredes, C. de contrah.
empt. Rom. conſ. 159. poſt n. 5. verſ. tertio caſu.*

Cæterum præmiſſis, & ſimilibus non re-
fragantibus, clarum, & apertum ius Ducalis
Cameræ, eſſe cenſeo, quodque ab impetitio-
ne Alexandri, agentis, remedio recuperandæ,
omninò ſit abſoluenda.

Et duobus medijs, ex eadem radice pro-
cedentibus, moueor, ex quibus etiam con-
traria diluuntur.

Primum, quòd agens iuditio reſtitutorio,
contrà eum, qui iure communi iuuatur, ſuc-
16 cumbit, ſi legitimum titulum non oſtendit,
caſus eſt apertus in c. ad decimas, quem ità
ſummat *Io. Monac. & Gem. de reſt. ſpoliat.
in 6.* Ibi enim Clerici ſpoliati, iure decima-
rum, in aliena parrochia, à proprijs clericis
eiuſdem parrochiæ, non reſtituuntur, niſi
oſtendat, quod poſſeſſionem legitimè fuerint
aſſequuti, & ratio eſt, *ſecundum glo. ibi in
verbo eundem, & in verbo præſumuntur,*
17 quia ſpoliatis obſtat ius, & illud facit pro
ſpoliantibus, quo caſu, quia taliter de pro-
prietate liquet, quod petitorium eſt proba-
tum pro reo, propterea reſtitutio denegatur,
18 & *Io. Monacus addit,* quod ſicut petitorium
probatum pro actore, auocat poſſeſſionem à
reo, multò magis probatum pro reo, non
obſtante poſſeſſione, & ſpoliatione ex ad-
uerſo probata, apud eum facit remanere
poſſeſſionem, *arg. in l. 1. §. quod autem, ff.
ſuperficieb.* Eſt verum, quod *in d. cap. ad de-*
19 *cimas,* ex confeſſione ſpoliatorum, appare-
bat, fuiſſe decimis ſpoliatos, in aliena parro-
chia, adeo quod ob fatuam allegationem
actorum, ſuper notorio, Papa iudicauit. Si
enim ſimpliciter allegaſſent, fuiſſe ſpoliatos,
iurè decimarum, & non dixiſſent, in aliena
parrochia, fuiſſent reſtituti, vt aduertit ibi
Archid. & glo. in ver. præſumuntur. Idquè
procedit, non ſolum, quando liquet de pro-
prietate, per notorium iuris, quod ex cõfeſ-
ſione reſultat c. cum olim, de verb. ſignific.
20 Verùm etiam, ſi per euidentiam facti *Fran.
ibi num. 10. & ex tex. in c. ſignificaſti extra
de diuor.* vbi, ſi notoriũ eſt, mulierem com-
mictere adulterium, non reſtituitur, vt vir co-
gatur, illam recipere, & *Innoc. in c. conſtitu-*
21 *tus de fil. presbyter.* tradit, quod ſi conſtaret,
per confeſſiones, vel probationes admiſſas,
quod eſſet talis, quod ei, de iure non fieret
reſtitutio, omnino denegatur.

Conſidero etiam in *d. c. ad decimas,* illud
verbum, aliquandiù, quod Clerici ſpoliati,
22 aliquandiù poſſederant, quæ dictio, ſignifi-
cat aliquantulum temporis, tradit *Gemin.
num. 8. & Io. And. in nou. licet Archid. velit
arbitrari per iudicis arbitrium, Aff.* tamen
*in § illud de prohib. feud. alien. per Fed. poſt
num. 54. in 3. cau.* dicit, quod intelligitur;
24 de modico tempore, quia longa poſſeſſio,
dicitur decem annorum, inter præſentes, &
viginti inter abſentes, *tot tit. C. de præſcrip.
long. temp.* inferendo ex mente *Abbatis in c.
cum eccleſia num 52. de cauſ. poſſ. & propr.*
25 quod is contra quem eſt ius commune, vt
audiatur, eſt neceſſarium, quod probet ali-
qua, quæ tollant præſumptionem vſurpatio-
nis, & ob id, data longa poſſeſſione, in ſpo-
liato, non habere locum *d. c. ad decimas,* cum
illa, excludat præſumptionem vſurpationis,
quia vna præſumptio, tollit aliam *l. diuus ff.
de reſt in integr.*

Ex his clara inſurgit concluſio, tunc ſpo-
liato, denegari reſtitutionem, quando ali-
quandiù poſſedit, & non longo tempore, &
per eius confeſſionem, vel euidentiam facti,
26 obſtat ius commune, & illud facit pro ſpo-
liante, his enim concurrentibus habet locũ
dicta decretalis, quæ quod etiam procedat
27 in ſpoliato, qui vult reſtitui ad iurisdictio-
nalia, ſita infrà fines territorij, alicuius do-
mini, ꝙ non reſtituatur, niſi de titulo doceat,
ſingul. decidit *Faber, magnus Doctor in § re-
tinendæ poſt num. 33. inſtit. de inter. Ancar.
conſ. 310. poſt num. 1. & 5. Capic. in deciſ.*
28 *77. per totam.* Poſſeſſorium enim iuriſdictio-
nis dicitur mixtum, cum proprietate, quia
fundatur in iure, & non ſufficit exercitium
aliquorum actuum, ſed iuris adminicula,
deſiderat *Bald. in l. vni, poſt num. 6. ver. ſed
de iure, C. ſi de momen. poſſeſſ. agatur.*

In præſenti, Alex. non longo tempore, ſed
aliquandiù poſſedit, vult reſtitui ad iuriſdi-
ctionalia, quæ per eius confeſſionem, & facti
euidẽtiã, ſũt ſita infra fines Dominij Ducali,
ipſiq; obſtat ius cõe, & illud facit pro Duce,
ergò ex dicta decretali non reſtituitur.

Secundum, conſtat enim, quod agenti ad
recuperandam poſſeſſionem, quando obſtet
29 exceptio notoria proprietatis, iſta eſt diſtin-

& o

ctio communis, in qua omnes antiquorum, & modernorum opiniones in vnam rediguntur sententiam, Aut loquimur in spirituali-
30 bus, & tunc obstat tantum exceptio notorij non iuris spoliati, ad peccatum euitandum, quod iudex incurreret, restituendo possessionem rei spiritualis possidere non valenti. In profanis autem requiritur non solum ex-
31 ceptio notorij non iuris spoliati, verùm etiã notorium dominium spoliatoris, & consequenter, quod contrarium in petitorio non possit probari, cum his enim requisitis, non est dubium denegari restitutionem, *Ità Gem. ex mente glo. in d. c. ad decimas post num. 11. & Franc. post num. 9.* tradunt tunc obstare agenti possessorio recuperandæ, exceptionẽ notoriam proprietatis, quando illa detrahit iuri agentis, & fundat intentionem excipien-
32 tis, idq; in alijs causis. In beneficialibus autem sufficere, quod notoriè detrahat, iuri agentis, licet non fundet, intentionem excipientis, nè in istis pateat vitiosus ingressus. *Socc. fall 378. num. 11. Cassad. de rest. spoliat. decis. 3. num. 5. Abb. post Butr. in c. in literis num. 10. & 11. de rest. spoliat. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina sub num. 67. de caus. poss. & propr. & in §. nihil commune nu. 78. alios congerit Gab. de rest. spol. con. 1. nu. 116. Afflict. qui tres casus distinguit in d. §. illud num. 54. & communem profitetur Couar in 4. lib. decretali, par. 2. cap. 7. §. 5. nu. 10 latè Rob. Lancellott. de atten. par. 3. c. 24. con. 1. num. 82. cum seq. & q. 10. per totam.* am-
33 plians etiam quo ad attẽtata, in quibus spolium est magis odiosum, cum offendantur ius, iuditium, pars, & Iudex, vt ibi per eum.

Et isto casu limitatur, quod dicitur prædonem secundum iuris rigorem, esse restituendum, *cap. in literis de rest. spoliat.* non
34 procedere quando ex actis constaret, spoliatum esse prædonem, & dominum spoliatorem, vt diffusè comprobat *Menoch. d. remed. 1. num. 113. cum sequen. Aimon 302. num. 6. Aquil. d. §. nihil commune sub num. 51. vers. quod tamen.*

Et circa aliud consequutiuum, quod contrarium nequeat in petitorio probari, vt euitetur à spoliatore restitutio, *glo. & Ioan. Monacus in d. c. ad decimas*, id volunt, in
35 illis verbis, petitorio probato pro reo, non fieri restitutionem, possessione, & spoliatione ex aduerso probata, idem vult *And. in d. §. illud num. 71. & in consi. violentias col. 2. vers. ad hoc*, quod etiam inhabilis, vt clericus, & mancus spoliatus, ex quo potuit di-
36 spensari, est restituendus, sentiens, quod tũc impediretur restitui, quando constaret, quod non esset dispensatus, & sic in petitorio non posset vincere. Idemque per modernos expressè traditur, *Gab cons. 51. num. 17. vol. 1. Bursat. cons. 282. num. 18. ad fi vol. 3.* &
37 quando per registra, vel priuilegia, constat, de non iure spoliati, quod ei denegatur remedium possessorium, *Afflict. in § quid ergò num. 28. de inuest. de re alien. facta*, qui
38 refert, Regem Robertum, ita iudicasse, pro filio primogeniti, contra Iacobum Sanseuerinum patruum, spoliatum Comitatus Marsici, in hoc Regno nostro per Ducem Calabriæ, qui illum dederat, filio primogeniti, quia per priuilegia apparebat, spectare ad filium primogeniti, & non ad patruum, super
39 qua causa, consuluit, contra spoliatum, *Old. cons. 224. per totum, & post n. 21. vers. soluebat.* Quinimò in his terminis, procedit alia limitatio, ad regulam, in quolibet actu partem esse citandam, *l. de vno quoque, ff. de re iud.* non procedere, quando notoriè consta-
40 ret, citandum, nullam defensionem habere, *Io. And. in cap. 2. col. 2. vers. præsidentes, de nou. oper. nunt. Afflict. in d. §. quod ergò nu. 27. & latè Gab. de citat. con. 1. num. 348.*

In proposita facti serie, prædicta omnia concurrere (sole clarius est) concurrit enim Primum, quod est notorium non ius Alexandri spoliati, siquidem ex Tribus, prætendit ius habere, in istis feudis, de quibus nunc agitur, & nil aliud afferre potest. Primo dicit, posse succedere tanquam agnatum. Secundo tanquam adoptatum. Tertio tanquã institutum.

Ad primum, de notorio non iure ipsius, liquet, nam feuda remansa post mortem Sfortiæ, sunt paterna, & antiqua, & Alexander, qui in illis vult succedere, non descendit, à primis acquirentibus, quo fit non esse
41 successibilem, cum feudum paternum vocetur, quod ex superioribus, fuit acquisitum, *cap. 1. ver. paternum de nat. succ. feud.* & qui vult in illo succedere oportet, quod sit
42 illius parentis, qui fuit agnationis communis, *cap. 1. §. bis verò deficientibus, de grad. succ. in feud. And. in §. hoc quoq; post num. 23. ver. item debet, de his, qui feud. da. poss.* Imò, & si descenderet à primis acquirentibus, quia tamen reperitur, in nono gradu, respectu Sfortiæ, vltimi morientis, nequaquam succedere posset, cum ex vsibus feu-
43 dorum in linea collaterali, successio, vltrà septimum gradum, non progrediatur *cap. 1. §. hoc quoq; vbi Andr. de his, qui feud. dar. poss. Cann. in cap. si aliquem fol. 231. n. 13.*
44 & in feudorum successionibus, etiam ex pacto, quidquid aliter dixerit *Calder. in tit. de*
45 *feud. con. 13.* regulariter enim attendi debet proximitas vltimi decedentis, & non pri-

mi a:quirentis *cap. 1. in fine*, *ibi And. de nat. succ. feud. §. hoc quoq; de his qui feud. dar. poss. §. hoc quoq; de succ. feud. iuncto §. his deficientibus de grad. succ. in feud.* in quibus apparet, gradum capi ab vltimo moriente, *Andr. in cap. 2. post num. 6. vers. hic autem; Imperat. Lotar. Cann. allegato loco num. 12. Cumia in cap. si aliquem, in ver. defuncto, Socc. 86. col. fin. vol. 3.* qui dicit, sic sæpius fuisse iudicatum, *Gozad. 4. num. 12. Cor. 22. col. 6. vol. 2. Rol. cons.* 100. *per totum, Tiraq. de retra. consan. §. 11. glos. 1. num. 19.*

Secundo, Si vult admitti, tanquam arro-
46 gatus à Sfortia, ei obstat vsus feudorum, quod non possit succedere, *§. adoptiuus, si de feud. fuer. contr.* Statim enim quod fatetur se arrogatum, facit se alienum à feudo, & habet legis resistentiam, ob rei impedimentũ, cum feudum non vadat, ad filium arrogatũ, quia factum dicere est in potestate dicentis,
47 Ius autem inde resultans, legis authoritati reseruatur, *l. ordine, circa medium ff. ad municip.* & si arrogatus non potest succedere in
48 feudo, nec illud tenere, pariter prohibetur, & agere, *not. in cap. 1. de contro. int. masc. & fam. glo. in l. titia, in ver. deneganda, ff. sol. matr.* tunc enim arrogatus succedere potest
49 quando expressè de licentia domini adoptatur, ea lege, vt in feudo succedat, *Bald. cæteriq; in d. §. adoptiuus, & Fran. Sonsbech ad vsus feudo, par. 9. sub num. 65. ver. fallit 6.*

Et quamuis dicatur, adesse assensum Ducis directi domini, filium adoptandum per Sfortiam, posse in eius feudis succedere, quoniam sic Duci, fuerat petitum, qui dum respondit, impartiri licentiam super adoptio-
50 ne prædicta, responsio referatur, & reguletur secundum petitionem *l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. acti. & § præterea inst. de inutilib. stipulat.*

Respondetur, Sfortiam, duo separata, & non connexa à Duce, petiisse, videlicet, posse adoptare in filium Alexandrum, ac illum in feudis succedere, & in vtroq; assensus Ducis
51 erat necessarius, nàm cum Alexander, esset sui iuris, non adoptandus, sed arrogandus
52 erat, & in arrogatione licentia Principis requiritur, *l. 2. in fin. C. de adopt.* sicut etiam
53 assensus Ducis, erat necessarius, vt arrogatus in feudis succederet, *d. § adoptiuus.* Dux tamen, non ad duo petita, sed ad vnum tantum; consensit .s. arrogationi, & nihil dixit respectu successionis feudorum; ergò in hoc noluit præstare consensum, quia vnius inclusio, alterius est exclusio, *l. cum prætor ff. de*
54 *iud.* Et vno concesso, omissum censetur negatum, *Alex. 75. num. 2. & post num. 15. vers. & si dicatur, 5. vol.* qui enim ad duo
55 debet consentire, si in vno consentit, in alio sibi non præiudicat, nisi sit connexum, *cap. cum inter §. fin. de elect. l. de pupillo, §. si in*
56 *pluribus, ff. de nou. oper. nuntia.* Et quando consensus est necessarius propter duo, ad vnum consensisse, non sufficit, *And. in cap. 1.*
57 *num. 7. cum seq. qui succ. tene.* assensus enim in eo, quod non exprimit, stricta est interpretatio, *And. in cap. Imperialem post num. 4. vers. verum*, ideoque, ad ea, quæ consequtiua nõ sunt non trahitur, *glo. in cap. quia in tantum extra de praben.*

Indè tollitur obiectio, responsionem refer-
58 ri ad petitionem, id enim procedit in dubio, & tunc pro intellectu priuilegij, recurrimus ad supplicationem, *Bald. in cap. inter dilectos in ver. cæterum de fid. instrum. Roman. cons. 80. num. 2. Alex. 75. num. 12. vol. 5. Ias. in l. 1. num. 7. C. de diuer. rescript.* vel
59 quando petitio esset generalis, indefinita, vel indeterminata, & gratia eodem modo, non restringens petita, & pariter responsio secundum petitionem intelligitur, *And. in*
60 *d. cap. 1. post num. 7. qui succ. ten.* Si autem petitio esset generalis, & indeterminata, gratia vero spetialis, & determinata, & isto casu, quia sumus certi, quid fuit concessum, non petitio, sed concessio attenditur, & petitio generalis, ad illam restringitur, *Abb. in cap. inter dilectos sub num. 4. ver. nota bonam limitationem de fid. instr. & in cap. 2. post num. 2. de treg. & pac.* quòd aduertit,
61 quià sepè Papa signando supplicationem restringit petitionem, & non excusatur impetrans, quod dederit supplicationem generalem, *Ias. in d. l. 1. nu. 6. C. de diuer. rescrip. Marin. de subfeud. fol. 140. et nouiter post Falin. & alios Matt. Brun. de cessio. bon. q. 9. prin. num. 19.* Igitur clarum est, Ducem, dedisse consensum tantum arrogationi Alexandri, non tamen, quod Alexander in feudis Sfortiæ succederet.

Præterea, dato, quod Dux expressum dedisset assensum, quod arrogatus in feudis succederet, quod non est, quia tamen id fecit,
62 finè præiuditio iurium Ducalis Cameræ, ius suum, non remisit, sed conseruauit, *l. si debitor, §. in venditione, ff. quib. mod. pignor. l. pen. ibi finè præiuditio ff. de aqu. quoti. & est. & l. idemq; fiet, ibi finè vllo litis præiuditio, ff. de testam. tute. Paul. cons. 311. n. 4. lib. 1.*
63 ex hac enim reseruatione, inducitur protestatio declaratoria volũtatis, vt noluerit sibi quoquo modo præiudicare, *l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. non solum, §. morte, num. 17. ff. de ope. non. nunt.*

& quan-

& quando timetur, nè in posterum, alicui, ex
64 facto iusto, præiudicetur, bonum est prote-
stari, reseruando ius suum, quia illud conser-
uat, *glo. in cap. saluo* 8. *q.* 3. *Felin. in c. in-
ter Monasterium nu.* 3. *de re iud.* Et si hoc
procedit, in actibus dependentibus à volun-
tate protestantis, qui sequuntur, post prote-
stationem, vt illa in eis tollat vim consensus,
65 & conseruet ius illęsum, *Bar. in d. l. qui alie-
na, §. fin. num.* 5. multò magis, id erit, in
actu, qui fit simul, cum reseruatione, cum
vnicus dicatur, & consentiens verbis, 13 ap-
parenter dicatur consentire, re autem ipsa,
& existenter dissentire, quam ob rem scri-
bentes dixerunt, quod si consentio, saluo iu-
66 re meo, consensus hoc modo, non fit con-
sensus; sed nugatio *arg. l. si quis à filio, §. cum
glo. ff. de leg.* 1. *ità glo. in d. l. si debitor, §. in
venditione in ver. salua ff. quib. mod. pign.*
cum qua, omnes Doctores, transeunt, *inquit*
67 *ibi Fulgos. post num.* 1. & in domino consen-
tiente, venditioni rei, sibi legatæ, saluo iure
suo, quod nec in proprietate, nec in prætio
sibi pręiudicet, *Bar. in l. si fundum per fidei-
commissum col.* 1. *ver. ad primum de leg.* 1.
Bald. in prin. & Imol. num. 2. addit, quod
68 talis consensus, sit nugatio, & omnes sequũ-
tur, refert *Ias. ibi post num.* 16. *&* 17. *ver.
sed aduertè*, licet ipse dissentiat, hæc enim
69 clausula (saluo iure meo) modificat, limitat,
& declarat præcedentia post *glo. in l. item
Labeo, §.* 1. *ver. pure, ff. fam. hercis. Angel.
cons.* 27. *in fine.* Verùm vbi non inuenit, quid
70 modificet, orationem præcedentem extin-
guit, & in nugationem resoluit, *per d. l. si
quis à filio, §.* 1. *Angel. cons.* 290. *post nu.* 4.
Felin. in d. cap. inter Monasterium num. 5.
*Afflict. in constitut. mulierque dotarium post
num.* 26.

Et adeò est verũ, quod virtus huius clau-
sulæ, sit conseruare, quod non solùm conser-
uat ius de præsenti, *d. §. in venditione, glo.*
71 *fin. in l. sed si quid ff. de vsufr.* & in domino
consentiente, *Io. Rain. in cap. Imperialem,
§. insuper*, quem refert, *& sequitur ibi Cap.
fol.* 134. *de prohib. feud. alien. per Feder.*
verum etiam ius de futuro, *Præpos. in d. §.
quid ergò num.* 2. *ibi Laud. num.* 11. dicunt,
72 quod dominus consentiens obligationi fęu-
di, si illud reuertitur ad eum, ob lineam fini-
tam, durat obligatio, sed secus esse, si con-
senserit, saluo iure suo, *Zasius in epi. par.* 6.
Rub. quom. feu. const. po. nu. 18. *& par.* 9.
Rub. de alien. feu. num. 8. *quidquid aliter
dixerit Afflict. in const. mulierque dotarium
num.* 26. *& in cap.* 1. *num.* 25. *qui succ. ten.*
73 quod ius præsens, & non futurum conseruet,
quia textus, quem allegat, *in l.* 3. *§. etiam ff.
de lib. exib.* ibi sine diminutione patriæ po-
testatis, non facit ad propositum, cum nihil
dicat de iure de futuro, & quod clausula ista
74 in domino consentiente, reseruet futuras
deuolutiones, tam ex natura rei, quam ex
inuestitura, *Marin. de subfeud. q.* 37. *n.* 18.
75 quod clarius procedit, quando verba, diri-
guntur in futurum, vt in petitione Sfortiæ
legitur, ità in renunciatione, & pacto, dixit
Bar. in l. 1. *ante num.* 5. *C. de pact. Cap. de-
cis.* 159. *num.* 27. *vers. quarta.*

Et ex prædictis, redditur non vera, opi-
nio *auth. damn. in §.* 44. *n.* 27. volentis, quod
quãdo clausula reseruatiua, refertur ad certũ
reseruatum, tunc operetur, conseruationem
iuris reseruati, & ità procedat *tex. in d. §.
in venditione*, ibi (salua causa pignoris) secus
autem, si sit vaga, generalis, & incerta, quia
nullius effectus erit existimanda, nàm con-
76 trarium voluerunt, *glo. Bar. & communiter
Scribentes, vt supra*, qui loquuti sunt, in
clausula generali, & incerta (saluo iure meo)
77 quod conseruet ius illęsum, & præsertim
quando ad aliud non potest referri, quam ad
expressum, tunc enim, quia genus non po-
test; nisi in vna spetie verificari generalis re-
78 seruatio, quæ equipollet speciali, *l. si optio
serui, ff. de opt. leg. Bal. in auth. hoc inter li-
beros num.* 1. *in fin. C. de testam.* in expresso
verificatur, taliter, quod repugnantia indu-
79 citur, & actus vitiatur, *Rom. cons.* 94. *n.* 7.

Similiter infertur, aliud dictum, non esse
verùm, generalem clausulam reseruatiuam,
nè implicet contradictionem, & correctio-
nem inducet, intelligi in alij, quam in expres-
sis, & specificatis, *Old. cons.* 330. *in fine, Socc.
con.* 43. *n.* 8. *vol.* 4. *Rom. d. cons.* 94. *num.* 7.
siquidem vel reseruatio ad aliud non potest
referri, quam ad expressum, & clarum est,
80 ad illud referri, *Rom. d. cons.* 94. *nu.* 7. Aut
potest referri, ad alios casus, quã ad expres-
81 sum, & tunc si reseruatio in expresso, non
operaretur, inutilis esset, quia casus non
expressi, citrà reseruationem, sunt etiam
exclusi, cum de eis, non sit actum, neq; cogi-
tatum, quod fatetur *d. author alleg. §.* 44.
82 *post num.* 27. ergò, si omne minimum ver-
bum, non debet esse sine virtute aliquid ope-
randi *Bald. in rub. C. de contrah. empt. nu.* 9.
83 oportet dicere, reseruationem generalem,
quæ alias, non operaretur, in expresso debe-
re operari; & quod hoc sit verum, *Andr. in
d. cap.* 1. *post num.* 9. *qui succ. tene.* in illis
verbis, vel reseruauit sibi, in alijs, ius, sicut
hodiè, fiunt, in fine rescripti, iuribus alijs cu-
re saluis, allegando *d. §. in venditione*, &
paulò post, reseruando modo prædicto vide-
tur reseruare, alia, quam donata, per gene-
ralità-

Digitized by Google

ralitatem reſeruantem, alia iura, vult, quod
quando reſeruatio iurium, fit in alijs, certũ
84 eſt ex voluntate reſeruantis, quod in expreſ-
ſo, non operetur, ſentiens aliud eſſe, ſi gene-
raliter fieret, *ità Cap. intellexit And. in ſua
inueſt. fæud. tit. fæudorum clauſulæ, in ver.
iuribus alijs fol. 136. & in d. cap. Imperialem
fol. 133. in fin. ver. eſt attendendum*, quod
non benè conſiderauit, *Mari. de ſubfæud. fol.
221. num. 4. qui allegando And. in loco cita-
to*, firmat, clauſulam prædictam, operari in
alijs, quam in expreſſis, non aduertens, quod
And. loquitur, quando in alijs, fuit ius reſer-
uatum.

Inſuper *Bar. cæteriq; in d. l. ſi fundum per
fideicommiſſum*, in domino conſentiente rei
85 ſibi legatæ (ſaluo iure ſuo) voluerunt, quod
nec in re, & ſic in expreſſo, nec in prætio,
quod non eſt expreſſum, ſibi præiudicat, &
clauſula reſeruatiua ad aliud .ſ. ad prætium,
quam ad expreſſum, poterat referri, & *Præ-
poſ. Laud. & Iaſon ſuper allegati*, in domino
86 conſentiente obligationi fęudi (ſaluo iure
ſuo) firmant, quando ad eum deuoluitur, li-
berum reuertitur, & tamen clauſula reſerua-
tiua, quæ poterat operari in alijs, quam in
expreſſo, vt in iuribus ſeruitij, & alijs debitis,
occaſione fęudi, de quibus *in cap. 1. de noua
forma fideli*, operatur, in expreſſo, vt ſinè
onere obligationis, ſuper qua conſentijt, fęu-
dum reuertatur ad dominum.

Et certè ſi verum amamus, vis eſt fateri,
conſentientem (ſaluo iure ſuo) nihil velle fa-
cere in ſui præiuditium, tàm reſpectu iuris
de præſenti, quàm de futuro, & tàm in ſpeci-
87 ficatis, quàm in non expreſſis, quia ſub eadẽ
ſtructura verborum, datur conſenſus, & fit
reſeruatio, imò conſenſus cenſetur cõditio-
nalis, per illa verba (ſaluo iure) *glo. in d. l.
item labeo §. 1. in ver. pure, ff. famil. herciſ.
Brun. conſ. 42. in fine*, & quia ſunt prolata
88 per ablatiuum, qui reſoluitur in conditionẽ
l. à teſtatore, ff. de cond. & demonſtrat. Adeo
quod dominus conſentiendo, hoc modo, ſub
conditione conſenſit, ſi ſibi præiuditium non
fieret, ni mirum, ſi conſenſus iſte, in nuga-
tionem, reſoluitur, *ſecundum allegatam glo.
& communiter omnes in d. §. in venditione.*
89 Et quando dicitur, quod clauſula generalis,
non refertur ad ſpecificata, *l. doli clauſula ff.
de verb. oblig.* procedit, quando ſpecificata,
90 ſunt poſita, in ſua oratione perfecta, ſi po-
ſtea ſubijcitur, clauſula generalis, poſt ora-
tionem completam; in ſpecificatis, ad illa
non trahitur, *quod probat d. l. doli clauſula in
ver. ſubijcitur*, ſeu quando in eadem oratio-
ne, ſimul, & ſemel ponitur ſpecificatum, &
reſeruatum, ſeu cõſenſus, & reſeruatio, aliud
eſt, quia verbis eſt conſenſus, re autem ipſa
diſſenſus, & ob id, talis conſenſus, eſt nuga-
tio, vt ſupra, hæc ex abundanti dicta ſunt,
cum ſufficiat, Ducem tantum conſenſiſſe,
arrogationi, non autem ſucceſſioni fęudo-
rum, per ea quæ ſuperius dicta ſunt.

Ad tertium, ſi prætendit Alexander ad-
mitti tanquam inſtitutus à Sfortia, in fęu-
dalibus, & notoriè de non ſuo iure conſtat,
91 cum non poſſit fęudatarius, aliquo modo di-
ſponere, hæredem inſtituendo, vel pro ani-
ma legando, ſinè aſſenſu domini, *c. 1. de ſuc-
ceſſ. fæud.* Et ſi aſſenſus Ducis, fuit præſtitus,
non ſimpliciter, ſed limitatè, dummodò te-
ſtaretur, in comprænſos in inueſtituris,
iuxta eorum formam, & tenorem; Et iam
ſupra oſtenſum eſt, Alexandrum nec deſcen-
dere, ex primis acquirentibus, nec vti tranſ-
uerſalem in nono gradu diſtantem à Sfortia,
poſſe ſuccedere; Idcircò dicto aſſenſu limi-
92 tato, iuuari non poteſt, quia limitata cauſa,
limitatum producit effectum, *vulg. l. in
agris ff. de acqui. rer. dom. Iaſon in conſenſu
limitato, in d. l. ſi fundum nu.* 20. *de leg.* 1.

Quò aſſenſu ſic limitatè (conceſſo) ſuper-
93 ſluò in dubium duo refricantur, vnum, ſi ar-
rogatio valuerit, quod ea non exiſtente va-
lida, nulla ſit hæredis inſtitutio de arrogato
facta; *ad not. in l. eam quam C. de fidei*. Et
alterum, quod poſtquam Alexander deſcen-
dit, ex linea infecta, propter illegitimitatem
abaui, in fęudalibus, non poſſit ſuccedere
94 *§. naturalis ſi de fæud. fuer. contr.* Nàm ad
primum, data etiam validitate arrogationis,
inſtitutio eſt nulla, tanquam ſinè aſſenſu, vt
ſupra. Et data etiam nullitate arrogatio-
nis, ſi licentia non eſſet limitata, valere po-
95 tuiſſet inſtitutio, ſi teſtator ad diſponendum
motus fuiſſet, ex alia cauſa, quam arrogatio-
nis; idque colligi poſſet ex teſtamento, vel
aliunde, *ita limitat ſingul. Alciat. tradita in
d. l. eam quam, de præſumpt. reg. 1. præſ.* 30.
in fine, & ad ſecundum, quoniam non poſſet
inficiari, quin ſaltim abauus, non ſit natus ex
matrimonio putatiuo, poſſet probabiliter
96 dici, quod ſuccederet, etiam in fęudis, cum
in omnibus nati ex matrimonio putatiuo
habeantur pro verè legitimis, & ſuccedant,
æque, ac ſi eſſent nati ex valido matrimonio
Bald. in d. §. naturalis, Dec. conſ. 153. *latè
Couar. in epiſt. decr. lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 8. *§.
ſub num.* 3. Quibus addictis, ſufficienter eſt
oſtenſum de notorio nõ iure, Alexandri ſpo-
liati.

Quatenus autem attinet ad ſecundum, q
conſtet, de dominio ſpoliatoris, non eſt mul-
tum elaborandum, cum Alex. confiteatur,
dominium directum, eſſe apud Sereniſs. Du-
cem,

Digitized by Google

cem, nec id posset, diffiteri, cum asserat, bona esse feudalia, & vti talia, ad Cameram Ducalem pertinere, vt notorium est, & dicitur notoriè constare de iure, & non iure,
97 respectiuè, quando per partis confessionem constat, etiam, ante conclusionem in causa, vt post Milium in loco, vt per eum *firmat Lancell. d. q.* 10. *nu.* 85.

Quò verò ad tertium, quòd non possit in petitorio contrarium probari, satis apertũ est, quia iura Alexandri consistunt tantum in dicto testamento, & dispensatione, de quibus supra, ex quorum vigore, etiam si in petitorio ageretur, non posset agendo, vel excipiendo obtinere, stante licentia limitata; vt non censeatur arrogatus, vel institutus, quò ad feudalia, quæ documenta, cum apud
98 acta deducta sint, rem ipsam notoriam faciunt, *Innoc. in c. insinuatione in fin. de app. Abb. in c. cum olim de verb. signif.* Et sic intrepidè patet, non posse Alexandrum ad possessionem restitui, minusq; non censeri, in petitorio obtenturum.

Non obstant, in contrarium adducta, quia ex superiori distinctione soluuntur, seù magis limitantur, dato enim, quod fiscus etiam quò ad iurisdictionalia, vti debeat iure pri-
99 uati, quodque aduersus ipsum, in eis restituatur, habens titulum, etiam nullum, iuncta possessione, seù quasi, et tenuisse dominos de Rota, ne aperiatur via spolijs propria authoritate, *firmat Cassador. in tit. de rest. spoliat. decis.* 1. *sub nu.* 6. *& sub nu.* 10.

Tamen quãdo obstat ius spoliato, & illud facit pro spoliante, vel quando notoriè de non iure spoliati, & de iure spoliantis liquet, taliter quod contrarium in petitorio, non potest probari, omnes concordant, denegari restitutionem, vt supra.

Nec officit, successori, in Ducatu, afferta
100 sententia lata, cũ prædecessore, Nam solida respõsio datur, q & si setẽtia lata, cõtra pdecessorẽ, nocere soleat, successori, in feudo, maioratu, fideicomisso, & similibus, et nõ citato, & litẽ agitari, ignorante, de quibus latè per *Couar. practic. quæst. cap.* 13. *n.* 6. *& seq. Arr. Pinell. in l.* 1. *p.* 3. *n.* 48. vbi de magis cõis attestatur *Socc. cons.* 37. *n.* 9. *lib.* 3, *Melch. Palaez in tract. de maior. p.* 4. *q.* 14. *in princ. latè Rolan. cons.* 92. *sub n.* 15. *lib.* 4. *Bursat. cõs.* 440 *n.* 13. *li.* 4. *et nouiter Molin. de iur. primog. li.* 4
101 *c.* 8. *n.* 3. Et ob id sententiã latã cõtra Regẽ nocere filio Regis primogenito, *Alber. in l. donationes quas diuus, num.* 4. *ver. pro parte filiorum, C. de donat. inter virum, & vxor Rolan. d. cons.* 92. *n.* 18. *vbi multos congerit.*

Et si *Osas. decis. Ped.* 157. generaliter tueatur partem, sententiam, contra vassallum, non nocere agnatis.

Tamen, vltra alias limitationes, hæ ada-
102 ptantur ad causam, vt non procedat, quando sententia esset lata ex confessione partis, quia non præiudicat successori, illa enim censetur emissa, in fraudem, *arg. l. qui testamentum in fin. ff. de probat. ita tenet post Pinell. dicto loco num.* 50. *Palaez. d. q.* 14. *num.* 6.

Rursus, non procedit, quando possessor non appellauit, vel appellationem prosequu-
103 tus non fuit, quia tunc censetur magis lata per collusionem, vel negligentiam, quam de iure *ex l. qui repudiantis §. fin. vbi glo. fin. de inoffic. test. Dec. cons.* 445. *sub num.* 36. Et in terminis maioratus possessoris, & pari ratione rerum feudaliũ, *idem firmat Paleaz. dicto cap.* 14. *num.* 10. qui loquitur in fortioribus terminis, vt etiam eo casu, quo esset lata sententia à Supremo Tribunali, à qua
104 non licet appellare, iuxta terminos *auth. qua supplicatio, C. de prec. Imper. offerend.* non sufficiat successori, si non supplicauit, & reclamationem prosequutus non fuerit, *sequitur Molin. allegato loco, d. cap.* 8. *nu.* 10.

Eoque magis prædicta procedunt, quia iudicium, & sententia lata, fuerunt super iure de futuro, nempè possidente Sfortia, possessore feudalium, super eorum successione,
105 quo casu, iudicium moueri non potuisset, *vt ex l. non quemadmodum ff. de iud. & alijs medijs, latè Molin. comprobat lib.* 3. *cap. fin.* sententia successori obesse minimè potuit, vt infert idem *Molin. d. cap.* 8. *sub num.* 11. *ad fin.* Quarè Alex. omni remedio destitutum, nullo modo posse obtinere, & proindè melius sibi expedire, gestis, per suum Principem acquiescere.

Camillus de Medicis.

Additio. Ad hic dicta. De sententia cum vno lata, quod noceat successoribus num. 100. & seq. Vide latè per eundem authorem scripta in causa Marchionis S. Lucidi cum Ioanna Carrafa, quod est cons. 131. n. 20. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca inducitur per illa verba, vnus alteri succedat.*
2 *Substitutio euanescit, substituto promouente.*
3 *Casus ommissus in substitutionibus remanet sub iuris dispositione.*
4 *Testator faciendo plures gradus substitutionis, semper masculos vocando, exclusis*

fœminis

fæminis censetur voluisse bona in familia conseruare.

5 *Masculinitatis qualitas considerata per testatorem operatur, vt omnes masculi descẽdentes censeantur vocati.*

6 *Ratio, & omnes eadem, comprabendit omnes casus.*

7 *Dispositio testatoris in vno casu porrigitur ad omnes alios, quos verisimiliter interrogatus comprabendi iussisset.*

8 *Fideicommissum ampliatur, & restringitur à ratione, & causa dispositionis.*

9 *Fideicommissum conditionale interdũ trãsit ad bæredes ex coniecturata mente, vbi eadem viget ratio.*

10 *Fideicommissum relictum ab vno ex bæredibus, qui vltimus decesserit, facit videri inter omnes institutos, & substitutos inductum reciprocum fideicommissum.*

11 *Subingressio, qua in successione intestati cõceditur, in dispositione bominis cessat de communi sententia.*

12 *Subingressio cessat in feudo, quod non iure successionis, sed ex dispositione bominis defertur.*

13 *Subingressio cessat in fideicommisso, & ità iudicatum Romæ, & Monferrati, & est magis communis DD. sententia probata in lecturis, & consil.*

14 *Glo. in l. eum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. malè à nonnullis DD. intellecta, declaratur quid verè senserit secundum opin. Cuma. Corn. Ias. Dec. veriorem num 16. & 17.*

15 *Dictio quandoque, idest, non semper, sed aliquando.*

17 *Subingressio conceditur in fideicommisso, quando ex verbis, vel ex mente aliter appareret*

19 *Testator in fideicommisso censetur prædilexisse primo nominatos, quia primo nominati generaliter censentur prædilecti n. 20.*

21 *Testator vocans aliquos speciali nomine censetur illos prædilexisse.*

22 *Vocatio spetialis ordinem charitatis, gradus, & affectionis designat.*

23 *Clausula (prærogatiua primogenituræ, & gradus semper salua) subingressionem excludit.*

24 *Subingressio vbi in feudis interdum conceditur excluditur ex dicta clausula.*

25 *Gradus mentio in dispositione bominis, tollit subingressionem.*

26 *Subingressio & si concederetur in fideicommisso, secund. opin. contra com. non procederet, quando ab intestato subingressio locũ non baberet.*

27 *Fideicommissum debet regulari à dispositione iuris, & ordine, quo ab intestato daretur successio.*

28 *Voluntas testatoris debet regulari à dispositione iuris ad §. cum ita, l. bæredes mei ad Treb. nec extenditur vltrà gradus à iure præscriptos num. 34.*

29 *Gradus, & proximitas considerari debent in vltimo moriente grauato in feudo, & in fideicommisso num. 31. de communi n. 32.*

30 *Gradus, quoad feudi successionem consideratur cum vltimo moriente, vsq; ad septimum tantùm, quia respectu primi acquirentis in infinitum vocantur.*

33 *Successio in feudis in linea collaterali, est restr. cta per Regni const. vsque ad tertium gradum, & ampliata postea ex cc. Regni vsque ad quartum.*

35 *Fideicommissum relictum propinquis, seù lineæ, comprabendit solùm illos, qui sunt in gradu de iure successibili.*

36 *Verbum* (debet) *in vltimis voluntatibus potissimè necessitatem importat.*

37 *Relatiuum sine copula restringit præcedentia.*

38 *Verba in fideicommisso facta super feudo secundum subiectam materiam, & sic iuxtà successionem feudorum Regni sunt accipienda.*

39 *Subingressio non datur in linea collaterali, nisi in successione patrui carnalis tantùm, non patrui remotioris.*

40 *Subingressio est inutilis, vbi persona repræsentanda est in gradu remotior alijs succedere volntibus.*

41 *Feudatarij culpa, siuè delictum in feudo bæredstario nocet eius bæredi.*

42 *Fideicommissum super feudo cum assensu nõ mutat feudi naturam, præsertim adiecta clausula,* Feudi, *natura in aliquo nõ mutata.*

43 *Fideicõmissum super feudo bæreditario cũ assensu operatur, vt non succedatur grauato, sed fideicommittenti, & ex prouidentia necessaria testatoris, ita, vt alter alteri non noceat, & num. 44. & 45.*

46 *Successor in feudo fideicommisso subiecto venit iure proprio, tot censentur donationes, quot sunt personæ, & vnus alteri non est bæres, alterata in boc feudi bæreditarij natura, & num. 47. 48. & 49. & 60.*

50 *Clausula* feudi natura in aliquo non mutata, *non operatur, quòad expressè mutata clausula,* fidelitate nostra semper salua, *declaratur.*

51 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

52 *Infidelitas vnius nocet successoribus in feudis bæreditarij, non autem in feudis ex pacto, & num. 53.*

54 *Fi-*

54 *Fidelitas est substantia feudi, & inest in feudo, licet non exprimatur, num. 55.*

56 *Feudum dicitur à fide.*

57 *Infidelitas agnati in feudo ex pacto alteri agnato non nocet, sed ipsi infideli nocet, durante eius vita.*

58 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

59 *Clausula*, fidelitate nostra semper salua, *declaratur.*

61 *Clericatus non inest homini à natura, & proinde oportet, vt probetur.*

62 *Confessio, seu assertio non nocet confitenti in his, quæ non dependent ab eius potestate.*

63 *Confessio asserentis se clericum non probat clericatum.*

64 *Ordo Ecclesiasticus non præsumitur, nisi probetur per scripturam.*

65 *Ordines quatuor minores dicti, sacri etiam ordines dicuntur.*

66 *Votum alicuius se clericandi, redderet ipsum incapacem ad feudi successionem.*

67 *Votum, vt inducatur, requiritur propositũ deliberatum, & firmatum, nec sola conceptio animi sufficit.*

68 *Votum initiatur, confirmatur, & consumatur, & tria necessaria ad votum, n. 69.*

70 *Feudatarius effectus clericus primorum ordinum de prima tonsura dict. retinet feudum, & fortius succedit de communi.*

72 *Clericus tunc feudum amittit, si ad maiores ordines suscipiendos progreditur, aut si beneficium obtinet ecclesiasticum, etiam si postea illud dimittat, vel aliter iuxtà distin. Aratigo. & Andr. à nu. 72. vsq. ad nu. 75. & à num. 77. vsq. ad num. 81.*

76 *Miles sæculi, & cælestis militiæ quis simul esse non potest, & num. 101. 102. 103. 106.*

81 *Dictio*, statim, *diuersimodè in iure sumitur.*

82 *Feudatarius intrà quod tempus valeat alienationem feudi, vigore constit. Regni reuocare.*

83 *Alienatione feudi vassallo, & domino reuocantibus, is præfertur, qui prius litem contestatur.*

84 *Re integra quando quid fieri dicatur.*

85 *Laicus capax est pensionis super beneficio, quia consistit in mera temporalitate.*

86 *Pensionarius non dicitur beneficiatus ex propria vocabuli significatione, sed bene in fauorabilibus. num. 89.*

87 *Pensio, licet detur loco beneficij resignati, tamen adhuc non dicitur beneficium, licet fuerit per Papam concessus regressus ad beneficium, si pensio non soluatur num. 88.*

90 *Pensionarius, qui potest transferre pensionẽ in aliũ, potest id facere ẽt mediante pecunia.*

91 *Beneficium, & pensio in quo differant remissiuè.*

92 *Clausula reseruationis regressus in pensione, vt clericus pensionem consequatur, potius, vt verè detur regressus, & apponitur de stylo curiæ num. 93. & sub duabus conditionibus, quarum neutra solet euenire, num. 95.*

94 *Clausula solita apponi non procedunt ex deliberatione partium, sed Notarij.*

96 *Renunciatio beneficij sub reseruatione pensionis cum clausula etiam regressus, interim remanet pura.*

97 *Clausula regressus ad beneficium vti conditionalis interim nil ponit in esse.*

98 *Clausula regressus est conditionalis, & differt ab altera, quæ per ecessum, vel decessũ apponi solet.*

99 *Dies incertus, qui omninò est extiturus in contractibus non habet effectum conditionis.*

100 *Animus, & voluntas declarantur ex actibus præcedentibus, & sequentibus.*

104 *Feudatarius sicut eligendo cælestem militiam feudo priuatur, sic è contrà clericus in minoribus, ordines dimittendo sola voluntate laicus efficitur, & num. 105.*

107 *Clericus beneficiatus, contrahendo matrimonium, beneficium amittit, vt etiam si efficitur miles sæcul. num. 108.*

109 *Prohibitus exercere duo officia, vel beneficia per acceptationem secundi etiam proprio motu Principis concessi, ipso iure vacat primum.*

110 *Clericus eligendo feudi successionem, videtur renuntiare clericatui.*

111 *Actus inducitur ex sola voluntate tacita, vel expressa concurrente potentia.*

112 *Intentio præualere debet in dependentibus ex animo.*

113 *Beneficiatus non dicitur, qui de facto tantum beneficium detinet.*

114 *Incapacitas primi successoris aperit locum sequenti in gradu, quando primus irreuocabiliter est exclusus, secus si dubitetur ex Alea.*

115 *Clericus post mortem feudatarij habet tẽpus se laicandi, quousq; sibi per sequentes moueatur quæstio super feudi priuatione & num. 118.*

116 *Feudum in dubio præsumitur ex pacto, ꝙ feudum iure fideicommissi ad successores perueniti, & num. 117.*

119 *Successor vbicumque habilis effici potest, etiam spe de iure communi, non fit locus sequenti.*

120 *Vltima voluntas ab alieno arbitrio dependere non potest ex dispositione testatoris, secus*

Digitized by Google

ficut ex diſpoſitione iuris.

121 *Legata filio præterito pendent, donec filius declarauerit, ſi voluerit impugnare, quod procedit, etiam in fœudis num.* 122.

123 *Renunciatio exiſtente perſona, cui acquiritur, dicitur perſonalis, & illius contemplatione facta.*

124 *Fœuda refutata remanent paterna.*

125 *Refutans fœuda, poteſt in illis ſuccedere mortuo refutatario, vel eius filijs ſine liberis, vt in patre, & fratre refutantibus.*

126 *Refutatio cum ſit certa perſona, quamuis pro ſe, & hæredibus, dicitur perſonalis, ſicut etiam cum ſit agnato num.* 128.

127 *Refutatio facta in manibus domini, non facta mentione certa perſona dicitur realis.*

129 *Refutans decedente refutatario ſine filijs ſuccedit, non obſtante clauſula, cedendo omne ius etiam de futuro.*

130 *Clauſula, cedendo omne ius, & ſimiles quamuis generales, intelliguntur appoſita contemplatione illorum, in quorum beneficium ſit refutatio, & non tertij.*

131 *Verba illa*, pro fratre, & eius hæredibus, *declarant refutationem perſonalem.*

132 *Conuentio facta cum vno non porrigitur ad alium, ſed ſuis clauditur tituli.*

133 *Indultus anni* 1530. *fuit generalis, quo omnis macula rebellionis fuit deleta cum pleniſſima reſtitutione.*

134 *Alienationes omnes in præiudicium fideicommiſſarij irrita.*

Pro Jll. Domino Don Nicolao Gaetano.

ARGVMENTVM.

DE ſubſtitutione reciprocra cum qualitate maſculinitatis, & fideicommiſſo ampliandis ob rationem expreſſam. De ſubingreſſione conſiderata in ſucceſſione inteſtati, vtrùm ſibi locum vendicet in diſpoſitione hominis, in fideicommiſſis, & fœudis, & agitur de intellectu gloſ. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, ff. de lega. 2. Gradus, & proximitas in fideicommiſſis, & in fœudis, an ſint conſiderandi cum primo diſponente, aut cum vltimo moriente. Delictum fœudatarij quando noceat ſucceſſoribus, tàm in fœudo hæreditario, quàm in fœudo ex pacto. De clauſula (fidelitate noſtra ſemper ſalua) & fidelitate plura. Clericatus antequam fœudi ſucceſſio deferatur, vel poſteà ſuſceptus, quando impediat acquiſitionem, vel illius amiſſionem inducat, quid in voto ſe clericandi, beneficio Eccleſiaſtico, & penſione. Et demùm multa de refutatione, & renunciatione quãdo dicantur perſonales, vel reales.

CONSILIVM II.



INSPECTIS, ac diligenter penſatis verbis fideicõmiſſi initi per quondam Ill. Honoratum Gaetanũ Comitem Fundorum, clariſſimè apparet, omnes maſculos de familia Gaetanorum in Comitatu Morconi, & Terra Pedismontis fuiſſe vocatos.

Honoratus enim Gaetanus ſenior inſtituit hæredes vniuerſales Honoratum Gaetanum iuniorem Comitem Trahetti, & Iacobum Mariam Gaetanum nepotes, ex filio præmortuo. Verum Honoratum iuniorem nepotem primogenitum reliquit hæredem in Comitatibus Fundorum, & Trahetti; & Iacobum Mariam nepotem ſecundo genitũ reliquit hæredem in Comitatu Morconi, cũ hac ſubſtitutione reciprocea ſubſcriptis formalibus verbis. *Itẽ prædictus teſtator voluit, quòd vbi dictus Honoratus eius nepos deceſſerit in pupillari ætate, vel poſt quandocunque abſq; filijs maſculis legitimis, & naturalibus; ſeu ſimiliter dictus Iacobus Maria moreretur abſq; liberis maſculis legitimis, et naturalibus in pupillari ætate, vel poſt quandocunq; quod tunc, & ipſo caſu, vnus ſuccedat alteri taliter morienti, & ſic ſucceſſiuè eorum filij maſculi legitimi, & naturales vnus ſuccedat alteri; prærogatiua primogenituræ, & gradus ſemper ſalui, & cum onere dotandi, & maritandi filias fœminas de paraggio. Item prædictus teſtator mandauit, quod vbi, & in caſu quo præfati dominus Comes Trahetti, & dominus Iacobus Maria, & quilibet ipſorum deceſſerint ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus; ſeu dicti eorum filij nati, & (vt prædicitur) naſcituri maſculi legitimi, & naturales deceſſerint ſimiliter ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus, & nullus ſupereſſet de recta linea ipſius teſtatoris maſculus legitimus. & naturalis ad quem eius hæreditas deuenire deberet; quod in dictis bonis*

ipſius

ipsius testatoris succedat Serenissimus Rex Ferdinandus; cum onere dotandi, & maritandi filias fœminas de peragio. Ex hoc enim fideicommisso tres gradus substitutionis colliguntur.

Primus est inter Honoratum, & Iacobũ Mariam nepotes reciproçe substitutionis.

Secundus est inter filios Honorati, & Iacobi Mariç similiter reciproçe substitutionis.

Tertius est, q̃ morientibus dictis Honorato, & Iacobo Maria sine filijs masculis, seu eorũ filijs sine filijs masculis, & nullus superesset masculus de recta linea ipsius testatoris; tunc exclusis fœminis, Serenis. Rex Ferdinandus fuit substitutus. Erit nunc quærendum si in hoc fideicommisso sit inclusus Don Loysius descendens ab Honorato, insimul cum Don Nicolao.

Ad primum, dico, Don Nicolaum in secundo gradu substitutionis expresse fuisse vocatum, sub illis verbis (& successiuè eorũ filij masculi legitimi, & naturales, vnus succedat alteri) siquidem inter filios Honorati, inter quos est Don Nicolaus, & Iacobum Mariam Comitem, eiusq; filios facta est re-
1 ciproca substitutio, *iux. l. lutius ff. de vulg. & pupil.* & quãuis videatur Don Nicolaum secundum verba non videri substitutum Comiti, sed tãtum Honoratum eius patrem, vt in primo gradu substitutionis legitur; qui
2 cum prædecesserit ante Comitem; substitutio sibi præmorienti euanescit *l. vnica §. fin autem C. de cadue. tollen.* & in secundo gradu substitutionis cõstat, inter filios Honorati, & Iacobi Mariæ factam esse reciprocam substitutionem; adeoquod Don Nicolaus filius Honorati, filijs Iacobi Mariæ Comitis,
3 & non Comiti videtur substitutus. Et clarum sit in substitutionibus, casum omissum remanere in dispositione iuris communis *l. commodissime ff. de lib. & post. & l. si extra-
4 neus ff. de cond. ob cau.* Attamen, quia testator faciendo plures gradus substitutionis semper masculos vocando, fœminis exclusis; clarissime voluit, bona sua in familiam conseruare *l. 2. § sed si seruus ff. de ventr. inspic. Socein. 12. col. 2. vol. 3. & Dec. 287.
5 num. 5.* Etenim qualitas hæc masculinitatis, considerata per testatorem operatur, vt omnes masculi descendentes, ab eo vocati censeantur; vt eius voluntas suum sortiatur effectum: *plenè Paris. 37. num. 24. & 41. num. 37. 2. vol.* Et cum hæc ratio, conseruandi bona in familia, ita procedat; Si Honoratus pater Don Nicolai successisset Comiti; sicut si Don Nicolaus Comiti succederet, vtique vterque casus in indispositione

6 testatoris erit inclusus; Quia dum mens, & omnimoda ratio in pluribus casibus cõcurrit, omnes comprehenduntur, *glo in cap. 1. de temp ordin in 6 Dec. in specie 227 a nu. 8. 15. post num. 2 & Curt. sen. 75. post nu.*
7 *13.* Et clarum sit; dispositionem factam in vno casu, alium comprehendere, in quo fuisset verisimiliter dispositum, si testator fuisset interrogatus, *l. Lutius Titius, ff. de liber. & posth. & l. si mater. C. de instit & subst. glo. communiter ibi recepta, in l. tale pactum, §.
8 fin. ff. de pact.* Inde sequitur; fideicommissum ampliari, extendi, declarari; restringi, & limitari per rationem, & causam; quibus testator motus fuit ad ita disponendum, *l. cũ pater, §. dulcissimus, vbi Scribentes de leg. 2. Bar. in l. regula, §. & licet de iur. & fact. ignor. & latè Paris. cons. 1. num. 36. 3. vol.* Et propterea communiter tradunt Scriben-
9 tes; quòd licet fideicommissum conditionale non transeat ad hæredes; tamen ex coniecturata mente defuncti vbi eadem ratio viget, bene transmictitur, *Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. Ias. 233. in princ. vol. 2. Curt. sen. 75 post num. 14. Paris. 52. num. 18. 3. vol. & Soce. iunior. 141. col. 7. 2. vol.* Comprobantur hęc omnia ex eo, quòd testator post mortem vltimi descendentis, ex eius recta linea sine masculis, in omnibus bonis substituit Serenis. Regem Ferdinandum; quo fit inter institutos, & substitutos, & descendentes ipsius, inductum esse reciprocum
10 fideicommissum; Quia substitutio facta post mortem vltimi fuit in tota hæreditate, *est tex. singu. in l. Titia seio §. seia libertis, vbi Bar. ff. de leg. 2. Scribentes omnes in l. pen. C. de impub. & alijs substit. & in l. si pater impuberis, ff. de vulg. & pupill. Alexan. 91. num. 4. 1. vol. & communiter sic teneri voluit Soce. 249 num. 6 2. vol. Ruin. 142. nu. 6. vol. 3. & latè Curt. iun. 11. col. 3. & 16. num. 4. & Rub. cons. 2. colum. 3. cum seq.* Ex quibus concludo, D. Nicolaum expressè fuisse vocatum, & Comiti substitutum; tùm ex mente defuncti; tùm etiam, quia inter omnes institutos, & substitutos ortum est reciprocum fideicommissum; cuius vigore Don Nicolaus Comiti substitutus admictitur.

Ad secundum dico, quod postquam Don Nicolaus nepos Comitis ex fratre, eidem fuit substitutus, vt proximior Don Loysio Gaetano abnepoti Comitis, & in quinto gradu existenti, omninò est præferendus; exclusa penitus subingressione, per eum prætensa, quę in fideicommisso de quo agitur denegatur: Siquidem vera est, & communis
11 omnium conclusio; Subingressionem, vt si-

 bus

lius repræſentet patrem, quæ alias in ſucceſ-
ſio e inteſtati permittitur. *§. cum filius, in-
ſtit. de hared. qua ab inteſt. defer.* in fidei-
commiſso, & ſic in diſpoſitione hominis lo-
cum non habere, *Bart.* loquens in fæudo,
12 quod non iure ſucceſſionis, ſed ex diſpoſi-
tione hominis defertur, negat ſubingreſſio-
nem, *in auth. poſt fratres,* C. *de legit. hared.*
13 & in fideicommiſso, *Bal. in l. cum ita, §. in
fideicommiſſo in fi. ff. de leg. 2. dicens hoc idē
tenere Nicolaum de Matarella ibi Florian.
& Cum. in fi. idem ſequuntur Ang. de Pe-
ruſ. in l. Gallus, §. quidam recte, 2. col. in
fi. 2. concluſ. & in 3. concluſ. de lib. & poſth.
Aret. in d. §. cum filius, col. 1. de hared qua
ab inteſt. defer. & latè Scribentes vbi hanc
opinionem communem affirmant in l. ſi auia,
C. de iur. delib. ibi Iaſ. col. 2. verſ. item adde
lo ſecondo, Dec. col. 2. verſ. ex prædictis,* tra-
dit ita fuiſse iudicatum Romę in Rota, *Curt.
iun. col. 2. & in tract. feud. in vltima quaſt.
2. par. princ. col. pen. verſ. 2. mouior,* refert
ita fuiſse iudicatum per Senatum Ill. Mar-
chionis Monferrati, *Rub. in d. l. Gallus, §.
quidam rectè num. 235. de liber. & poſth.*
Quamquidem opinionem à prædictis vnde-
cim Doctoribus primatibus, vt verè legum
luminaribus, in lecturis communiter funda-
tam, ſequuti ſunt ferè omnes conſulentes,
*Alex. 204. verſ. confirmantur prædicta 2.
vol. Cuma. 106. col. 2. verſ. accedat ad hanc
partem, Capra. 5. ante fin. Corn. 131. nu. 4.
3. vol. Riminal. 233. num. 19. vol. 2. Iaſ. 4.
col. 2. verſ. ad idem 1. vol. Dec. hanc com-
munem eſſe firmat in conſ. 1. per totum, &
478. nu 10. Ruin. 25. col. fin. vol. 1. de com
muni teſtatur Rub. 36. & 38. Curt. inter
conſilia Rubei 39. Gozad. 29 nu. 18. Caſſan.
65. nu. 7. Grat in reſpon 27. num. 20. lib.
Socc. iun. 8. nu. 31. & 73. nu. 15. 1. vol. late
Pariſ. 18. nu. 81. & 37. num. 69. 1. vol. &
Natta multa cumulando, hanc eſſe commu-
nem affirmat 127. col. 2.* Aduerſus quam
concluſionem tantorum patrum, legendo,
& conſulendo magis communiter firmatam,
licet aliqui contrarium tenuerint, eis non
14 erit credendum; quia male intellexerunt *glo.
in l. cum ita §. in fideicommiſſo de leg.* 2. Nam
glo. ibi, nec ex verbis, nec ex mente dicit in
terminis illius tex. loquentis de fideicom-
miſso, habere locum ſubingreſſionem, ſed
quia in tex. dicebatur, in fideicommiſſo re-
licto familiæ, poſt nominatos vocare illos
illos qui ex proximo gradu procreati ſunt;
conſiderando tantum proximitatem gradus,
poterat opponi *de tex. in Auth. Ceſſante C.
de legit. hared.* vbi impares gradu per ſub-
ingreſſionem æqualiter admittebantur. Id-
circo *glo.* hanc tacitam obiectionem tollen-
do, inquit, quandoque qui ſunt in gradu im-
pari æqualiter admittuntur; vt filij fratrum
cum fratribus, *Auth. Ceſſante C. de leg hare.*
& ſic hoc eſſe quandoque idest, non ſemper,
15 ſed aliquando; prout ita dictionem, *quan-
doque,* intelligi debere probat *tex. in cap.
Quod nonnullis iuncta glo. in tex. quandoque
in fin. de Priuileg* Adeoq; quòd ex illo *tex. &
glo.* apertè fundatur, opinio deſuper firma-
ta; quia ibi de fideicommiſſo agebatur, &
glo. pro concordia prædictorum iurium vo-
luit, aliud eſſe in terminis illis *§.* vbi de fi-
deicommiſſo agitur; & ſic de diſpoſitione
hominis, in qua proximitas gradus conſide-
ratur, excluſa ſubingreſſione; & aliud in ter-
minis *Auth. Ceſſante* vbi de ſucceſſione lega-
li, non hominis agitur; quo caſu ſubingreſ-
16 ſio datur. Et licet intellectus iſte ex verbis
tex. & glo. colligatur; tamen dictam glo. ita
intelligunt, & declarant *Cum. 106. 2. col. ver.
licet reprobetur, Corn. 131. nu. 4. 3. vol. Iaſ.
37. col. 2. ante med. inter conſilia Rub. & Dec.
in conſ. 1. nu. 5. verſ. vlterius etiam oſtendi-*
17 *tur.* Ex his ergo ſequitur ſecundum hãc opi-
nionem, iuribus, & rationibus tot Illu. viro-
rum approbatam, vt veriorem, & commu-
nem eſſe iudicandum. Quin etiam, quando
prædicta contraria opinio eſſet vera; prout
non eſſe, ſupra demonſtraui; adhuc in caſu
de quo agitur, ſubingreſſio non poſſet habe-
re locum, quia illa procederet, prout tradit
tex. in d. §. In fideicommiſſo iuncta glo. ibi, ſe-
cundum intellectum tenentium contrariam
opinionem; quando teſtator ſimpliciter fa-
miliæ liberis, ſeu deſcendentibus fideicom-
17 miſſum reliquiſſet, ſecus vero, quando vel
ex verbis, vel ex mẽte aliter appareret; quia
tunc non iuxta iuris diſpoſitionem, ſed ſe-
cundum voluntatem defuncti obſeruandum
foret. Conſideremus ergo fideicommiſſum
de quo agitur? In eo enim teſtator nepotes
ex filio hæredes inſtituit; & deinde preroga-
tiua primogenituræ, & gradus ſemper ſal-
19 ua, filios prædictorum vocauit. Quam ob
rem, teſtator ex ordine dato nominatos
prædilexit, & demum alios gradatim voca-
uit, *iux. l. cum pater §. a te peto marite ibi,
ordine ſcriptura factam ſubſtitutionem ff. de
leg. 2. & l. haredes §. fin. ibi, propter gradus
fideicommiſſi præſcriptos ff. ad trebell. & est
tex. in d. §. in fideicommiſſo ibi, qui nomina-
ti ſunt; vbi ſcribentes omnes id notant.* ſem-
20 per enim primo nominati magis dilecti eſſe
videntur dixit *Ang. 306. col. fin. verſ. circa
probationem Socc. 37. & 104. vol. 3.* item
quia teſtator poſt nepotes hæredes inſtitu-
tos, cæteros deſcendentes non ſub nomine
libe-

liberorum, sed filiorum in quolibet gradu
21 illos vocauit; & sic speciali nomine vocati
videntur l. titius ff. de lib. & posth. & l. quid
si nepotes ff. de testam. tutel. per quæ iura in-
22 spetie Ruin. 127. nu. 1 vol. 3. Ex qua spe-
ciali vocatione, ordo charitatis, gradus, &
affectionis dignoscitur, quod sine scrupulo
23 confirmat clausula illa, per testatorem ex-
pressa (prærogatiua primogenituræ, & gra-
dus semper salua) ex qua enixa voluntas
ipsius colligitur excludendi subingressioné,
vt satis no. dixit Andr. in cap. 1. §. his vero
vers. & hoc verum de grad. succed. in feud.
24 vbi licet in feudis in illo tex. permictatur
subingressio filij in locum patris; tamen
quando deferretur proximis, vel primoge-
nitis: ex forma verborum aliter esset; idem
Bal. dixit in l. iubemus §. vlt. iuncto princ.
25 C. ad trebel. quod quãdo in dispositione ho-
minis fit mentio gradus, censetur exclusa
subingressio, vide l. liberorum ibi, non quibus-
dam gradibus ff. de verb. signif. & est tex. cla-
rus, & omnino videndus in l. si libertus præ-
terito. §. si libertus ff. de bon. liber. quem ad
propositum allegat Andr. in c. 1. nu. 14. vers.
hæc essent vera de natur. succesi feu. Par 30.
nu. 57. vol. 2. Aym. Crauet. 67. nu. 5. 1. vol.
& nouissimè ita limitando opinionem con-
trariam, ex multis firmat, & sequitur Couar.
pract. quæsti. cap. 38. fol. 269. col. 4. vers. 4.
vbi fideicommissum.

Item, & fortius, etiam attenta opinione
illorum, qui voluerunt in fideicommisso da-
ri subingressionem; adhuc Don Loysius erit
26 exclusus, nam glo. in d. §. in fideicommisso,
non procedit quando ab intestato subingres-
27 sio locum non haberet; Etenim regulari de-
bet fideicommissum, a dispositione iuris, &
ordine quo ab intestato daretur successio;
ita illã glo. declarat ibi Imol. Aret. 164. col. 2.
Soce. 252. num. 18. Ruin. 134. col. 9. vers.
sed præmissis non obstantibus, & 169. col. 4.
vers. nec obstant alleg. 2. vol. & ita tenent
omnes: qui prædictam glos. intelligentiam ab
Imol. in d. §. in fideicom. datam sequuti sunt,
28 ea potissimum ratione; quia voluntas testa-
toris intelligi, & regulari debet secundum
iuris communis dispositionem, ad Bart. &
alios Scribentes in l. hæredes mei, §. cum ita
29 ff. ad trebell. vnde cum tractetur nunc de
succedendo, vigore fideicommissi, sequuta
morte Comitis; qui de restituendo videtur
grauatus; gradum, & proximitatem consi-
derare debemus, cum prædicto Comite vlti-
mo moriente; ita per illum tex. tradidit And.
in cap. 1. in fi. de nat. succes. feu. qui loquitur
in fæudo ex pacto, & prouidentia, prout to-
tum illud capitulum in fæudo, ex pacto, And.
intelligit; in quo licet quasi iure fideicõmissi
succedamus primo, tamen gradus, & proxi-
mitas, ad finem succedendi cum vltimo mo-
riente consideratur; idem expressè probatur
in cap. 1. §. hoc quoq; de his, qui feu. dare
poss. & cap. 1. §. hoc quoq; de succes. feu. iun-
cto tex. in §. his vero de grad. succ. in feu. in
30 quibus gradus quo ad successionem, vsque
ad septimum gradum tantum cum moriente
consideratur, licet respectu primi à quo de-
31 scendunt, omnes in infinitum vocentur; Et
in proprijs terminis fideicommissi, non te-
statoris grauantis, sed vltimi morientis gra-
uati proximitatem, & gradum considerari
debere; plenissime Soce. in l. si cognatis nu.
40. vers. sexta conclusio, ff. de rebus dubijs,
cons. 51. num. 31. 73. num. 14. 4. vol. Rub.
36. & 38. Ias. inter 1. con. Rub. 37. Dec. 445.
num. 19. Bertan. 300. 3 vol. Rui. 191. à nu.
7. vsq; ad fin. in 2. vol. & ad saturitatem
32 Socc. iun. 126. per totum 1. vol. vbi hanc
opinionem, communem esse dicit; subdens
num. 51. nota verbum, quòd succedimus
grauato; Tamen ex dispositione testatoris;
idem Gozad. 4. num. 17. & 31. Alciat. resp.
282. & nouissime Roland. in cons. 100. per
totum. Si ergo capere debemus proximita-
tem, & gradum, cum Ioanne Comite vltimo
moriente, Illu. Don Nicolaus eius nepos in
tertio gradu existit. At Illu. Don Aloysius,
abnepos Comitis, filius Don Scipionis pro-
nepotis Comitis, cũ Comite in quinto gra-
du existit; non mirum si ab intestato ei suc-
33 cedere non posset; cum in linea collaterali
per constitutionem Regni non detur succes-
sio nisi vsq; ad tertium gradum, & hodie am-
pliata vsque ad quartum per capitulum huic
Ciuitati concessum. Et proindè si ab inte-
stato succedere non posset; minime posset
subingredi in locum patris; cum subingres-
sio non detur vbi successio ab intestato locũ
non habet.

Nec potest prætendi vigore huius fidei-
commissi factam esse ampliationem; seu ex-
tensionem successionis prædictæ, vltra gra-
34 dus à iure Regni præscriptos: Quinimò sẽ-
per voluntas, & dispositio testatoris, regu-
latur secundum iuris, seu statuti dispositio-
nem, Bar. & ibi latè Moder. in l. hæredes
35 mei, §. cum ita ad Trebellia. & in materia
propria fideicommissi relicti propinquis, seu
lineæ testatoris; quæ linea importat descen-
dentes ab eo, Socc. in cons. 33. num. 8. cum
seq. 3. vol. intelligi debere de his, qui essent
in gradu successibili de iure, & non vltra,
Anchar. cons. 95. col. 1. in fin. num. 3. refert,
& sequitur Dec. 321. num. 3. & 4. quod in
præsenti tanto magis procedit; quia te-

stator expresse cauit, illum de linea, & de-
descendentibus venire ad fideicommissum
prædictum ad quem hæreditas spectare de-
beret; & sic non omnes vocauit, sed illum
tantum, cui successio deberetur; & qui ex ne-
36 cessitate iuris veniret. Verbum enim illud
(deberet) maximè io vltimis voluntatibus,
nec necessitatem importat, *glo. sing. quam ibi*
Scribentes sequuntur in l sæpe. ff de offic præ-
sid. & latè Bart in l creditores col. 1. C. de
37 *pignor.* & illud relatiuum (ad quem) quia
sine copula appositum est; præcedentia re-
stringit, *l. eâ tamen adiectio de leg. 3 & l. om-*
nes populi, vbi omnes ff de iust. & iur & pa-
riter quia testator prærogatiuam ætatis, &
38 gradus seruari mandauit; Quæ verba, quia
sumus in fideicommisso facto super feudis,
secundum subiectam materiam successionis
feudi in Regno intelligenda sunt, *l. Proculus,*
ff. de vsufr. & l. insulam, ff de præscrip. verb.
Ex quibus testator clarè voluit vocare illos
tantum, quibus de iure Regni successio de-
beretur, & non vltra; Ideoq; Illu. Don Aloy-
sium in quinto gradu existentem, & de iure
exclusum; nullo modo esse vocatum,

Præterea, dato, quod essemus in successio-
ne ab intestato; adhuc Don Aloysio non da-
39 retur subingressio; quia cum tractemus de
succedendo Comiti in linea collaterali exi-
stenti, nullo modo potest cadere subingres-
sio, quæ in linea collaterali permittitur in
vno casu tantum, quandò tractatur de suc-
cessione patrui carnalis, *est tex. apertus auth.*
de hæred. quæ ab intest. § si igitur defunctus
in fin. vers. huiusmodi, & in § cum filius,
vbi Scribentes id notant, inst. de hær. quæ ab
intest. defer. & in auth. post fratres, vbi om-
nes, C. de leg. hæred. Sed Comes cui nunc
succeditur, non est patruus Don Aloysij, sed
propatruus magnus, patruus eius aui; ideir-
co subingressio denegatur; eo magis, quia
etiam, quod posset dari subingressio Don
Aloysio, illa daretur in locum patris tantum,
vt ex allegatis iuribus apparet; & sic Don
Aloysius repræsentaret tantum personam
Don Scipionis eius patris, cuius persona re-
præsentata, adhuc esset in gradu remotior,
40 quia Don Scipio pater, vt pronepos Comi-
tis in quarto gradu existens, esset etiam re-
motior Don Nicolao nepoti Comitis in ter-
tio gradu existenti, & proximiori, qui tum
vt successor ab intestato, tum etiam vigore
huius fideicommissi inclusus, omnino erit
admittendus, & præferendus.

Non obstant, quæ per Conuentos oppo-
nuntur. Et primò si forte prætendatur, cri-
men læsæ Maiestatis commissum per Comi-
tē Morconi, nocere omnibus successoribus,
cū feuda hæc, inspecta eorū primæua natura
sint hæreditaria cōcessa, pro se, & hæredibus;
41 & verum sit, in feudo hæreditario delictum
feudatarij nocere eius heredi, notat. per *An-*
dr. in cap. 1. si vassallus feudo priuetur, &
licet fideicommissum super his feudis, cum
assensu sit iniunctum, præsumi debet esse
cum eadem natura, per ea, quæ tradit *Curt.*
de feud. 2. par. q. 7. maximè quia in assensu
adest clausula illa (natura feudi in aliquo nō
mutata.)
42 Nam feuda de quibus nunc agitur, & si
fuerint hæreditaria, quia tamen super eis in-
iunctum est fideicommissum (Rege assentiē-
te) & vocati sunt alij successores, quam vo-
cati per primam inuestituram, non erit du-
bium, illos vocari, vt fideicommissarios iu-
43 dicio testatoris, inuito Comite; sicut in quo-
libet fideicommisso dicimus, per quod testa-
tori, & non grauato succeditur, *l. cohæred.*
44 *§. cum filia, ff. de vulg. & pupill.* & isto casu
habebunt successores hæc feuda, licet essent
hæreditaria, ex prouidentia necessaria testa-
toris, Rege consentiente; & hoc est, quod
45 tradit Andr. quod in feudis restitutioni su-
biectis, alter alteri non nocet, *cap. 1. post nu.*
46 *5. si vassall. feu. priu.* Quia cum sint debita
ex iuditio testatoris, quilibet venit iure pro-
47 prio, & ex propria persona: & quot sunt per-
sonæ, tot censentur esse donationes ad tem-
pus factæ, *per l. 3. C. de donat quæ sub mod.*
quam ad propositum adducit *Andr in d. §.*
hoc quoq; post num 5. vers. hac deferuntur, &
in cap. 1. post num. 1. de eo, qui sibi, & hæ-
48 *red. suis.* Quamobrem, de his feudis resti-
tutioni subiectis, iudicandum est, illa no-
bis deberi propter dispositionem testatoris,
ita quod vnus alteri hæres non erit, tanquā
veniens ex propria persona, vocatus à pri-
mo, nimirum si delictum vnius, alijs nocere
non debet, *cap. si vassallus culpam, si de feu.*
fu. con. & cap. 1. vbi latè Andr. si vassal. feu.
49 *priu.* Et si hoc esset expressum per disponen-
tem, cum Regis assensu, alterata esset natura
in hoc horum feudorum, vt ex necessitate
50 restitutioni sint subiecta: & clausula illa in
assensu posita (natura feudi in aliquo non
mutata, quo ad expressa nō operatur, *Andr.*
in cap. 1. post nu. 9. qui success. ten. Dec. 18.
col. 1. Marin. de subfeud. car. 221. num. 4.
& auth. damn. tit. 1. §. 44. num. 27. vt sic,
crimen læsæ Maiestatis commissum per Co-
mitem, mortuum sine filijs, Don Nicolao ex
eius propria persona venienti, non nocere.

Nec similiter obstat, si dicatur in assensu
præstito de prædicto fideicommisso adesse
51 illa verba. Fidelitate tamen nostra semper
salua. Quæ verba cum sint ablatiuus abso-
lutus

latus importat conditionem, *l. à testatore,*
52 *ff. de cond. & demon.* Et sic ob infidelitatem Comitis, conditionem assensus defecisse; adeò quod fideicommissum super feudis factum, tanquam sine assensu, nullum repute-
53 tur. Nàm verum est, quòd per infidelitatē, tenens feudum, illud perdit, & eius infidelitas nocet etiam successoribus, qui vt hæredes veniunt, sed non illis qui veniunt ex eorum proprijs personis ex necessitate (vt supra dixi) *per tex. in d. cap. si vassallus culpam, si de feud. fuer. cont. & c. 1 si vassallus feu.*
54 *priuet.* Fidelitas enim, est de substantia contractus feudalis, *cap. 1. quid praeced. deb. fidel. Andr. in §. huius autem generis nu. 9. si*
55 *de feu. fu. contr.* & inest, licet non exprima-
56 tur; quia feudum dicitur à fide, & fidelitate, *Andr. in §. nulla in princ. per quos fi. inuest.* & in tantum videtur concessum feudum, in
57 quantum ille cui conceditur sit fidelis. Et nihilominus videmus in feudis ex pacto restitutioni subiectis, infidelitatem agnati, alteri agnato non nocere, benè tamen infidelitas feudatarij sibi noceret, quia perdet feudum, & fiscus tenebit (eius vita durante) verū secuta morte naturali, agnato restituetur, *iuxt. l. Statius Florius §. Cornelio felici. ff. de iur. fisc. ita And in d. c. 1. si vasal. feud. priu.* vnde si in feudo ex pacto, inest fidelitas, & tamen infidelitas vnius, non nocet al-
58 teri. Ergo idem dicamus, quando in concessione est reseruata fidelitas, cum sit expræssum id, quod tacitè inerat; cuius expræssio nihil operatur *l. non rectè C. de fi-*
59 *deiuss.* Illa enim verba; (fidelitate nostra semper salua) intelliguntur quod vnusquisq; habens feudum sit fidelis, & non quod ex vnius infidelitate in præiuditium aliorum
60 Domino aperiatur, quia feuda hæc restitutioni subiacent; & censentur data post mortē vnius, alteri qui sequens est in gradu, adeoquod ex tunc ius est acquisitum *l. quoties C. donat. quæ sub modo And. in d. §. hoc quoque post nu. 5. vers. hæc deferuntur, de success. feud.*

Superest nunc, vt exceptionibus, quæ contra personam Don Nicolai obijciuntur respondeamus. Et primo ad exceptionem clericatus, in qua præsuppono, quod nec per testes; nec per scripturas probatur prætensus clericatus, nisi prout nos fatemur, quod præfatus Don Nicolaus fuerit Clericus primorum ordinum, qui dicuntur primæ tonsuræ. Et licet pars consideret verba posita in contractu renuntiationis, facto per Don Nicolaum, Don Ferdinando eius fratri, dum ibi dicitur, (quod stante in hoc suo clericatu, cum inceperit sacros ordines adipisci, & sic in sacris ordinibus constitutus) id nihil est, quia tali asserrioni, & confessioni, etiam in sui præiudicium non creditur, si non appa-
61 reat; Qualitas enim hæc clericatus non inest homini a natura, & pinde oportet vt probetur *glo. in c. si forte in vers. scientia de elect. in specie Card. in c. perpendimus de sent. excom. quem sequitur Dec. 125 nu 6. Boer. late decis. 171. col. 2. eum seq; Aym. 72. nu. 2. vers.*
62 *vnitus.* Quando enim sunt actus, qui non dependent a potestate confitentis; assertio, seu confessio confitenti non nocet *l. confessionibus, & l. qui seruum ff de interrog. actioni. & l. inde neratius §. fin. ff. ad l. aquil glo. in c. fin. vbi omnes de confess. Rom. 260. circ-*
63 *ca medium Aret. 13. prope fin.* & in materia propria Clericatus *Gramm. decis. 81.*
64 *nu. 6. & Aym. 93 num. 1. vol. 1.* ordo enim ecclesiasticus non præsumitur, sed oportet vt probetur *c. Presbiteri 68. distin. & c. legum 2. quæst. 1.* & probatio hæc debet fieri per scripturam. Est enim de casibus, qui per scripturam tantum probari debent *glo. in c. 1. §. postquam in vers. inscriptis de cens in 6. Abb. in c. bonæ memoriæ col. 5. de electio. & in c. cum adeo 2. col. de rescrip.* Ex his enim necessario infertur, quod de assertione prædicta nulla sit habenda ratio, cum ex aduerso, nihil vltra sit probatum, vel quod dicamus, omnino dictos sacros ordines in dicto instrumento assertos, intelligi debere in primis quatuor ordinibus minoribus, qui di-
65 cuntur primæ tonsuræ, quia isti etiam sacri ordines dicuntur, *glo. in c. 1. in vers. & aliæ de temp. ord. in 6. glo. 32. distin. in summa Abb. in c. coniugatus col. 1. nu. 3. in fin. de conuers. coniugat. & in c. 1. in 1. not de cler. coniug. Zabar. in clem. 1. q. 23. de consang. & affin.*

Nec minus obstat, dum in dicto renunciationis instrumento dicitur, considerans voluntatem votiuam Ill. Ducissæ Trahecti matris, quod idem Don Nicolaus clericali ordini dicaretur, quam voluntatem seruasse
66 statuit, & ad præsens intendit. Quia per illa verba similiter enunciatiua constat, a D. Nicolao non fuisse emanatum votum se clericandi, per quod redderet se incapacem ad feudum *c. 1. §. qui clericus, vbi Andr. cæte-*
67 *rique si de feu. fue. controu.* etenim ad inducendum votum, requiritur propositum scilicet deliberatum, & firmatum *Abb. & communiter Doct. ex mente Innoc. & Host. in c. literaturam ext. de vot.* si enim quis firmiter non proposuerit, & deliberauerit religionem ingredi, vel certum quid confiteri, non obligatur, ex sola conceptione animi; nam si ex prædicta deliberatione, vel ani-

mi agitatione, quis obligaretur ad religio-
nem, pauci essent studentes, qui non essent
obligati religioni, hæc sunt formalia verba
Abb. in d. c. literaturam, subdentis propterea
69 votũ initiari, cõfirmari, & cõsumari; initiari
cũ proposirũ in animo feminatur (vt in hoc
casu) ex quo proposito, nulla confirmatio,
nulla denique consumatio apparet facta per
ipsum D. Nicolaum. Imo dicit *Beatus Tho-
mas in 22. q. 88. art. 1. quem in d. c. allegat*
69 *Abb. & sequitur.* Tria ad obligationem vo-
ti esse necessaria. Primum deliberatio. secun-
do propositum. Tertio promissio, non tamen
quis obligatur secundum eum, ex sola deli-
beratione, vel eius solo proposito, nisi sub-
sequatur promissio. Cum ergo ex prædictis
aliquod prætensum non fuerit emanatum;
sequitur prædicta verba Don Nicolao non
obstare, & verum esse: Clericatum Don Ni-
colai, de qua tractatur, in primis quatuor
ordinibus tantum: qui de prima tonsura di-
70 cuntur, fuisse, & eidem non nocere, quo-
niam clericus primorum ordinum, de prima
tonsura dictus, adeo capax est fæudi, vt illud
licet taliter efficiatur clericus, retineat, &
multò fortius succedat: communiter Fæudi-
stæ id firmant, & signanter *Iacob. de Belui.
in cap. 1. de beneficio fœmina, Bald. in §. qui
clericus, vbi Aluar. col. 2. Afflict. col. 2. si de
fau. fue. contr. latè Præpos. hanc opinionem
esse communem, declarat in §. Et quia n. 51.
de his qui fau. da poss. & in d. §. qui cleri-
cus, Afflict. in c. 1. col. pen. vers. quærit hic
glo. de mil. vassal. qui arm. bell. depos. Iacob.
in sua inuest. in vers. quibuscunq; n. 3. Curt.
de fau. 3 par. quæst. 10. col. 6. vers. secundo
limita, & hoc communiter teneri firmauit
Brun. 38. col. 3. vers. nec obstat si dicatur.*
71 Tunc enim clericus fæudum amittit, & à
successione excluditur, quãdò vltra quatuor
ordines minores ad alios maiores ordines
processerit, puta subdiaconatum, & alios, ita
voluerunt allegati Doctores, & in specie
72 *Ias. 113. num. 2. vol. 1.* Aut si beneficium
ecclesiasticum adeptus esset; tunc enim Cle-
ricum primorum ordinum, non clericatus,
sed beneficium ecclesiasticum incapacem
73 redderet; adeò quod si fæudatarius, clericus
beneficiatus fieret, feudo priuaretur, etiam
quod desijsset esse talis, *cap. 1. de milit. va-
sal. qui arm. bell. dep. §. qui clericus, si de
fau. fuer. contr. & cap. 1. in fin. de benef. fam.
Sed in hoc dominus Iacob. de Ardizone in sua
summa in tit. quib. mod. fau. amit. car. 18.
col. 3. §. Item amittit, si clericus efficiatur,*
74 post multa subdit, quod ad tollendum istas
ambages, potest dicere, vt si re integra, idest
non dum habita quæstione de fæudo clerica-
tum dimittat, quòd fæudum retinere possit,
& eum recuperare, alioquin si iam habita
esset quæstio de amissione non recuperaret,
hæc verba dictæ summæ refert *Io. Blancus
in sua summa eo. tit. car. 20. col. 2. vers item
numquid amittit, & Aluar. in cap. 1. col. 2.*
75 *de mil. vassal. qui arma belli dep.* Hanc enim
conclusionem distinguendo declarat *Andr.
in d. cap. 1. de mili. vassal. qui arma belli de-
posu.* quod aut sumus in eo, qui erat fæuda-
tarius, & demum fit clericus beneficiatus, &
iste amittit fæudum, etiam si dimictat bene-
ficium, pęnitentia ductus. Apparet enim eo
ipso, quod effectus est miles cęlestis militiæ,
76 desijt esse miles sęculi. Aut enim ille qui ef-
fectus est clericus beneficiatus non erat fęu-
datarius, quia tunc viuebat pater, seu alter
agnatus, quibus mortuis, si iste beneficiatus
intendit succedere, vt in præsenti accidit, &
tunc fit illa subdistinctio *Iacob. de Ardiz.*
77 quòd aut iste clericus beneficiatus dimittit
beneficium, & habitum rę integra, idest an-
tequam sit ei mota quæstio super amissione
fæudi, & tunc in fæudo succedit, non obstan-
te clericatu prędicto, quia tunc, quando cle-
ricus beneficiatus fuerat, non erat fęudata-
rius, & non potest dici, per clericatum per-
didisse, quod non habebat. Aut vero post
mortem fæudatarij, de cuius successione agi-
tur, differt dimittere beneficium, in tantum,
quod res desijt esse integra, propter quæstio-
nem motam super prædicta fæudi amissione,
& tunc quia tanto interuallo distulit, à fæu-
do excluditur; ita *Andr. in alleg. loco intel-*
78 *ligit dicta Iacobi de Ardiz.* Nec ex aduerso
dicatur *And. in alleg. cap. de milit. vassal.* ab
hac opinione Iacobi de Ardizo. recessisse,
dum ibi *in vers. clericus etiam viuo patre,*
dicit, quod iste clericus post mortem patris
statim laicari debet. Nam cum Andr. paulò
ante firmauerit opinionem Iacobi de Ardi-
zo. intelligendo illam procedere in eo, qui
viuo patre fuerat clericus, illam argumentis
confirmando, non est ferendum dicere, quod
Andr. ita incontinenti sibi contrarius foret,
79 præter morem suum, maximè quia *Andr. in
cap. 1. §. ex hoc, vers. sed si præmortuo. de
benef. fam. & in cap. 1. in fin. prin. vers. alij
dicunt rem integram, quid iur. sit. si vassall.*
hanc eandem opinionem Ardiz. cum prædi-
cta distinctione (vt supra) intellectam, & de-
claratam, firmat, & sequitur: subdens etiam
se ita tenuisse *in d. cap. 1. de milit. vassal. qui
arma belli depos.* Et propterea verbum illud
(statim) positum *in d. cap. per Andream* de-
bere intelligi, statim, hoc est, re integra, an-
tequam sit mota quæstio amissionis fęudi, vt
supra declarauerat, & semetipsum declarat

in

80 *in d. cap. 1. de beneficio fam. & cap 1. quid iur, sit.* Hanc enim opinionem Ardizo.& Andr. vt supra, firmatam, & declaratam, sequitur *Afflict. in d. cap. 1. de mil. vassal. col. pen. vers. sed dubitat hic Andr. etiam Cap. decis.*
81 *115. nu. 11.* Quinimò dicit hæc dictio (statim) diuersimodè in iure sumitur. Quandoque intelligitur, vsq; ad litis contestationem, *l. 2. C. vbi in rem act.* & regulariter intelligitur, cum aliquo temperamento, *l. quod dicimus, ff. de solut. & ita intelligitur ibi, per Andr. prout in simili idem Andr. intelligit in cap. 1. vers. post refutationem pen. col. vers. sed quid dicitur de vassal. qui con-*
82 *tra constit. Loth.* vbi dixit, quòd licet feudatarius in Regno, qui vigore constitutionis potest ad finem euitādi deuolutionem feudi reuocare alienationem, sine assensu Regis teneretur statim reuocare, aliàs dominus præferetur in reuocando; tamen hoc statim, dicit ipse, debet intelligi cum aliquo temporis interuallo, quod declarat esse vsque ad litis contestationem, factam per Do-
83 minum in iudicio reuocatorio. Quam ob rem illum præferri voluit, in reuocando qui prius litem contestatus est. Quod dictum sapientes omnes Regni approbarunt, testatur ibi *Affl. col. 3.* Ex his enim inferendo ad punctū, sequitur D. Nicolao clerico, & beneficiato in vita Comitis, licuisse, secuta eius morte in anno 56. re integra, ante motam quæstionem super amissione feudi, quæ fuit mota in anno 1564. dimittere beneficium, & admitti ad successionem Comitatus, imo D. Nicolaus in resignationem beneficij fecit statim paulo post mortem Comitis, & mul-
84 to ante procurauerat illam facere. Quo casu, re integra facta videtur, cum semper illam facere procurauerit, in simili *in l. 3. §. cum igitur vbi Bar. ff. de vi, & vi armat. Socc. in l. 1. §. 1. vlt. not. ff. de verb. oblig.*

Nec prædictis obijci possit, quod cum à Summo Pontifice fuerit eidem D. Nicolao super eodem beneficio resignato reseruata pensio, & in bullis dicatur, illum esse clericum. Adhuc hodie Don Nicolaum, qui pensionem habet esse clericum, & beneficiatum.
85 Nam pensio super beneficio cum consistat in mera temporalitate, cuius capax est non solum clericus, sed etiam laicus, non dicitur
86 beneficium, & proinde pensionatus non dicitur beneficiatus in propria significatione vocabuli, *est tex. vbi scribentes, & præcipue Fely, in c. ad audientiam lo secondo col. 1. de rescript. & in c. quamuis de praben. in 6. vbi Canon. etiam late Caccialup. in suo tract. pens. quæst, 12. & 30. Io. de Silua. in tract. beneficiorum q. 3. nu. 11. & nouissime ad saturitatem sing. Hiero. Gig. de pensio. q. 28.*
87 Ex his enim vera, & communis est omnium conclusio, quod licet pensio daretur loco beneficij resignata, tamen adhuc non dici-
88 tur beneficium, quod adeo est verum, quod licet esse reseruata pensio resignanti per Summum Pontificem in beneficio resignato, cum clausula regressus ad beneficium, ob non solutionem pensionis, quod adhuc talis clericus pensionarius modo prædicto non dicitur beneficiatus, nisi in casu quo es-
89 set fauorabile clerico, beneficiatum dici, secus si odiosum, vt esset in casu nostro, quia ex hoc priuaretur feudo, ita multis rationibus id firmat *Gigas de pensio. quæst. 94. imo idem Hier. in d tract. q. 99.* arguendo ad par-
90 tes firmat ꝙ si esset restituta pensio clerico resignanto super eodem beneficio resignato cum clausula regressus, ob non solutionem pensionis, & data ei potestate transferendi pensionem in alium, quod poterit iste clericus pensionarius, non obstante prædicta reseruatione regressus, facere translationem huiusmodi pensionis in alium, etiam me-
91 diante pecunia, quia isto casu non est beneficium, enumerando specificas differentias inter beneficium, & pensionem, cuius dicta obsecro legantur, licet tutius sit in hoc vltimo casu obtinere assensum Apostolicum.

Nec videtur ex prædicta reseruatione, regressus, facta in bulla ad beneficium resignatum, in euentum non solutionis pensionis, Don Nicolaum non habuisse animum
92 in totum dimittendi beneficium. Nam si recte consideremus, ex dicta regressus reseruatione, ob non solutionem pensionis, nulla voluntas colligi potest, tum quia clausula ista, ad hoc tantum tendit, vt beneficiatus in temporibus debitis, timore pœnæ, pensionem soluat, non autem, vt pensionarius ad
93 beneficium reuerti velit, est enim clausula ista solita apponi de stilo Curiæ, etiam quod à partibus non sit dictum *Gigas in prædicta q. 94. num. 9. & q. 99. nu. 4.* Et propterea de ea dicendum erit, prout de clausulis solitis apponi ex consuetudine Notariorum il-
94 las non procedere ex deliberatione partis, sed Notarij *inquit Bar. quem communiter*
95 *sequuntur scribentes in l. 2. nu. 10. in fin. ff. de iure codicill.* tum etiam quia prædicta clausula regressus est sub duabus conditionibus, vna, si pars non voluerit soluere pensionem, quod non est credendum, quod eueniat, & velit incidere in pœnam priuationis beneficij, tot laboribus, & expensis acquisiti, *vt idem Gig. in alleg. q. 99. nu. 21. considerauit.*

derauit. Altera vero si ipse pensionarius vo-
luerit eligere illam viam regressus, & hæc
voluntas similiter non est credenda, post-
quam Don Nicolaus pro consequendo fæu-
do longe vtiliori, voluntariè beneficium re-
nunciauit, sola pensione contentus, *arg. l.
fin. C. de remissi. pign.*
96 Et sic pensio, & renunciatio purè, sunt
resoluenda, sub prædictis duabus conditioni
bus, sicut dicimus in pacto adiectionis in diẽ
& l. commissoriæ, *l 1. ff. de leg. commiss.* in
97 tantum quod clausula hęc conditionalis, sub
prædictis conditionibus, quarum euentus
non solum est inuerisimilis, sed omnino in-
credibilis, ante euentum conditionis, nihil
ponit in esse, *l. Hæc venditio, ff de contrab.
empt.* sicut dicimus ex contractu conditio-
nali ante impletam conditionem, nihil de-
beri, nec agi posse, *est tex. in l. Grege, §. si*
98 *sub conditione, ff. de pignor.* Clausula enim
hæc regressus conditionalis ob non solutio-
nem pensionis longè differt ab illa, quæ per
99 cessum, vel decessum apponi solet. Illa
enim habet diem certum, qui omninò ve-
niet, licet incertus sit, qui in contractibus
non habet effectum conditionis, *glo. in l. dies
incertus, ff. de cond. & demonstr. l. sub con-
ditione, ff. de cond. indeb.* Quæ omnia clarius
fundantur ex his, quæ in facto probata sunt,
de aperta voluntate Don Nicolai, non solum
immediate post mortem Comitis, sed etiam
longè ante, quod nolebat esse clericus, sed
laicus; nullo modò clericaliter viuendo, sed
vt merus laicus, & habitu laicali, ac ense ac-
cinctus incidendo, & faciẽdo alios actus cle-
100 ricatui contrarios. Ex quibus actibus prę-
cedentibus, & sequentibus, animus, & volun-
tas ipsius apparuit, *l. si seruus plurium, §.
fin ff. de leg.* 1. Imò non solum D. Nicolaus
post mortem Comitis beneficiũ resignauit,
& fęudum petendo militiam seculi elegit, sed
longè ante mortem Comitis, exęrcendo mi-
litiam seculi, videlicet officium Capitanei
peditum, tam in Ducatu Mediolani, quam
etiam in hoc Regno: militiæ cælesti, & cle-
101 ricatui, ac beneficium renuntiauit; cum in
bello clerici adesse non possint, *Abb. in cap.
sententiam num. 16. & cap. clericis num. 13.*
102 *ne cler. vel mona.* Sunt enim militia seculi,
103 & cælestis incompatibiles. Sicut enim
fęudatarius, qui eligendo militiàm cęlestem,
104 ipso iure fęudo priuatur, ea ratione, quia
ex quo voluit effici miles cælestis; fęudo re-
nunciasse videtur, *cap. 1. de mil. vassall. qui
arma belli depos.* ita pariformiter è contra;
105 miles cęlestis in minoribus ordinibus con-
stitutus, & beneficiatus, qui sola voluntate
posset à clericatu recedere; & beneficium
dimittere, *cap. eum ex eo de elect. in 6. & cap.
cum Ioannes, vbi glo. cæteriq; de cler. coniug.*
106 exercendo, & eligendo militiam seculi, mi-
litiæ Cęlesti renunciare videtur; & sic cleri-
catui, & beneficio, quod ex hoc, ipso iure
vacat, vi tacitę renunciationis, *ita Io. And.*
107 *& Doct. in c. fin. de cler. coniug.* & sicut cle-
ricus beneficiatus propter matrimonium
subsequutum, ipso iure perdit beneficium, &
illud vacat, quia ex matrimonio tacita re-
nunciatio inducitur *cap. 1. vbi glo. & scrib.
omnes de cler. coniuga. vt in decis. Capp. Tho-
los.* 239. & etiam militiam seculi, & sęua
exercendo, similiter beneficium perdit, &
108 vacat, cum paria sunt, clericum beneficia-
tum fieri militem, vel contrahere matrimo-
nium, *glo. 1. in cap. qualiter, de cler. non resi.
quam ibi Ant. de Butr. Abb. & omnino Imol.
col. 2. nu. 4. sequntur, & latè Gig. in alleg.*
109 *tract. pens. q. 55.* inde videmus in officijs,
quando simul duo exercere est prohibitum,
per acceptationem secundi, etiam proprio
motu Principis concessi, ipso iure vacat pri-
mum, *est tex. vbi Bart. & alij post eum not.
in l. fin. C. de cohortalib. lib. 12.* & per ac-
ceptationem secundi beneficij incompatibi-
lis, clericus primo renunciare videtur *cap.
de multa vbi omnes de preben. Abb. in c. ad-*
110 *monet de renunciat.* & in proprijs terminis
consuluit *Calder. omnino videndus in cons.
2. in fin. tit. de feud.* quod clericus in mino-
ribus eligendo successionem fęudi pro quo
deberetur seruitium, quod clerico non con-
ueniret, ex hoc clericatui renunciasse vide-
tur. Potest enim clericus primorum ordinũ
ex sua voluntate renunciare, vt supra dixi,
111 nimirum si ex sola voluntate tacita, vel ex-
pressa, concurrente potentia, inducitur actus
*c. cum super de offic. deleg Ias. in l. Barbarius
circa principium, vers sic item potes, ff. de*
112 *off prætor.* ex his enim actibus incompati-
bilibus, mens certa Don Nicolai renuncian-
di colligitur, cuius intentio, tanquam in re
dependente ex eius animo pręualere debet,
*l. etiam, § 1. vbi Bald. & Alex. in 4. not. ff.
solu. matrim.* Et si tempore mortis Comitis
Don Nicolaus beneficiũ tenebat, quod paulò
post in manibus summi Põtificis resignauit,
illud tamen de facto tenebat, quia proprius
ante mortem Comitis ipso iure vacabat;
113 quo fit illo tempore, Don Nicolaum non
esse beneficiatum, quia de facto beneficium
tenebat, *cap. licet, canon. §. quod si infra, de
elect. in 6.* Talis enim detentio beneficij de
facto, non operatur aliquem effectum etiam
regul. de trien. possess. *Gomes in, reg. de
Trien. poss. q. 10. num. 3. Gig. in alleg. q. 94.
in fin.* Quamobrem in collatione dicti bene-
ficij

ficij resignati per summum Pontificem, dicitur illud vacare, non solum ob resignationẽ factam per Don Nicolaum, sed diutius ante vacasse, vt in Bullis legitur; propter quod vana redditur hęc pretensa clericatus exceptio.

Et si fortè adhuc contemneretur, quòd tempore mortis Comitis, quo fideicommissi dies venit, Don Nicolaus, vti clericus beneficiatus, incapax reputabatur (quod supra negauimus) & proinde sequẽti in gradu locum esse apertum, *l. 1. ff de success. edict.*

114 Respondetur id nihil esse, Nã tunc sit locus sequenti in gradu, quando primus irreuocabiliter esset exclusus à successione, *l. 1. §. si nemo, & §. si quis adita, & l. 2. §. si bonorũ, ff. ad Tertull. & l. si ex modica, §. si filius, ff. de bon. libert.* Quando enim dubium est, an primus succedere possit, sequens in gradu nõ admittitur, *l. 2. §. si quis decesserit ibi, vel quòd alia causa, ff. unde legit.* Et in propriis terminis firmauit *Alcia. in resp. 782. in fin.* quòd tunc fideicommissum, tempore quo cessit dies illius, ad sequentem in gradu spectaret, quando primus irreuocabiliter esset exclusus, aliàs non, in præsenti, inhabilitas hęc pretensa ob beneficiũ, reuocabilis erat, per dispositionem iuris communis, & feudorum, cum potuerit Don Nicolaus, ante sibi motam quæstionem super amissione feudi, beneficium dimittere, & se habilem ad feudi successionem facere, ex sola voluntate sua, & hoc est quod Andr. in locis supra al-
115 leg. demonstrauit, dum voluit, clerico, post mortem feudatarij dari tempus se laicandi, vsque quo non fuerit sibi mota quæstio, per alios sequentes in gradu, super priuatione
116 feudi, Quod in dubio secundum eum ibi, ex pacto; & prouidentia præsumitur, *prout ipsemet Andr. dixit sæpius, & in specie in §. huius autem generis col. 2. in fin. ex quib. cau. feud. amitt.* quod feudum iure fideicommissi ad successores venit, *Andr. in §. hoc quoque; col. pen. vers. hac quoq; de success. feu. Cap. 1. col. vers hoc est regulariter in omni feudo de eo qui sibi, & hæred. suis.* In quibus
117 locis demonstrauit, feuda ex pacto, iure fideicommissi ad successores deuenire, & nihilominus *in cap. 1. de milit. vassall. qui arma*
118 *belli deposuit,* voluit, quod si tempore delatę successionis quis clericus beneficiatus reperitur, quod in feudo, non sit statim locus sequenti in gradu, sed primus potest se laicari, & habilis fieri, vsque quo non fuerit sibi mota quęstio de amissione feudi. Itaquòd indubitata est hæc conclusio, quod tempore mortis Comitis, licet Don Nicolaus fuisset clericus beneficiatus, quod potuit dimittere beneficium, & non per hoc sequenti in gra-
119 du locus erat apertus. Semper enim quod subest aliqua spes habilitatis, secundum ius commune, non de iure speciali, non potest dici quis inhabilis taliter, quod fiat locus sequenti successionem prætendenti, *textus est menti tenendus in l. 4 in principio, & §. 1. vbi Bar. ff. de fidei. libert. latius idem Bart. in l. 1. §. Qui habebat in 2. oppos. ff. de bon. poss. con. tab.* Inde infero, *l. fin. ff. com. pred.*
120 quæ vult vltimam volũtatem ex alieno arbitrio dependere non posse, in præsenti non procedere, quia illa regula habet locum, quando ex voluntate testatoris hoc esset, secus ex dispositione legali vt eueniret (vt in
121 præsenti accidit) siquidem, legata, & dispositiones testatoris, quando filius est præteritus pendent, donec filius ex dispositione iuris declarauerit, si impugnare vel approbare voluntatem patris voluerit, *l. filio præterito, vbi Paul. post alios num. 9. declarat regulam prædictam, ff. de iniust. rup. testam. & Scribentes omnes in l. posthumo,* C. *de bon. poss.*
122 *contra tab.* Idq; etiam in feudis, pro patre præteriti procedere dixit *Curt. de feu. 3. p. 8. q. princ.* ex quibus apparet, quomodo radicitus omnis scrupulus euellitur.

Secundo opponitur aduersus Don Nicolaum exceptio renunciationum factarum per eum in anno 1530. & 1535. Don Ferdinando eius fratri, huius Comitatus; ex quibus prætenditur, reales fuisse, taliter quod omni tempore sit exclusus, *c. 1. de eo, qui fin. fec. agn.* Sed ex lectura renunciationum prædictarũ fatemur, illas fuisse mere personales, contemplatione Don Ferdinandi, & eius descendentium; postquam Don Ferdinandus
123 stipulatus est, pro se, & suis hæredibus, quo casu, cum fuerit persona cui sacquirebatur illa persona dicitur contemplata tantum, *est tex. clarus in l. filius familias, §. Diui, lo secondo, vbi Doct. omnes not. ff. de leg. 1.* Ex
124 his enim renunciationibus factis per Don Nicolaum huius Comitatus, Don Ferdinando fratri, & immediatè successuro, eiusque hæredibus, feuda refutata, nõn noua, sed pa-
125 terna remanere, & refutantem posse in illis succedere, mortuo eo, cui facta est renunciatio sine filijs, vel filijs eius sine filijs, excluso domino directo, vel alio quocumq; *est tex. in cap. 1. de vassal. decrep. ætat. vbi Andr. cæterisq; & §. si. si de feud. fue. contr. tex. apertus in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agn.* Inde fit, quòd si pater refutat feudum filio, eo mortuo, sine filijs, quia adhuc feudum durat paternum, non obstante refutatione, posset succedere, *Andr. in cap. 1. col. 3 vers. quid ergo si pater de natu. success. feud.* & in

fratre



Digitized by Google

fratre renunciante fæudum fratri, quòd eidē decedenti fine liberis possit, non obstante renunciatione, in fæudo succedere, vltra iura prædicta, *tenuit glo. in tit. imper. Loth. in fin. & ibi Bal. Aluar. caeteriq; Scribentes cōmuniter Bald. in l. 1. q. 15. de rerum diuis.*
126 Semper enim quod refutatio fit certe personæ, pro se, & hæredibus, personalis dicitur pro se, & filijs; adeo quod nostro fratre mortente, cui facta est refutatio, fine filijs, refutans non obstante renunciatione succedit *d. cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. Ang.*
127 *286. col. fin.* Sed quando refutatio fit simpliciter in manibus domini, nulla facta mentione, certæ personæ, tunc realis dicitur, *Bertan. 42. col. 4. lib. 3.* & ita procedunt dicta per *Alex. in conf. 13. col. 1. cum seq. vol. 5. & Andr. in cap. 1. de vassal. decrep. aetat.*
128 Et in tantum est vera hæc conclusio, quod refutatio personalis dicitur, quādo fit agna-
129 to, pro se, & hæredibus; quod si in renunciatione adessent clausulæ solitæ generales, cedendo, & renunciando omne ius, etiam de futuro, adhuc non includeretur casus futuræ successionis, quin refutans succederet, quando decesserit is, cui facta est refutatio fine filijs, *Bald. in cap. 1. col. 3. vers. iuxta hoc quaero, & in conf. 281. col. fin. 3. vol. Aret. in conf. 3. Alex. 189. col. 2. prope finē, vol. 2. Soce. 73. col. 1. 3. vol. & latius Curt. senior in conf. 49. col. 57. vers. ad decimum*
130 *argumentum*. Quoties enim refutans renunciat omne ius, quod habet, vel habere potest, nihil sibi reseruans, cum hęc dirigantur ad illum, cui fit refutatio, & ad eius hęredes, illorum contemplatione facta videtur, & non tertij, cui acquiri non interest ipsius
131 refutantis, seu recipientis: Imò verba illa, pro fratre, & eius hæredibus, quibus fit refutatio declarant, omninò refutationem illam personalem, adeoq; cessante illo, qui recepit, & eius hęredibus refutans admittitur ad successionem, in specie *Aret. in alleg. conf. 3. & Curt. d. conf. 49. Bar. sing. in l. qui Roma, §. duo fratres, q. 10. de verb. oblig. quem*
132 *Iason, Alex. & Aret. sequuntur.* Conuentio enim facta cum vno, non porrigitur ad alium, sed suis præcisè clauditur titulis, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* Igitur concludendo dicamus, renunciationes istas, factas per Don Nicolaum D. Ferdinando fratri, & eius hæredibus, intelligi pro eo, & eius liberis, quibus deficientibus, tanquam personales, Don Nicolao non nocere.

Tertio opponitur de prætenfa rebellione Don Nicolai. Et licet ex notula facti constet, nihil de hoc concludens fuisse probatū, imò per Don Nicolaum fuisse optimè probata eius seruitia, & fidelitatem erga Cęsaream Maiestatem, tamen cum adsit generalis indultus in anno 1530. per quem non solum abolitum est omne crimen, & omnis
133 macula deleta; verum etiam plenissima sit restitutio ad omnia, vt sic de pręrensa huius criminis exceptione amplius tanquam vana, & nullius momenti, non erit tractandum.

Quarto, & vltimo, opponuntur per conuentos quędam adiudicationes factę pro dotibus, & paragijs vxoris, & filiarum olim Comitis Murconi, in quibus Don Nicolaus
134 aliter non fuit auditus, nec citatus. Et clarum est omnes alienationes factas in pręiudicium Fideicommissarij irritas esse, traditur *in l. fin. in fin. C. comm. de leg.* Quare, sole clarius constat, Illu. Don Nicolaum in pręsenti fideicommisso vocatū, & vt proximiorem, non obstantibus pręrensis friuolis exceptionibus, in iure non militantibus, in petitione huius Comitatus cęteris pręferendum esse, ideoque possessores ad illud dimittendum, vna cum fructibus condemnādos fore pro Religione, & summa doctrina Iudicantium iuris esse arbitror.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Familia per masculos conseruatur*
2 *Masculinitatis qualitas in omnibus gradibus substitutionis considerata operatur, vt voluntas testatoris vocantis omnes suos descendentes masculos perpetuo iure fideicommissi, suum sortiatur effectum.*
3 *Descendentes masculi eum in conditione tantum ponuntur ad exclusionem substituti, non dicuntur vocati.*
4 *Descendentes positi in conditione cum qualitate masculina, fœminis exclusis, si constat de voluntate testatoris bona in familia volentis conseruari, dicuntur substituti.*
5 *Fideicommissum reciprocum induceitur inter omnes institutos, substitutos, & descendentes, cum sit substitutio alterius in tota hæreditate post mortem vltimi.*
6 *Fauda cum sunt hæreditaria, quilibet in eis succedens debet esse hæres, & proinde delictum prædecessoris nocet successori hæredi.*
7 *Fideicommisso iniuncto super feudalibus, Rege assentiente, vocando masculos, exclusis fœminis, adeo est alterata feudalium natura, vt masculi succedant non vt hæredes,*

dei, sed iure fideicommissi, per quod testatori, & non grauato succeditur, & nu. 13. & 14.

8 *Alter alteri venienti ex propria persona nocere non potest. & num. 15.*

9 *Faemina, masculis deficientibus, de iure Regni succedunt in feudis.*

10 *Res noua efficitur, cum ei aliquid additur, vel detrahitur, quod procedit etiam in feudo, & num 11.*

12 *Clausula in assensu posita (natura feudi in aliquo non mutata) intelligitur praeterquã quoad expressa.*

16 *Fidelitas est de substantia contractus feudalis, quae seu per inest, licet non exprimatur.*

17 *Feudum dicitur à fide, & fidelitate.*

17 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*

19 *Bona expressè prohibita alienari, non confiscantur.*

20 *Bona generaliter fideicommisso subiecta non expressè prohibita alienari, durante vita delinquentis ad fiscum deuenient, sed eo mortuo, ad fideicommissarium, & quid in feudo, num. 27.*

21 *Bona maioratus non confiscantur, quando primogenium est institutum sine Regia facultate, & quid si cum regia facultate, & num 22.*

23 *Feudum an publicetur, confiscatis bonis per quodcunq; delictum.*

24 *Vassallus si delinquit principaliter in dominum, & idem sit dominus directus, & fiscus: feudum, quod redit ad dominum in ultionem iniuriae suae, an perpetuò, vel temporaliter ad eum redeat in praeiudicium agnatorum, & num. 26. referuntur duae opiniones.*

25 *Cap. deniq; quae sit prima caus. benef. amitt. intelligitur quando principaliter fuit offensa persona domini, & quomodò.*

28 *Cap. denique limitatur, vt delictum agnati alteri agnato non noceat, quando feudum ex inuestitura appareret concessum pluribus, vel de vno in alium, quod vnus alij succederet, vel si esset facta generis inuestitura.*

29 *Feudum cum defertur ad certas personas, seu generationes, nunquam delictum vnius alteri nocet, nisi in vita committentis.*

30 *Feudum cum est nouum, licet ex pacto primus acquirens contrahendo, & delinquendo, caeteris sequentibus, potest praeiudicare, quando feudum occasione primi sunt habituri, secus si propria contemplatione.*



Additio in eadem causa.

ARGVMENTVM.

DEscendentes masculi positi in conditione, quando dicantur vocati, fideicommissum iniunctum super faeudo cum Regis assensu, an alteret naturam ipsius faeudi: Bona alienari prohibita vtrum confiscentur, & quid in faeudo, & an delictum vnius alteri noceat, quoad amissionem faeudalium.

CONSILIVM III.



COMES Fundorum, instituendo duos eius nepotes, Honoratum scilicet, & Iacobum Mariam, & tres gradus substitutionis faciendo vz. Inter Honoratum, & Iacobum Mariam reciprocae substitutionis, alterutro ex eis sine masculis decedente; inter filios masculos Iacobi Mariae, & Honorati similiter reciprocae substitutionis; & quod morientibus praedictis sine masculis, & nullus superesset masculus de recta linea testatoris, exclusis faeminis ad Regem Ferdinandum bona deuenirent, duo clarissime voluit, & disposuit.

Primum eius bona in familia perpetuo conseruare voluisse, & non ad alienas manus deuenire, sic enim testator ipse in principio testamenti expressit, vt sic in claris coniectura cessent, quas si in praesenti considerare oporteret, dum per omnes gradus substitutionis legimus, masculos semper vocatos faeminis exclusis, vrgens illa coniectura insurgit bona sua in familia permanere voluisse, quae per masculos conseruatur *l. 1. §. & si seruus, ff. de ventr. inspic, Socc. cons. 12. col. 2. 3. vol. & Dec. 237. nu. 5.* 1

Secundum omnes eius descendentes masculos perpetuo iure fideicommissi vocasse; 2 qualitas enim masculinitatis in omnibus gradus substitutionis considerata, id operatur vt eius volũtas suum sortiatur effectum *plenè Paris. cons. 37. nu. 24. 2. vol. & in cons. 1. 3. vol. Dec. cons. 15. col. 3. & Ias. cons. 4. nu. 5. 1. vol.*

Nec dicatur Nepotes tantum eorumque filios masculos in substitutionibus fuisse vo-3 catos, caeteros vero descendentes masculos in conditione tantum positos ad exclusionẽ substituti, ideoq; non esse vocatos *iuxt. glo. vlt.*

vlt in l.lutius ff. de hared.inst. Nam & si ma-
ximus super ea sit scribentium conflictus, &
sit quasi communiter recepta; illa tamen ex
mente omnium, ex coniecturata mente te-
statoris cessat etiam ex leuibus coniectur s
Curt. iun. cons. 37. Aimon 62. num. 6. inter
4 quas fortior coniectura existit, quando de-
scendentes sunt positi in conditione cum
qualitate masculina feminis exclusis; Tunc
enim, quia de voluntate constat, bona in fa-
milia perpetuò conseruari, omnes descendē-
tes masculos in conditione positos esse sub-
stitutos, communiter affirmāt ad limitatio-
nem glo. in d.l. Lutius. *Ita voluit Guid. Pap.
decis. 134. Corn. cons. 20. n. 10. vol. 4. Soce. 116
col. 3. vol 3. Dec. in l. 1. col. 5. C. de pact. &
in cons. 270. col. pen. Rub. Alexan. cons. 28.
Curt. iun. cons. 113. col. 3. Soce. iun. cons 119.
num. 29. latè Crauetta cons. 62. col. 4. Boer.
decis. 155. num. 25. Alciat. in respons. 432.
num. 3 Zang. cumulat in l. haredes mei, §.
cum ità num. 751. ff. ad Trebell. Grat. cons.
89. num. 6.*

Insuper, quod inter omnes descendentes
masculos sit reciprocum fideicommissum
inductum, comprobatur, quia post mortem
vltimi descendentis sine masculis ex eius re-
cta linea, in omnibus bonis fuit substitutus
5 Serenissimus Rex Ferdinandus, Quò sit inter
omnes institutos substitutos, & descenden-
tes masculos, esse inductum reciprocum fi-
deicommissum. Quia substitutio fuit facta
post mortem vltimi in tota hæreditate *est
tex. sing. in l. titia seia §. seia libertis, vbi Bar.
ff. de leg. 2. scribentes omnes in l. penul. C. de
impub. & alijs substitutionibus Alex. 91. nu.
4. 1. vol. & communiter sic teneri voluit Soce.
249. nu. 6. 2. vol. Ruin. 142. nu. 6. vol. 3. &
latè Curt. iun. cons. 11. col. 3. & 16. num. 4.
Ruin. cons. 2. nu. 3. cum seq.* Quibus fit non
posse dubitari, omnes descendentes mascu-
los in bonis Comitis, exclusis fæminis, iure
fideicommissi esse vocatos, prout species
iudicatum fuit per Collaterale Consilium,
Sacrum Consilium, & Regiam Cameram in
terra Pedismontis vt in notula facti legitur.

Non obstant quæ per fiscum, & possessores
opponuntur.

6 Primum dicunt, fæuda, de quibus nunc
agitur, attenta originali eorum inuestitura,
esse hæreditaria; quo fit quemlibet in eis
succedentem, debere esse hæredem, & pro-
inde delictum prædecessoris nocere succes-
sori hæredi *Andr. in c. 1. si vaxall. feud. priu.*
Et si super eis factum sit fideicommissum
cum assensu, quia tamen in eo adest clausula,
natura fæudi in aliquo non mutata, ex illa
videtur Regem noluisse naturam eorum im-
mutare; eoque magis quia testator præsu-
mitur voluisse vocare descendentes mascu-
los, vti hæredes, ponderando illa verba, & si
nullus superesset masculus, ad quem eius hę-
reditas deuenire deberet, quasi, quod ma-
sculus ille hęreditatem capiendo, titulum
hæreditarium sentiat, vt sic tam inspecta
voluntate disponentis, quam Regis assentiē-
tis, masculos, vti hæredes esse vocatos, li-
queat.

Sed clarè respondendo dico, quod & si
fæuda, de quibus nunc agitur, fuerint hære-
7 ditaria, quia tamen super eis iniunctum fuit
fideicommissum, Rege assentiente, vocando
masculos, feminis exclusis; alterata fuit eo-
rum natura, vt masculi veniant non vt hære-
des, sed iure fideicommissi, per quod testa-
tori, & non grauato succeditur, *l. cohæredi,
§. cum filia, ff. de vulg. & pupill.* Ipsi enim
consequentur hæc fæuda ex iuditio testato-
ris, qui restitutioni illa subiecit: & prouiden-
tia illa hæreditaria est transfusa de volunta-
ria in necessariam restitutionem, quia cen-
sentur tot donationes ad tempus factæ, quot
sunt personæ, *l. 3. C. de donat. quæ sub modo
Andr. in §. hoc quoque post num. 5. de succ.
8 faud.* in tantum quod alter alteri venienti ex
propria persona nocere non potest, *Andr. in
d. c. 1. nu. 5. si vassal. faud. priu.*

Quinimò ex alio testator ipse expresse
mutauit cum hoc fideicommisso primam
naturam horum fæudorum, siquidem illa ex
communi forma erant pro hęredibus ex cor-
pore, & sic tam pro masculis, quam fęminis,
9 quæ masculis deficientibus in fæudis succe-
dunt *iuxta l. Regni in aliquibus*, & tamen
nunc illam naturam mutando, fęminas ex-
cludendo, nouam naturam masculinam in
10 eis introduxit. Semper enim, quod aliquid
additur, vel detrahitur alicui rei, illa noua
efficitur, *l. ius ciuile, ibi Bar. cæteriq; ff. de
11 iust. & iur.* & cum noua qualitas in fęudo
additur, nouum fæudum fiat, *Oldrad. cons.
78. Bald. in cap. 1. col. pen. an agnat. Camer.
in cap. imperialem fol. 42. col. 4. propè finem,
& Afflict. in decis. 112.* & in proprijs termi-
nis, quando de fæudo fæmineo effectum esset
masculinū, accedente fæudatarij, ac domini
voluntate, fæudum illud nouam naturam
assumeret, *Bal. in cons. 215. in fin. num. 4. 2.
vol. Quod satis probatur, ex c. 1. §. profecto
12 de leg. Corrad.* Et ex his de clausula illa in
assensu posita, Natura fæudi in aliquo non
mutata, ratio aliqua habenda non erit, quia
intelligitur præterquàm quoad expressa,
*c. 1. de faud. non hab. propr. nat. faud. Andr.
in c. 1. post num. 9. qui succ. ten. Dec. 18. col.
1. Marin. de subfaud. car. 221. num. 4. &*

Auth.

Digitized by Google

Auth. damn. tit. 1. §. 44. nu. 27. Et in pro-
13 prijs terminis, quando in feudo hareditario
est ininnctum fideicommissum cum assensu, qui contineat clausulam, (natura feudi in aliquo non mutata,) quod quilibet successor sit vocatus vi fideicommissi, & factum praedecessoris sequentibus non noceat, quia per fideicommissum fuit alterata natura feudi hareditarij, *Camer. videndus in v. 1. quaest. 118. an agnat.* Pariter si consideramus verba illa, Si nullus superesset masculus de recta linea ipsius testatoris, ad quem eius hareditas deuenire deberet, non videtur ex eis disponentem vocare successorem vti haerede, sed magis demonstrando eius voluntatem voluisse, quod ad omnes descendentes masculos eius haereditas deueniat, quae est quodam nomen iuris, cōprehendens omnia eius bona, & quanto magis protulit talia verba, tanto magis voluit vocare masculos iure fideicommissi, siquidē si vt haeredes venirent, vltimo succederent, sed quia testator expressit, quod eius haereditas ad masculos deue-
14 niat, ergo sibi voluit succedi, & si testatori, ergò iure fideicommissi, cuius natura est, vt testatori, & non grauato succedatur, *d. l. cohaeredi, §. cum filia de vulg. & pupill.*

Secundo, non obstat assensum hunc habere clausulam ordinariam (fidelitate, & iuribus nostris semper saluis) quę verba cum sint prolata per ablatiuum absolutum resoluuntur in conditionem, & sic fęuda censeri concessa donec durant in fidelitate, & data eius infidelitate sub contraria conditione censeri adempta.

Nam clausula illa debet intelligi ciuili modo, verum est enim, quod per infidelita-
15 tem tenens fęudum, illud perdit, & eius infidelitas nocet haeredibus, sed non agnatis in feudo ex pacto, qui veniunt ex proprijs personis, *cap. si vaxall. culpam, si de feud. fuer. contr. & c. 1. si vaxall. feud. priu.* &
16 nihilominus fidelitas est de substantia contractus fęudalis, *cap. 1. quid praeced. deb. fid. Andr. in §. huius autem generis nu. 9. si de feud. fuer. contr.* & semper inest, licet non
17 exprimatur, quia fęudum dicitur à fide, & fidelitate, *Andr. in §. nulla in princ. per quos fiat inuestit.* ergò idem erit, quando expressè reseruatur fidelitas, cum non plus sit
18 in expresso, quam in tacito, & expressio eius, quod tacitè inest nihil operatur, *l. non rectè C. de fideiuss.* Illa enim verba, (fidelitate semper salua,) intelliguntur, quod vnusquisque habens fęudum, sit fidelis, & non quod ex vnius infidelitate, cęteris agnatis fiat praeiudicium, *in specie Camer. videndus sic declarat in d. cap. 1. q. 19. an agnat.*

Tertio, Fiscus dicit, quod postquam Comes Murconi crimen perduellionis commisit, quia delictum principaliter dominum respexit, eius fęuda, quamuis fideicommisso subiecta, ad eum perpetuò in vltionem suę iniuriç reuerti debere, etiam in praeiudicium agnatorum, ad exemplum fęudi ex pacto, & prouidentia, *iuxta cap. denique tum ibi not. qua sit prima caus. benefic. amitt.* super quo audio Fiscum magnopere facere fundamentum, quia ista sit communis conclusio ad intellectum illius tex.

Sed vt veritas vndiquè pateat, quatuor casus distinguendo discurram, quando bona prohibita alienari, seu subiecta fideicommisso, vel maioratui, possint confiscari, quid in fęudis simpliciter ex pacto, & quid in fęudis, super quibus fideicommissum erit iniunctū, & apparebit funditus fundamentum fisci esse sublatum.

19 Primus est generaliter, quando bona fuerunt prohibita alienari, tunc non confiscantur, *est tex. in l. Imperator ibi Bar. ff. de fideicomm. lib. Couar. hanc esse communem affirmat in cap. possessor 3. par. §. 1. num. 6. Molin. de maiorat. lib. 4. cap. vlt. nu. 5.*

20 Secundus, in bonis generaliter fideicommisso subiectis, nō expressè prohibitis alienari, & tunc durante vita delinquentis ad Fiscum deuenient, sed eo mortuo ad fideicommissarium, *l. statius florus, §. Cornelio Falici de iur. fisci. Molin. qui alios refert alleg. loco num. 6. inde num. 25.* infert ipse ad bona maioratus, & distinguit tres casus, quorum duo sunt ad propositum.

21 Primus est, quando primogenium est institutum sine Regia facultate, & *num. 31.* tenet non confiscari, sed *num 39.* limitat suam opinionem, nisi bona fuissent donata à Principe iure maioratus. Tunc enim per delictū fisco applicarentur.

22 Secundus est quando primogenium est institutum cum Regia facultate, & est casus noster, & tunc *num. 68.* subdistinguit, aut in Regia facultate est expressum, quod ex crimine lęsę Maiestatis bona ad fiscum deueniant, & commisso crimine perpetuò ad eū deuenient, si verò in Regia facultate nihil fuit dictum, quod ex crimine lęsę Maiestatis publicentur, & concludit non posse confiscari, & *num. 67.* respondet obiectioni qui consentit, dare videtur dicit, id procedere, quando quis consentit super re sua, non super re alterius, vt ibi latè, ex quibus, bona maioratus tertio instituti cum Regis assensu, per delictum rebellionis non posse confiscari in praeiudicium vocatorum, apertè affirmat.

33 Tertius erit in fæudis in quibus duæ con-
siderantur separatæ quæstiones. Vna si con-
fiscatis bonis per quodcunq; delictum, fæudũ
publicetur, & tunc illa ratione, quia nõ tran-
sitoria ad heredes extraneos, nõ confiscãtur;
fæudũ, q ad extraneos nõ transit, in confisca-
tione nõ veniet, de quo articulo *Bar. et scrib.*
latè in l. si finita, §. si de vectigalib ff. de damn.
infect. & cõis est hæc opinio, refert Boer. decis.
264. n. 7. Altera erit qñ vassallus delictũ cõ-
34 mittit principaliter in dominũ, & idẽ sit dñs
directus, & fiscus, si fæudũ delinquentis, q re-
dit ad dominũ in vltionẽ suæ iniuriæ, *d. c. de-*
niq; perpetuò, vel tẽporaliter ad eum redeat
in præiudicium agnatorum. Super quo pun-
cto conclusiuè loquendo dico, aut loquimur
in fęudo hęreditario, & non est dubium illud
perpetuò reuerti ad dominum in præiudi-
cium descendentium, & agnatorũ, qui erunt
hæredes: aut sumus in fęudo ex pacto, & tunc
si erit nouum idem erit, vt supra, sin autem
antiquum redit ad dominum in præiudiciũ
descendentium; sed an in pręiudicium agna-
torum, hic labor; quia scribentes diuersi mo-
dè loquuti sunt ad intellectum *cap. denique*
qua sit prim. caus. benefic. amitt. cap. si vas-
sall. culpam, si de feud. fuer. contr. cap. 1. si
vassall feud. priue. & cap. 1. an ille, qui in-
terfe. fratr. Dom. sui. de quorum intellectu,
quod agnatis nõ præiudicet, copiosè doctus
collega allegauit, & vltra eius dicta *Camer.*
uidendus in d. cap. 1, 11. oppos. an agnat. &
Grat. cons. 3. num. 15. cum seq.

Sed antequam opiniones referam, aduerto
35 d. c cap. denique intelligi, quando *princi-*
paliter fuit offensa persona Domini, quod
erit secundum Bald. & Aluar. ibi si vassallus
eum verberaret, vel cucurbitaret, & licet in
crimine læsæ Maiestatis semper videatur of-
fen persona Domini, tamen etiam in hoc
crimine distinguit *Salic. in l. 2. post num. 5.*
vers. tu vero dic latius, C. de lib & eorum lib.
an in personam, vel in dominium commit-
tatur, cuius opinionem refert, & sequitur,
Boss. de public. bon. num. 58. vt si in personã,
habeat locum dispositio illius tex. si in do-
minium, & statum, nequaquam. Cumque in
præsenti non in personam, sed in statum cri-
men, per duellionis commiserit, potest dici
illum tex. non posse applicari.

Verum dato, quod offensa fuerit in perso-
36 nã Domini. Duæ in hoc fuerunt opiniones.
Prima *Iacobi de Beluis, & Bal. in d. c. deniq;*
illũ tex. intelligi, fæudũ reuerti ad dominum
perpetuo, & non ad proximos intelligendo
agnatos, quorum opinionem esse cõmunẽ,
tradit *Curt. de feu. 3. par. princ. 1. col. Dec.*
606. col. pen. & Boss. de public. bonor. ante num.
55. & super hac opinione tanquam commu-
ni fiscus figit pedes.

Secunda fuit opinio æquior, & communis
in Regno nostro, & recepta, delictum com-
missum in Dominum non præiudicare agna-
tis, ac *tex. in d. c. denique* intelligi non ad
proximos idest filios, & descendentes, *sic glo.*
voluit in §. hoc quoque de succ. feud. Andr. in
d. cap. denique, & latè in cap. 1. si vassall. feu.
priue. & ante eum Hostien. per eum relatus
Bal. sibi contrarius in l. placuit num. 1. C. de
lib. cau. Iacob. de feud. lib. 3. fol. 296. Clar.
recept. sent. §. feudum quæst. 66. Rolan. cons.
1. num. 31. Grat. late in cons. 3. nu. 15. cum
seq. Gigas in tit. de pen. com. crim. læs. Maiest.
q. 5. Auth. damn. videndus in §. 30. q. 30. in fi.
Afflict. in cap. si vassallus culpam si de feud.
fuer. contr. & quæ sint regal. in ver. & bona
committentium crimen, col. 1. Paris. in d. c.
denique, Camer. latè in d. c. 1. 11. oppos. an
agnat. Moder. in addit. ad Afflict. in decis.
281. Moder. in tract. de feud. fol. 52. Ma-
rin. de subfeud. in 29. author refert sic aliàs
fuisse iudicatum in causa Comitis S. Agatæ.
37 Est verum quod Andr. voluit durante vita
delinquentis eiusquè descendentium, fæudũ
reuerti ad dominum, verùm sequuta morte
ad agnatos deuenire, *iuxta l. statius, §. Cor-*
nelio Felici, ff. de iur. fisci, & sic sequuti sunt
eum allegati Doctores, præcipuè Afflict. Auth.
damn. Gigas, Camer. & Marin. in locis al-
legatis, referens sic fuisse iudicatum, & vltrà
eos meritissimus ille Regens Villanus in suo
tract. quẽ ad penam vidi. de crim. læsæ Ma-
iest. & si rectè consideramus amplius, hic
articulus fuit implicite decisus in hac causa,
dum fiscus fuit absolutus durante vita natu-
rali Comitis, post eius mortem reseruata
fuerunt iura fideicommissi dominis Gaeta-
nis; quæ reseruatio fuit demùm explicata
in paragio dato Dominæ Isabellæ filiæ Co-
mitis rebellis, quod non potuit dari alio iu-
re, nisi vigore dicti fideicommissi, vt ex illo
processu iàm deciso clarissimè apparet. Qua-
re opinio Andr. etiam si esset sola in Regno
nostro, tanquam Euangelistæ erit sequenda,
eoq; magis, quia æquior, & confirmata per
grauissimos viros, *glo. Hostien. & alios*, ac
in Regno nostro communis, quia omnes Re-
gnicolæ illam sequuntur, & in Regno rece-
pta, quia sæpius secundum eam iudicatum.

Sed quid moror amplius? & erit quartus
38 casus. Estò millies, vt fiscus dicit, quod
communis opinio contra Andr. esset vera, &
recepta, prout non est, illa tamen commu-
niter limitatur per illosmet, qui tenent pri-
mam opinionem cõtrà Andr. non procedere,
quando aliter ex noua inuestitura apparere
posset.

Digitized by Google

posset, puta si fæudum esset concessum pluribus, vel de vno in alium, quod vnus alteri succederet, vel si esset facta generationi. Tūc enim in his casibus communiter limitatur, *d. cap. deniq;* delictum agnati, alteri agnato non nocere, *Aluar. in d. cap. deniq;7. concl. ibi Præpos. quem legit cum §. prædictis in fin. 3. col. vers. circa limita, ibi Lauden. nu. 17. & Petr. de Raina Bald. in cap. 1. col. 3. vers. ego autem si vasall. faud. priue. Iacobi de faud. in ver. dictiq; vasalli promiserunt non commictere feloniam num. 38. ver. 4. & 5. Rain. in suo comprehens. in §. pæna, vers. collige ex prædictis, Curt in 5. p. 2. col. ver. limitate, decis Pedemont. 29 n. 20. Cur sen. 149 post n. 88. vers. 2. debet limitari, Auth. damn. videndus in §. 30. quæst. 30. in fi.* loquitur de

29 fæudo, quod defertur ad certas personas, seu certas generationes, quod nunquam delictū vnius alteri nocet, nisi in vita committentis, & hanc limitationem esse communem, *Zas. de faud. fol. mihi 101. 3 limit. & communē esse Camer. in d. cap. 1. 11. oppos. an agnat. & Dec. in cons 544. quod est duplicatum in cons. 606. col pen. qui videatur rogo.* Nam in propriis terminis casum decidit in testamento validato cum assensu, in quo in bonis fæudalibus erat facta substitutio, quod si primus delictum rebellionis commiserit, non per hoc præiudicium inferat substitutis ex inuestitura vocatis, sic in præsenti dicamus; Noua superuenit inuestitura cū assensu Regis, cum substitutione, quod vnus masculus alteri succedat, generationi, ac familiæ masculinæ Gaetanorum prospiciendo, nimirum si delictum vnius alteri nocere non potest. Et proinde, vel opinio Andreæ (vt dixi) in Regno communis, & recepta erit sequenda, delictum vnius agnato non nocere, nisi temporaliter durante vita delinquentis: vel qui vult tenere opinionem contrariam, quam fiscus dicit communem, sequatur etiam limitationem communem per eosdemmet traditam, quæ in casu nostro procedit, nisi super feudo esset iniunctum fideicōmissum q vnus alteri succedat, nam tunc delictū vnius alteri non nocebit, & vndiq; res erit in tuto.

Postremo, nec dicat fiscus, hæc fæuda in persona Comitis Murconi, qui non erat proximè successurus Comiti Fundorum, consi-

30 derari fæuda noua, & si id est, primus acquirens in fæudo nouo licet ex pacto, contrahendo, & delinquendo cæteris sequentibus potest præiudicare, *Andr. in §. & si libellus vltima col. de alien. faud. pater. & c. 1. 2. col. si vassall. faud. priue.* Nam *Andr. in d. §. & si libellus in vltimis verbis*, facit duo capita in primo acquirente, aut sequentes sunt habituri fæudum occasione primi, & tunc factum illius nocet sequentibus: aut sunt habituri ex propria contemplatione, quia sic constat, verè, vel præsumptiuè, & non nocet sequentibus, *ita ibi. & in 4. col. vers. secus si nominasset, & vltim. col. in final. verbis.* Cunque certum sit descendentes masculos Comitis Fundorum non contemplatione Comitis Murconi. Sed eorum contemplatione fuisse vocatos, clarissimè sequitur factum prædecessoris eis nullo modo nocere.

Camllus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes factæ, & onera imposita rei fideicommisso subiectæ post mortem disponentis sunt irrita, & tollenda, & infra num 27.*

2 *Legatum factum legatario pro se, & filijs masculis tantùm, legatario decedente sine filijs masculis intercidit.*

3 *Verba anno quolibet, & annuatim, sunt sinonima.*

4 *Legatum annuum pro primo anno est purū, pro sequentibus verò conditionale.*

5 *Legatum conditionale ex sui natura, si nihil est expressū mortuo legatario, est extinctū.*

6 *Testator potest facere, quod legatum sui natura non transmissibile ad hæredes transmittatur, & è contrà.*

7 *Testator potest disponere, quòd legatum ad certos tantùm hæredes putà masculos, trāsmittatur.*

8 *Dispositio requirens aliquam qualitatem, illa qualitas pro forma, & substantia est reputanda.*

9 *Qualitas requisita pro forma vbi deficit, actus quoq; deficit.*

10. *Legatum annuum factum masculis cum dictione taxatiua, indicat non ad alios, quā ad masculos deferri.*

11. *Dictio*, tantum, *& alia taxatiuæ affirmatiuè posita excludunt omnes alias personas, & casus præter expressos.*

12 *Dictio* prædictis *repetitiua præcedentium.*

13 *Hæredum masculorum appellatione veniūt liberi masculi non extranei.*

14 *Dictio*, super, *importat dominij translationē.*

15. *Dictio*, super, *verè est æquiuoca, & potest importare hypothecam, & dominium secundum subiectam materiam.*

16 *Dictio*, super, *declaratur secundum verba præcedentia, & sequentia.*

17 *Dictio*, super, *in legato inducit hypothe-*

cam ex verbis.

18 *Seruitus realis, neque personalis inducitur grauato herede ad soluendum mille annua ex redditibus Fundi, sed talis praestatio morte legatarij extinguitur, & infra num. 25.*

19 *Confiscatio transit cum sua causa.*

20 *Fiscus ob rebellionem succedens, loco haeredis habetur.*

21 *Fiscus est successor anomalus, & vocatur ad iura eo modo, quo resident penes delinquentem.*

22 *Assensus concessus pro validando fideicommisso facto super feudo censetur sub ea conditione praestitus, cum fidelis, & gratus fuerit concessionarius, & non vltrà, & ità iudicatum.*

23 *Onus extrinsecum dicitur, cum legatarius grauatur in annua praestatione, vel alia quantitate; onus verò intrinsecum cum grauatur in parte rei legatae.*

24 *Annua praestatio relicta alicui super feudo non dicitur feudum formatum in personam legatarij.*

26 *Origo semper attendenda.*

29 *Dominij translatio non impeditur ex pacto de non alienando in contractu apposito regulariter.*

29 *Dominij translatio impeditur ex pacto irritanti adiecto, si fuerit deuentum ad alienationem.*

30 *Bona expressè alienari prohibita non confiscantur, etiam durante vita delinquentis de communi.*

31 *Reemptio, quae fit necessitate pacti antecedentis resoluit contractum.*

32 *Remissio iuris, quod quis habet in re, liberat rem.*

33 *Dos potest detrahi de bonis fideicommisso subiectis in casu restitutionis, nisi grauatus percepisset tantumdem ex fructibus, quia fructus licet non veniant in restitutionem, computantur tamen in debitum, & nu. 37. 38. & 39.*

34 *Bona restitutioni subiecta ex causa dotis possunt alienari ex dispositione auth. res quae. C. comm. de lega.*

35 *Auth. praedicta res quae, non procedit in feudalibus.*

36 *Dos debet satisfieri de fructibus feudi.*

40 *Cessio vlla fit debitori translatiua, sed extinctiua ad liberandum.*

41 *Iuuari quis non potest ex eo, quod impugnat, nisi repraesentaret duas personas, & n. 42.*

43 *Scriptura impugnata vti non possumus, nisi impugnatio insurgeret ex causa, quae staret in voluntate impugnantis, quia tunc vti liceret ad exceptionem tantum.*

44 *Instrumentum, vel scriptura continens plures articulos potest impugnari in vno, & probari in altero.*

45 *Exceptio, super qua actori competit defensio praematurè opponitur, nec impedire potest causae expeditionem.*

46 *Agens ex contractu vltrò, citroq; obligatorio debet prius ex sui parte totum adimplere, nec in minimo deficere, alias alteri licet recedere, & num. 47. 48. & 49.*

50 *Transactioni contraueniens velut periurus cadit ab illius commodo, & tenetur stare in eius damnum, & obseruans liberatur.*

Pro Duce Trahetti circa onera Pedismontis.

ARGVMENTVM.

DE oneribus impositis, & alienationibus factis de bonis fideicommisso subiectis irritandis; De legato annuo, conditionali, & facto pro legat. & masculis, ipsorum transmissione ex coniecturata mente, & extinctione. De onere annuae praestationis legatario iniuncto, quando dicatur intrinsecum, vel extrinsecum, vel inducatur ex hoc seruitus aliqua. Dominij translatio quando impediatur ex pacto. Dos quando deducenda ex bonis, vel ex fructibus bonorum restitutioni subiectorum. Et quomodo impugnans scripturam valeat ea se interdum iuuare, & alijs.

CONSILIVM IV.



QVOD fideicommissum initum per Illu. Comitem Fundorum in beneficium masculorũ de domo Gaetana, vigeat in terra Pedismontis, & in ea successerit Ill. Dux Trahetti vigore eiusdem fideicommissi, non est dubium per tot decisiones factas in eadem terra, vt ex notula facti legitur.

Quod onera imposita in dicta terra per antecessores de domo Gaetana, à quibus Dux veniens ex propria persona non habet causam, debeant amoueri iuxta petitionem ipsius, super qua tantum est compila-
1 tus processus, pariter non erit dubium, cum clarum sit omnes alienationes, & omnia onera

onera imposita super re fideicommisso,& restitutioni subiecta post mortem imponentis, esse tollenda,& traditur *in l fin. §. fin autem C. communia de leg.*

Et ex his Ill. Dux vndique fundatam habet intentionem.

Audio plures exceptiones opponi per creditores, quæ breuiter in tres reducuntur.

Prima est. Dicunt Iacobum Mariam Comitem Murconi super introitibus terræ Pedismontis habuisse annuos duc. 1900. per consignationem ei factam ab Honorato Duce Trahetti eius fratre in anno 1513.de quibus cum assensu ante rebellionem, alienasse Alexandro de Ambrosio annuos duc. 96. qui cum esset mortuus absque successore, ad fiscum deuenerunt, qui ad præsens illos possidet, & alios annuos duc. 60. Dominico Carrafæ, quos nunc tenent hæredes D. Ferdinandi de Cardines. Restantes verò duc. 1744. ob rebellionem dicti Comitis in anno 1528. deuenerunt in fiscum,qui illos gratiosè concessit quampluribus Alemanis, à quibus Don Ferdinandus Gaetanus tunc vtilis dominus Pedismontis mediante persona Ducis Termularum eius cognati, in maiori parte emit. Super his ergò introitibus emptis per Don Ferdinandum,prætendunt eius creditores sibi posse satisfieri, tanquam non compræhensis in fideicommisso, & ad eum obuentis ex particulari titulo.

Sed, vt clara responsio detur. Aduertatur hos annuos duc. mille ex duplici causa oriri. Prima est respectu annuorum duc.mille, qui dependent ex testamento Comitis Fundorum disponentis. Prudens ille testator, post institutionem hęredum in personis Honorati, & Iacobi Mariæ eius nepotum, substitutionem, & vincula. Quia reliquerat statum Romæ Honorato primogenito, & de eo medietas spectabat ad Iacobum Mariam secundogenitum, vigore iuris cõmunis fæudorum, quod in illo statu vigebat, loco dictę medietatis in fine testamenti, absq; vlla substitutione, legatum fecit, grauando Honoratum, eiusq; hæredes, quod anno quolibet in perpetuum solueret annuos duc. mille Iacobo Mariæ, pro se, & hæredibus,masculis tantum, & si non soluerit, liceret Iacobo Mariæ, & prædictis eius hæredibus illos exigere, & recolligere super introitibus Terræ Pedismontis, qui, & quæ in tali casu intelliguntur hypothecata.

Secunda est respectu aliorum duc.900. illi enim fuerunt impositi per Honoratum in anno 1510. 1513, & 1517. super introitibus Terræ Pedismontis in beneficiũ Iacobi Mariæ pro debitis Honorati, cum pacto redimendi pro duc. 11.mille,videlicet annui duc. 600. in anno 1510. pro duc. 6000. quibus Honoratus indiguerat, pro illis soluendis, vt iam soluit Paulo Tholosæ, & alijs eius creditoribus. Item cum exegisset Honoratus pro certo tẽpore fructus Comitatus Murconi, & Caiuani,& pro illo tẽpore nõ soluisset dictos ann.duc.mille,exegisset credita hęreditaria, & animalia hæreditaria pariter vendidisset, quorũ prĩũ ꝓ medietate spectabat ad Iacobũ Mariã, & idem Iacobus Maria vendiderit eidem Honorato medietatẽ, domus sitę Neapoli pro duc. 700. pro omnibus his quinque causis Honoratus constituerat se debitorem Iacobo Mariæ in duc. 22. m. de quibus demum Honoratum soluisse duc. 15300. & remãsisse debitorem in duc.7400. inclusis duc. 700. pretij domus, & volens Honoratus se eximere ab onere annuorum duc. mille legatorum ab onere annuorum du. sexcentum,& ab onere duc. 7400. vt supra, vendidit Iacobo Mariæ annuos duc. 1800. super introitibus Pedismontis,videlicet annuos duc.mille pro se, & masculis tantum, seruata forma legati, & reliquos pro masculis, & fæminis cum facultate redimendi quandocumq; verum quod Iacobus Maria de illis disponere non possit, & si quomodocunq; illos alienauerit, dominium non intelligatur translatũ in emptorem, cum clausula irritante dominij translationem, cui contractus habuit assensum. Et demùm in anno 1517. pro alijs duc. mille Honoratus vendidit alios annuos duc. centum super Terra Pedismontis eidem Iacobo Mariæ.

De his ergo introitibus Iacobus Maria antè rebellionem contrà formã prohibitionis, vt supra, immo de ea nulla facta mentione, alienauit annuos duc. 96. Alexandro de Ambrosio, & alios annuos duc. 60. Dominico Carrafæ, & restantes deuenerunt in fiscum ob eius rebellionem,qui illos concessit diuersis, à quibus Don Ferdinandus emit vt supra.

Ex his nunc funditus hæc prima exceptio creditorum auferetur, quod nullo pacto super dictis annuis duc. 1900. eis possit satisfieri.

Primo, quoad partitam annuorum duc. mille legati, vti extinctam, nequaquam posse satisfieri affirmo,siquidem clarè liquet ex verbis legati, Honoratum fuisse grauatum soluere anno quolibet duc.mille Iacobo Mariæ pro se, & hæredibus masculis tantùm, & in casu non solutionis fuerunt obligati introitus Pedismontis, si Iacobus Maria decessit sine masculis. Hæc annua præstatio erit 2 extincta, & legatum intercidit, *l. intercidit, de ff.*

2 *ff de cond. & demon.* Immo cum hoc legatũ fuerit annuũ ob illa verba legati, *anno quo-*
3 *libet, & annuatim,* quæ sunt sinonima *Alex. in cons. 60. num. 6. vol. 1.* sequitur pro primo anno fuisse purum, & pro sequentibus
4 conditionale, si legatarius viueret. Ideoque ex sui natura, si nihil aliud esset dictum,
5 mortuo legatario esset extinctum, & ad eius hæredes non transiret, *l. si in singulos, ff. de ann. leg. tradunt Scrib. in l. stilum, §. stipulatio, ff. de verbor. oblig. & plenè in casu si-*
6 *mili Rub. Alex. cons. 23. per totum.* Verùm quia testator potest facere, quod legatum de sui natura non transmissibile, ad hæredes transmittatur, & è contra, *Socc. in l. 3. in princ. ff. de leg. 1.* hoc legatum testator voluit transmitti non ad quoscunq; hæredes, sed
7 ad hæredes masculos tantũ, ergò illos egredi non potest, *Bal. & Imol. in l. filius à patre §. si quis ex certa, ff. de lib. & posthum.* quan-
8 do enim aliqua dispositio requirit aliquam qualitatem, illa non solum pro forma, verum etiam pro substantia est reputanda, *Bal. in l. comparationes 3. q. C. de fideiuss. Anchar.*
9 *242: in fin.* & successiuè, non interueniente illa qualitate, quæ informat subiectum, cui inhæret, omnino deficit, *glo. in cap. significasti 33. q. 1.*
10 Quod clarius liquet considerando illam dictionem taxatiuam [tantum] quæ indicat voluntatem testantis fuisse, legatum annuũ non ad alios hęredes, quã ad hęredes masculos transferri, *in terminis Rubeus Alex. al-*
11 *leg. cõs. 23. n. 3.* dictio.n. [tũ] & aliæ taxatiuę affirmatiuè positæ, vt hic, excludunt omnes alias personas, & omnes alios casus, præter expressos, *Bal. in l. 1. num. 1. ibi Ias. nu. 9. ff. si quis ius dic. non obtemp. Dec. cons. 328. num. 5.* maximè quia in inferiori parte legati fit repetitio, quod liceat Iacobo Mariæ, & prædictis eius hæredibus, intelligendo de
12 masculis tantùm, quia id operatur dictio *prædictis,* repetitiua præcedentium, *Bar. in l. scriptura, §. fin. ff. de leg. 1. in terminis Paris. cons. 49. nu. 22. vol. 3. Dec. cons. 508. nu. 3.*

Et si verba legati fuissent, vt transeant ad hæredes masculos Iacobi Mariæ tantùm, nõ credas ad quoscunq; hæredes masculos transire, nam intelliguntur de liberis masculis Iacobi Mariæ tantùm, non de extraneis, quãdo enim testator simpliciter fuit loquutus,
13 non declarando de quibus senserit, & posuit nomen hæredis priuatiuè, vt hic, ibi [hæredibus masculis tantùm] de liberis masculis, nõ extraneis intelligitur, *l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. Ang. cons. 110. col. 2. vers. item præmisso, Alex. cons. 36. num. 4. vol. 3.*

Nec dicatur disponentem voluisse in casu non solutionis huius annui legati per Honoratum, licere Iacobo Mariæ illud exigere super introitibus Pedismontis, qui essent in tali casu obligati, quasi ex hoc constitutum esse redditum super illa terra, seu seruitutem realem constitutam, & dominium translatũ,
14 quia dictio [super] importat dominij translationem, *Corn. in cons. 296. & Socc. in cons. 9.* Nam per hæc verba, nec feudum fuit constitutum, nec seruitus imposita, nec do-
15 minium translatum, siquidem dictio [super] est æquiuoca, & potest importare hypotecã, & dominiũ in mutuo importat hypotecam, *l. codicillis, § instituto, ibi Bar. de leg. 2. Aym. in cons. 20. num. 10.* & in venditione impor-
16 tat dominium; verum secundum verba pręcedentia, & sequentia declaratur, si importat dominium, vel hypothecam, *Corn. in alleg. cons. 296. lib. 1. Socc. in cons. 9. lib. 1.*
17 *num. 25.* In præsenti, ex verbis legati apparet hypothecam inducere, quia sic verba clarè loquuntur. Non enim voluit testator cum his verbis nouationem inducere, seu augere, vel minuere ea, quæ legauerat; sed solum prouidere hærede non soluente, vndè legatarius esset percepturus annuam præstationem, in eum per verba exequutiua conferendo elationem, *in terminis videatur Lof-*
18 *fred. cons. 46. num. 6.* Quinimmo, & plus si à principio testator ex redditibus Pedismontis grauasset Honoratum, annuos duc. mille solui Iacobo Mariæ nulla esset constituta seruitus nec realis, nec personalis, sed vt annua præstatio morte legatarij esset extincta, *sing. est tex. in l. Gaius, ff. de ann. leg.* quæ annua præstatio ordine testatoris cum fuisset transitoria ad liberos masculos Iacobi Mariæ tantùm, eo mortuo sine masculis, nulli dubium eam penitus esse extinctam, & consequenter creditoribus in ea extincta satisfieri non posse.

Nec refragatur ob rebellionẽ Iacobi Mariæ hanc annuam præstationem fuisse confi-
19 scatam. Nam confiscatio transiuit cum sua
20 causa, *l. Marcellus, §. fin. ff. ad Trebell.* Fiscus enim ob rebellionem succedens, loco hæredis habetur, *l. 2, ibi Bal. cæteriq; tradunt, C. ad l. Iul. de vi. publ. & l. non intel-*
21 *ligitur, §. cum ex causa, ff. de iur. fisci.* Et tanquam successor anomalus, succedit in omnibus iuribus eo modo, quo resident in persona delinquentis, ex cuius persona non potest transire plus iuris in fiscum, quam ipse habeat, ex regula nemo plus iuris. Si ergo hæc annua præstatio moriente Iacobo Maria sine masculis extinguebatur, dùm in fiscum transiuit, non perpetuò, sed durante vita Iacobi Mariæ, eiusq; masculorum; quo

statim

Digitized by Google

statim mortuo sine masculis extincta fuit. Et si diceretur in feudo Comitatus Murconi relicto Iacobo Mariæ, cum substitutione, quod eo moriente sine masculis, eiusque masculis sine masculis, ad alios masculos de domo Caetana deueniret, iam fuit iudicatum ob eius rebellionem exclusis agnatis perpetuã fuisse confiscationem, ergò idem dicatur in hac annua præstatione; nam alia ratio pactũ reformat. Aliud est enim in feudo formato in persona Iacobi Mariæ, & aliud in annua præstatione debita per Honoratum Iacobo Mariæ, in primo casu, quando feudum fuit formatum in persona Iacobi Mariæ cum assensu, Iudicantes habuerunt pro vera illam

22 opinionem, quam ego non tenui, quod dum Rex super illo feudo fideicommissario, magis, quam ex pacto, & prouidentia præstitit assensum, censetur illum concessisse ea conditione, cum fidelis, & gratus fuerit concessionarius, quasi sequuta infidelitate, & gratitudine contra eum, censeatur ab initio actum, feudum ad dominum redire, *ex §. denique, quæ sit prima caus. benef. amitt. Curt. vltra alios de feudis 5 par. principali in principio 2. col.* In secundo casu aliud est, nam annua præstatio annuorum duc. mille non est feudum formatum in personam Iacobi Mariæ, sed fuit onus extrinsecum personæ Honorati iniunctum, quod illos soluat; sem-

23 per enim quod alicui relinquitur aliqua res, & demum grauatur in quantitate, onus est extrinsecum, sed si grauaretur in parte rei legatæ esset onus intrinsecum, *est tex. in l. cum pater, §. eorum, ibi glo. Bal. caeteriq; ff. de leg. 2. Paul. in l. plautius, ff. de cond. & demon. & Alex. in l maritum, §. à liberto, ff.*

24 *ad l. falcid.* Super hac ergo annua præstatione tanquam feudo non formato non cadit assensus, & natura illius annuæ præstationis,

25 vt dixi, est, quod morte legatarij extinguatur *d. l. gaius, ff. de ann. leg.* Ideo si ex voluntate disponentis fuit transitoria ad masculos tantum, mortuo Iacobo Maria sine masculis extincta erit, in damnum fisci succedentis.

Pariter non obstat Honoratum in anno 1515. pro dicta annua præstatione ducatorum mille fecisse dationem in solutum Iacobo Mariæ super introitibus Pedismontis cum assensu, & sic dominium horum introituum in eum fuisse translatum, & consequẽter feudum fuisse formatum saltim conuentionale. nam vltra, quod Honoratus talem consignationem fecerit Iacobo Mariæ pro se, & masculis tantum, seruata forma le-

26 gati, nolens recedere ab origine ipsius, quæ

27 semper attenditur *l. 2. C. ad Maced.* nequaquam tale onus potuit imponere super hac terra restitutioni subiecta, in damnum fideicommissarij *d. l. fin. §. sin autem, C. communia de leg.*

Secundo principaliter quoad alios annuos duc. noningentum res est expedita, nam eadem ratione Honoratus pro eius debitis illos non potuit imponere in præiudicium fideicommissarij *d. §. sin autem.*

Tertio, quoad omnes annuos duc. mille, & noningentum, quod non potuissent confiscari, nec de eis ante rebellionem Iacobus Maria potuerit disponere, liquet; nam in anno 1517. inter Honoratum, & Iacobum Mariam expræsse fuit conuentum cum assensu, quod Iacobus Maria dictos annuos introitus non posset alienare, & si alienasset, irrita esset alienatio, cum clausula irritante, & resoluente dominij translationem, & si id fuit, duo sequuntur.

Primum dum Iacobus Maria ante rebellionem de dictis introitibus alienauit annuos duc. 96. Alexandro de Ambrosio, quos nunc fiscus tenet, & alios annuos duc. 60. Dominico Carrafæ, dominium eorum in eos non transtulit, stante prohibitione antecedente cum clausula irritante, vt supra; quo

28 casu, & si regula sit ex pacto de non alienando, in contractu, dominij translationem non impediri *l. si ita quis §. ea leg. ff. de verb.*

29 *oblig.* tamen inter alias limitationes hæc vna traditur, quando adest pactum irritans, & resoluens, quod si deuentum fuerit ad alienationem, res fit inepta, vel censeatur irrita. Illud enim habet vim legis commissoriæ, ex quo ipso iure transfertur dominium, & dominij translatio impeditur, *Bal. in l. ea lege, C. de cond. ob cau. Alex. caeterique in l. quod absenti §. 1. ff. de acquir. poss. & latè Cassan. in consuet. Burgun. fol. mihi 357. vers. 7. limit.*

30 Secundum, quod tanquam bona expræsse prohibita alienari, non potuisse confiscari, etiam durante vita delinquentis, *l. imperator. ibi Bar. ff. de fideicom. lib. Alex. 23. 1. vol. Hipp. sing. 314. Aub. Alex. de communi testatur in cons. 154. 2 dub. & communem esse latè congerit, & affirmat Molin. de maioratu. fol.*

Tertio principaliter, Don Ferdinandus tunc Dominus Pedismontis emit hos introitus à concessionarijs, & dum illos emit, effectiuè illos redemit vigore pacti antece-

31 dentis, cum qua reemptione, quę ex necessitate pacti resoluit contractum, *l. in diem ibi Bar. ff. de acqu. plu. areen.* hi introitus sunt extincti, & liberata fuit terra Pedismon-

32 tis, exemplo illius, qui habet ius in re, si il-

lud

lud liberatur res illa, *l. si pater in fin. ff. de manum. vind.*

Secunda exceptio creditorum est. Dicunt Don Ferdinandum tunc vtilem dominum Pedismontis soluisse duc. 13. mil. in circa in tribus partitis pro dotibus filiarum, quond. Honorati iunioris v3.duc.2000. Ducissę Neritoni,duc.3000. D. Beatricis Gaetanæ vxoris Domini de Sermoneta, & alios duc. Comitissę Magdaloni, pro quibus dotibus prętenditur terram Pedismontis esse
33 obligatam, & proinde illas in restitutione dictę terrę vigore fideicommissi posse detrahi *sing. tex. in l. mulier §. cum proponeretur ff ad trebell.* & si possunt detrahi, super illis creditores satisfient.

Sed audiant iudicantes periti, quoniam creditores decipiuntur, & funditus hęc exceptio ex duobus erit sublata.

Primo, quod ad partitam duc. 2000. miror quomodo de ea loquantur, si per decretum Sacri Consilij iunctis duabus aulis fuerunt exclusi,quod ex persona Don Ferdinandi non graduentur,& fuit cum magna ratione, vt infra.

Quoad secundam partitam duc. triummille similiter miror, quare illam prætendant si illam soluit Don Ferdinandus nomine Don Scipionis Getani ad id obligati, qui bonos fecit Don Fernando in maiori summa sibi debita.

Quo verò ad tertiam partitam duc. octo mille, nequaquam est admittenda, sicut nec precedentes hac ratione generali in omnibus, etenim Don Ferdinandus dum soluit dotes eius sororum, soluit debitum propriũ, etiam habito respectu ad fructus Pedismon-
34 tis quos durante eius vita percepit, licet enim bona restitutioni subiecta,ex causa dotis possint alienari, *auth. res qua, C. commu-*
35 *nia de leg.* illa tamen non procedit in feudalibus, *§. donare ibi Bal. qual. olim feud. pot.*
36 *alien.* bene verum est,quod de fructibus feudi dos erit satisfacienda *ibidem Bal. in princ. tradit,* & ex his infero, quod & si dos in re-
37 stitutione fideicommissi posset detrahi, si tamen grauatus tot fructus perceperit,quod potuisset illam soluere, tunc quia onus est fructuum, in restitutione fideicommissi non detraheretur, *d. l. mulier, §. cum proponeretur, qui rogo videatur, ff. ad Trebell. & l.*
38 *eum pater, §. Titio, de leg. 2.* fructus enim percepti iuditio testatoris, quamuis non veniant in restitutione fideicommissi vniuersalis, *l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell.* cõ-
39 putantur tamen in debitum dotis, *d. §. cum proponeretur,* vel aliud debitum, *l. quod de bonis, §. quod anus. ff. ad l. falcid.* Cumque clarum sit in annis ferè viginti possessionis huius Terrę per Don Ferdinandum ipsum satis longe maiorem quãtitatem fructuum, quam dotium solutam exegisse, non esse locum detractioni prædictę concludo.

Secundo, inter Don Ferdinandum, & Don Scipionem patrem moderni Ducis Trahetti in cõuentione inter eos inita in anno 1542. omnia onera remansa in hęreditate Honorati patris, & aui in summa duc. centum quatraginta mille fuisse diuisa, inter cętera Don Ferdinandus onus dotium assumpsit, de quo nunc agitur, & è contra D. Scipio aliud onus dotium Dominę Catarinę Sanseuerinę, & Dominę Beatricis vxoris Domini de Sarmoneta suscepit, ergo si Don Ferdinandus soluit dotes, soluit debitum proprium assũ-
40 ptum, quo fit ei vti debitori nullam considerari cessionem translatiuam ad liberan iũ, *l. nulla, C. de solut.*

Non obstat, Ducem Trahetti impugnasse hanc conuentionem (vt pars asserit) qua impugnata non posse iuuari, *c. ex eo de reg.*
41 *iur. in 6.* Nam Dux duas reprę sentat personas, *iux. l. quæsitum, ff. de in ius voc.* est fideicommissarius in terra Pedismontis,& est hęres cum beneficio legis D. Scipionis, eius
42 patris; vt fideicommissarius tanquam veniens ex propria persona dixit conuentionẽ patris respectu Pedismontis ei non officere *d. l. fin. §. fin autem, C. communia de leg.* & vt hęres patris cum beneficio legis replicando dicit, Don Ferdinandum, quando soluit dotes vigore prędictę conuentionis, quia tantumdem recepit à Don Scipione, debitum proprium soluisse.

Item, & si scriptura impugnata quis non possit vti, tamen si impugnatio insurgit ex causa, quę stat in voluntate impugnantis, vt in instrumento facto à procuratore, quod ipse dicit non habere effectum, quia non
43 approbat, hoc casu non potest se fundare impugnans illo instrumento ad actionem, sed ad exceptionem, *sic l. dispensatorem in fin. ff. de solu. ita Bar. in l. post legatum post num. 6. vers. quandoq. impugnat, ff. de his, quib. vt ind.* hęc enim impugnatio Ducis fideicommissarij impugnantis conuentionẽ patris, dependet ab eius voluntate, quia illam vt veniens ex propria persona quoad capud Pedismontis non approbat, ergo illa si non ad actionem saltim ad exceptionem iuuari poterit. Quinimmo, & plus, quando instrumentum continet plures articulos, si
44 illud impugnatur,& impugnatio respicit vnũ articulum tantum, quod impugnans poterit, se fundare in altero. *Ant. de Butr. in c. cum olim 7. col. vers. 4. quando reprobatur instru-*

mentum

Digitized by Google

mentum de conf. Abb. in cap. ex parte decani 5. not. de rescript. Cumq; liqueat præfatam conuentionem plura capita separata continere, si Dux fideicommissarius illam impugnauit solum quoad capud dispositionis per Don Ferdinandum super terra Pedismontis, poterit tamen respectu aliorum capitum, & præcipuè circa onus solutionis dotium per Don Ferdinandum, vt debitum proprium assumptum, absque dubio iuuari, quibus sit, hanc secundam exceptionem eneruatam esse, sole clarius apparet.

Vltima est exceptio creditorum, tradunt vigore iam dictæ conuentionis fuisse conuentum, Don Ferdinandum omnem illam quantitatem, quam ipse soluerit concessionarijs, & alijs creditoribus introituum Pedismontis, quando illa vigore fideicommissi deuenerit ad D.Scipionem,eiusque masculos, vt iam deuenit, posse de ea disponere ad libitum, & in hoc consensisse D. Scipionem, obligando eius bona. Prætenditur D. Ferdinandum soluisse duc. viginti duos mille,& settingentū in circa,ergò de eis Don Ferdinandus disponere potuit in beneficium creditorum, & si talis conuentio non potuit fieri in damnum Ducis fideicommissarij super terra Pedismontis, saltim pro obseruantia conuentionis bona Don Scipionis possessa per Ducem erunt obligata, super quibus pro dicta summa creditores exclusi a terra Pedismontis poterunt habere recur-
45 sum; Sed pro responsione dico de hac exceptione præmaturè agi,illa enim requirit iudicium,& processum formatū,quoniam nunc processus est instructus, quod onera super terra Pedismontis deleantur, tanquam restitutioni subiecta, quando creditores exclusi à terra Pedismontis vigore conuentionis prædictæ volunt habere regressum super bonis Don Scipionis, oportet actionem proponere, & processum formare, & tunc hæredi Don Scipionis erunt salua omnia Iura ei cōpetentia vigore dictæ conuentionis. Et vt liquidè nunc cognoscant iudicantes,quando in hoc erit formatus processus,creditores ex persona Don Ferdinandi super bonis Don Scipionis pariter esse exclusos, ex duobus, quæ tunc dicentur, & ex abundanti nunc allegantur apparebit.

Primo quando creditores ex persona Don Ferdinandi volunt agere vigore dictæ conuentionis super bonis Don Scipionis, hæres ipsius opponet, illam conuentionem fuisse reciprocam,& vltro citroque obligatoriam,
46 & qui vult agere ex contractu vltro citroq; non potest, nisi ex sui parte adimpleuerit totum contractum *l.Iulianus §.offerri ibi Bar.* *sic summat illum tex. ff. de acti. empt.* inde
47 regula oritur quod qui non fecit quod debet, non consequitur quod oportet *glo. in l.*
48 *si non fuerit ff. de iureiuran* & propter minimum contractus capitulum non obseruatum,obstat agēti exceptio *in principali Bal. in l.pacta conuenta 2.not ff de contrab. empt. quam legit post §. adeo l. iuris gentium ff de*
49 *pact.* & licet alteri parti a contractu recede-
50 re si vult *Socc. 26. col. pen. vol* 3. & posset etiam opponi, quod qui contrauenit huic transactioni tanquam periurus cecidit a cōmodo illius, *l. si quis maior*, *C. de transact.* in cuius pænam ipse cogeretur stare transactioni in eisdem damnum, & obseruans liberatus *Mattesil. not.* 50. *Curt. sen. cons* 43. *num.* 1. in præsenti D. Ferdinandus in principalioribus capitibus transactionis non adimplendo contrauenit, ergo tam ipse,quā creditores ex eius persona vigore illius nullo modo agere possent.

Secundo, & sit finis Don Ferdinandus, & si vigore conuentionis posset disponere de ducatis 22700. super bonis Don Scipionis, è conuerso autem D. Scipio vigore eiusdem conuentionis est creditor D.Ferdinandi duc. 41.mil. cum quibus remedio cōpensationis, seu retentionis nominis debitoris ipsiusmet extinguitur quantitas D. Ferdinandi *Capic. decis.*88. *nu.*2. *&* 3. Et remanet debitor D. Ferdinandus maioris quantitatis vt ex nota facti legitur, & clarum est Don Scipionem vigore eiusdem conuentionis esse anteriorem omnibus alijs creditoribus Don Ferdinandi. Qui omnes sunt post dictam conuentionem, quare quocunque creditores se vertant, in laqueum incidunt,& proinde absque dubio onera esse amouenda a terra Pedismontis vinculata, eamque liberam declarari in beneficium Ducis fideicommissarij intrepidè affirmo salua semper correctione subtilius intuentium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *DOnans certum redditum ex possessionibus suis illarum nominibus non expressis tenetur tradere mediocres fundos ex l. si quis argentum, §.* 1. *C. de donat & n.* 2.

2 *Legatum, quo grauatur hæres ad soluendū certum redditum, & in casu non solutionis obligantur fructus bonorum, satis differt à casu d. l. si quis argentum, §.* 1.

3 *Dispositio d. l. si quis argentum in §.* 1. *fuit indu-*

inducta fauore liberalitatem exercentis.
4 Proprietas fundi non transit in donatarium vigore assignationis, de qua in d. l. si quis argentum §. 1. & nu. 6.
5 Donatarius in casu d. l. si quis argentum §. 1. habet potestatem, vt fundum colat, fructusque percipiat sufficientes, deducta impensa.
7 Verbum (tradere) non importat translationē dominij, sed verbum (dare) sic.
8 Donans in casu d. l. si quis argentum non tenetur omnino tradere, sed volens tenetur tradere mediocres fundos.
9 Assignatio fundorum, de qua in d. l. si quis argentum, tenutam tantum transfert, & differt à datione in solutum.
10 Solutio præsumitur facta in causam duriorem, & antiquiorem.
11 Datio in solutum est sequela obligationis, & videtur consequutiuè permissa ex l. si pupillorum §. si præter. ff. de reb. eor.
12 Datio in solutum voluntaria non potest fieri super re fideicommisso subiecta.
13 Datio in solutum non est sequela obligationis præcedentis cum assensu, sed actus merè voluntarius.
14 Assensus super obligatione præcedenti, operatur in datione in solutum in adiudicatione, venditione, & secundo decreto subsequentibus, existente clausula, quod bona obligata possint dari in solutum &c.
15 Creditor vigore simplicis actionis hypothecariæ super feudo, non potest obtinere adiudicationem, vel dationem in solutum, absq; nouo assensu.
16 Creditor vigore simplicis hypothecariæ potest tantum immitti in possessinoem, donec sibi de fructibus satisfiat.
17 Immissio ex primo, vel secundo decreto in feudo fideicommissario potest fieri in subsidium, non existentibus alijs bonis, in fructibus tantum durante vita feudatarij.
18 Feudum fideicommissarium plus est, quam feudum ex pacto.
19 Datio in solutum vt sit sequela necessaria obligationis, oportet illam non egredi terminos ipsius.
16 Voluntas disponentis est semper attendenda.
21 Origo est inspicienda.

Additio in eadem causa.

ARGVMENTVM.

Agitur de vero sensu l. si quis argentum §. 1. C. de donat. Datio in solutum quomodo dicatur sequela obligationis ad tex. in l. si pupillorum §. si prætor. ff. de reb. eorum. Assensus super obligatione quando operetur in adiudicatione, vel datione in solutum subsequentibus, & de immissione ex primo, vel secundo decreto in fructibus in fæudo fideicommissario quomodo sit concedenda.

CONSILIVM V.



1 AVDIO ex aduerso allegari *tex in l. si quis argentum §. 1. de donat.* in quo traditur, quod si quis donauerit certū redditum ex possessionibus suis, & nomina earum non edixerit, quod tenetur tradere mediocres fundos, tantum redditum inferre valentes, quantum in donatione fuit positum. Inde aduersarij dicunt, quod postquam Fundorum Comes legauit annuum redditum duc. mille Iacobo Mariæ, potuisse Honoratum eius hæredem pro eis soluendis assignare tot introitus super terra Pedismontis, prout assignauit eidem Iacobo Mariæ dominium in eum transferendo.

2 Sed pro responsione dico tex. hunc non mereri allegari. Nam ille loquitur, quando quis donauit certum redditum soluēdum ex possessionibus suis, & nomina possessionum non declarauit, nimirum si fundos mediocres tenetur tradere. At in præsenti Comes non legauit annuum redditum deberi ex possessionibus suis, sed grauauit eius hæredem, vt hanc annuam præstationem Iacobo Mariæ solueret, & in casu non solutionis, obligauit fructus Pedismontis. Quod longe diuersum est.

3 Quinimò, & plus dispositio *d. l. si quis argentum, §. 1.* fuit introducta fauore liberalitatem exercentis, ne enim teneatur habere curam, & diligentiam prædiorum, dimittantur donatario, vt fructus inde percipiat, *secundum glo. ibi Bal. & Salic.* ex qua dimissione, seu assignatione fundi, non transit proprietas in donatarium, sentit ibi *glo.* tradens

5 donatarium huius redditus ad instar fructuarij habere tunc potestatem, vt faciat fundum coli, fructusq; percipiat quot sufficiunt singulis annis deducta omni impensa, *& clarius*

6 *idem Salic. ibi dicit,* quod proprietas ei non debetur allegando *tex. in d. l. si quis argentum in §. fin autem donator in fine.* Et ego vltra illos pondero *tex. in d. §. 1.* qui dicit,

7 ne-

7 necesse habet fundos tradere. Etenim verbum (tradere) non importat translationem dominij, sed verbum (dare) sic, *§. sic itaq; ibi glo. 1. & Scrib. insti. de action.* Et si in illo tex. dicitur, necesse habet tradere, hæc necessitas non erit præcisa, vt obliget donantem
8 ad tradendum. Sed si eius arbitrio voluerit tradere, poterit; & tunc necessitas erit non in tradendo, sed in qualitate possessionis, tradendo mediocrem, vt redditum percipiat, dominium tamen non transferendo *secundũ Salic. ibidem*. In præsenti non fuit facta traditio, vt fructus percipiantur ex terra Pedismontis, sed dominium cum assensu fuit trãslatum,
9 & aliud est fieri assignationem, quæ tenutam tantum transfert, vt in illo tex. a datione in solutum, quæ dominium trãsfert.

Item Honoratus hæres fuit grauatus soluere hanc annuam præstationẽ, & onus hoc eius personæ fuit iniunctum; verum in casu non solutionis legatarius posset habere recursum super introitibus terræ Pedismontis. Hic casus, nõ solutionis nunquã euenit, quia Honoratus semper soluit, & nunquam fuit in mora soluendi antè dationem in solutum per eum factam, constat enim per assertionem in ea factam, Honoratum constituisse se debitorẽ Iacobo Mariæ induc. 22. m. ex quatuor causis, quarum tres inducebant creditum chirographarium, & vna creditum hypothecarium, & antiquius; causę erãt, quod exegerat introitus Comitatus Murconi, & credita hæreditaria, & animalia hæreditaria vendidisset, pro istis tribus debitor erat in actione personali. Aderat, & quarta, quod pro certo tempore dictos annuos duc. mille non soluisset, quæ antiquior, & durior erat habens hypothecam omnium bonorum Comitis Fundorum. Cumque asseratur deindè Honoratum soluisse duc. 15300. in computum dictorum duc. 22. m. nec dixerit in
10 quam causam, præsumit lex illos fuisse solutos in antiquiorem, & duriorem, & sic in extintionem illius ratæ non solutionis duc. mille vti durioris, & antiquioris, *l. 1. & l. cum ex pluribus, ff. de solut.* In tantum, quod Honoratus nunquam fuit in mora soluendi hos annuos duc. mille, & adeò libenter illos soluit, quod in anno 1515. petijt à Iacobo Maria illos restitui pro tempore præterito, de quo tunc Iacobus Maria fuit absolutus, signum euidens illos semper fuisse solutos, & si id fuit, numquam pęna legati, quod in casu non solutionis, super introibus Pedismontis Iacobus Maria posset habere recursum; potuit habere locum.

Nec dicatur Comitem in casu non solutionis hypothecasse fructus Pedismontis ergò consequtiuè permisisse dationem in solu-
11 tum, quæ vt sequela, idem erit quod obligatio, *l. si pupillorum, §. si prætor ibi Bald. de reb. eorum, latè Camer. in cap. Imperialem, nu. 51. de probib. feud. alien. per Federic.*
12 Nam Comes hypothecauit illos fructus in casu nõ solutionis, si hæres sẽper soluit, pęna legati non habuit locum; & si hæres dationẽ fecit in solutum super fructibus Pedismontis, voluntaria fuit, quæ nullo modo potuit fieri in re subiecta restitutioni in damnum fideicommissarij, *l. fin. §. sin autem*, C. *commu-*
13 *nia de leg.* Item quando præcedit obligatio cum assensu, quod non possit fieri datio in solutum creditori vti sequela obligationis præteritæ, sed actus erit merè voluntarius, *latè Marin. qui videatur ad plenum de subfeud. quæst. 19. & respondet omnibus obiectis, & particulariter ad tex. in d. l. si pupillorum, §. si prætor de reb. eorum*, & si actus hic dationis in solutum fuit voluntarius, super bonis fideicommisso subiectis fieri non potuit, eoque magis hæc in præsenti procedunt, quoniam in casu non solutionis annuorum duc. mille fuerunt hypothecati fructus terræ Pedismontis, & non fuerunt adiectæ clausulæ constituti præcarij, & aliæ solitæ in omnibus instrumentis apponi, quod bona obligata possint dari in solutum, vendi, & adiudica-
14 ri. Tunc enim quandò adsunt istæ clausulæ, aliqui Doctores tennerunt, quod assensus super obligatione præcedente, operatur in datione in solutum, in adiudicatione, venditione, & secundo decreto subsequentibus, quia prædictæ clausulæ id operantur, ità sentit *Affli. decis. 285. num. 10. clarius Loffred. vi-*
15 *dendus cons. 14. propè ante, nu. 74.* Sed quando adest tantum hypotheca vt hic sine clausulis prędictis nunquam adiudicatio, vel datio in solutum posset sequi in beneficium creditoris, qui tantum vigore actionis hy-
16 pothecariæ simplicis, potuisset immitti in possessionem, donec de fructibus satisfieret, *l. 1. & 2. C. de pignor acti.* Ergò si actus adiudicationis, etiam in casu non solutionis, necessariò non potuisset sequi in beneficium Iacobi Mariæ, non potest dici illam sequelã fuisse primi actus, sed actum voluntarium fuisse debitoris. Et si forte diceretur in casu non solutionis potuisset fieri immissio ex
17 primo, vel secundo decreto, illa tamen missio potuisset fieri in subsidium non existentibus alijs bonis, tunc fieret in fructibus, & in
18 fæudo hoc fideicõmissario, quod plus est, quã feudum ex pacto, missio valebit, durante vita fæudatarij, *Capic. in sua inuestitura in ver. feudorum exequtiones fol. 193. & in ver. feudorum alienationes lim. 29. fol. 40.*

Po-

Digitized by Google

Postremò si Comes Fundorum hypothecauit fructus in casu non solutionis, voluit tamen illam hypothecam extingui, & resolui cũ morte Iacobi Mariæ sine masculis iuxta eius claram voluntatem; ad hoc enim vt datio in solutum esset sequela necessaria obligationis prędictę iuxtà eius voluntatem, oporteret illam non egredi terminos obligationis, quæ sicut extinguitur cũ morte Iacobi Mariæ sine masculis, eodem modo datio in solutum, & tunc posset dici sequela vt nõ alterans obligationem antecedentem, sed si nunc videmus dationem in solutum posse alterare obligationem antecedentem, quia operaretur feudum formatum, & sic perpetuo confiscari, quomodo potest imaginari dationem in solutum factam esse sequelam præteritæ obligationis, si illa extinguitur cũ morte Iacobi Mariæ sine masculis, & ista

20 nequaquam; certè non video, & proinde attendatur semper voluntas disponentis à qua Honoratus heres nunquam recedere voluit: si dationem fecit in solutum, illam fecit seruata forma legati, pro se, & masculis tantum, & origo semper attenditur, *l. qui id,*

21 *quod ff. de donat.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *ADoba soluitur de re in faudum concessa.*

2 *Adoba soluitur diuersimode iuxta diuersas faudorum qualitates de consuetudine huius Regni.*

3 *Diminuto faudo adoba, seu seruitium diminuitur.*

4 *Concessio nunquam præsumitur facta in faudum, etiam quod plures adsint clausulæ hic descriptæ, nisi expresse dicatur (concedo in faudum.)*

5 *Clausula (quod in capite à me teneas) quid operetur.*

6 *Concessio simpliciter facta, non dicendo in faudum, libere præsumitur facta.*

7 *Castrum in dubio an in faudum præsumatur concessum à Rege, & 10.*

8 *Gabellæ raro olim fuerunt cõcessæ in faudũ.*

9 *Castrum omne est faudum quaternatum, sed non è contra.*

11 *Concessio facta à Rege, prout ipse tenebat, præsumitur facta in allodium.*

12 *Bona omnia penes Regem efficiuntur allodialia.*

13 *Simpliciter concedendo gabellam, præsumitur concessisse vti burgensaticam, & liberã.*

14 *Allodij concessio præsumitur ex clausula (nihil nobis reseruantes &c.) & 25.*

15 *Castrum concessum cum clausula (nihil sibi reseruans, & ad habendum vti rem propriam) præsumitur in allodium, & non in faudum concessum, & nu. 16.*

17 *Concessio facta ex clausula ad disponendum tanquã de re propria, qualiter præsumatur.*

18 *Concessio facta de re aliqua pro te; & haredibus, & successoribus vtriusq; sexus præsumitur facta in allodium.*

19 *Inuestitura facta pro te, et haredibus ex corpore, est cõis in Regno, ex qua põt præsumi cõcessionẽ fuisse factã in faudũ, alias secus 20*

21 *Priuilegium primum dubium potest declarari per secundum.*

22 *Rex rem concessam in faudum, potest mutare, concedendo eandem in allodium.*

23 *Interpetratio priuilegij in dubio debet fieri in fauorem concessionarij.*

24 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione.*

26 *Expressum dicitur quod continetur sub verbis generalibus.*

27 *Dictio (nihil) vniuersalis negatiua omnia excludens.*

28 *Expressũ dicitur quod sequitur ex expresso.*

29 *Expressum illud dicitur de iure quod sequitur ex narratis.*

30 *Adoba respectu seruitij debetur, qua remissa, etiam seruitium censetur remissum.*

31 *Faudum absque seruitio concedi potest, quo remisso remanet faudum alteratum in eo tantum.*

32 *Seruitium non debetur ex faudo simpliciter concesso, absq; expræssione seruitij, & nu. 34*

33 *Seruitium non est de substantia faudi, sed fidelitas.*

34 *Seruitium contentum sub fidelitate debetur etiam si nihil de eo fuerit facta mentio in concessione faudi.*

36 *Adboa taxa facta in cedulario an noceat faudatario, qui docet se adobam, seu seruitium non debere.*

37 *Adoba taxa facta à fiscalibus in audito faudatario est nulla, nec ei nocet, & nu. 38.*

39 *Sequentia declarant præcedentia.*

40 *Ius exequutiuum sententiæ quanto tempore præscribatur.*

41 *Iudicis officium quanto tẽpore præscribatur*

42 *Concessio in dubio præsumitur liberè facta, & non in faudum.*

43 *Gabellæ antiquitus solitæ erant concedi in allodium in Regno, & supra nu. 8.*

44 *Priuilegium primum quanto præsumatur immutatum per secundum.*

45 *Verbum (restituit) quid significat, & quid importet.*

46 *Di-*

Digitized by Google

46 *Dictio (integram, vel integre) quid importet, & nu. 47.*
48 *Maritus promittens restituere integram dotem, eam absque diminutione aliqua tenetur restituere, etiam si ex forma statuti aliqua pars sibi competeret.*
49 *Feudum concessum alicui, si idem postea concedatur in allodium, feudalis qualitas extinguitur.*
50 *Seruitus realis extinguitur per superuenientiam dominij, quia res sua nemini seruit.*
51 *Si Rex potest facere de feudo allodium, & ex quibus hoc fecisse arguatur nu. 52.*
53 *Clausula (ex certa sententia) quid operetur.*
54 *Clausula (restituimus, & de nouo concedimus) quid operetur.*
55 *Responsiones ad contraria.*
56 *Exhiberi petitum, & non exhibitum non probat.*
57 *Feudum non probatur ex confessione Baronis, dicentis rem habere in feudum.*
58 *Baro non potest in Regno de allodio facere feudum, & contra.*
59 *Confessio non probat in his, quæ prohibentur à confitente fieri.*
60 *Assertio eius, qui limitatam habet potestatem non probat, nisi aliunde probetur.*
61 *Legis dispositio non debet per indirectum deludi.*
62 *Malitijs hominum, & fraudibus est obuiandum.*
63 *Tex. in l. 1. ff. de condit. sine causa procedit nedum in pacto, sed in renuntiatione.*
64 *Læsio vltra dimidium concurrente dolo ex proposito quid operetur.*
65 *Metus præsumitur, in contractu facto inter Principem, & subditum, vbi subditus reperitur læsus.*
66 *Iactare suum, nemo præsumitur.*
67 *Condictio ex l. 2. C. de rescin. vendit. quanto tempore præscribatur.*

Pro Principe Bisiniani.

ARGVMENTVM.

ADoha soluitur diuersimode, iusta diuersas fæudorum qualitates de Cõsuetudine Regni. Nunquid concessio in fæudum, vel in allodium præsumatur ex diuersis clausulis, præsertim in gabellis. Et an Rex possit de fæudo facere allodium, & quid in Barone; De efficacia diuersarum clausularum, & verborum, quæ in Priuilegijs, & inuestituris apponi solent. Seruitium an sit de substantia fæudi, & quando censeatur remissum, De efficacia taxæ adhoæ in cedulario Regiæ Cameræ, & quo tempore præscribatur ius exequutiuum, quod oritur ex sententia.

CONSILIVM VI.



DE pluribus agitur actionibus propositis per Fiscum aduersus Illustrissimum Principem Bisiniani, quarum sequendo ordinem intellectus, non autem scripturæ, siuè processus; Prima erit in ordine, petitio adohæ respectu totius gabellæ serici ab anno 1496.

Secundo gradatim, conditionaliter, & successiuè quando vana esset prænarrata prima petitio, sicut futilis ex infra dicendis perspicitur, condẽnatio eiusdem Illustrissimi Principis ad solutionem adohæ, respectu annuæ prouisionis ducatorum sexcentorum super dicta gabella olim concessæ per Serenissimũ Regem Alfonsum Illustrissimo Principi Hieronymo ab anno 1514.

Et nouissima erit ducatorum nouem milium vna cum interesse (vt prætenditur) promissorum ab anno 1541. per Illustrissimum Principem Berardinũ Serenissimo Regi Catholico, ex causa restitutionis status Mileti, stante assignatione Illustrissimo Principi Petro Antonio filio facta granorum duorum pro qualibet libra serici super eadẽ gabella, in excambium dicti status in anno 1542. Itẽ aliorum duc. quatuor millium vna cum interesse (vt prætenditur) debitorum Regiæ Curiæ ad complementum duc. 14. m. ex causa restitutionis reintegrationis, & nouæ concessionis Principi Berardino factæ dictæ gabellæ serici, & quarundam aliarum annuarũ prouisionum per eundem Regem Catholicũ in anno 1507.

Primam fundat Fiscus ex prætenso decreto Regiæ Cameræ lato in anno 1496.

Sequentem ex figurata particula extracta à libro notamentorum.

Item secundo ex quibusdam prætensis infra narrandis verbis assertiuis, existentibus in priuilegio Regis Federici restitutionis status dicti Principis, videlicet (super quaquidem gabella serici idem Princeps Hieronymus antiquam annuam duc. 600. in perpetuum pro se, suisq; hæredibus, & successoribus prouisionem habebat.)

Reliquum vero ex albarano apparente in-

instrumento prædictæ restitutionis: anni 1507.

At Illustrissimus D. Princeps affirmat Regio Fisco agenti, in omnibus prænarratis petitionibus obstare exceptionem notorij defectus iuris. In primis respectu pretensæ adohæ totius gabellæ serici, nempe dicit Princeps apparere originariam concessionem, seu venditionẽ factam Illustrimo Principi Hieronymo, per Serenissimum Regem Ferdinandum Primum in anno 1483. per quam ex infra dicendis apparet, illam con-
1 cessam non in fæudum, pro cuius seruitio per fæudatarium Regi debito, soluitur adoha, iuxta tradita per *Andr. in cap. 1. de vassall. decrep. ata. in cap. Imperialem, §. firmiter, de probib. fæud. alien. per Feder. Paris, in tract. reintegr. fæud. in tit. de verb. signif. in*
2 *ver. adoba fol. 178. col. 3.* Et diuersimodè de fæudis nouis, & antiquis, habitatis, & inhabitatis, de prouisionibus in pecunia, de iuribus focalariorum, & salis, iuxta iura huius Regni municipalia, & stilum eiusdem Regię Cameræ, *prout latè per Dominum Iacobum de Aiello olim Regiæ Cameræ Præsidentem in suo aur. tract. de adob. num. 52. & 53.*
3 Idque adeo verum est, quod si Princeps aliqua bona fæudi, facit allodialia, seruitium succussiuè minuit, *tradidit Andr in cap. 1. de controu. fæud. apud Par. termi. in cap. 1. de Cap. qui cur. vend & in cap. 1 quib ex caus. fæud. amitt. & Paris in tract. reint. fæud. in cap. curia an reuocet num. 5. fol. 172. col. 2.* Sed in purum, & merum allodium; Quippè
4 quia in eo non appareret expressa concessio, seu venditio in fæudum, id quod necessarium est, vt expressè dicatur in concessione fæudi, vt fæudum constituatur, *tex.* est ad literam *in cap. 1. in principio, ibi, (Et teneas illud pro fæudo) & inferius ibi, & in cap. 1. in princ. ibi (per fæudum est inuestitus) quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes, Oldra. cons. 150 incip. Ex præsenti themate in 1. dubio.* vbi etiam
5 dicit, id adeò esse verum, etiam si adest clausula, (quod in capite à me teneas) quem referunt, & testantur *Capic. in sua inuest. fæud. in ver. vassallorumque redditibus, in fin. & Paris in tract. reintegr. in tit. an si Baro concedat fol. 7. num. 22. 23. & seq. & sing. And. in cap. 1. num. 13. in princ. ver. (vnde, & si*
6 concedat Rex illud alicui simpliciter, non dicendo in fæudum, liberè datur) *ex quib. cau. fæu. amitt. vbi copiosa apostill Liparul. in ver. in fæudum, qui omnes cumulat huius opinionis.*

7 Et notandum est, quod *Andr.* in loco præcitato, loquitur in castro, & non in gabella, seu iure percipiendi introitus, quod frequentius solet esse burgensaticum, quinimmo *Paris in tract. reintegr. in cap. iure fæudi an*
8 *censeatur num. 11.* quod in concessionibus antiquarum gabellarum rarò reperitur concessio facta in fæudum *fol. 66. 4. col.* Id quod
9 est maioris dubij, cum omne castrum sit fæudum quasi naturam, licet non è contra, *vt per Andr in cap. 1. num. 10. ver. Item castrum, de contro fæu. apud Pares termi. & ibidem Liparul in d. add in fine, qui allegat etiam Capic in cap. Imperialem, de prob. fæu. alie. per Fed. idem And. in cap. 1. in princ. de feu. non hab. propr. nat. fæu. & Paris in eod. tract. reintegr. in d. cap. iure fæudi an censeatur num. 81 fol. 66. 4. col. qui meminit tex. in d. cap. 1. in princ. de consuet. recti fæudi.*
10 *Bal.* loquens in castri concessione simplici sine illa clausula (in fæudum) *in cap. significauit 1. not. de rescript. Iacob in inuest. fæu. in ver. de castro. col. 3. Ias. in prælud. fæu. col. 6. & alij, quos refert, & testatur Brun. in cons. 156. col 2. sub ver. refert ergo, in ver. in dubio, 2. vol. Paris in d. tract. cap. iure fæudi an censeatur num. 7 fol. 66. 3. col.*
11 Secundo, id ipsum fundatur ex eo, quod concessio dictæ gabellæ fuit facta à Rege Ferdinando, vti de eius re propria, sibi incorporata, & prout tenebatur per suam Maiestatẽ, ac possidebatur: penes quem & si per prius gabella fæudalis fuisset, prout non inspicitur
12 in præsenti processu. Tunc erat allodialis, & libera, cum res sua nemini seruiat, *l. si quis ædes, l. in re communi, ff. de seru. vrb. præ-*
13 *dio. l. vti frui. ff. si vsufr. pet.* Quo fit vt de iure censeatur, & præsumatur Regem simpliciter concedendo Principi gabellam, eidem concessisse burgensaticam, & sic liberam, prout ipse habebat, *Ita scripsit Andr. in d. cap. 1. § huius autem generis, num. 13. in princ. ex quib. cau. fæu amitt Luc. de Penn. in l. 2. in ver. sed pone, & in vers. & si vbi, ad hoc refert Barto. de Capua de iure Reipublicæ lib. 11. & Paris in d. cap. iure fæudi an censeatur.*
14 Tertio, id luce clarius redditur ex illa clausula existente in dicto priuilegio (nil iuris, & actionis nobis, & hæredibus nostris, & ipsi nostræ curiæ, & alijs quibuscunque in, & super dicta gabella, eiusq; proprietate, & vtili dominio retinentes, seu quomodolibet reseruantes, & habendum vti rem suam propriam) Ex quibus verbis clare colligitur, Regem Ferdinandum gabellam iam dictam concessisse Principi in pleno dominio, postquam nil sibi reseruauit, nec super directo,
15 nec super vtili dominio. quo fit vt etiam si essemus in castri concessione, censeatur illud de iure in allodium concessisse, *Bald. in d. c. signi-*

Digitized by Google

significauit, 1. *not. Iacob. in vers. de castro col. 3. & alij, quos refert Brun. latissimè in d. cons. 156. sub ver. restat, & Paris. in dicto cap. iure feudi an censeatur, in princip.*
16 summopere se fundans in illis verbis (ad habendum vti rem propriam) quæ fæudalis non dicitur, quo in loco *num.* 11. dicit notabile verbum faciens ad materiam nostram, quod in concessionibus antiquarum gabellarum ratò reperitur concessio facta in fæudum, vt supra relatum extat.
17 Quarto id suadetur ex sequenti clausula eodem fol. 39. (ad habendum, &c. nec non vendendum, pignorandum, permutandum, tradendum, concedendum, & in dotem dandum, vti fruendum, & de ea in totum, vel in partem, quemcumque contractum voluerit faciendum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, tanquam de re propria dicti Illustrissimi Principis, & eius hęredum, & successorum) quæ verba generalia, iunctis illis verbis (tamquam de re propria) nil aliud important, quam alienanationem sine Domini Regis consensu, & licentia, quo fit, vt & si iure fæudi gabella præstita concessa fuisset. At tamen iure feudi teneri non potuisset de iure, *est tex. sing. in c. 1. de feu. non hab. propr. natu. feud. ibi non habebit ipsum pro feudo.*
18 Quinto id in dubiũ non poterit reuocari, cum (vt supra dictum est) non fuerit in fæudum cõcessa, nec pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, iuxta solitam Regni feudorum concessionem; sed pro se, & hæredibus, & successoribus vtriusq; sexus in
19 perpetuum, quæ differunt intra se, vt copiose *Capic. in feud. inuest. in ver. & hæredibus ex suo corpore, 1. col. ver. & quod tenor, ex dictis And. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. in cap. 1. §. præterea ducatus, de prob. feud. alie. per Fed. & in const. regni, vt de success. sionibus 4. col. & Luc. de Penn. sing. in l. 1.*
20 *de impo. lucrat. descript.* quo fit, vt dicamus constanter de iure claram inspici voluntatẽ concedere voluisse gabellam prædictam in allodium, & non in fæudum, ita sing. scriptũ reliquit *Paris in tract. reintegr. feu. in d. c. iure feudi an censeatur nu. 7. fol. 66. col. 4.*
21 Sexto, per quam lucidè id demonstratur ex priuilegio restitutionis, reintegrationis, & nouæ concessionis factæ eiusdem gabellæ per Serenissimum Regem Catholicum Illustrissimo Principi Berardino in anno 1507. totius gabellæ in burgensaticum; quod Priuilegium declarat priuilegium Regis Ferdinandi de anno 1483. quatenus illud dubium foret, quemadmodum ex supra congestis in iure fundatum extat, clarissimum esse, vltrà
22 quod ex priuilegio prædicto, quando gabella vigore dicti priuilegij Regis Ferdinandi fuisset fæudalis, reducta fuit in allodium, ex noua Regis Catholici concessione, ex illis verbis (restituimus, & de nouo concedimus gabellam integram in burgensaticum) prout latè infra fundabimus, quibus addo satis ad propositum, clausulam apparentem in dicto priuilegio Regis Federici fol. 44. ater. (quod si qua forte in his, ac dependentibus ex eisdẽ
23 dubitatio, seu ambiguitas oriri, aut fieri cõtingerit quoquomodò, interpretatio semper fieri debeat in fauorem dicti Principis emptoris, eius hæredum prædictorum, &c. & aliorum ab eo causam habentium, & non aliter, legibus, iuribus, &c.) ex qua necessarium, ac inconfutabile argumentũ depro-
24 mitur, à sufficienti partium enumeratione, quod est validissimum, & de iure concludit, *l. patre furioso, vbi Bar. Bal. Angel. & cæteri annotarunt, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. cap. cum dilectus, vbi id notauit Panorm. extra de iur. patro. cum innumeris iurium, & doctorum authoritatibus allegatis per Nicol. Eutrard. in tract. locorũ legal. loco 51. f. 84. at.* Hoc modo autem priuilegium sonat clare, gabellam concessam in liberum allodium, iuxtà superius fundata, & res non habet pro Principe difficultatem: aut est dubium, & tunc idem est, cum ita iudicandi necessitatem Rex concedens iudicantibus imposuit.

Septimo, id clarum redditur ex priuilegio Federici, dum ex eo Princeps restituitur ad gabellam, nulla facta mentione seruitutis, ac naturæ fæudalis, prout in alijs prouisionibus, & similibus in fæudum concessis de ea mentionem fecit.

Octauo, & nouissimè vana redditur prætensio huiusmodi Regij Fisci super solutione adohæ, etiam si concessio prædicta sonaret in fæudum, cum ex priuilegio prædicto Regis Ferdinandi cernatur non modò non esse seruitium aliquod reseruatum, sed ab illo
25 Principem exemptum, ex verbis claris illius clausulæ (nil iuris sibi reseruans, nec in proprietate, nec in possessione, nec in vtili dominio,) ex quibus colligitur, Regem Ferdinandum in Principem transferre voluisse, ac transtulisse gabellam cum eius pleno dominio, id quod luce clarius colligitur ex subsequentibus verbis, (ad habendum, &c. alienãdum, &c. tamquã rem propriam ipsius Principis) igitur si tãquam res propria erat possidenda gabella per Principem, tamquam sic translata; expressè seruitium est remissum, cum res propria domino non potest seruire, vt supra, & ex dictis verbis asseueratur de
26 iure expressè remissum seruitium, quia illud

dicitur de iure expressum, quod comprehen-
ditur sub verbis generalibus, siuè vniuersali-
27 bus, prout verbum (nihil) quod est vniuer-
sale negatiuum omnia excludens, ad tex. in
l. Iulianus, de lega. 3. l. si quis ducenta, §.
vtrum, ff. de reb. dub. cum concordan. ad hũc
modum scriptum reliquit Bar. in loco topico,
in l. 1. num. 7. ff. de vulg. & pupill. subst.
& in l. prætor ait, in 1. not. in princip. ff. de
no. op. nunc. legitur, & notatur secundum
vnam lecturam, in l. fin. in fine, C. quod
cum eo, qui in alien. potest. glo. in cap. inqui-
sitorum, in ver. expresse de haret. in 6. Quin
28 immo illud est expressum, quod sequitur ex
eo, quod est expressum, ità copiosè Aymon
Crauett. qui omnes huius communis senten-
tia refert, & testatur in cons. 149. num 11.
29 1. vol. Insuper illud dicitur expressum de
iure, quod sequitur ex narratis, ita scripsisse
Crauett. copiosè in cons. 147. num. 2. vol. 1.
Feder. de Sen. in cons. 158. & Couarru latè
lib. 1. variar. resolu. cap. 15. num. 9. fol. 80.
30 Si igitur seruitium fuit remissum expressè,
vt supra, ergo adoha remissa, & succes-
siuè vana est adohę prætensio, cum illa
debeatur respectu seruitij, vt supra fundatũ
extat; & etiam quod gabellæ concessio in
fæudum perspiceretur, prout allodialis cer-
31 nitur, vt supra; illa remanet fæudalis in om-
nibus, præter quam in præstatione seruitij,
& solutione adohæ, prout sic in specie scripsit
And. in cap. 1. §. huius autem generis num.
15. ver. scilicet, quando dat in fæudum, ex
quib. cau. fau. amict. & in cap. 1. §. sed nec
alia iustior in princ. nu. 33. ver. secus si sine
seruitio dedisset, qua sit prima causa benef.
amict. Paris in dicto tract. reintegr. fau. in
cap. incip. an res particularis, fol. 6. num. 16.
32 vsque ad folium 20. Quinimmo idem And. in
d. §. huius autem generis num 9 in ver. sed
si infeudetur simpliciter, expresse fatetur idẽ
esse, quando simpliciter fæudum fuerit con-
33 cessum, nullo expresso seruitio; cum non sit
de substantia fæudi seruitium, sed fidelitas,
in cap. 1. §. sed nec alia iustior, num. 38. ver.
34 Dominus, qui videtur dare, debet seruitium
exprimere, reseruando; alias liberè dat quan-
tum ad seruitium, qua sit prima cau. benef.
amict. & in eod. cap. 1. §. sed & qui delator,
num. 44. in ver. Item vsi sunt, vbi scripsit
hæc verba, Item vsi sunt dantes fæuda nomi-
nare, quæ volunt imponere, argum. supra
de fau. sine culp. non amict. cap. 1. si non
nominant, sibi imputent, nam nec & serui-
tium si non imponitur, inerit, & in cap. 1.
num. 19. ver. debuit de controu. inuest. ibi
debuit ergo imponere seruitium, quando in
augumentum dedit, alias videtur donasse, &.

35 remisisse seruitium, quæ Andr. nouissimæ
authoritates non procederent in seruitio
contento in iuramento fidelitatis, vt assotia-
ri dominum in bello, & alijs similibus, vt
notanter, & copiosè fundat additio Liparul.
in d. §. huius autem generis, num. 9. in ver.
sed si infaudetur simpliciter, & in seq. addit.
in ver. seruitium, ex quib. cau. fau. amict.

His sic iactis fundamentis, scilicet gabel-
lam concessam in allodium Principi per Re-
gem Ferdinandum, & remissum seruitium,
quando inspiceretur concessio in fæudum,
cuius causa debetur Regi adoha, solitumque
in concessionibus gabellarum antiquis nun-
quam in fæudum fieri concessiones, vt supra
fundatum extat.

36 Super quo fundabitur prætensa adohæ ta-
xatio totius gabellæ, cõtenta in dicta partita
cedularij anni 1496. super qua tantum fiscus
37 se fundat? certè in nullo, cuius etiam nulla
erit ratio habenda, tanquam nulla, vti facta,
Principe inaudito, ac nulla causę cognitione
adhibita à magnificis rationalibus fiscalibus,
ad not. per Bar. id l. prolatam, in fin. vbi ca-
teri C. de senten. & latissimè Fely. qui diffusè
examinat hunc articulum in cap. Ecclesia
Sancta Maria, col. 7. ver. 9. de constit. qui
dicit, hanc esse communem opinionem. Insu-
per taxa prædicta est iniqua euidenter cõtra
priuilegium prænarratũ, & successiuè nulla,
& minimè exequutioni demandanda, ad tex.
in cap. inter cæteras, vbi Abb. & Anton. de
Butr. extra de sent. & reiud. & latè Affl. in
decis. 39. num. 5. Et quod prædicta verissi-
ma sint censenda. Rogo Ill. Iudicantes ad-
uertant, Regium Fiscum numquam habuisse
possessionem exactionis dictæ prętẽsæ adohæ
non solum ab anno 1496. quo quidẽ tempore
apparet inscriptio prædicta facta, vsque in
pręsentiarum: verum etiam nec à tempore
dicti priuilegij anni 1483. vt in suis compa-
ritionibus iam fatetur, in qua si fuisset, vtiq;
illam demonstrasset per partitas librorum
Perceptorum Regiorum Prouinciæ Calabrię
quos fuisse perquisitos à fisco, certò certius
credendum est. Adeo quod asseuerandum
est è Regia Camera dictam taxam nullam
fuisse iudicatam; & habitam ex causa dicti
priuilegij, cum alias non permisisset adohã
39 prædictam non fuisse exactam. Ex his enim
quæ sequuntur, patefit, quid antea gestum
est, ad tex. in cap. cum dilectus, extrà de
consuet. & in cap. 1. §. si vero fidelis de con-
tro. inuest. l. cum fundus. ff. de leg. 2. l. scio.
§. tiranne. ff. de fund. instr. & inst. leg. latè
Frecc. lib. 2. subfeu. autho. 46. in fin. num.
xij ver. sicut ex possessione fol. 234. idq; etiam
procedit ex actu negatiuo, Dec. cons. 481

Item

Item alia ratione non meretur per Fiscũ
allegari, quia si prætendit victoriam causæ
ratione exequutionis dictæ taxæ, dicit Prin-
40 ceps, exequutioni prætensæ esse præscriptũ
spatio septuaginta, non modo triginta an-
norum, quo quidem spatio ius exequutiuum
41 sententiȩ prȩscribitur, sicut iudicis officium,
à quo dependet exequutio sententiæ, ita
scripsit *glo. in l. sicut, C. de præscript. 30. vel
40. ann. quam refert. & sectatur Franciscus
Balb. in tract præscript. posito, in 5. vol. tract.
in antiquis, in 4. parte 4. par. princip. quæst.
31.* Si ex causa dicti decreti, vt sic lati, dicit
Princeps Regio Fisco obstare priuilegia, &
omnia alia superius fundata, & sic quo se
vertat Fiscus cum dicto decreto, ex eo nun-
quam poterit causȩ victoriam reportare.

Quod vero actinet ad secundam Fisci pe-
titionem adohæ pro duc. 600. annuis Prin-
cipi Hieronymo concessis per Serenissimũ
Regem Alfonsum, asseueramus similiter Re-
gium Fiscum omni prorsus carere actione
42 ex qualitate allodiali eorundem duc. 600.
ex dispositione *tex. in l. altius, C. de seru. &
43 aqua*, ac etiam ex eo quod istȩ gabellæ sem-
per antiquitus per Reges in allodium fuerũt
concessæ, vt testatur *Paris. vbi supra*, & in
hoc Princeps habet de iure intentionem
fundatam, ad quod comprobandum primo
rogo Ill. Indicantes, vt aduertant priuilegiũ
originale dictæ concessionis non apparere,
vt super certo vagari possit, sed tantum de
eo fieri mentionem in duobus priuilegijs, vi-
delicet Regis Federici, vt inferius examina-
bitur, & in priuilegio Regis Ferdinandi iam
mentionato anni 1483. in quo respectu di-
ctorum duc. 600. nulla mẽtio qualitatis feu-
dalis inspicitur, quinimo ex eo conijeiendũ
est, concessionem eorundem duc 600. inter-
cessisse in allodium; Primo quia ex dicto
priuilegio concedebatur gabella serici in
burgensaticum, & ea da causa ad euitandam
commistionẽ dictarũ qualitatũ burgẽsaticæ,
& fæudalis, si fȩudalis illorum, fuisset con-
cessio Regis Alfonsi, Regi Ferdinando ne-
cesse erat exprimere dictam naturam fæuda-
lem. Secundo, quia ex eodem priuilegio Rex
respectu dictæ gabellæ tunc venditæ, nullum
ius sibi reseruabat nec in proprietate, nec in
vtili dominio, & possessione, quinimmo illam
vti rem propriam, & sic liberam eidem Prin-
cipi concesserat, idquod prȩiuditium pote-
rat afferre dicto Regi respectu dictorum
duc. 600. si illi fæudales fuissent, postquam
ex supra congestis fundatum est, concessio-
nem dictæ gabellæ ex priuilegio prænarrato
fuisse allodialem.
44 Secundo id ipsum sole clarius demonstra-
tur ex priuilegio Regis Catholici in anno
1507. cuius causa Rex restituit, & reintegrat
Principem in allodium ad dictam gabellam
integram. Ponderando duo verba dicti pri-
45 uilegij, primum verbum (restituit) quod ni-
hil aliud est, nisi in pristinum statum repo-
nere, *l. fin. C. senten. pass. l. quod si minores,
§. restitutio, ff. de minor. l. 2. §. vt restituas
ff. ne quid in loco publ. l. videamus, §. in
fauiana, ff. de vsur. l. 1. in 1. respons. ex
quib. cau. maio. cap. nos sancto, & cap. iura-
to 15. quæst. 6. cap. quia diligentia, de elect.
cum concordan. in glo. dictorum iurium
46 alleg. ac per Doctores*. Secundum verbum
ponderandum illud est (integram) quod ex-
cludit omnem diminutionem, *l. 2. §. ad filio-
rum, c. quand. & quib. 4. pars debeatur*, ibi,
integrum, nullaque ex parte diminutum do-
minium, *lib. 10. l. decem, vbi not. de fidei-
comm. liber. l. fin. ver. integrum, C. ad l fal-
cid. cap. dilecto, ver. integro stipendio extrà
de præbend. & cap. nobis, ver. integris fructi-
bus, de præben. in vj. cum alijs copiosè conge-
stis per Loffred. in cap. 1. §. filij, 4. col. ver. si
considerari potest, si de feud. fuer. controu.*
47 in ponderatione verbi (integrè) positi in
capitulatione pacis, *Dec. in cap. sua nobis,
2. col. in 5. not. extra de confirm. vtil. vel
inutil.* Hinc est, quod *Bal.* per illum tex. *in
l. fin. C. ad l. falcid.* tradidit *in l. quod nomi-
ne, col. 1. in ver. sed quid si ex consuetudine,
48 ff. de cond. indeb.* quod si maritus promictit
integram dotem restituere, totam dotem
sine aliqua diminutione cogendus est soluere
propter illud verbum (integram) etiam q
ex forma statuti aliqua dotis pars sibi com-
peteret, *Ang. Roma & Alex. in l. damni in-
fecti, la seconda, §. si parietem, ff. de damn. in-
fect. Hippol. in singul. 24. latè Alex. in cons.
301. num. 8. 6. vol. & Dec. in consil. 195.*
Si ergo Rex restituit Principi in allodium
integram gabellam serici, in qua gabella
aderant prænarrati duc. 600. Ergo clare
colligitur, Principem illos possedisse in allo-
dium; eo impensius vt supra ponderatum
extat, cum Rex Ferdinandus dum in priuile-
gio anni 1483. facit mentionẽ de dictis duc.
600. respectu eorundem nullam facit men-
tionem qualitatis fæudalis, quæ si vera esset,
eam necessarium erat exprimere, & sic hoc
priuilegium Rehis Catholici anni 1507. de-
clarat illud Regis Ferdinãdi respectu dicto-
rum duc. 600.

Tertio, id ipsum patefit, nam dato citra
veri præiudicium, quod dicti duc. 600. fuis-
sent per Regem Alfonsum concessi in fæudũ
Principi Hieronymo, non ne ex concessione
gabellæ serici in allodium facta per Regem

Digitized by Google

Ferdinandum principi Hieronymo in anno
49 1483. in qua erat illa seruitus qualitatis
fæudalis respectu dictorum duc. 600. illa
statim confusa, & extincta fuit, iuxta repli-
cationem Principis desuper factam fol. 8. at.
ex reg. tex. in l. si quis ades, ff. de seru. vrb.
prad. & in l. tria. ff. de seru. rust. pradio. &
50 *in l. quicquid. ibi.* Deinde dominiũ seruien-
tis rei peruenisset ad me, consequenter dice-
retur extingui seruitutem, *vbi glo. in vers.*
seruientis rei, exponit totius rei, alias secus
ff. comu. prad. Ea ratione, quia res mea mi-
hi nõ potest seruire, iuribus supra congestis,
eo impensius, cum Rex in dicta gabella, &
in eius directo, vtili dominio, & pos-
sessione, vt supra, nil sibi reseruauit, eaque
ratione attenta Rex Ferdinandus dum fecit
mentionem de dictis duc. 600. in dicto pri-
uilegio omisit qualitatem fæudalem, prospi-
ciens illos cum tota gabella allodiales.

Quarto, prædicta certò certius firmantur
ex dicto priuilegio Regis Catholici ibi, (in-
tegram gabellam serici in allodium restitui-
mus, &c.) arguendo à sufficienti partium
enumeratione, quod est validissimum, & de
iure concludit, vt supra. Nam vel gabella
tota erat allodialis, & negotium est sopitum,
vel fæudalis, seu saltim fęudales dicti duc. 600
& ex illo verbo (integram) vt supra ponde-
rato, de fæudalibus fuerunt allodiales effecti,
51 id quod Rex ex certa scientia, & consultò
facere potest, ita scriptum reliquit *And. in*
cap. 1. de contr. fau. apud Pares. term. quem
refert, & sequitur Paris de reintegr. fau.
in cap. curia an reuocet alienationem col. 2.
52 *num. 4. fol.* 172. Id quod consulto Regem
Catholicum fecisse, asseuerandum est ex tri-
bus. Primo ex eo quod nil iuris sibi reserua-
uit in directo, vtili dominio, & possessione,
vt supra ponderatum extat. Secundo, quip-
pè quia per priuilegium prædictum non mo-
do Rex Catholicus restituit Principem ad
gabellam serici integram, sed ad quasdam
alias concessiones annuas, & prouisiones,
qualis erat concessio duc. 600. illasq; restituit
cum seruitute fæudali; si igitur noluisset allo-
diales esse dictos duc. 600. vtique sibimet re-
seruasset prædictam fæudalem seruitutem,
seu naturam. Quemadmodum in alijs pro-
uisionibus annuis ibidem expressis reserua-
53 uit. Tertio, ex dicta clausula (ex certa scien-
tia) apparente in dicto priuilegio, pro quorũ
54 omnium comprobatione pondero illa ver-
ba (restituimus, & de nouo concedimus) quę
vltima verba hoc casu sapiunt nouam con-
cessionem, quando primeua priuilegia appa-
ruissent in fæudum, ex his, quæ in hoc arti-
culo scripsit *And. in cap. 1. num. 3. vbi co-*
piosissima additio Liparul. in ver. de nouo &
cedimus, de vassal. decrep. ata.

Quinto, & nouissimè ponderantur illa
verba (Pro se, suisq; hæredibus, & successo-
ribus in perpetuum habebat) & non dicit ex
legitimo corpore, ex quibus, vt supra in
quinto fundamento primi capitis supra pon-
deratis infertur, concessionem hanc in bur-
gensaticum factam.

55. Quibus fundamentis clarissimis sic stanti-
bus, facillima dantur responsa ad duo funda-
menta Regij Fisci. Primo fundato super de-
creto prætenso extracto à libro notamento-
rum, quod tollitur duplici responsione. Primo
vt dicamus illud nullũ, & successiue nullam
mereri exequutionem tanquam iniustissimũ,
& iniquissimum, latum contra formam tot
priuilegiorum, & fundamentorum omni iu-
ris munime roboratorum, & nullum habens
fundamentum, super quo se fundare possit.

Quibus addo, quod hæc perpendens Re-
gia Camera numquam illud exequi fecit, vt
fiscusmet fatetur, dum prætendit in eius cõ-
paritionibus adoham ab anno 1514. cui iuri
exequutiuo præscriptum est ex cursu tanti
temporis, vt supra, & ad præsens Regia Ca-
mera, quod omisso iure exequutiuo tractat
decisionem huius causæ, secundum illud iu-
dicare non potest ex tot priuilegijs, & fun-
damentis clarissimis, & validissimis in fauo-
rem Principis apparentibus, vt supra de iu-
re fundatum extat aduersus particam cedu-
larij adohę anni 1496. respectu totius gabel-
læ prædictæ. Secundo, asseueratur decretum
prædictum non probare de iure, nẽpè refert
56 se ad decretum existens penes Ciottum, q
vna cum processu exhiberi petitum, adhuc
non apparet exhibitum, & sic non probat,
ex reg. tex. in auth. si quis in aliquo documẽto,
vbi signanter Bar. Alber. & cæteri, C. de edẽdo.

Et nouissimè non obstabit assertio Prin-
cipis Berardini apparens in priuilegio Regis
Federici, super qua secundo fiscus se fundat,
nempe fundabitur non solum non obstare,
verum etiam in hoc Principem iuuare. Pri-
57 mum patet ex eo, quod in dicto priuilegio
apparet tantum assertio, seu Principis Berar-
dini confessio tunc facta dictæ naturæ fæuda-
lis, in parte narratiua dicti priuilegij, ibi (su-
per qua gabella serici Princeps Hieronymus
antiquam annuam duc. 600. in perpetuum
pro se, suisq; hæredibus, & successoribus pro-
uisionem in fæudum habebat) quæ principis
confessio non probat qualitatem fæudalem
58 ea ratione, quia Baro non potest facere in
Regno de allodio fæudum, *iux. tradita per*
And. in cap. 1. num. 10. ver. hodie de nouo,
59 *de contro. fau. apud Pares termi.* Si quidem

si non

Digitized by Google

si non potest hoc facere, ergò super eo prohibetur fateri, *ex regu. tex. vbi Bar. in l. & si fortè, ff. de castr pecul. l. qui testamentum, ff. de proba. Doct. plenè in l. si donatione, C.*
60 *de colla.* Est enim hoc regulare in omni eo, qui de iure, à lege, vel ab homine limitatam habet potestatem, vt eius assertioni non credatur, nisi illa probatur aliundè, *iux. tradita per Afft. in tract. Iuris prothomiseos in vers. nisi quis, col. penul. & in cap. 1. 4. col. de*
61 *alie. feu. pat.* Ex ista enim confessione per indirectum obuiaretur legis dispositioni, & fieret per Baronem fæudum de allodio, quod non est ferendum, *ad tex. in cap. compromissum. de elect. in 6. & ex dictis Gemin. in cap. 2. §. contractus, de reb. eccl. non alien. & per*
62 *Bar. in d. l. si fortè, per illum tex.* Malitijs enim hominum, eiusq; fraudibus est obuiandum, *l. in fundo, ff. de reiuend.*

Præterea, dictum priuilegium Federici facit pro Principe, nam in eo dicit, quod Princeps Hieronymus habebat in fæudum, cum loquatur per verbum præteriti tẽporis: nec dicit, Principem ad præsens habere sub illa fæudali natura, quæ si tunc vera fuisset, vtiq; Rex Federicus id adiecisset, ac expressisset.

Quare ex his fundatis, & contrarijs reieiectis, nulli Ill. Iudicantium anceps, dubiauè fiet Domini Principis absolutio ab impetitione prædicta.

Reliquum est modò, vt trãseamus ad tertium caput petitionis Regij Fisci duc. 13. m. vna cum interesse, in quo expediemus etiã caput reconuentionis factæ per Principem contra Fiscum fructuum Comitatus Mileti ab anno 1507. quo fuit confectum albaranũ vsque ad annũ 1542. quo Principi Petro Antonio fuerunt assignati grana duo pro qualibet libra serici super eadem gabella, & sic curriculo annorum 35. qui ad annuã summam duc. 5. m. redditus Comitatus Mileti ascendunt ad summam duc. 175. m. vltra interesse.

Respectu huiusmodi capitis dicit Princeps, vanam esse Fisci petitionem, nempe illi fuerunt remissi per Regiam Curiam Domino Principi tum ex causa renuntiationis fructuum prædictorum Comitatus Mileti, tũ etiam ex causa commutationis iam dictæ, quæ non ita Principem iuuabat, sicut Comitatus Mileti si eidem fuisset consignatus: id quod licet, non appareat expressum in dicto contractu assignationis, illud tamen veritate verius habendum est ab Ill. Iudicantibus, etenim Albaranũ, super quo se fundat fiscus, apparet insertum de verbo ad verbum in cõtractu stipulato inter Principem, & Excel. Dominum Proregem assignationis iam factæ dictorũ gran. duorũ super dicta gabella, quo mediante Principi non poterat fieri assignatio p̃dicta, nisi solutis dictis duc. 13. mil. vt ex eo legere est, & nihilominus fit assignatio per Dñum Viceregem dictorum granorum duorum sine alia solutione illorum, vsq; nũc, prout Fiscus affirmat; idquod clarè demonstratur ex alio, si quidem (vt in processu deductum, & probatum extat) hoc medio tempore Fiscus fuit Principis debitor, & creditor, & idem Fiscus, & Princeps quantitates pecuniarum adinuicẽ sibi debitas soluerunt, & nunquam de prædictis duc. 13. mil. fuit inter ipsos loquutum, cui fisco (si negotium sic non se habuisset) non defuissent diligentissimi, quinimo Fiscales, & crudeles pecuniarum Perceptores, & Commissarij Prouintiæ Calabriæ, qui illos exigissent à Domino Principe.

Et si aliter Regia Camera sentiet, iudicabit contra Fiscum in fauorem tamen Domini Principis; etenim oportebit fateri de iure renuntiationem dictorum fructuum fuisse, & esse nullam, tanquam causa prorsus carentem, & successiue condemnandus erit Fiscus ad soluendum Principi duc. 175. mil. vna cũ interesse ab anno 1542. & Princeps fisco ad soluendum dictos duc. 13. mil. Principi, namque sine vlla exceptione omnino, ac præcisè ex causa dicti Albarani debebatur restitutio comitatus infra menses quatuor, & successiue illis elapsis, fructus, & sic non potest dici, quod fructuum renũciatio intercessit ex causa assignationis dictorum granorum duorũ, quæ erat minoris valoris assignatione status comitatus Mileti, cũ assignatio prædicta erit omni iure debita, & poterar Rex arctari iuris tamen remedijs ad consignationem status, seu ex cambij, *ex regu. tex. in l. 1. ff. de cond. sin. cau. vbi Bar. & cæteri, & per*
63 *Bal. in l. adita, col. 18. ff. de eden.* qui *tex. l. 1. ff. de cond. sin. cau.* licet loquatur in promissione, seu pacto, militabit etiam de iure in renuntiatione præfata, ex qua de iure oritur promissio, seu pactum de non petendo fructus renuntiatos, quemadmodum scriptum reliquit *Bart. post Iacob. de Aren. in muliere renuntiante hypotheca bonorum viri in hominia, §. 1. num. 2. vers. vlt. Iacob. de Are. vbi Castr. num. 2. & Alex. num. 1. ff. sol. mat.* & sic caput reconuentionis erit clarissimè in beneficium Domini Principis fundatum.

Et si iudicabit eadem Regia Camera renuntiationem valere, & remissionem dictorum duc. 13. mil. veram. Adhuc Dñus Princeps tanquam læsus enormissimè in duc. 162. mil. & sic satis vltra dimidiam obtine-

bit

Digitized by Google

bit, è Regia Camèra condemnationem illo-
64 rum contra Regium Fiscum ex causa dictæ
læsionis, quæ est dolus re ipsa, & accedente
dolo ex proposito, cum actum fuit inter Re-
65 gem, & Principem subditum, cuius causa
lex præsumit adhibitum metum, *ex dictis per Io. Fabr. in §. æquè si agat, col. 11. vers. illud autem nota, de actio. per tex. in l. fin. §. penul. ff. quodme caus. late Boer. in sua solemni decisione 125. nu. 5. vers. vnde hoc ex quo dominus, ex regul. tex. in l. si quis cum aliter cum concord. ff. de verb. oblig.* Et Ill. Iudicantes pro vero habebunt Principem non voluntariè, sed maxima necessitate astrictum, vt excambium comitatus consequeretur ad renuntiandum, cum tam maxima eius læsione tot fructus sibi omni iure debitos, cum
66 de iure non præsumitur, quem velle suum
iactare, *ex regul. tex. in l. cum de indebito, cum concord. ff. de probatio.* Idquod certo certius est credendum ex cursu annorum 35. quibus semper, & instantissime necessitate astrictus permutationi, & excambio non æquiualenti consentiit cum eius tam maxima læsione vt supra. Ad quam læsionem
67 allegandum iam tempora largiuntur, si qui-
dem ab anno 1542. vsque ad annum 1564. fuit mota præsens lis, vt ex actis, præterierunt solum 24. anni, & non 30. quibus hoc ius tanquam dependens à condictione ex lege, præscribitur, quemadmodum in eodem, seu simili remedio, *l. 2. C. de rescind. vend. tradidit Franc. Balb. in tract. præscript. in d. 4. par. 4. par. princip. quæst. 26 f. 242. à ter.*

Ex quibus fundatis, & contrarijs reiectis nulli. Illu. Iudicantium anceps dubiaue fiet victoria Domini Principis, tam in causa conuentionis, quam reconuentionis, & ita de Iure respondendũ, & iudicãdũ esse censeo, & spero.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum rei habentis membra comprehendit omnia, quæ ex testatoris voluntate, & destinatione habebuntur, vt coniuncta, licet sint ex se diuisa. nam duo separata vnum tamen destinatione, vnum reputantur, & num. 2.*

3 *Separata, quæ vsu disponentis vno nomine nuncupantur, vnum, & idem dicuntur.*

4 *Fundus legatus cũ verbis (pro vt possedit) non ius, sed factum exquirit scilicet qualiter fuerit possessus, licet de iure non ita intelligeretur.*

5 *Verbum (quomodocunq;) comprehendit ea, quæ alias in dispositione non veniunt.*

6 *Verbum (qualitercunq;) nullam restrictionem admittit, & maiora expressis continet.*

7 *Relatio fit ad omnia præcedentia, nisi sit inutilis relatio quando fieret.*

8 *Declaratio voluntatis testatoris fit per duos testes.*

9 *Error in nomine in testamento factus, per duos testes probatur.*

10 *Substantia testamenti probatur per septem testes non minori numero, & in hoc quadã traditur distinctio ex cons. Oldradi 297. & num. 11.*

12 *Dubia voluntas testatoris declarari potest per Notarium.*

Pro Marchione Capursij, cum Serenifs. Regina Poloniæ.

ARGVMENTVM.

LEgatum fæudi cum omnibus iuribus, introitibus, redditibus, & prouentibus, prout possedit testator, quomodocunque, & qualitercunque, comprehendit introitus emptos à vassallis illorum fæudorum, exactos simul cum alijs introitibus testatore viuente, & ab eo eodem nomine nuncupatos, & sic destinatione testatoris vnitos cum fæudis, quamuis de per se essent separati.

CONSILIVM VII.

Legatum Serenifs. Reginæ.



ITEM legauit Excellenti Domino Io. Laurentio Pappacodæ Terram Noyæ, & Terram Triuiani cum vassallis vassallorumq; cognitionibus, & introitibus, iuribus, & dominijs, & cum cognitione causarum ciuilium, & criminalium, & gladij potestate, cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, introitibus, redditibus, & prouentibus, ac pertinentijs, & pertinentibus ad Comitatum dictæ terræ, & etiã ad dictam terram Triuiani, ac modo, & forma, prout hactenus dicta Serenissima testatrix eas tenuit, & possedit, quomodocunque, & qualitercunque.

Vel verba huius legati (considerata etiam volun-

Digitized by Google

voluntate disponentis) clara sunt, compræhendere introitus emptos per Serenissimam Reginam ab eisdem vniuersitatibus Noyæ, & Triuiani, & non erit dubium, ad legatariũ spectare, vel fortè erunt dubia, prout non est, & pariter res erit in tuto, quidquid testatrix senserit, testes in numero oportuno, declarant.

Quod autem verba legati illos compræhendant, ex duobus id erit apertum.

Primo, verum est Reginam illos emisse à dictis vniuersitatibus, & post emptionem vnitum, & confusum cum introitibus Baronalibus earundem, per eosdem ministros fuisse exactos, ac confusim, & vnitim de vtrisque (Regina mandante) Erarios dedisse computa, & rationes. Adeoque destinatione, & vsu Reginæ, eiusq; ministrorum, introitus empti non distinguebantur ab introitibus Baronalibus, immo vnum reputabantur cũ dictis terris, quo fit, legatis terris, cum introitibus, compræhendi non solum introitus Baronales, verum etiam emptos ab eisdem

1 terris, & si separati sint, est textus clarus *in l. prædijs, §. Titio, ff. de leg. 3.* ibi, legato fundo Saphiniano, compræhenditur etiam fundus Gabinianus, penitus separatus, quia vno nomine disponens possedit, & vtriusquè fundi confusi sunt redditus, *Et glo.* ibi, addit, & fortè sub eiusdem villici cura allegando, *l. patronus, §. sempronio de leg. 3.* vbi, & si prædium sit separatum ab alio, si sub eiusdem villici cura fuerit, vnum censetur, vt facta dispositione de vno, aliud contineatur.

Idem destinatio, & vsus disponentis operatur, quod duo separata fint, vnum sub di-

2 spositione *l. quod in rerum, §. pen. de leg. 1.* Ideoq; legato fundo, veniunt pascua separata, quæ ad vsum illius fundi habebantur. *l. seia §. tyranna de fund. instruct. ibiq; Bart. tradit,* non referre, quod aliquid separatum sit, si vno nomine nuncupetur, inspecto vsu dispo-

3 nentis, de quo *Bar. latius in l. 1. ff. de reb. dub.*

Secundo, si consideramus diligenter verba legati, cum tot dictionibus vniuersalibus geminatis, fas erit dicere, vt illa operentur cõpræhendere etiam introitus emptos, & sigillatim illa discurrendo. Id sole clarius apparet. Legat enim Regina Terras Noyæ, & Triuiani cum omnibus introitibus, & membris pertinentibus, & spectantibus ad dictas terras. Hæc enim verba tantum referuntur ad introitus Baronales, demum subdit, & prout hactenus Regina eas tenuit, & possedit, ista verò referuntur ad possessorem, & possessionem quo casu introitus empti, & si separati, quia de facto Regina illos vnitim tenebat cum introitibus Baronalibus, absq; dubio comprehenduntur. Quando enim legatur fundus, prout ita possedit, non de iure

4 quæritur, sed de facto, quid cum eo de facto possessum sit, & tunc si cum fundo mancipia, & pecora non de fundo, sed penitus separata tenebantur, in legato includuntur, *sing. tex. in l. seia, §. fin. iuncta glo. in ver. non de iure ff. de fund. instruct.* Postea sequuntur illa verba vniuersalia (quomodocunque, & qualitercunq;) ampliantia dispositionem, quæ hũc sensum significant, videlicet (quomodocũq;) idest, cuiuscunq; qualitatis essent introitus, quasi disponens dixerit, lego terras cum omnibus introitibus, quos ibi habeo per quemcunq; modum acquisitionis, tam titulo vniuersali, vt Baro, quam titulo particulari, vt priuatus, & cuiuscunq; qualitatis essent, tam feudales, quam allodiales, verbum enim (quomodocunque) seu quoquomodo, est tantæ potentiæ, quod facit sub dispositione compræhendere ea, quæ alias ex natura

5 rei non venirent. Et proinde sub legato bonorum, quæ domi habeo, venalia, quæ non dicuntur de domo, non includuntur. Sed si fuisset additum verbum (quomodocunque) venalia benè includerentur, *Bar. in l. generalis, §. vxori, ff. de vsufruct. legat. Eius doctrinam latè explicat Couarr. var. resol. cap. 5. post num. 3. ver. secundo constat,* ad quod *facit singul. glo. in elem. 1. in ver. omnimodam de for. compet.* Pariterque dictio (qualitercunque) nullam recipit restrictionem, & compræhendit, quæ alias non venirent, etiã

6 dissimilia, & maiora expressis *Aym. Crau. videndus post alios in cons. 294. nu. 1. & 7.* Quarè ex his quisq; rectè sentiens, dicet verba huius legati clara esse, hos introitus includere.

Nec refragatur dicere, verba illa in fine posita quomodocunque, & qualitercunque referri ad præcedentia, & sic ad illa verba cum introitibus spectantibus ad dictas terras, nam quando in dispositione plura continentur, & in fine additur aliqua clausula, regula est illam ad omnia præcedẽtia referri, verum si ex illa relatione capitulum, ad quod referretur esset inutile, ad illud nõ referretur,

7 sed ad aliud, quod posset operari, *l. cum vulgari, ff. de dot. praleg. Bar. in l. talis scriptura, §. fin. post num. 3. ver. item de leg. 3.* In præsenti dispositione duo sũt dicta, videlicet, legatæ sunt terræ cum introitibus spectantibus ad eas, ac modo, & forma, prout testatrix ipsas possedit, quod de facto intelligitur (vt supra) dum postea sequitur quomodocunq; & qualitercunq; vt dispositio ad quam hæc verba referuntur, vtilis reddatur, & operetur, oportet dicere, referri non ad prima dicta cum introitibus spectantibus ad dictas

terras,

terras, quia nihil opeearentur, sed ad proxi-
mè dicta modo, & forma, prout eas possedit,
etiam de facto, quomodocunque, & qualiter-
cunque compræhendendo etiam inteoitus
peædictos separatos, & de facto cum terris
possessos, quia sic opeeantue, & dispositio
vtilis remaneeet. Nullum enim verbum po-
test stare sine virtute operandi, maxime in
vltima voluntate, inqua fit lata interpreta-
tio vulgat. iur.

Postremo posset negari, saltim verba huius
legati esse dubia, & tunc, quod senserit te-
statrix, sub illis verbis introitus etiā empros
includi tres testes aperte deponunt, quo fit
cū nūc agatue de declaranda voluntate, duo
8 tantum testes sufficiunt, *glo & ibi scribentes*
in l.haeredes palā §. sed si notum in verb. poss.
ff. de testam. Credidit enim notarius, vt ipse
dixit Reginæ sub illis verbis vniuersalibus
geminatis, quomodocunque, & qualitercun-
que includi hos introitus (vt verum est) & si
non esset, error notarij non noceret veeitati
9 *l. error C. de testam.* & hunc errorem per duos
testes probari sufficit, *tradunt ibi Petr. &*
Cinus, quinimo *Bal. ibi post num. 2. ver. 2.*
quaero num. 3. & 4. subtilitee more suo di-
stinguit, aut probationes, quę debent fieei
de testamento respiciunt substantiam testa-
menti, quia sic factum, & septem testes re-
10 quiruntur, & hoc in casu loquitur *glo. in l.*
cum proponebatur ff. de leg. 2. aut fiunt circa
certitudinem, vel aliquā verisimilem supple-
tionem, & vtroque casu duo testes sufficiunt,
his concordat elegans consilium *Oldrad.*
11 297. *nu.* 7. inquit cieca testamentum, triplex
peobatio occurrit aut esse factum, & duo te-
stes sufficiunt, aut sic factum, quod concer-
nit substantiam, & septem testes requi-
runtur, aut sic sensum, quando est factum per
coniecturas, vel perloquutiones, & tunc duo
sufficiunt, in pręsenti factum est testamentū,
& legatum cum illis verbis pręgnantibus
quomodocunque, & qualitercunque, quia
tractatur de certitudine, & de verisimili sup-
pletione, & quid tęstatrix senserit, duo testes
sufficiunt.

Amplius si ex his verbis per notarium in
scriptura positis, dubium aliquod oeiretur
quem sensum haberent, eius declarationi sta-
retur, *l. diximus §. si duos ff. de excusat. tutor.*
quæ licet loquatur in iudice, idem in nota-
rio procedit in specie *Calcan cons. 48. num.*
21. Notarius enim viuens, hos introitus in
illis verbis compręhendi, Sępius declarauit,
eego vndiq; declaro iure Marchionis liquet
qui dum seruiuit Serenissimę Reginę, quantū
illi inseruierit notum est omnibus, & quan-
tum deinde procurauerit in beneficium Ca-
tholici Regis, effectus demonstrauit, cum
eius opera Ducatus Bari Regi fuerit relictus,
hæc tanto magis prouocent Dños Iudican-
tes in re tam clara ad victoriam Marchionis.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones Regni sunt stricti iuris, & ideo in eis omissum pro omisso habetur.*

2 *Libertus sicut patronum, sic & patroni filiū alere tenetur, & sic etiam patronus libertum, & liberti filium.*

3 *Constitut. Regni Comitibus loquitur de fratre, non de filio fratris, ideo ad illum non trahitur, & sic sentit Andreas in d. const. Comitibus, & sub num. 4. & idem habetur num. 6.*

4 *Casus de nouo emergens lege aliqua non comprahensus Principi nunciari debet.*

5 *Dispositione iuris communis idem est in fratre, & in filio fratris quoad successionem.*

7 *Vita, & militia, quod debeatur in bonis auunculi authore Capycio decidetur.*

8 *Decisio lata per iudicem cui causa fuit remissa à Principe consulto legem generalem constituit, quod an sit verum habetur, n. 1 c.*

9 *Vita, & militia loco portionis hæreditariæ filio secundo genito fuit assignata secundū Afflict. & sequaces qui insuper asseuerant primogenituram per constit. Regni non fuisse cōsideratam in linea collaterali, quod fuit deinde consideratum per cap. considerantes, in quo decipiuntur, & num. 32.*

10 *Lex noua ab antiqua interpretationem recipit.*

11 *Casus de nouo emergens à Principe decisus legem generalem constituit, secus si à Iudice.*

12 *Constitutio loquens de linea descendente, cōprahendit lineam ascendentem in collateralibus.*

13 *Illatio fieri non debet ex diuersis.*

14 *Sacrum consilium male iudicauit dari vitā, & militiam in bonis auunculi.*

15 *Ratio non viget ob quam constitut. loquens de bonis, extendatur ad bona auunculi.*

16 *Constitut. Comitibus prouidens filio de vita & militia, potius loco legitimæ, quam auferre non poterat, quam portionis hæreditariæ, in qua disponere poterat adimendo prouidisse intelligitur.*

17 *Primogenitus quoad minus fieri potest lædendus est.*

19 *An*

18 *Andreas in repetit. constit. Comitibus, vitã, & militiam loco legitima, assignari sentit, & num. 21.*

19 *Dictum in Euangelio (Da mihi portionem, qua mihi contingit) de legitima intelligitur.*

20 *Testator extraneos non instituens venientes ab intestato vocare videtur.*

22 *Legitima dicitur portio hareditaria, quia debetur titulo hareditario.*

23 *Clericus nec in toto faudo, nec in parte succedit, & tamen vitam, & militiam habet: ergo illa non loco portionis hareditaria, quia tunc clericus illam non haberet, & num. 24.*

35 *Vita, & militia, si loco portionis hareditaria deberetur, non veniret in faudo ex pacto, quod non comprahenditur in petit. hareditatis, & ideo de portione hareditatis in eo agi non posset, & tamen vita militia debetur in faudo ex pacto, prout in hareditario.*

26 *Andreas non laborasset in articulo si auunculus excludens filium fratris debeat ei vitam, & militiam; nam si ratione exclusionis debetur, sine dubio nepoti debita esset.*

27 *Fœmina, qua semel paragium in bonis patris habuit, illud in bonis fraternis habere non potest.*

28 *Constitutio Regni, & alia iura non astringunt fratrem ad dandum paragium de proprio.*

29 *Vita, & militia loco alimentorũ assignatur, alimenta iure natura ratione portionis debita legitima, & num. 30.*

31 *Vita, & militia loco legitima assignari communis opinio asserit, & ideo talis opinio sequenda.*

33 *Abusus fuit sentire, quod in faudis antiquis datis pro se, & haredibus, non succederet frater, & talem abusum substulit, cap. Regni considerantes, & num. 34.*

35 *Regens Villanus multum commendatur.*

36 *Vita, & militia non debetur duplicata, & ideo in bonis paternis, qua effecta fraterna fuerunt, mutatione persona, amplius non debetur.*

37 *Res non debet duplici onere grauari, maxime ne primogenitum annihiletur, & n. 38.*

39 *Frater secundogenitus tantum debet habere vt se alat, & primogenitus totum consequi vt honorifice viuat.*

40 *Opinio Doctoris non habens contradicentem omnino seruanda.*

41 *Testamentum in quo aliquid legatur pro integra portione, approbatum à legatario, non potest pati controuersiam in aliquo supplemento.*

42 *Testatori nõ secundo haredi in fideicommisso succeditur.*

Pro Marchione Campanea conuento, contra Horatium Grimaldum.

ARGVMENTVM.

FRatri secundogenito an debeatut vita, & militia in bonis fratris primogeniti, & quid si bona illa fratris primogeniti peruenernnt à cõmuni parente, in cuius bonis habuit secundo genitus semel vitam, & militiam; & quomodo decisio Capycij in casu prędicto procedat, & intelligenda sit.

CONSILIVM VIII.



SAPIENTES Regni, semper dixerunt, & dicunt constitutiones Regni esse stricti iuris, non produci ad similia, & ad consequentia *l. quod vero, ff. de legi* & ab earum verbis non recedi, nisi de contraria intentione constituentis constaret, & quando aliquid non dixerunt, noluerunt & pro
1 omisso habuerunt, *C. de cad. & toll. §. penul.*
hæc omnia tradit *Andr.* noster Euengelista in Regno, legendus, *in const. prosequentes in ver. de vno castro, circa med. vers. sed sapientes, & in fine vers. nam si legis huius lator.*

Hoc enim arguendi genere sępius *Andr. in constitutionibus*, vsus est pręsertim in casibus vitę, & militię, *in repet. const. Comitibus, in duobus locis in 3. col. in vers. item nunquid,* quærit nunquid frater maior dabit militiam filio fratris, arguit ex dispositione iuris cõmunis, quod sic, quia libertus sicut alit patro-
2 num, sic filium patroni, & è contra, patro-
nus filium liberti *l. si quis à liberis, §. alimenta, ff. de lib. agno.* demum subdit verius dicitur contra, quia alimenta cum vita finiuntur, Et quia de filio fratris non cauetur iure, nec in const. Comitibus, nec in C. Honorij, de fratre tantum loquuntur, de eo tantum intelligentur *l. si minor, ff. de verb. oblig.* potuit dicere de filio fratris, quia non dixit, omisit *l. quicquid astringenda, eod. tit. de verb. oblig. & C. de cad. toll. §. penul iterum in 4. col. circa fin. vers. quid ergo,* quærit si Primogenitus succedens in fæudo, habens

filium

filium, sororem, & fratrem, viuo patre, eodemque auo, moriatur, si secundum modernorum opinionem dicentium, patruum excludere filium primogeniti suum nepotem, & verâ esset opinio, prout nunc vera non est; an patruus hic succedens, teneatur præstare vitam, & militiam dicto nepoti, eo excluso, & post multa, quæ dicit, *in vers. verum, circa med.* 5. *col.* tradit, verum, quia casus nouus
3 est, lege non comprehensus, recurrendum esse ad Principem, vel ad eum, qui interpetrari habet dubia, *C. de legi l. cum de nouo*, vt declarat, & suppleat, in tantum, quod *Andr.* apertissime firmat, constitutionem Regni, Comitibus, quæ tantum loquitur de vita mi-
4 litia danda fratri, non procedere in filio fratris, quia constitutio non dixit, & de iure communi idem erat in filio fratris, quod in
5 fratre, nec etiam procedere in patruo, excludente nepotem, ex primogenito, quia casus erat nouus, lege non comprehensus.

Ex his pro Marchione Campaneæ, quod non teneatur præstare duplicatam vitam, & militiam Horatio secundogenito in bonis fratris, hoc principale fundamentum subijcio *d. const. Comitibus in fine*, per clarissima verba, fratri minori concedit vitam, & militiam, in bonis patris: in bonis fratris non dixit, & dicere potuit, ergo omisit, & noluit,
6 & consequenter tanquam stricti iuris, nec ad bona fratris, nec ad similia, & consequentia, per ea, quæ supra dicta sunt, erit trahenda, quod tantomagis erit clarum, funditus ex decendis, eneruatis contrarijs.

Quæ enim ex aduerso adducuntur, in summa hæc sunt.

Dicit aduersarius, sibi deberi hanc militiam in bonis fratris, in eius fauorem, allegando decisionem Sacri Consilij, relatam per *Capic. decis. vltima, & opiniones Afflict. Loffred. & Minad.* tenentium, in successione auunculi, deberi vitam, & militiam, & sic fuisse decisum; ergo idem in successione fratris, quinimo addit, *Capic.* dixisse arbitros in illa causa, successionis auunculi, noluisse decidere punctum, tanquam casum nouum, lege non comprehensum, & proinde remisisse, decisionem ad Cæs. Maiestatem, per quam eius literæ fuerunt directæ Sacro Consilio, vt in illo casu, decideret, & fuerit postea iudicatum, in bonis auunculi militiam deberi, & ex hoc videri fuisse seruatum, quod *Andr.* dixit *in d. const. Comitibus* de patruo, & nepote, quod tanquam casus nouus per Principem erat interpetrandus, qui cum remiserit casum Capicij decidendum, per Sacrum Con-
8 silium, & decisione sequuta, quasi orta sit generalis interpetratio const. in bonis auunculi, dari militiam, cui omnino sit standum.

Insuper, hanc eorum opinionem prædicti Doct. duplici medio confirmant, vnum, quia inspecto iure communi feudorum, & iure Longobardorum, omnes filij æqualiter in bonis paternis succedebant, quæ cum speciali iure francorum, seu ex communi tenore inuestiturarum in Regno, præferendo primogenitum, secundogenito, abro-
9 gata fuerint, dum postea constit. dedit militiam secundogenito, illa erit loco partis hæreditariæ, à qua fuit exclusus *And. in constitut. Comitibus. in* 1. *lect.* 1. *col.* & ista ratio exclusionis, sicut militat in bonis patris, sic in bonis auunculi, nimirum si, in eius bonis dari militiam, affirmant.

Alterum dicit *Loffred.* primogenituram in linea Collaterali per Constit. Regni non fuisse consideratam, sed in linea descendente. verum per capitulum considerantes, in linea Collaterali fuisse ampliatam, ergo cum one-
10 re vitæ, & militię, quia lex noua, recipit interpetrationem à lege antiqua.

Sed docti iudices attendant, quod prædicta decisio Sacri Consilij, & opiniones prædictorum, ex pluribus, in casu (de quo agitur) non obstant.

Primum non est verum, dictam decis. S. C. induxisse interpetrationem generalem, in successione auunculi dari militiam, sed tantum particularem in illo casu; si quidem *Andr.* quando dicit de casu nouo, recurrendum esse ad Principem, vel ad eum, qui interpetrari habet dubia, allegat *tex. in l. cum de nouo C. de legi*, quæ secundum *Bal. ibi* summatur, quod dubitatio super noua lege nouiter emergens, debet dirimi per interpetrationem conditoris, subdit postea, non intelligas, quod non possit dirimi per iudicem causæ inter litigantes, sed inter vni-
11 uersos, debet dirimi per conditorem, & tunc habet vim legis generalis, ad quod est similis *tex, in l. humanum, eodem tit. de C. legi.* vbi quando contigit casus nouus, super quo oportet statui, recurritur ad Principem, & si Princeps, cum Procerum, & Senatorum deliberatione procedit, faciendo suum statutum in scripturam redigi, lex tunc pro omnibus promulgata erit. In casu Capitij, & si decisio fuerit remissa ad Cæs. Maiestatem, non Maiestas Cæs. cum eius Senatoribus inter vniuersos succedentes in linea Collaterali ascendente deberi vitam, & militiam interpetrata est. Tunc enim vim legis generalis habuisset, sed negotium ad Sacrũ Consilium, & sic ad iudices ordinarios in illo casu particulari successionis auunculi, decidendum mandauit quo fit, non fuisse interpetrationem

tionem generalem, sed decisionem particularem in illo casu.

Secundum, decisio prædicta, & præfati Doct. loquuntur, in successione avunculi, & sic in linea Collaterali ascendenti, & in illa causa, *idem Minad. aduocatus pro nepote secundogenito refert, in consil. in aliquibus fol. mihi 18. post num. 12.* per Cæs. Maiestatem Bononiæ in anno 1530. fuisse emanatum rescriptum, firmatum per Antoniũ Mussettam Proregẽtẽ, qui fuerat vnus ex tribus arbitris sin Capic. quod vita, & militia non præstaretur in casu const. non comprehenso, nec de aliqua extẽsione tractari deberet, & per hoc ipsum oportuit ostendere, quod ille casus constitutione comprehendebatur, tanquam

22 lineæ ascendentis Collateralis, quasi quod constitutio loquens in linea ascendẽti comprehenderet casum lineæ ascendentis Collateralis, sentiens propterea, quod nisi fuisset linea ascendens, non obtinuisset, ergo si casus noster non est in linea ascendenti collaterali, sed in mera linea collaterali; & in casu prædicto Capicij, nepos ille secundogenitus nõ habuerat aliam vitam, & militiam in eodem

23 feudo, vt in præsenti, ex pænitus diuersis non fiet illatio.

Tertium, parcat mihi authoritas tanti Tribunalis, non rectè iudicauit, in successione auunculi dari militiam; si enim sapientes Regni, & *Andr.* semper protestati sunt. con-

24 stitutiones Regni esse stricti iuris, ex identitate rationis ad similia, & consequentia non produci, à verbis earum non recedi, & quod non dixerunt, noluerunt; & in casu patrui, & nepotis, ex primogenito, magis claro, in quo maior ratio dandi vitam, & militiam vigebat, quia tractabatur de descendẽti, firmauit

25 non dari extensionem, sed tanquam casum nouum, ad Principem recurri. Dicant mihi, qua ratione, iudices illius temporis, constit. loquentem in bonis patris, ad bona auunculi, potuisse extendere? Certè non video.

Quartum, prædicti Doct. nec And. intellexerunt, nec eorum fundamenta vera sunt; Dicebant enim hanc vitam, & militiam, esse loco portionis hæreditariæ, à qua secundogenitus fuit exclusus, & non loco legitimæ, & grauiter errant.

Nam ius francorum, & tenor communis inuestituræ, receptus in regno, in feudis, repellit pænitus secundogenitum ab omni, & qualibet rata successionis, in hoc corrigendo ius Longobardorum, cuius vigore omnes filij æqualiter admictebantur, alterando etiã ius naturale, cuius beneficio omnes filij saltim legitimam eis de iure naturæ debitam consequebantur, *§. 1. in auth. de hæred. & falcid. & §. 1. auth. de trie. & semisi.* dum postea *const. Comitibus*, prouidit secundogenitis de vita, & militia, noluit occurrere, quoad partem, quæ illis dabatur de iure Longo-

26 bardorum, quia illud tãquam ius positiuum per aliud ius positiuum Francorum, seu per legem inuestituræ tolli potuit; sed voluit, occurrere quo ad partem illis debitam de iure naturæ, idest, quo ad legitimam, quæ in totum per statutum tolli non potest, sed bene minui, *Bar. in l. Titio, §. fin ff. de cond. & demonst. cum cæteris, de quibus Afflict. in constitut. Comitibus col. 3. vers. sed benè statutum*, Ideoque vita, & militia ex fructibus feudi, & ad vitam tantum restringitur, vt primogenitus, quo ad minus fieri posset, læ-

27 deretur. Adeoquod dum ius Francorum, & tenor inuestituræ excludunt secũdogenitum, à qualibet successione; constitutiõ superueniens, quæ dat vitam, & militiam non simpliciter dat respectu cuiuslibet successionis, sed spetialiter addit in feudis patris: clarè demonstrans; quod vult corrigere in hoc solummodò, in quo alterabat ius naturæ, cuius vigore debetur legitima tãtũ in bonis patris.

Amplius, non est verum; Andr. concludere, vitam, & militiam esse loco partis hæreditariæ, à qua secundogenitus excluditur, nã & si hoc dicat per transennam, *in consil. Comitibus, in 1. lectura*, quæ in multis codici-

28 bus modernis non ponitur. Attamen *idem Andr. in repet. consil. Comitibus*, vbi latius articulum discurrit *in principio prima col.* tradit, hæc verba, excluditur à successione minor, iure Francorum loco partis sibi debitæ à qua excluditur, quia dantur sibi alimenta, & militia, sicut paragium, dotis, sororis exclusæ. subaudi, datur loco partis sibi debitæ, à qua excluditur, vt supra *in constit. in aliquibus*, & sic Andr. firmat vitam, & militiam, & paragium deberi fratri minori, & sorori, loco partis sibi debitæ à qua excludũtur, Quæro, quæ erit ista portio debita? non alia, nisi illa, quæ ex necessitate iuris, ex debito iuris naturæ, debetur, vt est legitima, *in §. 1. in auth. de trien. & semis.* quam siuè velit,

29 siuè nolit, Pater filio assignare tenetur. Inde in *Euang. Luc. traditur.* Da mihi portionem, quæ mihi contigit, intelligendo de legitima, *secundum Ias. in auth. nouissima, num. 3. C. de inoff. testam.* In linea autem collaterali, non potest considerari portio debita, quia per quamcunque dispositionem frater excludit fratrem, nisi turpi persona instituta, *l. fratris, C. de inoff. testam.* nec ab intestato, potest considerari portio debita fratri, ex necessitate iuris, siue velit, siue no-

30 lit frater, quia dum alium non instituit, fra-

trem successorem ab intestato, vocasse videtur. *l. si quis cum nullum, & l. consiciuntur, ff. de iure codic.* In tantum, quod in auunculo, & in linea collaterali, non potest considerari portio debita, ex necessitate iuris, sed tantū in filio, quæ erit legitima, & hic est verus sensus Andr. qui, quod intelligat partem debitam, scilicet legitimam, ipsemet se refert *in constit. in aliquibus*, vbi latissimè loquutus est de paragio, *& particulariter in 11. col. vers. sed hoc paragium*, inquit. Hoc paragium, ab illa constitutione deberi filiæ, sicut portio hæreditatis, quia repellitur à successione, & est loco legitimæ portionis, debitæ iure naturæ, quam hodie habere deberet, si alium institueret, & non quoquo relicti titulo, sed titulo institutionis. & demum subdit hoc, scilicet, paragium, sicut portionem legitimam, habebit hæc mulier. & postea superaddit quia fœmina, non admittitur cum masculo loco portionis legitimæ, vult eam, secundū
21 paragium maritari. Ergo si *Andr. in constit Comitibus* dicit, vitam, militiam, & paragium loco partis debitæ deberi minori, & sorori; & respectu paragij, remittit se, ad *constit. in aliquibus*, & in illa, sæpius repetit, declarando paragium, & portionem debitā esse legitimam, iure naturæ debitam, quæ titulo hæreditario institutionis debetur. per necesse oportet fateri, *Andr. in d. constitut. Comitibus*, decidisse vitam, & militiam, loco partis debitæ, idest, legitimæ, deberi, & coniungendo dicta per *Andr. in constit. Comitibus, in prima lectura*, cum dictis per *Andr. in repet. Comitibus*, concordantur, nam *in repet. constit. Comitibus*, dicit, vitam militiam, esse loco partis debitæ, idest legitimæ,
22 & *in prima lectura* tradit, esse loco portionis hæreditariæ, intelligendo legitimam, deberi titulo hæreditario institutionis, *in § aliud, auth. vt cum, de appell. cogn.* Prout idem *Andr.* in paragio, quod est loco legitimæ, deberi titulo institutionis, tradidit *in allegat. constit. in aliquibus, 11. col. vers. sed hoc paragium*, & quod *Andr in d. repet. Comitibus* intelligat, vitam militiam deberi loco partis debitæ, scilicet legitimæ, *Paris* sic intelligit, *de reintegr. fol. mibi 176. num. 9. 15. 16. & 25. & Cannet. in c. si aliquem fol. mibi 330. num. 55. & 56.*

Præterea, quod vita, & militia non loco portionis hæreditariæ, sed loco legitimæ detur, substitutis rationibus, sole clarius erit.

Etenim, clericus secundogenitus, non succedit nec in toto fæudo, nec in parte fæu-
23 di, idemq; dicimus de primogenito, qui facto suo se exclusit, recipiendo habitum clericalem, & tamen tam filio secundogenito clerico, quam primogenito effecto clerico debetur vita, & militia, vt tradit *Paris in d. loco fol. 176. & meritissimus Dominus Præses in decis. 30.* Si enim vita, & militia, esset loco portionis fæudi, sicut ab ea secundogenitus clericus, esset exclusus, sic esset exclusus à vita militia, loco eius subrogata: sed quia vita, & militia non est loco portio-
24 nis hæreditariæ, sed loco legitimæ, quam secundogenitus clericus debet habere. non mirum, si secundogenitus clericus, vitam, & militiam consequitur.

Item, si vita, & militia, deberetur loco portionis hæreditariæ, deberetur in fæudo hæreditario tantum, & non in fæudo ex pacto, quod cum veniat in petitione hæreditatis, in eo portio hæreditaria non caderet: &
25 tamen, hoc non est verum, nam sicut debetur vita, & militia in fæudo hæreditario, ita etiam debetur in fæudo ex pacto *Mari. de Subfeu. fol mibi 156. nu. 3.*

Item, si causa introductionis vitæ, & militiæ, fuisset exclusio secundogeniti à portione hæreditaria, frustra *Andr.* laborasset in illo
26 articulo si patruus excluderet nepotem primogeniti, ei deberet vitam, & militiam; quia si tenuisset, vitam, & militiam, dari loco exclusionis, nepoti ex primogenito, qui erat exclusus per patruum; debuisset dari vita, & militia. sed quia casus ille, non erat in constitutione decisus dixit, ad Principem esse recurrendum.

Amplius si vita, & militia, daretur loco exclusionis, Paragium fœminæ deberetur, etiam loco exclusionis, & sicut præfati quatuor Doct. tenent, in successione auunculi dari vitam, & militiam, ex eadem ratione deberetur paragium sorori, & nepoti; postquam secundogenitus, & fœmina quoad exclusionem æquiparantur etiam secundum *Loffred.* & tamen hoc secundum falsum est, quia tam iure consuetudinario, quam iure constitutionis fœmina, quæ semel habuit pa-
27 ragium in bonis patris, secundum paragium non consequitur in bonis fratris, nec pinguius ei debetur, ita sæpius in terminis consuetudinis refert *Dominus Præses in decis. 87 fuisse decisum, & me procurante*, & in terminis constitutionis, fœmina tantum debet habere paragium in bonis parentum *in const. in aliquibus*, in bonis autem fratrum constit. non dixit, est verum, quod si soror fuerit dotata de bonis fratris, de cuius successione ageretur, per fiscum excluderetur, vt statutum est *in filingeria, quæ incipit sanè*, dotatio enim fratris de proprio, excludit sororem ab eius successione in fæudis, sed constitutiones Regni, seu dicta *filingeria*, sanè non astringunt

gunt fratrem ad dandum paragium de pro-
38 prio; Adeoquod dum fæmina habuit paragium in bonis parentum, nullum debet consequi in bonis fratris. & sic neque vitam, & militiam, neque paragium, esse loco exclusionis, portionis hæreditariæ, allegatæ rationes concludunt.

Et vltra *Andr.* & rationes desuper allega-
39 tas, quod communis sit opinio, vitam, & militiam non esse loco portionis hæreditariæ, sed loco alimentorum, ex nostratibus *Mari. de subfeud. fol. mibi* 285. *num.* 2. *Et idem Io. Thom. Minad. parum sibi constans in repet. const. in aliquibus fol. mibi* 17. *num.* 10. Quinimo, & quod sit loco legitimæ, communis est opinio *Camer. in cap. imperialem, fol.* 101. *col.* 3. *lit. L. & M. Paris de reintegr. fol.* 176. *à n.* 9. tradit alimenta, quæ dantur filio secundogenito, dari iure filiationis, & sic iure naturæ, *nu.* 15. *&* 16. dari loco partis
40 debitæ, & *nu.* 25. declarando illã partẽ debitã, intelligit loco legitimæ portionis, quæ eis cõtigit *Affli. in d. const. in* 3. *quæst. Loffred. in §. præterea ducatus, circa med. Dominus Præses noster in decis.* 20. *num.* 9. *qui etiam allegat Tiraq. de primog. qu.* 75. *num.* 8. *in terminis constitut. Comitibus, Moli. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 2. *Peregrinus cons.* 31. *num.* 11. *Cannet. in cap. si aliquem, fol.* 330. Adeoquod nostri regnicolæ, & exteri Doct. in terminis *d. constit. Comitibus*, affirmauerunt, vitam, & militiam esse loco legitimæ, quorum opinio sequenda est, quia communis, & rectius intellexerunt *Andr.* reiecto penitus primo fundamento
31 *Capic. Loffred. Afflict. & Minad.* qui voluerunt vitam, & militiam esse loco portionis hæreditariæ, nam cum sint numero pauciores, & non benè *Andr.* intellexerint, & rationes contra eos vrgent, de eorum dictis, nulla erit habenda ratio.

Insuper secundum fundamentum *Loffred.* non est verum, primogenituram non fuisse, consideratam per const. Regni in linea Collaterali, sed per *Capitulum Regni consideran-*
32 *tes*; nam *Constit. vt de successionibus* considerauit primogenituram in linea descendente, & etiam in linea Collaterali sub illis verbis, quod feuda tenent filios, & nepotes, ac descendentes in infinitum, seruata sexus, & ætatis prærogatiua; Demum si continuando, eadem *constit.* subdit, quod ex collaterali linea fratres, & sorores in capillo succedunt, & sic sub eadem oratione verborũ loquitur; oportet dicere, quod fratres, & sorores seruata sexus, & ætatis prærogatiua succedant, vt supra in linea descẽdenti dixerat; si enim primogenituram considerasset *constit.* in linea descendenti tantum, & non in linea collaterali, melioris conditionis fuissent fratres, quam filij, quod non est dicendum, *argu. l. si viua matre C. de bon. mater*, quod enim post
33 *const. vt de successionibus*, successerat, fuit quidem abusus, tenentium, quod frater fratri in feudo antiquo, dato pro se, & hæredibus ex corpore non succederet, hunc abusum sustulit *capitulum Regni considerantes*, statuendo fratrem fratri in casu prædicto succe-
34 dere seruata ætatis prærogatiua, & hæc decisio non fuit noua, sed antiqua, *dicit Afflict. decis.* 293. *in fine.*

Igitur, patefacta res est, fundamenta decisionis *Capic.* & præfatorum doctorum funditus eneruata, & *Andr.* rationes, & communis opinio, esse contra eos, vitam, & militiam non loco portionis hæreditariæ, sed loco legitimæ fuisse traditam, nimirum si ab eorũ dictis omnino erit recedendum.

Denique in linea collaterali, vltra allegata, quæ rem patentem fecerunt, vitam, & mi-
35 litiam non dari, *meritissimus ille, & nunquã satis laudatus Regens villanus in apost. ad eius const. comitibus, intrepidè firmat hanc opinionem, eamque sequutus est doctissimus Theodorus Decanus Sacri Consily, Cumias latè hanc opinionem firmat, & sequitur in c. si aliquem, fol. mibi . . num. . . ibi Blasc. Lancia, & Cannet. pro vera opinione hanc tenent fol. mibi* 326. *& seq.*

Quare omni iure clarissima conclusio, fundata remanet, & sequenda, in linea collaterali, vitam, & militiam non dari.

36 Secundo principaliter, & tãto magis, huic secundogenito non debetur, duplicata vita, militia, in bonis fratris: quia semel habuit, in bonis patris, & satis pinguem, in summa annuorum duc. 1950. & taliter pinguem, quod nullus ex secundogenitis, in hoc regno similem, sed longè minorem habuit; inde prætendere in eisdem fæudis paternis, licet effectis fraternis, mutatione personæ, aliam militiam, absurdum esset, tum quia eadem res non debet duplici onere grauari, *l. nauis onusta. §.* 1. *ff. ad l. rod. de iact.* & per illum
37 tex. quod feudatarius non soluat collectas, quia soluit seruitium, *Andr. in §. & plaustrorum, parum ante num.* 56. *quæ sint regal.* & eadem ratione in feudis contra fiscum, si eodem anno contingerit à feudatario deberi releuium, & adoha, vnum tantum deberi *Afflict. in const. si quando* 2. *col. & Loffred.*
38 *in §. sed & res per quos fiat inuest.* Cum etiã quia id introducere, feudum, & dignitas primogeniti ad nihilum redigerentur. Posset enim contingere, quod pater habens feudum ann. duc. 1000. haberet decem filios, & demum post mortem patris, octo filij decede-

rent, vnus post alium, vltimogenitus haberet nouem portiones vitę, & militię, & quasi tantum haberet, quantum penultimus factus primogenitus, quod non est ferendum, postquam *Andr. dixit in consil. comitibus in 1.*
39 *lect. in fin.* quod secundogenitus habebit tantum, vt se alat, & dignitas primogeniti taliter debet conseruari, vt honorifice, decenter, & cum magnificentia viueret.

In quo articulo, quod non debeatur hęc duplicata vita, & militia, nulla prorsus cadit dubietas; postquam pars aduersa, pro se non habet rationes, nec doctorem, pro sua opinione: & pro nostra opinione adsunt rationes allegatę, & doctores, qui illam sequuntur, vt supradicti *Regens Villanus, & Theodorus, & Cannet in cap. si aliquem f. mibi . .*
40 *num.* . . à quorum opinionibus, cum non habeant contradicentem, non erit recedendum.

Tertio, & vltimo, non deberi hanc duplicatam militiam, in pręsenti facilius res est in tuto; si quidem Honoratus pater, in eius testamento licet non stipulato prouidit huic secundogenito de annuis duc. 1950. pro omni eo, quod potuisset pręcedere in bonis suis, & si filios procreasset haberet scuta 13. mil. & amplam substitutionem fideicommissariam inter filios fecit, tres gradus substitutionis faciendo. Etenim instituit Carolum primogenitum, & si decesserit sine masculis, substituit Franciscum, quo decedente sine masculis, substituit Herculem, & illo decedente sine masculis, substituit Horatium, eos ad inuicem substituendo, & demum ordinauit, fęminas dotari de paragio, quod testamentum per omnes filios, & per hunc secundogenitū fuit approbatum, mediante transactione,
41 etiam nouissime iudicialiter ratificata; Quo fit, inter eos saltim in vim pacti teneri, *ex l. 2. C. com. vtr. iud. Bal. videndus in consil. 356. num. 1. 2. & 4. lib. 5.* & sic hoc testamentum patris, cum fideicommisso in eo adiecto, fuit approbatum, dum Carolus Primogenitus sine masculis decessit, Hercules nunc Marchio, non Carolo fratri, sed Hono-
42 rato patri successit, ex fideicommisso, vigore cuius patri disponenti succeditur, *l. cohaeredi §. cum filia ff. de vulg. & pupil.* quod cum sit, absque difficultate; velle nunc Horatium duplicatam militiam, quia Hercules successit fratri, non bene dicit, quia nō fratri, sed patri vigore fideicommissi successit; & cū à patre, qui voluit conseruare familiam, Horatius secundogenitus, habuerit ann. duc. 1950. pro omni eo, quod in bonis paternis potuisset pratendere, & si filios procreasset scuta 14. mil. sequatur iudex, tanquam bonus paterfamilias hanc voluntatem patris & iuri se conformabit.

Fuit iudicatum iusta hic allegata per D. authorem pro Marchione conuento, contra Horatium Grimaldum fratrem referente, Cons. Horatio Marchesio iunctis Aulis die 24. Nouembris 1592. penes Carbonem, & absolutus Marchio à prætensa vita, & militia ob mortem Caroli fratris.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Reiuendicatione agenti, onus probandi dominium inest, alias succumbit.*
2 *Quod infra fines feudi est, de feudo prasumitur, & id quomodo intelligitur.*
3 *Quod infra fines Regni est, Regis non dicitur, quamuis sub eius protectione, siue iurisdictione recte dicatur.*
4 *Dominium ex censu solutione, vel astimi descriptione, nequaquam probatur.*
5 *Dominium ex concessione non deducitur.*
6 *Scriptura uis indiuidua, etiam in capitibus separatis, quando manu tertij confecta fuerit.*
7 *Dominium ex locatione non concluditur.*
8 *Conductorem dominij quastionem referre non posse, quomodo recipiatur.*
9 *Conductor quo casu dominij quastionem refricare possit.*
10 *Conducens quis rem suam, etiam scienter, dominium à se non abdicat.*
11 *Vniuersitatis absque sollemnitatibus requisitis, alienandi potestas interdicitur.*
12 *Ædificium solo cedit.*
13 *Possessori dominij probatio non incumbit.*
14 *Dominium ex immemorabili possessione, cū alijs requisitis, probatur.*
15 *Possessio immemorabilis, priuilegij vim retinet.*
16 *Dominium in antiquis, per solam famam concluditur.*
17 *Verba enuntiatiua plurium scripturarum, plene in antiquis probant.*
18 *Verba enuntiatiua, si iuxta enuntiatum longa sequitur possessio; plene probant.*
19 *Interpetratio semper pro exclusione delicti facienda.*
20 *Probatio ocularis priuilegiata.*
21 *Pratij quantitas in dubijs quiditatem contractus demonstrat.*

Pro

Pro Vniuersitate Grauinæ.

ARGVMENTVM.

AN agens reiuendicatione, si eius dominium non probet, succumbat, dominiumque num ex solutione census, locatione, aut æstimi, siue catasti descriptione, probetur; probari tamen ex possessione immemorabili, cum alijs requisitis, an possit; reique suæ conductor, etiam scienter, dominium an perdat; ac in aliquibus casibus vtrũ quæstionem dominij refricare possit; illudque broccardicum, quidquid intra fines fæudi est, vtrum de fæudo sit; disceptatur.

CONSILIVM IX.



AGVNT Illu. Dux Grauinæ, eiusque prætensi cessionarij Magnifici de Graffis, & de Morra, Iudicio Reali contra Ciuitatẽ Grauinæ, ad vendicandã magnã defensã nuncupatã, *del Mariello*, per tempus, & tempora possessam. Eamq; absoluendam
1 fore ex dicendis apparebit. Siquidem clari iuris est, possidenti non incumbere probationem dominij, *l. 2. C. de probation.* Sed actor est ille, qui in hoc iudicio illud probare debet, *l. in rem, & l. officium ff. de reiuend.* & eo non probante reus absoluitur, quia non curamus de iure possessoris, si non constat de iure petitoris, *l. fin. C. de reiuend.*

Tria enim per Ducẽ adducuntur ad probandum dominium, & duo alia per eius concessionarios. Quibus sigillatim respondendo, liquebit de non iure eorum.

Primo enim Dux allegat habere priuilegium concessionis in fæudum dictæ Ciuitatis, cum iuribus, terris, pertinentijs, & integro Statu; & intra finem huius fæudi existere defensam, quæ controuertitur: ideoque debere præsumi esse de fæudo, *Andr. in cap. 1. in addit. de controuer. inter mas. & fam.* ibi tradit, quod si curia donat in fæudum castrum cum pertinentijs suis (sicut est forma priuilegiorum in Regno) quod omnia quæ sunt intra territorium, nisi probentur exempta, erunt fæudalia, *cap. omnes Basilica, 16. quæst. 7.* & si est fæudo est, vti malè distracta, fæudo vniri debet, *ad glos. in l. Regni Consuetudinem*. Sed id pro Duce nihil est. Nam liquet, ipsum numquam possedisse hanc defensam; sed continuò illam, ciuitatem possedisse, Vnde sic, Barone possidente, quicquid intra fines fæudi existit, præsumi fæudale, & esse de fæudo, & ita procedit *Andr. in d. cap. 1.* Sed alio possidente nec de fæudo, nec fæudale esse, sed allodiale asserimus, *Afflict. decis. 267. nu. 4. Socc. consil. 181. col. 2. in fin. cum seq. lib. 2. Curt. iun. 41. num. 7. 8. & 9. cum in fin. concord. plenè cumulatis per Ant. Gabriel. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 9. num. 4.* Sicut enim non est probata
3 intentio Regis, omnia quę sunt infra fines Regni esse sua, *Andr. in constit. Regni si dubitatio*, sed tantum esse sub eius iurisdictione, & protectione, & ita intelligi debere *d. cap. omnes basilica dicit Andr. in cap. 1. circa finem num. 7. Qual. vassal. iura. debet. fidel.* Ita non est probata intentio Baronis, quæ sunt infra fines fęudi esse sua, sed tantum sub eius iurisdictione, quia eadem ratio militat, cum idem iuris sit de toto, quo ad totum, sicut de parte, quo ad partem, *l. quæ de tota. ff. de reiuen. Afflict. in alleg. decis. 267. post nu. 5.*

Secundo, dicit Dux in anno 1488. sequuta morte Ducis Raimundi, Ducem Franciscum successorem, in descriptione introitus Baronalium Ciuitatis Grauinæ pro releuio tunc Regiæ Curiæ soluto, fuisse descriptam hanc defensam pro reddito vnciarum decẽ, ex inde fortè arguens illius esse, vel præsumi dominum, & possessorem. Sed iura ad hoc
4 aperta sunt contra Ducem, nam censualis professio non tribuit dominium, nec probat dominum esse soluentem. Nec vero domino nocet, *l. censualis, & l. si functiones C. de donat. l. si sollemnibus C. de reiuen. l. si pater C. de act. emp. & l. quæ quisque ff. aeq. rer. dom.* Inde *Iacob. Butrig. Bal. Salic. cæteriq; in d. l. si sollemnibus* tradiderunt, per æstimum, seu catastum, vbi bona descripta sunt, dominium non probari, nec etiam possessionem, *l. si pater, vbi Bal. not. C. de action. empt.*

Tertio, non adiuuant Ducem ad probandum dominium, concessiones per eum productæ de dicta defensa per prædecessores suos, quarum vna de illius medietate fuit in anno 1501. magnifico Guglielmo Abbioso. Altera vero de altera medietate fuit de anno 1507. Andreatio de la Mura, quia rem alienam quilibet concedere potest, *l. rem alienã*
5 *ff. de contrah. empt.* Ideoque secundum veram, & communem Doctorum conclusionẽ per instrumentum inuestituræ rerum fæuda-

lium, nullo modo probatur dominium infæudantis, quo ad bona, quæ in locis fæudalibus repetiuntur, *Dyn. Bart. & alij in l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat. Curt. iunior 158. num. 5. cum sequen. Rolan. a Valle 46. num. 22. lib. 3.*

Quarto, cum non adiuuant assertæ locationes de eadem defensa factæ Ciuitati per Andreatium de la Mura eius concessionarium in anno 1513. & 1517. quasi quod ex iure successoris Dux velit fundare ius suum. Nam pro responsione diligenter ad plura considera. Dux enim, & eius concessionarij dum nituntur his locationibus, iam fatentur in hac defensa, Ciuitatem habere perpetuum vsum; quia apertè colligitur ex scriptura assertę locationis factæ à dicto Andreatio in anno 1517, & per eos præsentatæ, in qua id expressè fatetur. Vndè cum Dux potissimè huic scripturæ innitatur, vtiq; illi in omnibus ex tali obseruantia fides adhibenda erit. *Cyn. inter cons. Bal. post cons. 400 lib. 6. nu. 4. ipsemet Bal. 402. num. 9. lib. 5. Ias. 161. col. vlt. in princip. lib. 2. Aym. alios referens de Antiq. tempor. 1. par. Sectio. 4. limit. nu. 17. cum seq. cons. 101. num. 4. 158. num. 8.*
6 Fides enim scripturę indiuidibilis est, quia non potest instrumentum, pro parte approbari, & pro parte non *Bar. & ibi Scriben. in l. si ex falsis in fine, C. de transact. Bal. 405. lib. 4. Dec. in cap. ad audientiam, col. 1. vers. secundo ampliatur de rescript. Aym. de antiq. temp. 1. p. sectio. viso de verbis n. 75.* maximè cum sit facta manu tertij, quia illa nō pōt acceptari, etiam in capitulis seperatis *idē Aym. post Ias. in loco statim citato ver. 2. limitatur n. 17.* Itaq; cum de hoc iure per Scripturā ex aduerso productam liquidò constet; posset iudex super hoc pronunciare, & declarare hoc ius pascendi perpetuò competere Ciuitati, & eius ciuibus, licet in hoc iudicium nedum huiusmodi vsum, sed dominium deduxerit *Felyn. in cap. licet heli 10. limit. nu. 28. de simon. & ita alias in simili quæstione per Sacrum Consilium decisum fuisse refert Thomas de Minadois decis. 32. in fine.* Sed nos non dicimus, vt pars fatetur, ciuitatem habere perpetuum vsum in hac defensa, sed eam semper vti dominam possedisse. Et proinde, aut dux ex assertis locationibus vult
7 probare dominium, & non potest, quia locationis instrumentum non probat, *l. ad probationem vbi Bal. C. loca. & Aym. d. cons. 157. nu. 4.* & si ex locatione percipitur pensio, Perceptio pensionum licet probet possessionem, & præsumptiuè dominium, procedit in fauorem rei, & non in fauorem actoris *Aym. d. cons. 157. col. vlt. vers. tertio obstat tertium argumentum.* Aut vult prætendere, quod ciuitas conducens non possit refricare quæstionē dominij; *per l. si quis conductionis C. loca.* & nequaquam potest. Nam in hoc iudicio ciuitas non conuenitur actione ex locato, remedio *d. l. si quis conductionis*, quia si isto remedio conueniretur, exceptio dominij non posset referri; quia esset spoliare locatorem, *d. l. si quis conductionis*; sed reiuendicatione conuenitur, & sic de iudicio petitorio tractatur. Quo casu omnes affirmant, dominium in agente esse probandum, & non obstante locatione, dominij
8 quæstionem referri posse *late Spec. in tit. de emphi. §. nunc aliqua quæst. 52. nu. 66. Bar. cæterique in d. l. legata inutiliter Alex. 92. nu. 1. lib. 4. 121. num. 4. 43 nu. 9. lib. 4. 185. num. 3. lib. 5. & in l. si alienam rem principio, solut. matr. Socc. 167. 22. vers. circa quintam lib. 2. vbi tradit hanc esse communem opinionem, & veram Barbat 50, col. 7. ad fin. vers. In contrarium lib. 1. Curt. iunior 158. nu. 6. Neguss. de pignor. 3. memb. 1. 2. par. n. 64. Cagnol. in l. neque pignus col. 5. ff. de reg. iur. Aym videndus d. cons 157. num. 5. cum seq. & Baer. cons. 131. nu. 14.* Quinimmo & plus si Ciuitas expressè conueniretur condictione, *d. l. si quis conductionis*, adhuc agēs succumberet, ex quo liquet per quamplures testes Ciuitatem possedisse defensam hanc, & tempore præteritæ locationis, & longe ante; & cum id appareat, cessat remedium, *d. l. si quis conductionis, Curtius senior 70. nu 2. Dec. in d. l. neque pignus num. 4. Paris 39. num. 30. cum seq. lib. 1. Ripa, in l. si aliquam rem in fi. ff. de acquir. poss. Plot. in l. si quando num. 193. vers. fallit tamen. C. vnde vi. Iacob. Menoch. tract. de recuper. possess. rem. 1. num. 42.*

Aut Dux ex assertis locationibus allegabit, quod postquam ciuitas domina huius defensæ illam ab eo scienter conducendo, vt concedentis, sibi præiudicauerit, & in eum dominium transtulerit: & male loquitur; quoniam dominus, & possessor rem suam etiam scienter recipiens, vel recognoscens in censum, vel emphiteosim, simpliciter, vel vt rem concedentis; dominium non perdit, sed concessio, & contractus ipso iure non valet, nec concedenti etiam si esset Ecclesia acquiritur aliquis titulus, nec aliquod ius, in specie *Bart. in d. l. si aliquam rem num. 4.* quam opinionem, excepto eo, quod dixit, possessionem non amitti etiam à sciente, vbique sequuntur scribentes *ibi. Ang. Imol. Paul. Alex. nu. 9. & 11. Aret. col. 1. Rip. nu. 16. cum seq. Bal. Ang. Salyc. in l. qui rem C. locat. Butr. cap. 2. col. 2. de cons.*

Imol.

Imol. in cap. si cautio vbi Felyn. num. 33 de
fide instrum. Cum. 165 Fulg. 5. Paul. 11. lib.
2. Alex. 9. num. 10. 69. nu. 10. lib. 5. eoque
magis prædicta procedunt in vniuersitate, quę
sicut expresse non posset rei suæ transferre
dominium absque sollemnitatibus à iure re-
quisitis, & præcipuè decreti, *in d. l. fin. C. de*
vend. rer. ad Ciuit. pertinen. ita tacitè con-
ducens rem suam scienter, dominium a se
non abdicauerit, nec transferre potuerit,
cum non possit plus operari fictio in casu fi-
cto, quam veritas in casu vero *vulgatur.* adeo
quod quocunque Dux se vertat, per claras
iuris conclusiones reperitur exclusus.

Vltimo non nocet Ciuitati quod in dicta
defensa fuerit ædificata turris à Gargio sub-
tili. Quippe illa de voluntate eiusdem Ci-
uitatis constructa fuit. Quod probant testes
quamplures, alias ipsi Ciuitati quæsita esset,
cum solo cederet *l. si in area ff. de condit. in-*
deb. & l. adeo §. ex diuerso ff. de acqu. rer.
dom. Ex his enim sole clarius constat Ducem
nullo modo probasse dominium huius defen-
sæ, & proinde in hoc reali iudicio cogente,
& non probante dominium, id tantum suffi-
ceret, vt Ciuitas conuenta absolueretur.

Sed audiant circumspecti Iudices clario-
ra iura Ciuitatis, cui vt possidenti, licet non
13 incumberet probatio dominij, *l. vlt. C. de*
reiuendic. & l. 2. C. de probat. Tamen ad
vberiorem cautelam illud probauit, quia
per infinitos testes deponentes de visu, ante
assertas locationes, & concessiones factas
per Ducem, & de auditu auditus, & de fama
publica produxit continuò ipsam vti domi-
nam hanc defensam per tempus immemo-
14 rabile possedisse, ex qua immemorabili pos-
sessione probata cum illis requisitis traditis
per glo. in c. 1. de præscriptione in 6. (vt in no-
15 tula facti legitur) Titulus acquiritur, siquidē
immemorabilis possessio vim habet priuile-
gij *cap. super quibusdam, §. præterea de verb.*
signif. & etiam constituti *l. hoc iure, §. ductus*
aquæ. ff. de aq. quotid. & æsti. Alex. 6. num.
11. l. 1. Franc. Bal. in tract. præscrip. 4. par. 1.
16 *quæst. 6. num. 5.* immo in antiquis sola fa-
ma sufficeret ad probationem dominij. *Glo.*
in l. at qui, natura, §. si cum me absente, ff.
de negot. gest. Aret. 15. Alex. 12. nu. 24. lib. 4.
cum concor. adductis per Cassan. in consuet.
Burg. tit. des iustices rubr. 2. in text. ibi, &
la preuue, num. 15. Et proinde clarum est,
Ciuitatem probasse dominium huius defen-
sæ, eam continuò vt dominam possidendo.
Et hanc immemorabilem possessionem ce-
pisse, & habuisse iustum initium, quia Ciui-
tas domina est, & possidet nunc vniuersale
territorium, intra cuius fines hæc defensa
existit verum colentes in dicto territorio
soluunt ius medij seminis Duci, & Episcopo.
Huius initium apparet ex priuilegio quodā
Caroli Secundi in anno 1265. in quo asseri-
tur, in Archiuio esse repertam scripturam,
tenimentum Ciuitatis Grauinæ habere cer-
tos fines, de quo percipitur medium semen
à singulis, qui in eo laborant. Hæc enim
sola enunciatio in scriptura antiqua, licet nō
17 plenè probet de hoc territorio solui ius me-
dij seminis, ex quo verba enunciatiua pluri-
um scripturarum in antiquis plenè probant,
quia fama inducitur, *dixit Bald. Salic. Paul.*
18 *in l. cum aliquis, C. de iure deliber.* Tamen
quando vltra vnicam enunciationem occur-
reret longa possessio conformis verbis enun-
ciatis, enunciatū plenè probatur, *Alex. 129.*
col. 3. vers. non obstat lib. 6. Aym. de anti-
quit. temp. fol. mihi 32. num. 20. & fol. 31.
num. 19. Et si in dicto priuilegio non expri-
mitur cuius sit territorium, possessio imme-
morabilis Ciuitatis eam dominam declara-
uit, cum ex possessione, priuilegium decla-
retur, *cap. cum dilectus de consuet. cap. 1. §.*
si vero fidelis de controuer. inuest. Bald. 446.
lib. 1. Et posterior qualitas possessionis de-
clarat quid fuerit dubiæ intentionis, *l. cum*
fundus, ff. de leg. 1. & l. sed et, §. Tyranna ff.
de fund. instruct. Quamobrem si ciuitas vt
domina possedit, & possidet integrum terri-
torium, intra cuius fines hæc defensa existit,
magis præsumendum erit hanc defensā fuis-
se erectam à domino, & possessore, & sic à
Ciuitate, quam à Duce, qui si ab eo fuisset
erectam præsumeretur occupator fuisse, &
in dubio interpretatio qualibet est facienda,
vt delictum excludatur, *l. nec meritò, ff. pro*
socio, & l. non solum, §. sed vt probari, ff. de
19 *nou. oper. nun.* Et si ciuitas vt domina posse-
dit, & possidet integrum territorium, cū onere
soluendi domino Duci medium semē percol-
lentes in eo, quia potest esse Ciuitatē esse do-
minam proprietatis territorij, & Ducem
dominum illius iuris medij seminis, *c. cum in*
tua, extra de decim. dū ciuitas de bonis par-
ticularium defensam erexit pro pascuo bo-
bum domitorum, per indirectum Ducem in
ea iure medij seminis priuabat; nam si ad
vsum pascui deseruiebat, non colebatur, &
Dux à colentibus ius medij seminis exigit.
Idcirco loco iuris medij seminis, de quo per
indirectum Dux priuabatur in defensa, indu-
cta est præstatio antiquitus vnciarum dece,
& demum vniformis præstatio annuarum vn-
ciarum viginti, vt enim testes quamplures
deponunt, & clarius apparet ex inspectione
loci, vbi hanc defensam fuisse erectam ex bonis
particularium, quæ prius colebantur; quem
locum

Digitized by Google

locum benè vidit Dominus de Dauid, & inspectio oculorum Iudicis, species est priuilegiatæ probationis, *l. si irruptione. § fin. ff.*
10 *fin. regun.* Et cum hæc præstatio vnciarum viginti singulis annis pro hac defensa, loco medij seminis successerit; hinc inde omnes scripturæ, & probationes cócordant, & correlariè infrascripta sequuntur.

Primo, Ciuitatem fuisse, & esse dominam totius territorij, & etiam defensæ intra eius fines existentis; cum iure tamen soluẽdi medium semen domino Duci per colentes territorium, & cum onere soluendi annuam præstationem in pecunia vnciarum viginti singulis annis pro defensa destinata ad vsum pascui, quę loco medij seminis successit.

Secundo, quando Dux prædecessor in descriptione introituum pro releuio tunc soluto, posuit annuas vncias decem pro dicta defensa, verum fatebatur; quia loco medij seminis pro defensa, in pecunia numerata prçstationem annuam exigebat.

Tertio, quando Dux prędecessor in anno 1501. concessit medietatem dictæ defensæ Gulielmo Abbioso, & alteram medietatem in anno 1507. Andreatio della Mura, non concessit proprietatem, quæ erat Ciuitatis, sed ius medij seminis, quod in ea habebat; quia rem concedens, solummodo ius, quod habet in re, concessisse videtur. *l. qui tabernas ff de contrah. empt. & l. si domus in fin. de leg.* 1. Idque apertissime colligitur ex concessione facta in anno 1501. Guglielmo Abioso, in qua Dux asserit illam concessionem facere pro seruitijs per eum æstimatis in ducatis tricentum, Non enim Dux est prçsumendus voluisse medietatem defensæ in proprietate, quæ erat ciuitatis, & valoris tunc ad minus duc. duorum mille, pro duc. tricentum concedere, sed pro seruitijs æstimatis in duc. tricentum præsumitur concessisse ius, quod habebat in dicta defensa scilicet, ius medij seminis, cuius loco pro tota defensa, tũc exigebat annuas vncias x. Adeo quod pro medietate defensæ transferebat in Guglielmum annuas vncias quinque, ascendentes ad duc. triginta singulis annis; redditus æquiualens duc. tricentum, in quibus
21 eius seruitia æstimauit. Quantitas enim prçtij in dubio declarat quid, & quantum concessum sit *l. 1. & ibi Soc. num. 8. ff. de reb. dub. Glos. in l. 1. in vers. agendo ff. de superfic. & Rom. 396.*

Vltimo si ciuitas conduxit in anno 1517. herbagium dictæ defensæ ab Andreatio della Mura cćcessionario Ducis pro annuis vncijs 30. Taliter interpretatur, quia erat conuentum, vt illa defensa non coleretur, sed pro pascuo bobum remaneret, & loco medij seminis, quod fuisset percepturus à colentibus defensam, si non fuisset destinata, ad vsum pascui, solueretur hæc annua prçstatio, & ex hac vera facti spetie omnes hinc inde probationes concordant. Quare tam quia Ill. Dux nó probauit habere dominiũ huius defensæ: cum et, quia Ciuitas per tempus, & tempora, vt Domina illam possedit, in hoc Iudicio Reali tam ab eius petitione, quam à petitione eius concessionariorum, Ciuitatem absoluendam fore indubitate sentio.

Camillus de Medicis.

S V M M A R I V M.

1 *CLausula codicillaris grauat venientes ab intestato restituere hæreditatem scriptis hæredibus.*

2 *Communis opinio facit ius, & ideo non dissentienda.*

3 *Excommunicationis sententia ferenda, & publicanda est, citata parte & num. 5.*

4 *Deus omnipotens ad prolationem sententiæ sine citatione non procedit.*

6 *Sententia nulla dicitur vbi causæ cognitio non interuenit.*

7 *Sententia contra personaliter citatum, vel malitiose latitantem ferenda est.*

8 *Clausula (supplentes omnes defectus iuris, & facti) in rescripto Pontificio adiecta, solos defectus iuris positiui supplere intelligitur, & tunc operatur, quando cum causæ cognitione profertur, & num. 10.*

9 *Plenitudo potestatis in damnum tertij non est adhibenda, quia tunc tempestatis diceretur plenitudo.*

11 *Pontificis assertio plene probat; quod intelligitur, vbi p assertionẽ non tollitur defensio, & num. 12. directè, vel indirectè, & num. 13. quia non potest auferre innocentiam reo, & num. 14. item non facit fidem, quãdo cadit eius assertio super facto alieno, & num. 15.*

16 *Citatio non tenet cum non est exhibitum originale commissionis, quia delegatus nullam habet iurisdictionem ante præsentationem commissionis, & num. 17. & dictæ commissionis originale est in processu præsentandum, & num. 18.*

19 *Citatio non arctat carceratum, contra quem citatio circumducitur, & num. 20.*

21 *Actus sepeliendi honorifice defunctum non potest fieri excommunicato.*

22 *Filius turpitudinem patris, cuius est hæres, allegare non potest.*

23 Pa-

Digitized by Google

23 *Pœna nulla maior, quam excommunicatio, per quam ossa puniuntur, quia exhumantur, & num. 24.*
25 *Excommunicatus contra personam alterius excommunicati exceptionem excommunicationis opponere non potest.*
26 *Excommunicatus non est probibitus testari.*
27 *Excommunicatus propter haresim, est intestabilis, quando durat per annum excommunicatio, & num. 28. & 31.*
29 *Excommunicatus publicus, donare, & maiori excommunicatione ligatus etiam testari potest.*
30 *Excommunicatus non propter haresim, si per annum duret in excommunicatione, testari potest, & nu. 31.*
32 *Probibitus testari, potest testari inter liberos, & donare causa mortis, & num. 33.*
34 *Anathema est excommunicatio lata prasentibus duodecim sacerdotibus, & contra eos profertur, in quibus non est spes correctionis, & num. 35. excommunicatio vero est medicina contra eos, in quibus spes adest penitentia, & nu. 36.*
37 *Haretici, tanquam rei diuina Maiestatis, testari nequeunt.*
38 *Offensio maior est respectu diuina, quam humana Maiestatis.*
49 *Anathemizatus etiam testari potest.*
40 *Principi asserenti quem esse rebellem, non creditur.*
41 *Principi non creditur in preiudicium tertij, quando per indirectum laderetur is, cui directe preiudicari non potest.*
42 *Pontificis rebellis, non dicitur rebellis Regis; & Vassallus duorum dominorum delinquens contra vnum partem alterius domini non offensi non perdit, & num. 43.*
44 *Bannitus in vno loco non potest puniri a Prafide alterius territorij.*
45 *Rebellis Pontifici, intestabilis est, respectu bonorum sitorum in territorio Pontificis, non Regis.*
46 *Probibitus testari à Summo Pontifice, de bonis extra territorum Pontificis disponere potest.*
47 *Rex in spiritualibus non se intromittit, & Papa in temporalibus iurisdictionis regia, & propterea eius dispositio non habet effectum extra suum territorium in temporalibus, & num. 48.*
49 *Probibitio, qua de sui natura posset comprahendere bona extra territorium, illa non comprahendit, vbi adest contradictor.*
50 *Vassallus possidens bona subiecta duobus dominis, duplex bomo iudicatur.*
51 *Filius arrogatus, duplex persona fingitur, scilicet filius respectu patris naturalis, & arrogantis, & ciuis vtriusque loci, in quo bona possidet, fingitur, & nu. 52.*
53 *Effectus qualis sit, à potentia causa efficientis dignoscitur.*
54 *Causa finita, effectum infinitum producere non potest.*
55 *Statutum disponens, quod stantibus masculis famina excludantur, extra territorium statuentis non extenditur.*
56 *Legitimatio Pontificis non trahitur ad bona temporalia extra illius iurisdictionem, & tanto minus extenditur probibitio, qua est pœnalis, & odiosa, & num. 57.*
58 *Iudex interdicens bonis, effectum porrigit etiam ad bona extra suum territorium, quia actus est validus de iure communi, & num. 61.*
59 *Tutor datus pupillo, etiam ad bona territorij Iudicis dantis non subiecta, datus intelligitur.*
60 *Constitutio probibitoria, in personam loquens, extendit effectum suum extra territorium constituentis, secundum Romanū.*
62 *Pontificis pœnalis, & odiosa dispositio, intra limites sua iurisdictionis restringitur.*
63 *Statutum, siue in rem, siue in personam loquatur, uires extra territorium statuentis non estendit.*
64 *Princeps contra testamentum rescribere non potest, & ita nec factum destruere, nec in futurum faciendum, & num. 65. & hoc de potestate ordinaria, & absoluta procedit & nu. 66. & 67.*
68 *Lex vel statutum, sicut probibere non potest testamenti factionem, ita nec potest Princeps, nec modus inueniri potest, vt probiberi possit & nu. 69. quia est contra bonos mores, ac dum naturales, sed ciuiles, & nu. 70*
71 *Principis authoritas non se extendit ad impossibile de natura, vel de facto, quēadmodū nec Deus contra tale impossibile disponeret & nu. 72.*
73 *Rescriptum Principis, auferens liberam testandi facultatem, non tenet.*
74 *Princeps disponens, prasumitur eum causa disponere in his, qua sunt iuris positiui, at in his, qua sunt de iure gentium, requiritur quod causa sit probata, & num. 75. & publicam vtilitatem respicere debet, & num. 76.*
77 *Denegare alimenta parentibus priuatam respicit vtilitatem.*
78 *Priuatio, & annullatio testamenti pœna est, & ideo inauditus quis priuari non potest testamenti factione, & nu. 79.*
80 *Princeps volens priuare vassallum iure suo, ex causa probata, & de culpa conuictum priuare potest.*

81 Con-

81 *Conuictus dici non potest per sententiam condemnatus, si non fuit citatus.*
82 *Constitutio annullans actum, non annullat contra ignorantem constitutionem, & iuste ignoratur, antequam sit publicata, & nu. 85 & intra duos menses post publicationem, & nu. 84.*
85 *Soluens Procuratori reuocato ignoranter, liberatur.*
86 *Ignorantia nemini damnum infert.*
87 *Decretum irritans tunc afficit ignorantes, quando est publicata constitutio, & cum illa dispositione decreti irritantis; nam cum constitutio non irritat, nec decretum ei accedens, & num. 88.*

Pro D. Petro à Toledo Principe Montis Albani, & Neapolitanæ Classis Præfecto.

ARGVMENTVM.

Testamentum conditum, in quo adest clausula codicillaris, an irritetur per præteritionem filij. De testamenti factione, an illa possit prohiberi à Supremo Principe. An excommunicatus vel anathematizatus habeant testamenti factionem actiuam saltim, quando excommunicatio non est lata cum causæ cognitione. Vtrũ Pontifex disponere valeat contra ea, quæ sunt iuris gentium sine causa probata, & respiciente publicam vtilitatem. Et quid si disponat quoad bona extra territorium suæ iurisdictionis. de constitutione quo tempore liget, & quando ignorantes afficiat.

CONSILIVM X.



QVAMVIS quæstio hæc de validitate testamenti conditi ab Illustrifs. Ascanio Columna, in quo hæredem instituit Illustrifs. quond. Victoriam Columnam eius filiam, præterito Illustrissimo Marco Antonio eius filio, apparentes aliquas difficultates habere videatur, & si nullæ sint, tum quia res magna agitur, tum etiam quia inter supremos Proceres controuersia vertitur. Attamen diligenter considerando, in hanc causam scilicet testamentum Ascanij sollemne, esse validum, & eius vigore Victoriam, eiusq; filios hæredes fore declarandos; cum ex eo non abolito, nec cancellato fundatam habeãt intentionem, nullam prorsus cadere difficultatem ex dicendis luce clarius apparebit.

Tres sunt iuris exceptiones, quæ ad testamenti nullitatem per Illustrissimũ Marcum Antonium opponuntur.

Prima est præteritionis ipsius tanquam filij.

Secunda inhabilitatis in persona Ascanij, quoniam excommunicatus.

Tertia quandoquidem per Pontificem Iulium Tertium fuerat Ascanio omnis testamenti factio sublata, & si quod testamentum fieret, irritabatur.

Ad primam, & si testamentum nullum dici posset per filium præteritum ex regula iuris: tamen quando in testamento adest clau-
1 sula codicillaris, illa operatur, quod ab intestato venientes, grauati sint per fideicommissum restituere hæreditatem scripto hæredi, communiter sic teneri contra *Glo. in auth. ex causa C. de liber. præt. ibi scribentes affirmant præcipuè Ias. nu. 22. Alex. nu. Ang. consl. 99. Socc. 31. lib. 4. Dec. 490. nu. 8. & 10. Marian. Socc. 107. 1. par. Parif. 60 nu. 3. 1. par. & latè Tiraquell. in l. si vnquam in vers. donatione largitus nu. 273. C. de reuoc. donat. & Iul. Clar. in rubr. de testam.*
2 *quæst. 46.* & cum hæc opinio sit communi calculo recepta non erit amplius super ea insistendum.

Ad secundam, exceptionem excommunicationis, ex pluribus liquebit illam penitus non subsistere. Primo, quia in hac sententia excommunicationis lata contra Ascanium, & Marcum Antonium de mense Maij 1556. tẽpore quo Ascanius detinebatur in Castro nouo, & pluribus annis ante, non apparet tunc personaliter fuisse citatum, vt potuisset comparere, saltem per Procuratorem ad se defendendum de culpis, quæ ei obijciebantur. Requirebatur enim pro ordine substan-
3 tiali, quod audita, seu citata parte excommunicationis sententia daretur, *cap. 1. de cau. possess. & propriet.* nam citatio cum sit de iure naturali tolli non potest, quia defensio tolleretur, & merito posset illud de quo Pontifex reprahendit Henricum Imperatorem qui tulerat sententiam contra Regem Robertum, quod in absentem, nec citatum legitimè, ac inaudita parte, & non maturo iudicio, sed præcipitatione, sententia fuerat promulgata *Clem. Pastoralis 3. col. vers. dicis nec sententia meruit de re iud.* legimus profectò quod Deus omnipotẽs, in quo infinita

Digitized by Google

finita residet potestas, non dedit pœnam
4 grauissimo sodomorum peccato, nisi prius descenderit, & eorum nefandum scelus cognouerit: nec inobedientiæ pœnam Adę contulit, prinsquam eum vocaret, & suam defensionem audiret *Abb. in cap. 1. num. 5. de cau. possess. & propriet. plura Neuizz. inter consilia feudalia Bruni consil. 12. num. 151.*
5 quamobrem causa cognita excommunicatio publicari debet *2. quæst. 1. cap. nemo Innoc. in cap. noui de offic. legat.* & vbi causæ cognitio requiritur, partis citatio interuenire debet, *l. in causa §. causa cognita de minor.*
1 *& l. vbicunque de reg. iur.* & si ea non inter-
6 uenerit, sententia excommunicationis iniusta, & nulla erit *latè Socc. inter consilia Curtij senioris cons. 20. & 21. Collegium Florentinum ita consuluit,* & quod excommunica-
7 tio debeat fieri contra personaliter citatum, vel malitiosè latitantem *Innoc. in cap. si aduersarius de eo qui mitt. in possess. cau. rei seruan. Rota decis. 261 nu. 2. & Afflict. in Constit. Regni constitutionis litera nu. 2.* & adeo requiritur citatio, quod si Papa suppleuerit defectus nullitatis, & ordinis iuris, quia de plenitudine potestatis concedit supplendo omnes defectus tam iuris, quam facti,
8 intelligitur solum supplere defectus inductos de iure positiuo, non autem supplere defectus iuris naturalis, & sic defensionis, seu citationis *vt in d. Clem. Pastoralis vers. nec prædicta suppletio vbi Cardin. in 3. notab. Ant. de Butr. & cæteri de re iud. quos refert, & sequitur Ias. cons. 86. n. 14. lib. 3. Aret. 163. num. 14. & 15. & Dec. cons. 410. num. 17. Socc. in spetie inter consilia feudalia Bruni*
9 *consilio 7. nu. 10. ibi asseritur plenitudinem potestatis addi debere in dispositione pro bonis non in damnum priuati, quia tunc potius tempestatis plenitudo dicetur.* clausulæ enim
10 (supplentes etiam de plenitudine potestatis) tunc operantur cum est processum cum causæ cognitione, secus autem si sine causæ cognitione fuerit processum. *Rota decis. 230. & Dec. in d. cons. 410 nu. 21.*

Nec dicatur, Pontificem asserere Ascanium fuisse per Fisci procuratorem monitum, &
11 non comparuisse, cuius Pontificis assertioni sit standum *clem. 1. de probat.* quia *tex. in d. clem. 1.* non procedit quando per assertionem Papæ, si ei staretur, tolleretur defensio,
12 quæ est de iure naturali contra non auditū, nec legitime citatum, est tex. apertus *in d. clem. pastoralis de re iud.* vbi licet Imperator declarauerit rebellionem Regis Roberti fuisse notoriā, *vt ibi dicit in 1. col.* Tñ illi declarationi Imperatoris non statur, cōtra non
13 legitime ad hoc citatum, nec auditum, alias
14 per indirectum, si talis assertioni staretur, defensio tolleretur reo, quæ est de iure naturali, *vt ibi in §. cæterum,* & posset Papa, vel
15 Imperator simplici assertione supplantare, & auferre innocentiam rei, *in spetie Ias. in cons. 86. post num. 7. vers. nec verbis narratiuis lib. 3. Aret. cons. 163. num. 14. & 15.*
16 Item *d. clem. 1.* procedit quando Pontifex se fundaret in facto proprio, & à se gesto, secus vero quando se fundaret super facto alieno alibi gesto, cui ipse non fuit præsens, & de quo per fidem alterius est informatus, *Aret. in spetie d. cons. 163. num. 2. Ias. d. cons. 86. post num. 7. vers. secundo Iacob. de Leonardis inter consilia feudalia Bruni cons. 114. num. 271. Socc. inter consilia Curtij senioris cons. 20. num. 12. & 13. vbi asserit esse communem Dec. cons. 576. in fine, & cons. 445. num. 63. Alex. cons. 2. num. 3. vol. 2. & Afflict. decis. 91. num. 2.*

Et si fortè ex præcedentibus posset credi Ascanium fuisse citatum, quod non est, ex quo non fuit, nec apparet rescriptum origi-
16 nale commissionis exhibitum, nulla erit citatio, & ipsius vigore similiter sententia excommunicationis lata erit nulla. Nam clarum est, delegatum ante præsentationem rescripti nullam habere iurisdictionem, nisi
17 per eum litteræ commissionis ostendantur, *Innoc. in cap. cum in iure peritus, col. 2. de offi. deleg.* & tunc insertio in citatione non probaret commissionem, quia originale est exhibendum, *l. sancimus, C. de diuer. rescr. Rom. in terminis in cons. 136. num. 4. & 5.* Inde sequitur sententiam esse nullam, si in
18 processu non est præsentatum originale rescriptum commissionis, *Bald. in l. eum qui, quæst. 4. & ibi Iacob. num. 11. ff. de iurisd. omn. iud. Guid. Pap decis. 286. & per hæc referunt Moderni nostri temporis in alleg. 24.* in Vrbe prædictam sententiam excommunicationis post mortē Ascanij fuisse nullam declaratam; Immo fortius, si verè constaret Ascanium citatum fuisse, & rescriptū commissionis originale appareret, ex quo
19 tunc legitimo carceris impedimento erat obstrictus, contra eum non poterat procedi,
20 quia isto casu citatio circumducitur, *Bald. & ibi Afflict. in cap. 1. num. 32. de vassal. qui contum. est.* Quinimmo & plus, vltra nullitatem excommunicationis credendum erit, Ascanium in eius vita fuisse à prætenso excommunicationis vinculo absolutum, postquam notoriū est in eius vltimo vitæ spiritu eidem fuisse communicata Sacramenta, & demum mortuum, tam honorificè Ecclesiasticæ sepulturæ traditum, prosequentibus Illustrissimo Duce Albæ tunc Vicerege, cum

cæteris

cæteris Baronibus, ac vniuerso Clero, & Mo-
21 nacorum cætu. Qui actus non potuissent
fieri, si tunc Ascanius excommunicatus fo-
ret. Et prninde vel tunc fuerat absolutus,
vel de ea tamquam nulla, & iniusta, ex alle-
gatis, ratio nulla habenda erit.

Amplius Dominus Marcus Antonius op-
ponit hanc exceptionem excommunica-
tionis contra Dominum Ascanium patrem,
& ipsemet Marcus Antonius allegat turpitu-
dinem suam, quia ipse pariter cum patre
fuit excommunicatus. Nimirum si cum non
possit allegare turpitudinem suam; nec pos-
22 sit turpitudinem patris, cuius est hæres in
feudalibus obijcere, *l. filios, vbi Bart. & Bald. C. de his, quæ in fraud. creditorum.*
Filius enim non potest opponere contra pa-
trem de crimine capitali, *l. si magnum, & l. iniquum, C. de his, qui accus. non poss.* vbi
alumnus hoc non potest facere; quanto ma-
gis filius. Nulla enim maior pœna conside-
23 ratur, quàm excommunicatio, quia ossa pu-
niuntur, ex quo ossa sepulti excommunicati
24 exhumari debent, *Card. in clement. 1. 2. quæst. vbi glo. de sepult.* & de excommunica-
to, quod non possit opponere exceptionem
25 excommunicationis contra personam alte-
rius excommunicati, *Guid. Pap. sing. 83.*

Præterea esto millies quod sententia ex-
communicationis ritè, & rectè contra Asca-
nium fuisset lata, quod negatur, & hæc ex-
ceptio posset opponi, adhuc funditus eijci-
26 tur. Nam excommunicatus etiam excom-
municatione maiori potest testari, tum quia
non reperitur excommunicatus inter pro-
hibitos testari, *§. fin. instit. quib. non est permiss. facere testam.* cum etiam quia speciale
27 est in excommunicato propter hæresim, vt
talis sit intestabilis, *cap. excommunicatus, §. credentes de hæret. & auth. credentes, C. eod.*
ergo in contrarium est ius commune, vt re-
gulariter excommunicatus possit testari, *ita Bart. in l. si quæramus, circa finem, ff. de testam. Abb. in cap. pastoralis, §. verum, num. 19. de appell. Anchar. in cap. 1. de except. in 6. Imol. in cap. decernimus de iudic. & hanc opinionem esse communem Felyn. testatur in cap. ad probandum col. 1. & seq. de re iudic. Barbat. in cap. quia ingredientibus, num. 13. de testam. & communem esse Aret. refert. in d. l. si quæramus num. 3. adducendo dupliciter tex. in cap. Felicis de pæn. in 6. & late Petrus Duena in reg. 272. & vltra Doctores, quos ipse cumulat, referentes hanc esse communem, Corn. cons. 59. in fine, lib. 1. Ioann. Dilect. in tract. de arte testandi tit. 1. cau. 10. Bertr. cons. 72. nu. 14. & cons. 227. nu. 11. vol. 2. asserens communiter teneri excommu-*
29 *nicatum publice posse etiam donare, ad notat per scriben. in cap. veritatis de dolo, & contum. & hanc opinionem tanquam communẽ sequitur Couar. in rubr. de testam. in 2. par. in magna impress. num. 18. fol. 11. Cassan. cons. 1. nu. 170. Maran. in l. is potest num. 121. de acquir. hæred. Galiaul. in l. Gallus §. & quid si tantum n. 2. ff. de liber. & posth.*
Et in tantum est vera hæc communis opi-
nio, quod etiam excommunicatus excom-
municatione maiori publica, & notoria, po-
test testari *secundum allegatos Doctores Fed. de Sen. cons. 71. Socc. in reg. 133. & Petrus Duena in d. reg. 272. vers. Amplia primo,* imo
etiam si esset excommunicatus non ex cau-
sa hæresis, & perseueraret per annum, (quod
30 non est in casu nostro) ad huc posset testari
Ludouic. Bologn. in addit. ad Matthes. in tract. de success. ab intest. in 3. articulo principali num. 39. & sentit Bar. in d. auth. credentes C. de hæretic. qui *tex.* procedit quan-
31 do excommunicatus ex causa hæresis dura-
ret per annum in excommunicatione *vt allegati Doctores sentiunt per illũ tex. & Socc. in d. reg. 233. fall. 1.* Et quando vera esset
hæc opinio, quod excommunicatus non pos-
set testari, prout non est, nam communiter
est reprobata; posset sine dubio testari inter
32 liberos, & inter coniunctos, vt in præsenti
accidit, *Iacob. de Beluis. in tract. de excommunicato nu. 9. fol. mihi 258. & Duena in*
33 *prædicta reg. 272.* item posset donare causa
mortis *in specie Rip. in l. 2. nu. 13. de leg. 1.*
Vnde cum in testamento Ascanij adsint soli-
tę clausulæ videlicet (si non valet iure testa-
menti, valeat iure donationis causa mortis)
dispositio, quæ non sortiretur effectum vt
testamentum, valet vt donatio causa mor-
tis.

Nec parti prodest dicere, quod Ascanius
fuerit declaratus incurrisse in sententiam
maioris excommunicationis, anathematis,
rebellionis, & læsæ Maiestatis. Quasi Asca-
ninm non solum fuisse excommunicatum,
sed etiam anathematizatum, seu solemniter
excommunicatum, & sic intestabilem esse,
Duena in d. reg. 272. vers. vltra eum limita,
& etiam tamquam rebellem declaratum nõ
posse testari, *cap. Felicis de pæn. in 6.* Nam
Ascanius fuit tantum excommunicatus ex-
communicatione maiori, non autem anathe-
matizatus, seu sollemniter excommunica-
tus, quia anathema est illa excommunicatio
34 sollemnis, quæ fit cum duodecim Sacerdo-
tibus tenentibus dextra faces cereas accen-
sas, *cap. debent 11. quæst. 3.* & anathemati-
zatus multum differt ab excnmmunicato
maiori excommunicatione, tam in sollem-

nita-

niratibus, quæ in excommunicatione maiori non interueniunt *Aret. in d. l. si quaramus post num. 3. vers. sed in l. 3. de testam.* quam
35 etiam, quia Anathema fit contra eos de quibus non est spes, quod reducantur ad pœni-
36 tentiam, excommunicatio aût contra illos, de quibus spes est vt corrigantur *cap. 1. de sententia excommunicationis in 6. ita declarat Alciat. in cap. cum non ab homine num. 109. de iudic. quem referunt, & sequuntur Moderni addentes ad Decium in d. cap. cum non ab homine lit. I & Bened. in cap. Raynutius in vers. mortuo itaque testatore il primo post num. 9. vers. 3. fallit cart. mihi* 116. vbi rationem assignat, quod ideo Anathematizatus, seu sollemniter excommunicatus sit intestabilis, quia talis tolerando talem, & tam horribilem excommunicationem incidere videtur in suspicionem hæresis, & clarũ est, hæreticos testari non posse, tanquã reos
38 Diuinæ Maiestatis: cum multò fortius sit diuinam, quam humanam ledere Maiestatem *Auth. Gazaros de hæret.* quæ sollemnitates cum duodecim Sacerdotibus, & tot facibus cæreis accensis, quia non interuenerunt in hac excommunicatione, nec Ascanius erat de illis, de quibus spes non esset, vt corrigeretur, quia tanquam Christi fidelem mortuũ vidimus, & Sacro Sanctæ Ecclesiæ traditum: clarum erit non fuisse Anathematizatum, seu sollemniter excomunicatum, imo *Aret. in d. l. si quaramus post num.* 3. plus voluit,
39 quod etiam Anathematizatus, seu sollemniter excommunicatus possit testari, quia illa sollemnitas tanquam extrinseca cum duodecim Sacerdotibus, totque facibus nihil ad vinculum excommunicationis addit, sed tãtum fit ad terrorem, seu infamationem, & ita dicit Canonistas tenere, & propterea vel dicamus veram esse opinionem Aretini, etiam Anathematizatum posse testari, vel Ascanium non fuisse anathematizatum, sed tamen simplici excommunicatione maiori obstrictum. testabilis erit. Pariter dicemus Ascanium non commisisse rebellionem contra Pontificem, quia id non constat, nec per testes, nec per confessionem ipsius, & non cre-
40 ditur Principi asserenti, quem esse rebellem *Card. in spetie cons. 128. in princip. Soc. 127. lib. 2. Aym. 48. in princ. Andr. in c. sancimus lo secondo quo tempor. mil. post. num. 3. circa finem Dec. cons. 544. num. 11. 14. & 24. Alex. cons. 124. post num. 3. & latè Gigas, qui alios refert de crim. lesa maiest. tit. quomodo, & per quos crim. læsa Maiestatis prob.*
41 *quæst.* 19. Si enim principis assertioni staretur in præiudicium tertij, quando tertio præiudicari non potest; per indirectum semper posset præiudicare tertio, asserendo iustam adesse causam *Aym. 135. num.* 42 vbi
42 plus tradit, quod nec ex assertione Principis in damnum tertij, insurgit præsumptio. Et si forte posset fingi Ascanium commisse hoc crimen contra Pontificem (quod non apparet, præter eius assertionem) adhuc non sequitur rebellem fuisse Regis Catholici, quia Ascanius erat vassallus Regis, & Pontificis; &
43 dum quis est duorum dominorum vassallus, si contra vnum committit rebellionem, etiã in partem fæudi, quam habet ab altero condomino, sibi non præiudicat, quia illum non offendit, *cap. si vassallus vbi Glo. caterique feudista id notant de vassal. qui contra constitutionem Lothar.* idemque dicimus de eo, qui
44 est bannitus, & rebellis ab aliquo loco, vt non possit puniri à præside alterius territorij diuersi Domini, qui non est offensus, quia delictum ad eum non pertinet *cap. ex parte in Christo, vbi Abb. not. de verb. significat.* vnde si Ascanius fuisset rebellis, prout non fuit, contra Pontificem, quia non erat rebellis contra Regem; intestabilis esset, quoad bona sita sub iurisdictione Põtificis tantum, & non quoad ea bona subiecta iurisdictioni Regis, qui non fuit offensus. Ex quibus liquet prætensam hanc excommunicationis exceptionem radicitus esse sublatam.

Ad tertiam exceptionem deuenio, & dum prætenditur in anno 1554. per Iulium Tertium fuisse Ascanio interdictum non posse testari, & si quod testamentum conderet Pontifex annullabat, ex qua prohibitione testandi, nullitas testamenti allegatur. Respondetur ex verbis Breuis Iulij Tertij clarissime colligi interdictionem, seu prohibitam testamenti factionem fuisse factam respectu tantum Status siti in Ditione Romanæ Ecclesiæ, ne in eius Status detrimentum aliquid disponeretur, verba enim id apertè demonstrant, qꝫ cum Ascanius pluries fuisset requisitus dare alimẽta Marco Antonio, & matri, id facere neglexerit, ex qua necessitate Marcus Antonius possessionẽ Status ipsius Ascanij in ditione Sacro Sanctæ Ecclesiæ existentis inuasit, & occupauit, atque eam, eodem Ascanio in Regno Neapolitano detento, continuat; & ne status huiusmodi ob Ascanij absentiam detrimentum patiatur, eiusdem Status Marcus Antonius per Pontificem gubernator constituitur, & demum subdit. (Et quia ob odium conceptum per Ascanium contra Marcum Antonium, gesta, & in futurum gerenda per eum in ipsius status detrimentum herent, Pontifex ei aufert testamenti factionem, & potestatem contrahendi, ac tam facta quam facienda irritat, & annullat,)

& sic prohibitio hæc particularis est, vt Ascanius non testetur, nec contrahat in præiudicium Status Romæ; non autem ratione bonorum Regi subiectorum; & cum in hoc testamento nihil tangatur, quod afferat præiudicium status Romæ; sequitur prohibitionē hinc ex verbis eiusdem breuis non obstare; idque tantum pro responsione in hoc allegare sufficeret: verum etiam per Iuris tramites procedendo, quando ex verbis Pontificis expressè, clarè non appareret prohibitionē hanc fuisse factam ratione Status, & bonorum sitorum in iurisdictione ipsius, sed simpliciter Ascanium per Pontificem fuisse prohibitum testari. adhuc eius prohibitio non
46 traheretur ad bona sita in iurisdictione Re-
47 gis, nam adeo est diuisa iurisdictio Pontificis, & Regis, quod sicut Rex in spiritualibus non se intromittit, sic Papa in temporalibus Regi subiectis, nihil sibi vendicat *cap. causam qua, cap. lator vbi Glo. qui filij sint legit. & cap. nouit vbi notatur de iudic.* Ideoque
48 dispositio Pontificis non trahitur ad ea, quæ non sunt suæ iurisdictionis temporalis, & sic ad bona temporalia sita in terris Regie, quia in illis nullam habet iurisdictionem *est tex. in cap. per venerabilem extra qui filij sint legit. Bar. in l. cunctos populos post n. 41. vers. per hoc videtur expressum C. de sum. trin. & fide Catholica*, & quia Rex contradiceret, &
49 vbi adest contradictor, dispositio, quæ alias compræhenderet bona extra territorium ius dicentis, non comprahendit illa, vbi contradictor existit *Bar. in l. legitimos nu. 5. & 6. C. de legitim. tutor. Dec. cons.* 207. *nu.* 8. Etenim Ascanius, qui habebat bona in Vrbe subiecta Pontifici, & in Regno Regi subdita,
50 vt duplex homo, & vassallus consideratur; Quoad bona in Vrbe, vassallus Pontificis; quoautem ad bona bona Regni, vassallus Regis,
51 sicut fingit quis duplex psona, & duplex filius propter diuersitatem patrum, .s. naturalis, & arrogantis, & diuersimodè iudicatur quoad bona vtriusq; patris. *l. si arrogator cū ibi notat. ff. de Adopt. & ibi Bald. col. 4. post num. 6. vers. & facit ad plures quæstiones*; decidit aliam quæstionem in simili, quod
52 vtroq; casu cēseatur ciuis vtriusq; loci, rōne bonorum existentium in vtroque loco, & fit separatio bonorum, sicut facit Prætor, *in l. 1. ff. de separat. bonor.* vt dispositio Statuentis in vno loco, in bonis alterius loci vim non obtineat, *refert. & sequitur Socc. in cons. 292. post num. 2. & 288. post num. 1. 2. vol.* Vir-
53 tus enim, & potentia causæ efficientis inspicienda est, vt operari possit in passum, & in-
54 suscipientem materiam, nec potest causa finita producere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ, sic effectus limitari debet, *l. Iurisperitos, §. ortundos, ff. de excusat. tutor.* Sed potentia, & Pontificis authoritas temporalis non se extendit vltra proprios terminos; ergo nec eius effectus vltra procedere potest in bonis Regi subditis; ita in simili per hanc rationem *singulariter Lapus in alleg. 91. incip. In nomine Domini*, vbi de quadam consuetudine Angliæ loquitur, quod non extendat suum effectum extra Anglium territorium, *sequitur Alex. cons. 128. num. 4. 1. vol.* & his rationibus communiter Scribentes tradunt in statuto
55 disponente, stantibus masculis fæminas excludi, ad bona extra territorium non extendi, quia in eis ius dicentis deficit iurisdictio, *allegando d. tex. in cap. per venerabilem, qui in Pontifice loquitur, qui filij sint legit. Alex. cons. 16. & 128. vol. 1. dicens, hanc esse opinionem communem. & in cons. 19. vol. 6.* non obstante quod hæc dispositio statuti sit fauorabilis, propter inclusionem masculorum, *secundum communem Scribentium opinionē in l. qui exceptionem, ff. de condit. indeb.* & tamen ad bona alibi sita non trahitur, *Gozad. cons. 49. num. 11. qui de communi te-*
56 *statur*, indè etiam dicunt, legitimationem Papæ non trahi ad temporalia sita in terris Regie, & sibi non subditis, quia in eis deficit iurisdictio *Bart. in auth. ex complexu in fine C. de incest. nupt. allegat tex. in d. cap per venerabilem vbi omnes Canonistæ id firmāt, & cōmunis est hæc opinio, à qua in iudicando non est recedendum tradit Alex. in cons. 67. num. 19. vol. 1. Dec. cons. 55. col. 2. Paris cōs. 1. num. 103. vol. 1. & Afflict. in §. naturales, 2. notab. num. 4 Si de feu. fuer. contr.* & si hæc procedunt in legitimatione, dum quis ad succedendum habilitatur, vt non extendatur in bonis alienæ iurisdictionis, licet sit actus fauorabilis, & honorificus, qui esset amplandus, *Innoc. in cap. ex parte de restit. spoliat. Anton. de Butrio in d. cap. per venerabilem in 2. notab.* Quanto magis id, & fortius dicendū erit in hac pœnali Pontificis pro-
57 hibitione, inhabilitante personam Ascanij, quæ suis limitibus coartanda erit, vt tanquam odiosa huius Regni bona, ob defectum iurisdictionis temporalis, non comprahendat.
58 Nec refragatur dicere interdictionem bonorum factam per iudicem, vbicumque locorum sint bona, etiam in alieno territorio ligare *l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. & in l. relegatorum, §. interdicere de interd. &*
59 *relegat.* & pariter tutorē simpliciter datum à suo iudice pupillo habenti bona in diuersis territorijs, censeri datum etiam ad bona ei

iudica.

iudici non subiecta *l. propter lites, §. litem ff. de exc. tutor. & l. magis puto, §. illud, ff. de reb. cor.* quib. & alijs cõnib' *Rom. cons. 39* cõsuluit
60 cõstitutionẽ prohibitoriã Reginæ Ciuitatis in personam loquẽtẽ, qua prohibebatur marito vltra certam quantitatem vxori legare, extendere suum effectum etiam ad bona sita in alieno territorio; nam si decisionem *Romani*, & eius rationes rectè consideramus, in casu de quo agitur non militabunt: quinimo interdictio, quæ fit causa cognita prodigo per iudicem, est actus validus, qui fit de iure communi, & ius commune, vbique suum vigorem extendit *Bald. in l. cunctos populos antepen. col. vers. viso an forenses, & ibi Ias. num. 95. & 96. C. de sum. Trinit. &*
61 *fide Cath.* & quia est actus fauorabilis ne illius bona pereant; ideo vbicumque ea sunt, effectum suum extendit. Sed nos loquimur in Pontificis dispositione speciali, pœnali, ac
62 odiosa contra ius commune, quæ propterea intra limites eius iurisdictionis restringetur; *ita singulariter respondit Alex. cons. 128. nu. 7. vol. 1.* Idemque dicitur in tutore dato ab vno iudice, quod administrationem habeat patrimonij positi extra territorium illius iudicis: nam hic actus fit de iure communi non odiosus, & non tractatur de habilitando aliquem, qui non est de iure communi habilis. At in præsenti loquimur de odiosa & pœnali dispositione inhabilitante personam cõtra ius commune, *ita respondet idem Alex. in alleg. cons. 128. & Gozad. in alleg. cons. 49. post num. 18.* & similiter decisio *Romani* fal-
63 sa redditur, quia statutum, siue in personam, siue in rem loquatur, non extendit vires suas in bonis extra territorium *Gozad. qui alios refert, & communiter sic teneri inquit in d. cons. 49. num. 8. cum seq. Socc. cons. 292. post nu. 2. vbi in specie vers. ex quibus reprobat Romanum, & 288. vol. 2. Corn. 115. lib. 2. & Alex. 128. & cons. 16. vol. 1. vbi Moderni addentes* reiecta hac verbali distinctione refert omnes sic tenere, quod siue statutum loquatur in personam, siue in rem, bona alterius territorij ob defectum iurisdictionis, non comprehendit.

Sed cur dico hanc interdictionem Pontificis non se extendere ad bona sita in iurisdi-
64 ctione Regis, si liquet Principem contra testamentum non posse rescribere *l. si testamentum C. de testam.* ea ratione quia testamenti factio est de iure naturali, & gentiũ, & sic immutabilis, licet sollemnitates in eis introductæ sint de iure positiuo *Rom. Fulgos. & Ias. in ea l. si testamentum Bar. in l. interdum num. 7. & ibi Ias. nu. 4. asserit hanc esse communem ff. de condit. indeb. Dec. cons.* 357. *num.* 5. imo testamenti factionem esse de iure diuino *Brunus refert in consilijs feudal. cons. 11. nu. 15. alegat tex Gen sis cap. 21. & Num. c. 27. & can. dicat aliquis 37.*
65 *quæst. 4.* Et proinde Principem non solum non posse testamentum iam factum per rescriptum tollere *d. l. si testamentum.* Verum
66 nec etiam in futurum prohibere testamenti factionem, quia eius potestas ad hoc non se extendit *Brun. in alleg. cons. 15. num. 15. in specie Dec. cons. 361. nu. 6. & 7. & 357. nu. 5. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. nu. 6. vers. ergo Princeps non potest, & nu. 7. vers. ergo Princeps tollere vbi plus addit in vers.*
67 *primum ex his*, quod Princeps nec de potestate ordinaria, nec de potestate absoluta, testamenti factionem tollere possit, *Bartholomeus Romoleus in l. filio familias §. Diui num. 237. ff. de legat. 1.* inquit, sicut lex, &
68 statutum non valet vt quis testari non possit, *ad not. in l. stipulatio hoc modo ff. de verb.*
69 *oblig.* ita nec Princeps hoc facere debet; adeout nec quis semet ipsum possit in totum priuare ista facultate testandi, neque pro parte astringere *l. si quis in princ. testamenti de legat. 3.* vbi scribentes tradunt, hacte-
70 nus à nullo assignatum fuisse modũ, vt quis testamentum condere non possit, quia illud esset non solum contra leges, sed etiam contra bonos mores naturales, ciuiles, & iurisgentium *singulariter Alb. 48. in fine vol. 2. Rip. in resp. tit. de donat. respon. 3.* & cum priuare aliquem testandi faculeate sit contra bonos mores, ad id Principis, potestas fortè non se extendit, *Bal. in l. eam quam num. 33. C. de fideicom.* ibi tradit, ad impossibile na-
71 tura, de facto, vel contra bonos mores, authoritatem Principis non se extendere, vide *Neuizz. inter consilia feudalia Bruni 12. nu.*
73 *9.* & in rescripto Principis auferente liberam testandi facultatem quod non valeat *Paul. & Aret. in l. ex facto num. 6. de vulg. & pup. & Alex. consil. 155. num. 4. vol. 2. Ias. cæterique in d. l. stipulatio hoc modo in 1. notab. & cons. 55. in fine lib. 1.* qui omnes volunt, statutum etiam tollens liberam facultatem testandi, non valere.

74 Et licet in Principe disponente præsumatur causa, quia saltem eius voluntas pro causa habetur, & cum causa Princeps possit disponere contra ea, quæ sunt iuris gentium, & sic testamenti factionem *Ang. cons. 66.* Id tamen procederet, cum disponeret contra ea, quæ iuris sunt positiui, quæ sine causa, vt libet, à Principe tolluntur, & prohibentur, quia supra ius est, *cap. proposuit de cõcess. praben. Bart. in l. relegati de pen. Bald. & Ang. in l. 1. §. pueritiam, per glo. in l. ratus. ff. de*

 postul.

Digitized by Google

postul. Dec. post Innoc. & alios in cap. qua in ecclesiarum de constitut. Sed dum disponit
contra ea, quæ sunt iurisgentiũ, inter quæ est
testamenti factio, quia ea libere non potest
75 tollere sine causa, requiritur tunc quod iusta
causa appareat, & non præsumitur, nec eius
voluntas tunc pro causa habetur, *Ias. in d. l. si testamentum, nu. 9. C. de testam. Cyn. Bart. caeteriq; post glo. in l. fin. C. si contra ius, vel*
76 *util. publ.* & hæc causa in Principe, vt legitima sit, publicam vtilitatem cõcernere debet
alias prohibitio non valet, *Abb. in d. cap. qua in ecclesiarum num. 11. in fin. Bart. in l. fi. col. 1. C. si contra ius. vel vtilit. publ. & ibi Bald. num. 2. vers. Ratio fallentiæ, Roman. cons. 310. num. 2. vers. est autem iusta causa Andr. in §. similiter, num. 29. & ibi Afflict. post num. 6. de capit. qui cur. vendid. Gram. decis. 65. num. 32. & Couar. in præalleg. loco variar. resolut. lib. 3. cap. 6. num. 5. vers. 3. rationibus, Dec. in alleg. cons. 361. num. 8.*
Si ergo Princeps potest disponere contra ea, quæ sunt iurisgentium, & sic testamenti factionem ex causa publicæ vtilitatis, & non priuatæ: videamus quæ nam causæ Iulium Tertium mouerunt, vt Ascanius testari non possit? Certè non causæ publicum fauorem
77 concernentes, sed priuatum commodum
Marci Antonij, eiusq; matris, quibus Pontifex asserit patrem denegasse alimenta, & ne in detrimentum status Romæ Ascanius aliquid disponeret eum testari prohibuit. Quæ causæ priuatum commodũ Marci Antonij apertissimè indicant. Nimirum si ex defectu causæ publicæ vtilitatis Pontifex hanc testamẽti factionem iurisgentium tollere, & prohibere non intendebat.

Amplius dum priuatur Ascanius administratione status Romæ per Pontificem, &
prohibetur testari, & testamentum factum
78 annullatur; hæc priuatio, & annullatio pæna est, *Bald. in l. non dubium, num. 5. C. de legib. Abb. in cap. 2. num. 5. & ibi Dec. num. 17. de constitut. Alex. cons. 90. nu. 3. lib. 7.*
Et si hæc priuatio, & prohibitio testamenti
79 pæna est, Ascanius non citatus, nec auditus,
& in castro tunc detentus, his pænis ligari non potuit. Nam quando agitur de tollendo iure ex culpa; citari debet ille, qui est priuandus, siue ab Imperatore, siue à Papa, etiam si in ciuilibus versemur, *d. clem. pastoralis, §. caeterum de re iud.* & faciunt desuper allegata circa exclusionem secundæ excommunicationis. Quando enim Princeps vult priuare aliquem iure suo, & vassallum disue-
80 stire, requiritur vt fiat causa cognita, parte citata, & culpa per sententiam conuicta, *est tex. in cap. 1. vbi omnes faudistiade natura feudi, & in spetie ibi Præposit. loquitur in Papa, & Imperatore, & illud verbum (cõuictus, seu cõuicta) intelligitur per Aluar. in cap. 1. de feudo sine culpa non amit. idest, contra vassallum fuerit probatum, l. qui sententiam. C. de pæn. ad idem, l. si quis in hoc, C. de Episc. & cler. vbi Paul. ver. conuictum exponit, idest testibus.* Ergo si Ascanius non fuit citatus, nec auditus per Iulium
81 Tertium, quomodo potest dici per sententiam conuictus? Nihil enim contra eum apparet per testes, vel aliud probationum genus de causis per Pontificem expressis, & consequenter illam priuationem status, & prohibitionem pænalem testandi, ei non officere, nec in illis causis in Breui expressis, denegationis alimentorum, creditur assertioni Pontificis, tanquam de facto alieno, vt latius liquet per ea, quæ superius adducta sunt.

Vltimò, & sit finis, quando hæc prohibitio Pontificis sollemnis, & valida esset, & bona vbicunque sita comprehenderet, adhuc nullius esset roboris, cum ea nunquam fuerit per Pontificem publicata, nec vnquam Ascanio notificata, nec de ea aliter notitiam habuit. Quo fit & si regula sit, Quod Principi placuit, legis habet vigorem, tamen
82 constitutio prohibitiua, annullans actum non eneruat illum, qui fit ab ignorãte, etiam factum post illam legem, antequam sit publicata, *est tex. in §. 1. auth. vt fac. nou. const.* ibi disponebatur nulla esse testaméta, in quibus testator non scripserit propria manu heredum nomina, & nihilominus, si quis ignoranshanc legem, quia adhuc non proposita fuerit, testamentum sine hac sollemnitate confecerit, valet testamentum; & si demum cognita lege, illud non mutauerit. Cur .n. (inquit ille tex.) culpabimus eos, qui positas nostras ignorauerit constitutiones. quod
83 enim nondum est propositum, iustè ignoratur, & inferius in vers. *non enim infringi,* dicit dispositiones ratas esse per omnia declaramus, si proximè scripta sunt testamenta post positionem legis, nondum vero contigerit constitutiones latas innotuisse, *& ibi Bart. nu.* 2. tradit, quod testamentum conditum post legem nouam, antequam lex publicata, vel insinuata sit, valet, & est obser-
84 uandum, ratio est, quia constitutio antequã sit publicè promulgata, & publicata, & lapsum sit tempus duorum mensium ignorantes non ligat, *alleg. auth. vt fac. nou. constitut. in principio, & in cap. 2. extra de constitut. in 6. iuncta glo. ad idem tex. in l. diuæ memoriæ in fine C.* ex die qua promulgata est, suas vires obtinent, *C. de decur. lib.*

10. & huc tendit, quod dicitur de debitore
85 soluente ignoranter procuratori reuocato liberari, si reuocatio mandati ad eius notitiam non peruenerit, *l. vero procuratori, §. 1. & l. cum quis, §. 1. de solut. & l. si non sortem, §. qui filio, ff. de cond. indeb.* quia igno-
86 rantia nemini damnum affert, *§. recte, inst. mandat*. Ergo si nihil de hac prohibitione Ascanio innotuit omnia per eum disposita indubiè valida esse.

Nec obstat, in prædicta prohibitione adesse clausulam decreti irritantis, quæ etiã ignorantes afficit, *cap. dudum, & cap. pen.*
87 *de preben. in 6.* Quoniam decretum irritans tunc ligat ignorantes, quando publicatum est cum illa dispositione cui accedit: Q10 casu nõ potest quis excusari, ad aures meas nõ peruenit. Secus vero si non fuerit publica-
88 tum, quia sicut principalis constitutio non publicata, ignorantes non ligat, sic nec etiã decretum ei accedens, *pulchrè Roman. consi. 330. num. 11. & 12. & ibi num. 18. dicit de hoc esse casum in cap. 2. de constitut. ad id pondero tex. in cap. tibi qui. vers. idem quoq; de rescrip. in 6.* dum ibi traditur, quod ei, ad quem beneficij collatio pertinebat, notificauerat, *& subdit glo.* hoc idem esse si ei præsentasset, tunc afficeret etiam ignorantes, qui esset inuestitus: & sic non sufficiebat, eũ qui has literas cum decreto irritante habebat, in occulto illas apud se detinere, sed necesse fuit illas notificare, vel præsentare, vt ignorantes ligarentur. Quare sublatis penitus exceptionibus oppositis, testamentum Ascanij tam deliberatè conditum, fuisse, & esse validum: & proindè Victoriam hæredem scriptam, eiusq; filios declarandos fore hæredes indubitatè sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina excluditur extantibus masculis à successione patris, matris, & fratris, & num. 4. & quando num. 5.*

2 *Statutum, siue consuetudo præferens masculos etiam in bonis maternis, id non ratione agnationis, sed masculorum fauore statutũ videtur*

3 *Soror consanguinea excluditur per fratrem vtrinque coniunctum, de iure communi.*

5 *Soror appellatione fratris, quando continetur*

6 *Soror exclusa à successione fratris vigore consuetudinis Neapolitanæ, an habeat saltim paragium in dictis bonis fraternis? & num. 10. & 12. 15, & 15. referuntur decisiones num. 16.*

7 *Paragium est subrogatum in locum legitimæ.*

8 *Fœmina licet per masculos à successione ascendentium excludantur, debent tamen ab ijsdem maritari, secundum paragium, & facultates bonorum paternorum, & maternorum.*

9 *Dotare filiam est officium paternum, sed post eius mortem, efficitur fraternum*

11 *Paragium in bonis fratris habebit soror si erit inops, & non aliter.*

12 *Paragium debetur sorori in bonis patris, & matris tantum, non autem fratris.*

13 *Consuetudines debent interpretari, vt minus lædant ius commune, quia sunt stricti iuris.*

16 *Decisiones sacri Regij Collateralis Consilij referuntur.*

Sequitur Summarium in Addit.

17 *Constitut. Regni in aliquibus procedit etiã in linea materna.*

18 *Soror de iure constit. non excluditur à successione collateralium.*

19 *Soror de iure consuet. excluditur à successione collateralium, & num. 30.*

20 *Consuetudo non habet locum patre, vel matre existente in medio, quod declaratur, num. 23. 25. 28.*

21 *Auth. defuncto, C. ad Tertull. non est correcta per ius consuetud.*

22 *Lex quod feitis, C. de bonis, quæ liber, non est correcta per auth. defuncto.*

24 *Consuetudo habet locum auo, vel auia existente in medio.*

26 *Consuetudo si qua moriens, procedit etiam patre existente in medio.*

27 *Consuetudo excludens collaterales, est inducta in fauorem patris, & matris.*

29 *Consuetudo habet locum etiam patre, vel matre existente in medio, cum matrimonium est contractum iuxta morem platearum Capuanæ, & Nidi.*

31 *Mulier, quæ per dotem à successione repellitur, necesse est vt sit dotata de illius bonis regulariter.*

32 *Filia in Ciuitate excluditur vnica dotatione ab omnium successionibus, secus de iure constit. num. 33.*

34 *Soror etiam de iure consuetud. non excluditur à successione collateralium, in bonis extra districtum.*

35 *Soror masculata quomodo succedat, etiam collateralibus, num. 36.*

37 *Frater sororem uterinam dotare non cogitur,*
38 *Soror de iure consuetud, excluditur in omnibus casibus, in quibus datur subingressio in linea transuersali.*
39 *Subingressio in linea collaterali non datur de iure consuet. vltra filios fratrum consobrinorum.*
40 *Sorores sobrina non excluduntur.*
41 *Soror uterina non excluditur à fratre, in successione matris.*
42 *Decisio D. de Franch, 25. expenditur, & à mendis impressorum expurgatur, num. 43, & declaratur num. 44, & 47.*
45 *Bona obuenta filijs ex substantia paterna, reseruantur praecipua filijs prioris matrimonij, ex l. famina, §. illud, C. de secundis nuptijs.*
46 *l. famina, §. illud, C. de secundis nuptijs non corrigitur per consuet, si qua mulier, secundum opin. D. de Franch. licet contra Napod.*
48 *Decisio Afflict. 127. ponderatur.*
49 *Addit. Pisan. ad consuet. si quis, vel si qua, declaratur,*
50 *Mater succedit filio secundi matrimonij etiam in proprietate, in portione, in qua successit filius fratri suo, eidemque filio prioris matrimonij, quamuis obuenta ex substantia paterna.*
51 *Initium spectandum quo ad plures iuris effectus.*
52 *Immediata causa spectanda est, dum agitur à quo bona obuenerunt.*
52 *l. famina, §. illud. C. de secund. nuptijs, an procedat in bonis obuentis ab auo.*
54 *Portiones sororum exclusarum accrescunt, nedum fratribus vtrinque coniunctis, sed etiam consanguineis tantum.*
55 *Vinculum duplex attenditur in successione transuersalium, non autem ascendentium.*

Pro fratribus de Oliuerio, contra Catherinam sororem.

ARGVMENTVM.

Soror consanguinea vtrum excludatur à successione fratris vtrinque coniuncti vigore Consuetudinis Napod. Et an saltim ei competat paragium in bonis fraternis de nouo quęsitis, decisiones Sacri, & Collateralis Consilij referũtur, & tam de iure constit. Regni, quam de iure consuetudinario late subijcitur materia admissionis, siue exclusionis sororum ad successionem transuersalium; & declaratur præpositio illa, an & quando matre existente in medio, aut alijs ascendentibus, sit locus consuetudini, & multa ad intellectum l. fæminæ, §. illud, C. de secund. nupt. & decis. D. Præsid. 24. & 666.

CONSILIVM XI.



INTESTATVS decessit Thomas de Oliuerio, relictis Petro Oliuerio fratre vtrinque coniuncto, Henrico Oliuerio fratre consanguineo, & Catherina Oliueria sorore consanguinea, maritata, & dotata per quond. Antonium de Oliuerio eius patrem; Quæritur nunc si Catherina in bonis Thomæ vigore consuetudinis Ciuitatis, possit habere successionem, seu paragium, & licet punctus iste nullam penitus habeat difficultatem tamen non ex necessitate victoriæ, sed vt clienti satisfaciam, dico *per Constit. Regni in aliquibus* fæminas cum dote de paragio fuisse exclusas à successione bonorum paternorum, vt bona in familia conseruarentur; ac deinde ciues ad augendum, & ampliandum fauorem masculorum,
1 statuisse, vt non solum ab hæreditate paterna fæmina per masculum excluderetur, sed etiam ab hæreditate materna, *vt in consuet, si moriatur,* & pariter à bonis fraternis *vt in consuet. si quis, vel si qua in vers. sed si morienti* disponendo expræsse in successione fratris sororẽ per masculum excludi, itaquod appellatione fratris, soror ipsa non continea tur, *vt in vers. sequen. incip. quod autem.* Hinc *Napod. in consuet, si qua mulier nu. 3. & in fine*, dixit, id ciues statuisse in honorẽ generis, seu agnationis, *& in consuet. mulier num. 68. tit. de alim, præst.* dixit ius consuetudinarium magis dilexisse sexum masculinum, quam fæmininum, tam in materia successionis, quam testandi, & alendi; immo
2 præferendo masculos etiam in bonis materinis, videtur id fuisse statutum non in honorem agnationis, sed fauore masculorum, *vt considerat Dec. cons. 303. num. 6. in fine 1. vol.* si ergo consuetudines fuerunt factæ ad ampliandum fauorem masculorum in successionibus, tanto magis dicemus Catherinam sororem consanguineam esse exclusam à succes-
3 sione Thomæ, quanto de iure communi iam erat

erat exclusa per fratrem vtrinque coniunctũ, *per tex. in auth. itaque C. commu. de success. in §. 1. in authe. de consang. & vterin. fratri.* si enim diceremus illam succedere, necesse esset fateri consuetudines esse inductas, vt fœminæ exclusæ de iure communi per masculos, succederent pariter cum illis, quodq; sit falsum, & contra verba, & mentem *consuet.* nemo est qui nesciat.

Idque lege, & authoritate comprobatur, lege *ex tex. formali in d. consuet. si quis, vel si qua in vers. sed si morienti, & in vers. quod*
4 *autem* vbi expresse cauetur, quod soror in successione fratris excluditur per alium fratrem superstitem; & appellatione fratris soror non continetur, authoritate: nam id pluries dixit *glo. Napod. scilicet in d. consuet. si quis in vers. quod autem in verb. soror in fin.* dicens, quod illud, quod ibi dicitur de sorore, quod non contineatur, appellatione fra-
5 tris; intelligitur de dotata, quia tunc excluditur à successione fratruum, *& in ead. cōsu. in vers. habuisset num.* 301. dicit, quod soror quę habuit partem successionis, quia masculiata, bene succedit fratri, secus si per donationem fuerit exclusa: quia tunc soror exclusa non continetur appellatione fratris, *num.* 302. *in verb. parentum,* dicit quod soror dotata non succedit fratri; Quia refert, an habeat de bonis fraternis per viam dotationis, Nam primo casu est exclusa, secundo vero non, quia masculiata, *& in d. consuet. si quis in vers. filia, & vers. neptes num.* 271. dicit, quod fœminæ succedant lineæ transuersali, si sunt solæ. secus si habeant fratres permixtos *& in consuet. si moriatur, in ver. ex masculis num.* 114. dicit, item frater excludit sororem, *vt in proxi. consuet. in fine, quæ est in d. vers. sed si morienti,* & in tantum est verũ, quod subdit, ius hoc exclusiuum transmitti in filium, & in filiam; vnde ex prædictis assumo regulam, sororem dotatam excludi penitus à successione, nisi sit sola, vel masculiata, vt apertissimè colligitur ex dictis *Napod. in locis præallegatis.*

6 Remanet modo, difficultas, an penitus sit exclusa, vel debeat habere paragium in his bonis fraternis, ita vt consuetudo prædicta recipiat interpretationem à iure communi, scilicet, quod dotetur de bonis fratris; & in hoc dico, quod si soror est de iure communi totaliter exclusa, *per tex. in d. auth. itaque,* nec etiam prætendere posset legitimam in bonis fratris, nisi turpi persona instituta, *vt in l. si fratris, C. de inoff. testam.* eo magis erit exclusa per *consuet.* postquam necesse est fateri illas emanasse ad restringendam eorum successionem, & ampliandum fauorem masculorum, & siue dicemus hoc paragium subrogatum fuisse in locum successionis, *vt per Napod. in consuet. si moria-*
7 *tur, num.* 29. siue in locum legitimæ debitæ iure naturæ, secundum communem interpretationẽ sapientum Regni, *vt per Napod. in consuet. si moriatur, vers. paragium num.* 56. & 85. eo amplius dicemus illam exclusam, postquam à successione, & legitima iam excludebantur de iure communi.

8 Præterea dico *per tex. in consuet. si moriatur,* fuisse prouisum fœminas per masculos in successione ascendẽtium esse exclusas, verum tenerentur fratres illas secundum paragium, & facultates maritare; quod paragium dixit *Napod. in d. consuet. si moriatur n.* 82. *in fine,* esse bonorum paternorum, & maternorum allegando *tex.* qui hoc dicit expresse *in consuet. si qua mulier,* idem dixit *in ead. consue. si moriatur n.* 96. *& in d. cōsue. si qua mulier n.* 10. *et* 25. *sequtur deinde tex in d. cōsue. si quis in vers. sed si moriẽti,* dicẽs sorores exclusas per masculos etiam in successione collaterali, assignando rationem huius exclusionis, quia fratres tenentur eas maritare (vt superius dictum est) scilicet *in d. consuet. si moriatur,* vbi fuerat prouisum, quod maritarentur de bonis paternis, & maternis; *tex. in d. vers. sed si morienti,* non imponit onus dotandi sororem de bonis fraternis; sed assignat rationem, quare frater excludit sororem à successione collaterali, quia tenetur eam maritare (vt superius dictum est *in consuet. si moriatur*) de bonis paternis, & maternis, & quod hic sit verus intellectus, rogo videri. *Napod. in d consuet. si moriatur in verb.*
9 *ex masculis nu.* 117. vbi dicit hæc verba. Ratio vero quare frater excludit sororem dotando ipsam de paragio, est; quia, quod fuit paternum officium in patre, dum vixit; post eius mortem efficitur fraternum, & hoc etiã indicat *bene, infra proxima consuet. in fin. quæ est in d. vers. sed morienti.* Si ergo causa exclusionis est, quia per obitum patris, officium paternum, efficitur fraternum, dotandi sororem, & pater non tenebatur filiam dotare de bonis fraternis: necesse erit dicere, quod nec etiam frater teneatur; postq̃ ã est subrogatum in officio patris, cum omnibus qualitatibus suis.

10 Confirmatur ex decis. *glo. Napod. in d. consuet. si quis vers. neptis num.* 272. vbi dicit sororem per fratrem in successione collaterali, cum sufficiat sibi maritagium, & *in d. vers. quod autem nu.* 300. *in fin. nu.* 301. *&* 301. dicit sororem dotatam esse exclusã; nam maritagium, & dotatio est causa huius exclusionis, vt sic dotata censeatur penitus

ex-

extranea, & incognita quoad successionem, vt dicit ad aliud propositum. *D Ant. de Alex. in d. vers. sed si morienti fol. 158. in add. incip. hic loquitur in vers. & pro hoc facit ratio*, Immo ne posset dubitari de quibus bonis requireretur, quod esset dotata, declarat idem *Napod. dum in d. nu. 301. allegat tex. in d. consuet. si moriatur*, vbi dotanda erat de bonis paternis, & maternis.

Vlterius *glo. Napod.* id sentit expresse *in*
11 *d. consuet. si moriatur, vers paragium, num.* 54. vbi disputando, an paragium sit idem, quod legitima? dicit hæc verba. Item debetur à fratre, si soror est inops, *l. cum plures, ff. de administ. tutor.* & tamen ex bonis fratris non debetur iure naturæ, cum possit exhæredari, vel præteriri, non instituta turpi persona. clare ergo aperit, *Napod.* tunc deberi paragium in bonis fratris, quando soror est inops, vt non habeat vnde se dotet de bonis paternis, & maternis alias non.

Corroboratur conclusio prædicta, *ex glos. eiusdem Napod. in d. consuet. si moriatur, num. 26. vers. nono est hoc ius consuetudinarium*, vbi dicit hoc ius, secundum quod seruatur prærogatiua sexus, excludit fœminas conditionaliter, si infra certum tempus dotentur de paragio, & hoc in linea descendenti; nam in linea transuersali excluduntur absq; limitatione temporis, allegando *tex. in consuet. sequenti in fin. qua est in d. vers. sed si morienti*, sicq; concludendo à successione ascendentium excludi, si infra annum 16. dotentur; à successione vero collaterali simpliciter absque hac conditione, cum sufficiat eas dotari de bonis paternis, & maternis. Hinc semper *Napod.* loquendo *in d. consuet. si moriatur*, de paragio in his bonis, dixit, quod soror tali paragio debet esse contenta, *vt ibi nu. 29. vers. fratres, & nu. 87. in vers. sed frater.*

12 Et hunc casum (ni fallor) expresse decidit *Napod. in d. consuet. si moriatur in verb. paragium num. 65. vers. satis*, vbi dicit hæc verba, *satis ergo videtur habere portionem successionis, vel hæreditatis paternæ, vel fraternæ sibi debitæ, si habet paragium, siue ex causa dotis, siue ex simplici donatione, vt excludatur, a successione patris, vel fratris.* Verum quia potuisset dubitari de quibus bonis debebatur hoc paragiũ sorori, vt excluderetur à successione patris, & fratris. Ideo cum tex. *consuet.* mandasset illam dotari, secundum paragium, & facultatem; subdit *glo. Napod. paulo post in verb. facultatem nu. 82.* & aperit, paragium hoc debitum sorori esse bonorum paternorum, & maternorum, allegãdo *tex in d. consuet. si qua mulier.* vnde nõ videtur de hoc casu dubitandum, postquam habemus expræssam decisionem *glo. Napod.*

Sed quando hic casus non esset per prædicta à *Napod.* tactus, nec decisus, erit ne dicẽdum, quod si sorori competeret paragium in bonis fraternis, vir ille peritissimus, qui omnia tetigit, non explanasset hanc difficultatem in suis *glo.* habuit etenim pro absoluto, illam per dotationem in bonis paternis, & maternis esse exclusam; nã vbi voluit, quod haberet paragium, scilicet in paternis, & maternis, dixit; vbi vero voluit eam simpliciter excludere, semper dixit, dotatam excludi, & non succedere, quasi quod sufficiat esse nuptam, & dotatam.

13 Coadiuuantur prædicta, quia consuetudines istæ stricti iuris, vt dicit *Napod. in consuet. si aliquis moriens, in vers. testamentum, num. 4. & in consuet. filius famil. nu. 8. ver. non autem, latè Curt. sen. cons. 44. Dec. cons. 438. num. 4. 1. vol.* proinde debent interpretari, vt minus lædant ius commune, *vt in cap. cum dilectus extra de consuet. per scrib. in l. 2. C. de noxal. tradit Soc. iun. cons. 67. nu. 41. vol. 3.* postquam ergo ex verbis consuet. non est expressum deberi hoc paragium sorori in bonis fraternis; facienda erit interpretatio, vt consuetudines non lædant in hoc ius commune, & hunc casum remansisse in dispositione illius, ex qua nedum à virili successione, sed à debito iure naturæ, soror in bonis fratris excluditur; Si enim ciues voluissent distinguere, quod etiam in bonis fraternis deberetur paragiũ, bene sciuissent, & potuissent de hoc cauere, vt in simili quæstione dixit *Napod. in consuet. si qua moriens, num. 11. in fine.*

14 Insuper licet constitutio Regni excludat sororem per paragium, ab hæreditate dotantis tantum, tamen consuetudo nostra disposuit, statuendo, quod quando concurrunt frater, & soror in successione collaterali, frater excludat sororẽ; quo fit vt nõ requiratur, quod sit dotata de bonis fraternis, vt in terminis dixit *Alex. in cons. 29. col. penul. vers. nec obstat 1. vol. Corneus cons. 123. 2. col. vol. 2. Dec. qui alios copiosè refert in cons. 634. 1. col. vers. secus est, 2. vol.* dicens, quod quãdo statutum seipsum declarat, nominando personas, à quarum hæreditatibus vult mulierẽ excludere; tunc licet ab vno sit dotata, tamẽ excluditur à successione aliorum: Quia hoc colligitur, & apparet ex mente statuti; Immo *Doct.* omnes, qui dicunt, quod debet habere paragium, & si excludatur à successione; loquuntur in hæreditate ascendentium, in quibus mulier debet habere legitimam, seu paragium: non autem in hæreditate fraterna,

in

in qua nulla debetur legitima.

15 Et ne videar in prædictis authoritate carere, hoc expresse decidit *Capic. in dec. 159. in princip. & in d. consuet. si moriatur folio 69. in addit. qua incip. ad hanc consuet. circa finem*, dicens sororem maritatam à fratre de bonis paternis, esse penitus exclusā à successione fratris, & idem si habuisset alia bona in excambium bonorum paternorum, & ita fuisse decisum per Sacrū Consilium, & apertissime hoc dicit *D. Anto. de Alex. in d. vers. sed si morienti fol. 159. in add vlt incip. circa istam glos.* vbi dicit fuisse decisum, quod si soror est maritata aliunde, quam de bonis paternis, excluditur à successione fratris, sed poterit tantum petere paragium in bonis patris, hoc idem in fortioribus dixit *D. Pisa in d. vers quod autem fol. 156. in add incip. pone, quod soror*, dicens per Sacrum Consilium fuisse iudicatum, vt sufficiat, quod soror sit maritata, licet non appareat dotata, vt excludatur à successione fratris, & quod non possit petere paragium, nisi in bonis paternis.

16 Denique non solum hic casus remanet ex prædictis absque difficultate, sed annis non longe decursis fuit pluries sollēniter in Collaterali Consilio iunctis aulis indicatum, primo in causa Ill. Marchionis Vallis Siculæ, secundo in causa Illustrissimæ dominæ Isabellæ de Aragonia, tertio in causa magnifici Annibalis Macedonij, quo fit, vt à rebus sæpius decisis non sit recedendum, nec mutanda sint ea, quæ eamdem semper habuerunt interpretationem.

Coadiuuantur prædicta ex antiquitate temporis, taciturnitate Catherinæ, quæ dum vixit, nunquam aliquid petijt, & ex dote de paragio, quam habuit tempore quo fuit a patre dotata. Hæc pro iustitia causæ scripsi, ea submittendo iudicio optimo Dominorū Collateralis, & Sacri Consilij, quorum religio, & doctrina cætera suppleat.

Camillus de Medicis.

ADDITIO.

NOtissima est differentia in hac materia inter ius *commun. Regni in aliquibus*, & ius *cōsuetudinarium*, siue municipale huius Ciuitatis, siquidem de iure *consu.* (quod procedere tam in successione patris, quam matris non dubitamus, vt passim iudicari referunt *Afflict. decis. 178. in 1. dub. D. de Franch. decis. 171. num. 2.*) soror quamuis

17

18 excludatur à successione parentum, non excluditur tamen à successione fratris, etiam in bonis ad fratrem peruenctis ex eorundem parentum successione, ne dum in bonis de nouo quæsitis, vt contra opinionem *Afflict. in d. consuet. in 8. & 9. quæstione, fuisse per totum Consil. votatum testatur idem Afflict. decis. 187. in 3. dubio nu. 4.* & quidem verius teste *Vrsill. ibidem num. 3.* & nostris temporibus idem decisum asseuerat *D. de Franch. dicta decis. 171 post num. 3 & decis. 667. num. 5.* quamuis referat *Thesaur. decis. 63.* inclinare in opin. *Afflict. in d. consuet.*

De iure vero consuetudinario Neapolis sororem tam consanguineam, quam vtrinq; coniunctam excludi à successione collatera-

19 lium, & in specie à bonis fratris, vel auunculi, quamuis non fuerit dotata de illorum bonis, quinimo neque ei aliud paragium deberi, etiam in bonis de nouo per fratrem quæsitis, pluries decisum testatur *D. de Franch.* & præcisè in hac eadem causa Catherinæ de Oliuerio (iusta has alleg. D. Camilli mei soceri) *in decis. 87. in princip.* & in alijs causis.

Quod ampliatur procedere etiam patre, vel matre existente in medio; adeo vt ad successionem filiæ, superstite matre, fratribus, & sororibus, admittantur tantum mater, & fratres, exclusis sororibus, siue earum cessionarijs, vt sunt dotantes, quibus consueuere mulieres renunciare tempore nuptiarum;

20 quamuis enim patre, vel matre existente in medio non habeat locum consuetudo, sed ius commune de quo *in auth. defuncto C. ad*

21 *tertull.* (quam non esse correctam de iure consuetudinario firmat idem *D. de Franch. decis. 25. num. 1. & 543. nu. 2. & 606. num.*

22 *8.* sicut neque auth. defuncto corrigere *l. quæ d feitis C. de bon. qua lib. tradit idem D. de Franch. decis. 59 num. 6.*) & sic cessante consuetudine videbatur sorores debere admitti, prout de iure communi. hæc tamen propositio, quod patre, vel matre existente in medio, cesset consuetudo; caute accipi debet, vt scilicet intelligatur quoad patrem, & matrem, qui non excluduntur per consuetudinem, ex quo de ipsorum exclusione non meminit, sed non considerauit hunc casum, & proinde remanet in dispositione iuris cōmunis, & plene huius rei veram rationem tradit *D. de Franch. decis. 81. post n. 19 & n.*

23 *20.* non autem quoad ipsas sorores, quæ ex ipsa existentia patris, & matris, non minus excluduntur vigore consuetudinum, quam si pater, & mater non adessent, vt sentit *Vrsill. ad Afflict. decis. 28.* & fuisse iam decisum per Sacrum Consilium, & confirmatum in gradu reclamationis firmat idem *D. de Franch. decis. 92. in 3. dub. à num. 6. & in fin. decis.* quod

quod latius probat decis. 543. *& latiss. Dominus de Ponte cons.* 61. *per totum præsertim num.* 47. *& sequen. qui consuluit in eodem casu decis.* 92. *D. Præsid. & iterum cons.* 39. *num.* 19. quæ præpositio tradita per *Napod.* in locis notatis per eundem *D. Præsid. d. decis.* 91. *in princip. &* 92. *nu.* 6. (vt hoc obiter dicam) alias etiam patitur restrictiones,
24 est autem secunda, vt non procedat in auo
auia, & alijs ascendentibus, *vt per D. Regentem Reuerterium in suis allegationibus impressis in fine consuetud. fol.* 395. *vers. ego viaens, quem refert, & sequitur idem D. de Franch. decis.* 92. *num.* 6. *& decis.* 543. *post num.* 4. *contra opin. Domini Capyc. in decis.* 210. *num.* 3. *& Anna alleg.* 117. *num.* 13. *& alleg.* 70. *num.* 49. *& firmat idem D. de Franch. in add. ad Napod. in consuetud. si quis, vel si qua fol.* 115. *in addit. incipie. consuetudo, & D. Regens de Ponte cons.* 61. *nu.* 62. *&* 66.
25 Tertio declarat̃ procedere, cum quis sine filijs
decedit, siue ab intestato, vt loquitur *Napod. in consuetud. si quis, vel si qua in verbo præterquam, vers. seu quia de patre nu.* 180. siue etiam ex testamento, vt etiam in his terminis docet idem *Napod. in cons. & si testator, vers. proximiores num.* 34. *prout ipsum referunt addentes ad consuetud. in locis notatis per D. de Franch. d. decis.* 91. *in princip. &* 606. *num.* 4. *&* 8. *vers. decisiones*, secus vero cum quis decedit relictis liberis, quorum cum sit prima causa successionis, non est de quo pater, & mater conquærantur, quandoquidem ipsis parentibus eo casu nihil debe-
26 tur, & propterea fuit decisum *consuet. si qua*
moriens, sub rub. de mulie. hab. filios, disponentem, matrem existentibus filijs non posse disponere, nisi de decima, procedere etiam patre existente in medio, vt latius prosequitur *idem D. de Franch. dicta decis.* 606. *per totam, præsertim d. num.* 8. vbi pulchrè declarat hanc *Napod.* propositionem.

Quarto declarat, vt quãuis patre nõ instituto, sed instituto extraneo videat̃ cessare fauor, cõsideratus à cõditoribus cõsuetudinũ, seu à sapientibus Regni, & glosatoribus ip-
27 sarum, qui excludendo collaterales, volue-
runt includere patrem, ex traditis *per Anchar. cons.* 334. *& Dec. in cons.* 572. *in casu proposito nu.* 4. tamen ex quo ille casus cum pater, vel mater extat, est per *consuetudinem* omissus, remanet in dispositione iuris cõmunis, & ob id si 7itius decedat sine filijs,
28 matre relicta, & fratribus; poterit testando
relicto debito bonorum subsidio, siue legitima matri, excludere fratrem à medietate bonorum paternorum, ad quam alias teneretur virtute *consuetud. & si testator*, si mater in medio non superesset, & tam in ea, quam in alijs suis bonis hæredem extraneũ relinquere, vt expressè docuit *D. Capyc. decis.* 210. *num.* 4. *vers. tertia conclusio, & decisum etiam testatur latè D. de Franch. d. decis.* 91. *per totam.*

Quinto, & tandem limitatur conclusio illa, quod patre, vel matre existente in medio, non habeat locum consuetudo, sed ius
29 commune; non procedere quando matri-
monium est contractum, secundum consuet. Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, vulgo dictam, *alla noua maniera*, siquidem cum per eam istæ personæ sint exclusæ, & ob id habeantur, perinde ac si non essent, merito habet locum consuetudo, vt *authoritate D. Ant. de Alex. & aliorum optime concludit D. Capyc. d. decis.* 210. *in fin. vers. immo quando appareret, & sequitur D. de Ponte dicto cons.* 61. *num.* 73. *& consil. de Anna cons.* 2. *n.* 16. *&* 17. *faciunt tradita per D. de Franc. decis.* 552.

Ampliatur secundo principalis conclusio, de qua supra (vt eo reuertamur vnde digressi sumus) adeo verum esse fœminas admissas
30 cum fratribus semper esse exclusas, quia ap-
pellatione fratris, soror non continetur, vt *in vers. sed si moriens, & vers. quod autem de success. ab intest.* vt quamuis regulariter illa, quæ per dotem à successione repellitur,
31 necesse est vt sit dotata de bonis illius, de
cuius successione excluditur, *l. quoniam nouella in fin. C. de inoff. testam. cum alijs per Dec. in l. vt liberis num.* 8. *C. de collat.* & iniquum censeatur, vt propter dotem ab vno datam, mulier ab alterius successione excludatur, *vt dixit Corneus cons.* 48. *col.* 2. *vol.* 2. nihilominus recepta est opinio, iuxta quam
32 pluries est iudicatum in Sac. Consil. vnicam
paternam dotationem sufficere, vt filia, siue soror ab omnibus etiam fraternis successionibus excludatur in Ciuitate Neapolitana, secus in Regno per Regni *constit.* secundum
33 cuius dispositionem requiruntur tot dota-
tiones, quot sunt successiones, vt refert *Anna senior alleg.* 81. *in fin. & alleg.* 79. *similiter in fin. quamuis ipse contrarium actentare ausus fuerit num.* 30. *&* 40. *in d. alleg.* 70. *& in alleg.* 117. *à num.* 1. *vsq; ad* 13.

Declaratur autem, siue restringitur dicta conclusio, vt sorores tanquam exclusæ propter paragium, censeantur exclusæ duntaxat à bonis intra districtum, ad quæ tantum
34 extẽditur *consuetudo* loquens de bonis, secus
vero in alijs sitis extra districtum, in quibus seruari debet ius *constitut.* quod est ius commune in Regno, quo iure inspecto fœmina

non

non excluditur à successione collateralium, *decisio est Napod. super cons. si moriatur, in verbo facultates, quam sequuntur D. Capye. decis. 159. & Anna senior dicta alleg. 70. nu. 48. in fin. vers. sed ne diutius, ubi in fine ita refert decisum.*

Secundo declaratur, non procedere in sorore masculiata, *iusta consuet. si moriatur, §. eas autem, de success. ab intest.* quia refert an filia habeat de bonis parẽtum per formã dotationis, an per formam successionis; quia
35 primo casu excluditur, secundo vero habetur vt masculus, *vt inquit Napod. in consuet. sed si morienti, §. quod autem, in glo. parentum num. 303. ubi num. 301. Ant. de Alex. & cateri addentes*, tractant, quot modis mulier masculi prarogatiuam assumat, & de requisitis ad id, agit *Afflict. decis. 370.* qui
36 *num.* 10. tradit sororem masculiatam nedum succedere patri, sed etiam fratribus, & sic extendi etiam ad successionem collatera-
37 lium, quod priuilegium cessare in sorore vterina, quam dotare frater vterinus non cogitur, *dixit D. de Ponte cons. 40. num. 13. & 14.*

Tertio restringitur conclusio, vt exclusio sororum procedat in omnibus casibus, in quibus de iure consuetudinario datur subin-
38 gressio in linea transuersali *iuxta consuetud. sed si morienti, de success. ab intest.* & sic in fratribus patruelibus, amitinis, & consobrinis. Vnde cum in fratribus sobrinis (qui vulgo fratri terzi appellantur) non loquatur *consuetudo*, & cesset subingressio, quam non
39 dari vltra filios fratrum consobrinorum fuisse decisum, refert *D. de Franch. decis. 24. nu.* 3. consequens est non excludi sorores sobri-
40 nas, sed simul cum fratribus sobrinis admitti ad successionem sobrini, cum consuetudo excludens fœminas, ad hunc casum non estẽdatur, *vt idem D. de Franch. est testis in eadem decis. 24. num. 13.*

Quarto & tandem limitatur hæc conclu-
41 sio in sorore vterina, quæ non excluditur à fratre vterino in successione matris, & ratio colligitur ex supradictis, quia deficiente causa exclusionis, quæ est dotatio, cum frater vterinus sororem vterinam dotare non cogatur, sequitur vt cesset quoque exclusio, & ita decidit *Napod. in consuetud. si quis, vel si qua num. 284. vbi bona additio in verbo vterinus*, & in his terminis procedit *decisio D. de Franch. 25.* supponitur enim hoc in ea decisione tanquam indubitatum, nam alias de iure consuetudinario impossibile esset sororem concurrere cum fratre in successione matris, iuxta ea, quæ dixi in prima ampliatione, siquidem licet matre existente in medio non habeat locum consuetudo ad exclusionem matris; non ideo tamen cessat consuetudo, & exclusio sororũ in beneficium fratrum. Fuit enim ibi decisum quod ad por-
42 tionem obuenram matri ex successione filij prædefuncti, cõcurrat ne dum filius superstes matri, idemque frater vtrinque coniunctus, eiusdem filij prædefuncti à quo bona obuenerunt, qui vigore *consuet. Neap.* videbatur solus esse admictendus, sed etiam soror vterina, non actenta causa originali, & primeua, sed actenta causa proxima, & immediata, siquidem de filio in matrem non continuatur linea, quamuis diuersum sit de matre in filium in casu relato per *Napod. in consuet. si quis, vel si qua n. 339. in ver. materna, in vers. sed pone Caius*, apud quẽ videri põt, *maxime num. 240. vers. sed certe*, vbi dicit eo casu non fuisse sublatam, sed durare lineam maternam de matre in filiam, idcirco contrarium determinasse. In quo aduertendũ pu-
43 to *in d. decis. 25. D. de Franch.* dum in principio legitur in relatione facti (mortua matre ab intestato superstitibus DD. Angela, & Io. Ant. eius hærede) mendosè leggi (Angela) cum debeat legi (Iulia) & in fine post num. 2. dum dicitur in vers. nec obstat decis. Napod. ibi (quia in illo casu ideo non inspicitur origo) debet enim legi absque illa dictione (non) nam alioquin cum his mendis non posset percipi intentio authoris.

Nec etiam omittam casum decisum *in d. decis. 25.* aliã debere recipere necessariam declarationem, vt procedat tantum in bonis obuentis filio prioris matrimonij, cui mater successerat, aliunde quã ex substãtia pater-
44 na, cum aliter decisio prædicta non posset sibi locum vendicare in bonis obuentis ex
45 substantia paterna, quæ reseruantur præcipua filijs prioris matrimonij post mortem matris, ex dispositione *tex. §. illud, l. famina 3. C. de secund. nupt. quem tex. non cor-*
46 *rigi per consuetud. si qua mulier, contra opinionem Napodani in d. consuet. in verbo succedunt, defendit idem D. de Franch. (in eodem omnino casu decisionis 25.) in decis. 666.* Et hoc videtur innuere idem *D. Præses ibidem post num. 5. vers. vnde ex prædictis*, dum dicit, quod in casu *d. decis. 25.* non tractatur de dispositione *d. l. famina*, quod non ex alio contingere potuit, nisi ex eo quod in casu *d. decis. 25.* bona, de quibus agebatur,
47 non peruenerunt ex substantia paterna, alioquin retenta prædicta opinione *D. Præsidis*, quod dispositio *d. l. famina, §. illud*, non sit correcta, necessario opus fuisset tractare de dispositione *d. l. famina, §. illud*, ex qua soror vterina à successione bonorum obuentorum

rum matri à filio prioris matrimonij ex substantia paterna, fuisset exclusa, quod cõprobatur ex his, quæ subijcit idem *D. Præses in d. decis. 666. num. 7. in fin. vers. & opinio Napod*.

Et proinde non sine maximo iuris mysterio *Afflict in decis. 127. cui innititur D. Prae-*
48 *ses d. decis. 25.* ponderauit in casu suo matrẽ ex conuentione effectam fuisse proprietariã antefati lucrati ex primo matrimonio, quo casu clarum est cessare dispositionem *d. l. fæmina, §. illud*, ob consensum, & renunciationem filiorum primi matrimonij, in quorum fauorẽ est inducta illius dispositio, & sic pariter io casu relato per *Pisan. in consuetu. si quis, vel si qua, in verbo, Nota quod si mater, fo. 145. in fin.* non refragabatur casus *d. l. fæ-*
49 *mina, §. illud*, siquidem Pisan. non loquitur in matre binuba, & sic de concursu filiorum primi, & secundi matrimonij, iuxta terminos illius text. sed in concursu agnatorum ex parte patris, & ex parte matris in bonis obuenientis matri ex successione filij prædefuncti, & deinde peruenientis ad alterum filium vltimo loco decedentem; quo casu non potest prædicari *d. l. fæmina. §. illud*, cuius quidem tex. dispositio limitatur insuper non proce-
50 dere in alio casu diuerso, scilicet cum decessit aliquis ex filijs primi matrimonij, cui fratres successerunt in proprietate, siquidem decedente postea aliquo ex istis fratribus, mater succedet huic filio etiã io proprietate quo ad portionem, quam habuit ex successione fratris; quia non videtur hanc partem habuisse ex successione paterna, dum filius nouissime decedens, eam partem non habuit immediate à patre, sed à fratre, à qua successione mater non excluditur. *per d. §. illud*, ve iuribus, & authoritatibus probant *Boer. decis. 191. num. 3. & Barbosa in repet. l. post dotem num. 77. ff. solut. matrim.* quamuis
51 enim initium sit satis considerabile, & quo ad plures iuris effectus spectandum, *argum. l. 1. C. de impon. lucrat. describ. lib. 12.* ta-
52 men ad constituendum, à quo bona peruenerunt, regulariter inspici debet persona, à qua immediate bona peruenerunt, *l. si auia, C. de donat. Castr. in l. duod scitis in fine, C. de bonis quæ liberis, quidquid sentiat Gama Lusitanus decis. 9.* Et tandem restringitur quoque dispositio *tex. in d. l. fæmina, §. il-*
53 *lud*, in bonis obuenientis filijs, non à patre, sed ab auo, vt videtur inclinare idem *D. Præses d. decis. 666. num. 8.* quamuis sub dubio.

Nouissime pro coronide adnotare licebit portiones, quæ alias competerent his sororibus in hæreditate patris à successione exclusis, existentibus fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis, cum fratribus consanguineis tantum, accrescere non solum in beneficium fratrum vtrinque coniunctorũ,
54 sed etiam consanguineorum tantum, quorum quoque sola existentia sufficit, vt ipsæ excludantur; secus vero cum fratres vtrinq; coniuncti adsint cum sorore, & fratre vterino, quia portiones competentes sororibus io hæreditate matris, accrescunt fratribus vtrioque coniunctis tantum, virtute *consuet. si qua mulier*, quæ præfert vtrinque coniunctos in bonis maternis, non attenta regula correlatiuorum, sed tantum ratione diuersitatis, quæ est inter fratres consanguineos, qui tenentur dotare sorores consanguineas, à quo onere de iure sunt immunes fratres vterini, vt supra dixi, & propterea conueniẽs fuit, vt commodum successionis, quod habet annexum onus dotationis, in quod est transfusum ius succedendi, eum tantum sequatur, qui sentit & onus, non alium, vt consuluit *Roman. cons. 411. & tradit D. Capyc. decis. 159.* Neque etiam considerato, quod in priori casu concurrat duplex vinculum, quia nexus duplicis, & sic maioris vinculi atten-
55 ditur tantum in successione in linea transuersali, secus vero quando agitur de succedendo patri, cui æqualiter omnes filij eadem coniunctione iunguntur, *vt per Alex. Boer. Brun. Ruin. & alios quos refert, & sequitur D. de Franch. decis. 26. & faciunt etiam dicta per eundem in decis. 149. num. 5. 6. & 12.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 **B**ona, quæ habet prælatus post prælaturã, & clericus post beneficium adeptum, in dubio censeantur ecclesiæ, & num. 9.
2 *Præsumptio iuris est, contra quam admittitur probatio in contrarium.*
3 *Spolia dicuntur omnia bona, quæ à personis Ecclesiasticis intuitu Ecclesiæ sunt acquisita.*
4 *Camera Apostolica succedit tantum in spolijs, non autem in bonis patrimonialibus, seu aliunde quæsitis.*
5 *Prælatus, seu clericus habens beneficium, non potest proprio testamento disponere de bonis occasione ecclesiæ quæsitis, etiam si essent quæsita occasione redditus ipsius beneficij; sed tantum de patrimonialibus, seu adeptis ante prælaturam, & beneficium, vel etiam post obuentis ex successione tamẽ, seu donatione agnatorum, & cognatorum,* in

in quibus hares ab intestato, vel ex testamento succedit, & nu. 6. 8.

7 *Bona à consanguineis Pralato donata, non intuitu Ecclesia, sed persona censentur donata.*

10 *Camera Apostolica tenetur ad soluendum debita contracta per Pralatum pro se substentando. & quare, & nu. 13.*

11 *Pralatus põt pro sua substẽtatione pignorare rem Ecclesia, & dictum debitum soluit successor, non hares, & num. 12.*

14 *Successor Pralati tenetur soluere debita contracta pro necessitate, seu vtilitate Ecclesia.*

15 *Camera Apostolica tenetur soluere salaria, & seruitia Pralato prastita, & quare.*

16 *Pralatus potest de bonis intuitu Ecclesia quasitis disponere in beneficium illorum, qui ei honesta seruitia impenderunt, iuxta seruitij meritum.*

17 *Hares Pralati potest repetere omnes expensas, quas fecit pro impetratione, & prouisione dignitatis bono zelo adepta.*

18 *Mutuum Pralato datum pro consequutione electionis de se facta, absque alia probatione, prasumitur versum in vtilitatem Ecclesia.*

19 *Expensum in promotione Pralati, vel causis Pralatura, debet solui de fructibus Ecclesia.*

Pro Federico Carrafa.

ARGVMENTVM.

SPolia Prælati quæ sint, de quibus bonis possit Prælatus disponere, & ad quæ debita soluenda teneatur Camera Apostolica in spolijs succedens.

CONSILIVM XII.



VAMVIS Camera Apostolica, quę vices successoris gerit, habeat manus iniectionem super bonis, tanquam spolijs, post mortem Prælati remansis: illa iuris
2 præsumptione, quod quicquid habet Prælatus post prælaturam, vel Præsbyter post beneficium adeptum; in dubio censetur esse Ecclesiæ, *cap. 1. & cap. Presbyter de pecul. cler. & auth. licentiam, C. de Episc. & cler.* nisi probatur Episcopum habuisse ante Episcopatum, vel post, ratione cognationis vsque ad quartum gradum, teneri ad relin-
2 quendum eius bona ecclesiæ. Attamen ista erit præsumptio iuris contra quam admictitur probatio in contrarium, *glo. fin. & ibi Abb. nu. 5. in d. cap. 1. de pecul. cler.* & cum constat bona relicta post mortem Prælati nõ venire appellatione spoliorum, illa hæredi ex testamento, vel ab intestato consignanda sunt. Quamobrem in præsenti discussione bonorum remansorum post mortem Illustrissimi Archiepiscopi Neapolitani, de tribus erit quærendum. Primo, quæ dicantur spolia. Secundo de quibus bonis Prælatus testando possit disponere. Tertio, ad quæ debita erit obligata Camera Apostolica succedens in spolijs.

3 Ad primum dico, spolia nuncupari omnia bona illa, quæ à personis ecclesiasticis intuitu ecclesiæ sunt acquisita, *Bertran. cons. 21. 3. vol. viso casu. Redo de spol. quast. 1. nu. 7.*
4 & in his spolijs tantum succedit Camera Apostolica, non autem in bonis patrimonialibus, seu aliunde quæsitis. *Rot. in antiq. decis. 855. tit. de probatio.*

5 Ad secundum affirmo, Prælatum, seu clericum beneficium habentem, proprio testamento non posse disponere de bonis intuitu, seu occasione ecclesiæ quęsitis, *cap. cum in offitijs de testam.* idque procedere etiam, si illa bona fuissent quæsita occasione redditus ipsius benefitij, *cap. relatum, lo secondo, vbi Abb. caterisq; de testam. cap. ad hac, eod. tit.*
6 *& c. fixum 12. q. 5.* Verum de bonis patrimonialibus, seu quæsitis ante Episcopatum, vel post, obuentis tamen, ex successione, seu donatione agnatorum, & cognatorum ad libitũ disponere potest, & in illis hæres ab intestato, seu ex testamento succedit, *cap. 1. c quia nos, & d. cap. relatum lo secondo, §. caterum de testam. auth. licentiam, C. de Episcop. & Cler. Bal. 80. vol. 5. & 315. vol. 2. Corn.*
7 *314. lib. 3.* Quando enim bona donantur à consanguineis Prælato, non intuitu ecclesiæ, sed personæ censentur donata; non mirum si de illis ad libitum disponere potest, *est tex. in cap requisisti de testam.* & hac ratione procedit *Tex. in d auth licentiam,* disponens, prælatum posse disponere de bonis obuentis iure cognationis; quia non intuitu ecclesiæ, sed personæ, sunt quæsita; tradit *ibi*
8 *Bal. subdens à num. 3.* quod si bona Prælati sunt distincta, propria, scilicet, & ecclesiastica; de proprijs testatur, & de ecclesiasticis non testatur; nec potest dici confusa, si appareat titulus, & possessio, quando ex suc-
9 cessione, & donatione cognatorum obuenerunt. Si enim id non appareret, præsumeretur ecclesiæ fuisse quæsita, *Soccin. 91. lib. 3.*

10 Ad tertium concludo Cameram Apostolicam teneri ad soluendum debita contracta per Prælatum, pro se sustentando, quia pro necessitate ecclesiæ videntur contracta, ex quo ecclesia illum alere tenetur, *Abb. in cap. 1. num. 2. de solut. & in cap. ex præsentium num. 4. & 5. de pignor. ibi plus dicit,*
11 quia Prælatus de redditibus ecclesiæ debet viuere, potest pro sua sustentatione pignorare rem ecclesiæ,& hoc debitum soluit successor, & non hæres; subdens à *num. 6.* quod
12 si ecclesia sit potens, & sacerdos non habeat vnde se sustentet, & contrahat debita, sub spe soluendi de fructibus, & morte præuentus non potest; æquum esse, successorem teneri; & ita procedere dictum *Io. Andr.* di-
13 centis, onus soluendi debita contracta per beneficiatum pro sua sustentatione, licet habeat patrimonium, spectare ad ecclesiam, seu successorem,& non ad hæredem; & ratio est, quia debitum contractum pro sustentatione Prælati, pro necessitate Ecclesiæ est
14 contractum. Et clarum est, successorem teneri ad soluendum debita contracta pro necessitate, seu vtilitate Ecclesiæ, *Innoc. in cap. 1. de solut. Rota in decis. 855. in antiq. Socc. 13. nu. 39. vol. 1.* & cum Prælatus contrahit pro sua necessitate, videtur id versum in vtilitatem ecclesiæ, *Calder. in con. 1. de solut.*
15 Item Camera tenetur soluere salaria, & seruitia, quia Prælatus debet viuere de bonis ecclesiæ iuxta conditionem, *Redoa. de*
16 *spolijs quæst. 10. num. 33.* & de his bonis intuitu ecclesiæ quæsitis, Prælatus potest disponere in beneficium illorum, qui honesta seruitia impenderunt, iuxta seruitij meritū, *Abb. in d. cap. cum in officijs num. 6. de test.*
17 Pariter hæres Prælati potest repetere omnes expensas, quas fecit pro impetratione, & prouisione dignitatis,bono zelo adeptę, etiā si sint factę pro literis super prouisione confectis, vel propter aliam causam; *Abb in disput. 3. incip. sempronius, Socc. 13. nu. 58.*
18 *lib. 1.* imo quod mutuatur pro consequutione electionis factæ de Prælato, absque alia probatione, præsumitur versum in vtilitatē ecclesiæ, *Alber. in auth. hoc ius porrectum, num. C. de sacrosanct. Eccles. Bal. 298. num. 5. ver. alij dicant, vol. 1.* ibi tenet, &
19 expensum in promotione Prælati, vel causis prælaturæ, debet solui de fructibus ecclesiæ, *glo. sequitur ad capp. Tolos. decis. 497.* Quare cum nunc liquido constet bona argentea fuisse donata quond. Illustriss. Archiepiscopo Neapolitano, per Illustrissimum quond. Principem Hostiliani eius agnatum, & quam plura alia bona similiter eidem donata; & etiam habita ante Episcopatum, non veniunt appellatione spoliorum, omnique iure consignanda sunt Illustrissimi Ferdinando Carrafę, eius hæredi cum beneficio legis, & inuentarij conficiendi, seu Illustri Federico Carrafæ legatario prædictorum bonorum, ex quo de illis potuit disponere, & illud alienum, quod est ad onus Cameræ, vt supra dixi, super spolijs erit soluendum, & quæuis alia onera, non ad Cameram, sed ad hæredem spectantia, cum illis creditoribus, hæres, facta eidem consignatione bonorum coram iudice suo stabit iuri.

Camillus de Medicis.

---

1 *Alienationes primo loco factæ à filio alienare prohibito, in legitimam imputantur.*
2 *Filius alienare prohibitus, non potest ipse eligere pro legitima eam rem, quam vult.*
3 *Legitima est quota bonorum, & proinde incerta ratione loci, cum pars pro indiuiso sit.*
4 *Legitima de fideicommisso vniuersali de singulis corporibus detrahenda, idque tamen iudicis arbitrio relinquendum, nu. 5. & 6.*
7 *Emptor rei alienari prohibita, nec melior actiones repetit.*

Pro Andrea Barone.

ARGVMENTVM.

Alienatione prohibita in filio, legitima excipitur, verum bona primo loco alienata, vel consumpta, in eam imputantur; nec filius bona pro eius legitima eligere potest, sed id iudicis arbitrio relinquendum.

CONSILIVM XIII.



NDVBITATA est iuris regula notissima Dominis Senatoribus in legitimam imputandas esse
1 alienationes primo loco factas, & in qua re sit deducenda, id faciendum esse arbitrio iudicis, qui arbitrari debet, vt computetur in re maliciose alienata, *tradit Bart. & communiter Scribentes in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.* Vide late *Menoch. de arbitr. lib. 2. cen-*

Digitized by Google

in. 2. rasu 163. num. 16. cum sequen. quare si ex notula facti constat Ioannem Baptistam Baronem ante venditiones factas conuentis, alienasse alia bona, & mobilia consumpsisse, quæ in eius legitimam imputantur. Clarissime sequitur Andream vocatum posse ab eis vendicare sine deductione legitimæ, quæ cum dictis bonis primo loco alienatis consumpta apparet, *l. mulier, §. sed enim, ad Treb. l. diuus, ff. de petit hæred.* Amplius non video quo medio aduersarius possit effugere subscriptum motiuum, considero enim quod dum Ioannes Baptista in anno 1515. vendidit massariam, sitam *alla Varra*, Domino Marino, non habebat alia bona, nisi massariam, & domum, & licet tunc obtinuerit decretum sacri Consilij, quod liceret vendere tantum de eius bonis, quantum ascendit valor legitimæ, verum est eo tempore legitimã non fuisse liquidatam, nec sacrum Consilium
2 declarauit, super qua re Ioanni Baptistæ legitima deberetur: fit inde quod si Ioannes Baptista voluit ex seipso eligere legitimam super massaria per eum vẽdita Domino Marino, non potuisse id facere, sine iudicis ar-
3 bitrio; siquidem legitima, vt quota bonorũ incerta est ratione, loci, cum sit pars pro in-
4 diuiso, *l. meuius, §. duobus de leg. 1.* & quia cum de fideicommisso vniuersali legitima est detrahenda, de singulis corporibus deducenda est, *l. si peculium 2. respon. ff. de pecul. l. 2. C. quando, & quibus quar. par. debe. lib. 10, & l. 2. vbi not. C. ad l. falcid.* ideoque filius grauatus non poterit eligere ex se ipso, super qua re voluerit legitimam, quæ ex singulis rebus debetur, *l. omnimodo, C. de inoff. testam.* sed in hoc iudicis erit arbitrium, qui forte arbitrabitur magnum esse detrimentũ, de singulis corporibus deduci legitimam;
5 quia forsan commodam diuisionem non patiuntur, est *tex. l. non amplius, §. vltimo cum sequ. & l. potest hæres, l Marcellus, §. res,*
6 *quæ post num. 2. ff. ad Trebell.* & quod id totum sit arbitrium iudicis, & citra eius arbitrium filius non possit ex se ipso eligere aliquam rem pro legitima, *Bar. in l. suus in fine, ff. de hæred. instit. Bald. in l. fin. 1. col. C. de edict. diu. Adri. toll. Salyc. in l filium, quem habentem nu. 10. & 11. C. fam. hercisc.* dicens in specie quod malefaciunt illi filij, qui ex seipsis vendunt aliquam rem pro eius legitima, si iudex non declarauerit; quia non possunt, & ibi *Ias. num. 16. hanc opinionem communem esse affirmat, & late Ripa de communi testatur in l. in quartam nu. 111. 114. & 116 ff. ad l. falcid.* quamobrem si Ioãnes Baptista in anno 1515. non potuit eligere legitimam super massaria, quando legitima tunc non fuisset consumpta, prout consumpta fuit, cum bonis primo loco venditis legitima fuisset, & est detrahẽda à duobus fundis, & domo venditis magnifico Terracinæ, & alijs, à quibus tribus corporibus deducta legitima; quæ est tertia pars pro quolibet; residuum, vna cum fructibus quis negare poterit non esse restituendũ magnifico actori? certe non video; imo non solum prædicti possessores sunt condemnandi ad dimittendum prædicta bona, deducta tertia parte, sed integra, quia legitima, vt dixi, prius fuit cõsumpta cum bonis primo loco alienatis, & mobilibus consumptis, vna cum fructibus, quia scienter emerunt bona subiecta fideicommisso, vt ex instrumentis apparet, & malefide emit magnificus Marinus, quia protestatio Petri Baroni præcessit quod non emeret, quo fit nedum ad fructus esse condem-
7 nandos, sed etiam meliorationes per ipsos forte factas super dictis bonis esse soluendas, *probat sing. tex. in l. fin. §. emptor, vbi casus, C. com. de leg.* & de fructibus, & meliorationibus simul est *tex. in l. domum, C. de rei vendic.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Pater obligatur ex charitate sanguinis filium alere pro modo facultatum.
2 Alimentorum appellatione quæ veniant.
3 Impensa, quæ fiunt ad dignitatem conseruandam, dicuntur necessaria.
4 Alimentis vidua legatis, pro eius qualitate debentur.
5 Renunciationes, & stipulationes absque causa nulla sunt, & quæ sine causa dicantur.
6 Remedia quot sunt, ad reddendam inefficacem renuntiationem sine causa.
7 Error vbi est, ibi consensus abest.
8 Pretium in emptione, & venditione debet conuerti in beneficium venditoris.
9 Debitor omne damnum tenetur resarcire, quod creditor passus est ex eius mora, & de quo interesse habeatur ratio.
10 Pater legitimam filio si dederit, & filius illam consumpserit, an teneatur aliam ei dare.
11 Dos si sit culpa à filia amissa, an debeatur alia à patre, & quid si sine eius culpa.

Pro Illustrissimo Cardinali Iesualdo.

ARGVMENTVM

Pater quemadmodum filium alere debeat, debitaque pro alimentis filiorum, an soluere teneatur; & filius si legitimæ renuntiauerit, & quod pater soluerit debita alimentorum causa contracta, vtrum valida renunciatio; semelque habita legitima, & consumpta, num aliam filij petere possint, & quid in dote.

CONSILIVM XIV.



1 CLARISSIMI iuris est, patrem obligari ex charitate sanguinis filium alere, pro modo facultatum suarum, *l. si quis à liberis, §. vtrum, & §. de alimentis, ff. de liber. agnosc.* ac iuxta ordinem, & dignitatem personarum *l. sed si quid, vers. sufficienter, ff. de vsufr.* Dumque pater alere fi-
2 lium cogitur, cibarium, vestitum, & habitationem cōdecentem, prestare tenetur; quia hæc omnia alimentorum appellatione comprehenduntur *l. legatis, & l. fin. ff. de alim. & cibar. legat.* Et hæc habitatio erit non nuda, sed cum necessarijs suppellectilibus, quæ ad viuendum necessaria sunt, *l. verbo victus, & l. quos nos, §. viuere, ff. de verb. signif.* ibi traditur, verbo victus contineri, & potum, loquitur de cibo, & potu; cultui quoque corporis, intelligitur de vestitu, & habitatione, quæq; ad viuendum homini necessaria sunt; loquitur de suppellectilibus, sine quibus habitatio esse nequit; eritq; habitatio cum suppellectilibus sericis de auro, &
3 argento, si dignitas personæ requirit; quia necessaria dicitur illa impensa, quæ fit ad dignitatem conseruandam, & sine qua retinere non potest, *l. de bonis, §. non solum, ff. de carbon. edic.* Dum inquit, non solum alimenta prestari debere pupillo, ecce victus; sed quæ in studio pertinent ad doctrinam, & cæteras necessarias impensas; significat alias impensas pro dignitatis norma, vltra victum; vestitũ, & doctrinã; ad idẽ *l. qui filiũ, vbi glo.* Cum hæc ei aliter contingere non possunt, *ff. vbi pupill. educ. deb.* Hinc illud erit, si le-
4 gata sint alimenta viduæ, & si lectum debeatur; non tamen debetur sericum, *Scriben. notant. in l. vxori, §. fin. de aur. & arg. legat.* Verum si viduæ conditio Illustris sit, eique conueniat; absque dubio debetur, *Petr. Pecx. de testam. cogn. car. 10. col. 2. vers. nam in simili.* Pariter alimentorum appellatione, quæ vxori debentur; vestes preciosæ cōtinentur, si dignitati, & conditioni, mulieris conueniunt. *Alex. in rubr. num. 26. ff. solut. matr.* quia sine illis non posset viuere, sine dedecore, *ibi Rip. num. 36.* & in spetie quod alimentorum appellatione, secundum dignitatem personæ, contineantur suppellectilia serica. *Alciat. singulariter in l. in stratum de verb. signif.* Ex his pro dignissimo Cardinali duo concludo.

Primum, Illustrissimum Principem patrẽ ab eo die, quo Cardinalis talem dignitatem fuit adeptus, vsque nunc, & in futurum, teneri ad præstandum alimenta, pro modo facultatum, & iuxta dignitatẽ; quæ ad minus erunt in summa duc. 3000. singulis annis, consideratis redditibus patris satis vltra annuos duc. 20. m. & numero trium filiorum; & quidem vix Cardinali sufficiunt, cum alijs eius paucis redditibus, vt decenter se alat, & viuat.

Secundum, quod dum Cardinalis assumpsit dignitatem; quoniam necessarium fuit magnas impensas facere pro vestibus condecentibus, & habitationem ponere cōgruã, cum suppellectili condigna; quæ omnia alimentorum appellatione continentur, vt supra. Ad ea tunc Principem fuisse obnoxium; qui si non soluit, & ob id Cardinalis debita contraxit; illa pater soluere cogebatur; sicut cogitur etiam nunc soluere debita contracta per Cardinalem, vt se aleret, *Bart. in l. libertis la seconda, §. 1. de alim. legat.*

His ergo præhabitis quisq; nunc aspiciat, renunciationes factas per Cardinalem in beneficium patris in anno 1562. & 63. legitimæ, & vitæ militiæ sibi competentis post eius mortem pro duc. 14. m. tanquam sine causa, non subsistere; siquidem Cardinalis tunc pro se alendo, & vestiendo, parandoq; domũ necessarijs suppellectilibus, iuxta Cardinaliciam dignitatem; æs alienum in summa prædicta contraxit, & existens in maxima necessitate, asseritur in dictis renunciationibus, vt satisfaceret creditoribus conquerentibus, quorum onus erat paternum; coactus fuit prædictas facere donationes. Illæ enim sine causa fuerunt; quia Cardinalis renunciando recepit duc. 14. m. tunc sibi debitos in causam alimentorum, & non nomine pretij; cum hæc causa expressa, non insit; quia verum est Principem tunc in dicta summa

ma

Digitized by Google

ma esse debitorem: sequitur renunciationes sine causa remanere, quæ nullæ sunt, ad instar stipulationis sine causa, *l. 2. §. circa. ff. de dol. except. glo. in l. generaliter, in verbo eamque, C. de non numer. pecun.* Tunc enim dicitur stipulatio sine causa esse facta: quando à contrahentibus causa non exprimitur; vel si exprimatur, creditur inesse ex vtraque parte, & non inest; vt si credo, te mutuasse procuratori meo, & non est, & ex hac causa tibi promitto; promissio sine causa dicitur, *ita glo. explicat in d. §. circa, in vers. sine causa.*

6 Ad propositum Cardinalis renunciauit pro duc. 14. m. in quibus non credebat patrem esse debitorem, qui si illos in causam alimentorum tunc debitam soluit; sine causa renunciatio remanet: quo casu, vt illa sit inefficax, duo sunt prodita remedia, vnum agendo, quod est condictio sine causa, alterum excipiendo, ve est doli exceptio, *d. §. circa, Loffred. de libell. tit. de cond. sine causa*: condicere quantitatem, quam non dedit, non potest; sed ipsam obligationem condicit, vt liberetur, *l. 1. in princ. ff. de cond. sine causa.* Et hæc condictio procedit; siue ab initio sine causa fuit promissum, siue causa promittendi expressa finita est; vel si alicui, ex non iusta causa peruenit; vel reddiet ad non iustam causam, *d. l. 1. per totum, ff. de cond. sine causa.* Quinimmo, & plus dico, in hac renunciatione deficere consensum Cardinalis, qui renunciando errauit, recipiens pecuniam sibi debitam, &

7 vbi est error, inde consensus abest, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud. & l. si non consensum, §. fin. ff. de contrah. empt.*

Insuper si Cardinalis renunciauit, precio accepto duc. 14. m. vt hæc renunciatio, seu vt rectius loquar, venditio valida sit; preciū

8 quod est de substantia vēditionis, & emptionis, *§. pretium, instit. de emption. & vend.* debet conuerti in beneficium venditoris, & si illud virtualiter conuertitur in beneficium emptoris, venditio nulla est; quia contra substantiam ipsius, *l. cum pretio, ff. de precar.* In præsenti pretiū fuit conuersum in beneficium Principis; nam si fuit solutum creditoribus Cardinalis, contractis pro se alendo, quos pater soluere cogebatur; in eius beneficium conuersum est. non mirum si venditio sine pretio nulla erit.

Præterea Princeps cum semetipso obseruare debet, quod cū alijs creditoribus Cardinalis fuisset coactus exequi. finge Cardinalem contraxisse æs alienum pro se alendo, & vendidisset hæc iura legitimæ sub conditione, donec ei prætium solueretur; non ne Princeps teneretur soluere illis creditoribus, & liberare filium? Certè sic: cum pater debita contracta per filium pro se alendo soluere cogatur: *vt supra per Afflict. alleg. decis. 10. post num. 3.* Ergo idem obseruabie in se, vt liberet filium à tali obligatione verè contracta pro se alendo; quia prætium conuersum est in extinctionem æris alieni, pro se alendo contracti. Quinimmo & plus esto millies, quod Cardinalis dictos du. 14 m. non soluerit creditoribus pro se alendo contractis, prout verè illis soluit; & in beneficiū Cardinalis cessissent. Adhuc dico Principem succumbere: nam si Princeps tenebatur soluere creditoribus Cardinalis prædictos duc. 14. m. tanquam pro se alendo contractis, si illos non soluit sua die, & ob id, Cardinalis renunciando iuri legitimæ, & vitæ militiæ in beneficium Principis, hoc damnū sentijt; illud

9 Princeps resarcire debet; cū clarū sit ad omne id, quod mea interfuit, pecuniam sua die non fuisse solutā, debitorē teneri: puta si ob morā commissam, res stipulatoris vilissimo distracta est, vel pœnam soluit, vel aliud simile damnum sentijt; *est tex. apertus in l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo quod cer. loc. & l. 3. ff. de in litem iur.* inde *Bar. ibi. & in specie Ias. num. 3. cæterique communiter per illum tex.* concludunt, quod in nummis in tempore non solutis, venit interesse extrinsecum, quod consistit extra rem. Quod secus est in frumento, vino, & oleo, quia cum in eis consideretur interesse intrinsecum consistens circa pretium, & valorem; in illis aliud interesse extrinsecum nō consideratur, siue in damno, siue in lucro consistat, *l. si sterilis. §. cum per venditorem vbi scriben. de act. empt.*

10 Vltimo, & sit finis quando allegata cessarent, prout omnia militant, & apertè constaret Principem soluētem dictos duc. 14. m. in computum legitimæ cedere voluisse, præueniendo, & in vita filio legitimam assignando, *iuxta l. quo enim, §. fin. ff. ad l. falcid.* & filius in vita illam benè consumpserit; si alia tempore mortis debetur, *Scribētes* communiter ita distingunt, videlicet, aut filius illam consumpserit in malos vsus, & alia non debetur; verum, hoc non obstante, ali debee, *l. libertus, qui operarum, ff. de oper. libert. Bart. in l. si cum dotem, §. si post. vbi Alex. nu. 9. & Paul. num. 7. ff. solut. matrim. Bald. in l. scimus num. 11. C. de inoff. testam. Ias. in auth. quod locum num. 7. C. de collat. & Petr.*

11 *Duena in reg. 356. limit. 2.* Si vero filius legitimam in bonos vsus consumpsit, seu absq; culpa illam perdiderit, aut aliquo casu: & tunc ad aliam legitimam pater tenetur, sicut ad aliam dotem, si filia primam dotem amiserit, sine sua culpa, obligatur, *Bald. in d. auth. quod locum num. 4. C. de collat. ibi Ias.*

G 3 *num. 7.*

num. 7. Aret in §. fuerat, num. 37. de actio. Socc.conf.75. in vers primo quia vltra, vol.1. Quare annullatis penitus renunciationibus, ac si factæ non essent, prout nullæ, & inualide declarari debent; concludo, Principem patrem teneri ad soluendum debita per Cardinalem contracta pro se alendo, & in futurum cogi ad soluendum alimenta non minus duc. 3000. singulis annis.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Consensus contrahentium in contractibus inspicitur.*
2 *Redditus nec expresse venditus, nec in lista fæudi venditi assignatus, non intelligitur comprahensus.*
3 *Paterfamilias vniens aliqua separata, facit vt illa vnum reputentur.*
4 *Exactio separata, diuisionem inducit.*
5 *Totum venditum, non comprahendit partē, de voluntate disponentis separatam.*
6 *Separatorum separata est ratio, prout vnitorum eadem est natura.*
7 *Vniuersale non comprahendit partem à se separatam, igitur fæudo vendito non comprahenditur redditus separatus à fæudo, et num. 8.*
9 *Separata res de facto vnita, vt coniuncta sub concessione rei vniuersalis venit. ergo vnita si de facto sit separata, non veniet.*
10 *Excepta aliqua re à toto, talis exceptio confirmat concessionem totius in alijs.*
11 *Ademptio inutilis legatum adimit.*
12 *Totum si non est datum, etiam nulla re excepta, id tantum comprahenditur, quod datum est; non totum.*
13 *Voluntas facit, vt etiam nulliter ademptū non veniat in concessione, siue venditione.*
14 *Voluntas verbis, & factis declaratur.*
15 *Emptio fæudi cum omni iure, licet comprahendat omnia de sui natura comprahendēda, non tamen insolita, & quæ rei non sunt deputata, complectitur, & nu. 16.*
17 *Accessorium non potest plus operari, quam principale appositum in dispositione.*
18 *Non probatur hoc esse, quod ab eo contingit abesse.*
19 *Vicerex non potest præstare assensum, vt fæudum diuisum vniatur.*
20 *Taciti, & expressi eadem virtus est.*

Pro Duce Turris Maioris, contra Marchionem Montis Nigri.

ARGVMENTVM.

AN vendito Castro fæudali cum suis iuribus, intelligatur venditus annuus redditus, qui per prius erat vnitus fæudo, & deinde fuit separatim exactus per multos annos.

CONSILIVM XV.



DVO pro Ill. Duce in facto vera sunt. Vnum, scilicet, Ducem vendidisse terram Montis Nigri pro ducatis triginta quinque mille Illo. Marchioni, præcedente lista introituum, super qua conclusa fuit vēditio; & sicut in illa nō fuit descriptus annuus redditus ducatorum 150. de quo nunc agitur, sic in venditione stipulata, de eo, nulla mentio facta fuit. Alterum hunc annuum redditum, & si tempore Francisci Moluber, apparuerit fuisse pro herbagio Terræ Montis Nigri, attamen à centum annis infra, ab ea fuisse separatum, separatimq; possessum, venditum, & exactum, non dubitatur.

Ex his, in venditione dictæ Terræ cum omnibus iuribus, & integro statu; hunc redditum, ratione voluntatis deficientis, in venditore, & emptore, non fuisse comprahensū, ex tribus præcipuè rationibus concludam.

Prima in emptione, & venditione consensus inspicitur, & quid per contrahentes actū
1 est, *l. in venditionibus, & l. cum in lege, ff de contrab. empt.* inde dico id censeri venditū, quod inter partes est actum, *glo. 1. in cap 1. de cap qui eur. vend. allegat. l si de re certa,*
2 *C. de transact.* cumq; liqueat hunc redditum nec in lista, nec in venditione fuisse positum, non potest dici esse venditum, cum de eo nō fuerit actum.

Secunda, sicut destinatio patris familias, plura separata facit vnum, & in vnione actus facti, requiritur, quod vniisset, & sub vno vo-
3 cabulo coniunxisset; quinimmo confusim redditus esse exactos, sub eiusdē villici cura, vt sub dispositione vnius, vnitum comprahēdatur, *est tex. in l. feye, §. tyranna, de fund. instruct. l. pradijs, §. titio, ibi glo. de leg. 3.*

Alex.

Alex. conf. 169. sol. prin. vol. 5. §. 1. glo. 5. n. 15. & seq. Sic è contra distinctio patrisfamilias vnum in duo separat, & in separatione actus facti requiritur, vt separatim possideatur,
4 & exigatur. Separata enim exactio inducit diuisionem, *probat lex si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Bal. in l. emptorem, vers. item quaero in comitatu, C. de locati*, & tunc sub dispositione corporis, ab eo separatum excluditur, *l. quod in rerum, §. si quis post de leg. 1.*
5 Tertia, quando pars à toto est separata, sub venditione totius pars separata, ratione voluntatis, non comprahenditur, *in c. 1. ibi Bald. in princip. de cap. qui curiam vendidit,*
6 *& ibi Afflict. num. 18.* Etenim separatorum separata est ratio, sicut vnitorum eadem est natura, *l. si fundum, §. huic, ff. de vsufruct.* & licet vendita Baronia, quę est quid vniuersale, omnia quae sunt in ipsa, censentur vendita, quia natura nominum collectiuorum, & vniuersalium est omnia includere; tamen illa, quae inueniuntur separata sunt exclusa,
7 non veniunt, *l. non tantum, de petitione haereditatis*, illud enim, quod à corpore est separatum, non videtur concessum, *Bald. in cap in generali in fin. si de feud. fuer. controuers.* nec potest dici alienatum à corpore, quod expressè, vel tacitè est retentum, seu reseruatum, *glo. in l. si seruo. in fin. de admin. leg. Bald. conf. 335. post num. 1. vers. certè, & illud vol. 6.* Si ergo per tempus, & tempora, hic redditus fuit separatus à terra
8 Montis Nigri, & separatim exactus, in venditione ipsius nullo modo fuit inclusus.

Nec obstant, quae ex aduerso allegantur. Primum est, quod separatio ista non fuit de iure, ob defectum assensus, sed de facto, nam sicut in vnionibus voluntas maxime attenditur *Bald. 354. dominus Papa vol. 4.* eaque
9 operatur, vt res separata de facto vnita, veniat sub concessione illius rei. *l. fundus, §. tyranna, ibi glo. in verbo de facto, de fund. instruct.* sic in separationibus voluntas attéditur, eaque operatur, vt res separata de facto, non veniat sub dispositione illius à quo res separata fuit, vt contrariorum eadem sit virtus.

Item quando datur totum, & constat, si aliquid excipitur, excepta retinentur, & in alijs firma remanet totalitas data, *auth. de non alien. §. vt autem*, & si sibi exceptum
10 retinere non potest, non per hoc concessionario dedit, ratio est quia noluit dare; ademptio enim non fit, vt valeat; & inutilis
11 translatio perimit legatum, ratione voluntatis, *l. & si transferam de adm. leg. & l. plane de leg. 1. Andr.* per haec verba sic decidit, *in §. si quis de manso post num. 14. vers. & dic quod vbi dat totum, de controuers. inuest.*
12 Sin autem, & ibi subdit, quod si constaret non fuisse datũ totũ, et quod nihil retineret, non haberet recipiens, nisi datum. ex qua singulari decisione liquet, quod si aliquid reseruatur, & nulliter, non per hoc illud nulliter reseruatum venit sub venditione totius,
13 quia voluntas deficit; & si nihil esset reseruatum, & non totum, esset datum, recipiens non haberet nisi datum. Ergo si Dux vendidit Terram Montis Nigri, quae est totum, hunc vero redditum antea separatum, non inclusit, sed sibi reseruauit, vel saltim si non retinuit, totum dedit sine illo; si reseruatio fuisset nulla, non ex hoc illud nulliter reseruatum sub dispositione totius in emptorem transiuit, ratione voluntatis deficientis, quae
14 voluntas, declaratur rebus, & factis, *l. de quibus in fin. de legibus*, & operatur illud fuisse venditum, quod fuit inter contrahentes actum, *iux. glo. in d. cap. 1. de cap. qui cur. vend.*

Secundo dicit aduersarius habere pro se emptionē *cum omni iure, & integro statu, & cum iure reintegrandi*, quae clausulae operantur venire omnia, quae de natura illius rei existunt, *Innoc. in cap. ex literis de iur. patr.*
16 Respondetur, quod veniunt illa, quae sunt deputata rei, & quę sunt solita venire, *Innoc. in cap. cum ad sedem, in verbo hospitali, de restit. spoliatorum. Andr quid sit inuestitura in fin.* Sed hic redditus non fuit solitus coniungi cum introitibus Montis Nigri, sed penitus separatus; igitur tanquam non solitus, non poterat sub venditione illius compraehēdi, & clausula (cum iure reintegrandi) non potest intelligi de eo, quod à faeudo fuerat separatum, rationę voluntatis; si enim voluntas, & destinatio patrisfamilias operatur, vt membrum separatum à toto, non compraehēdatur sub dispositione totius superius
17 dicta; tanto minus clausula accessoria (cum iure reintegrandi) illud poterat compraehendere, ex regula iuris, accessorium sequi naturam principalis, & plus non posse, quam principalis dispositio possit.

Vltimum non refragatur, post tot annos per Regiam Cameram fuisse declaratum, hunc redditum esse de faeudo Montis Nigri, nam non sequitur est declaratum esse de de faeudo: ergo in venditione faeudi fuit in-
18 clusus; non enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. non hac, C. vnde leg.* Compatibile est huc, quod membrum à feudo male distractum, illi reintegretur; faeudū enim est homo mutus, & surdus, & malè distractum faeudo reintegratur, quia sententia

praedio

prædio datur, *l. 4. §. fin. ff. de neg. gest. glo. in in consit. Regni consuetudinem*, sed quod in venditione fuerit inclusum hoc membrum, penitus separatum, deeretum non præsupponit; immo ex allegatis ratione voluntatis deficientis, contrarium apparet; & ob id Ill. actor duplex remedium proposuit, vnum nullitatis huius venditionis, ea ratione quia ob referuationem saltem tacitam huius red-
19 ditus, inducta erat diuisio fæudi; & hic est vnus de nouem casibus prohibitis Viceregibus assentire, *secundum pragmaticam anni* 1531. Si enim Dux expresse sibi reseruasset hunc redditum, & in cæteris venditis datus assensus corrueret, ob diuisionem feudi inductam ratione voluntatis. Ergo idem dicendum si tacitè reseruatus esset, prout fuit re-
20 seruatus, vti separtus, vt supra; cum taciti, & expressi eadem sit virtus. Alterum ad minus, quod si Marchio dominus, & minister fæudi Montis Nigri voluerit pro se hunc redditum non emptum, bona fides patitur, vt soluat ad eamdem rationem, quam fæudum emit cum interesse, super quo nullum video scrupulum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 **B**Eneficium, *quod conceditur personis priuilegiatis per consit. Regni obscuritatē, restituit eas ad tempus litis contestata.*
2 *Mulier restituitur in iudicio, sicut minor.*
3 *Exceptio rei iudicata impedit litis ingressum.*
4 *Minor restituitur aduersus exceptionem omissam peremptoriam, secus declinatoriā, & num. 5.*
6 *Minoris interest litibus non vexari.*
7 *Iudex sciens exceptionem dilatoriam, & ad vlteriora procedens; illam reiecere intelligitur.*
8 *Sententia id dicitur determinasse, quod in iudicio fuit discussum.*
9 *Inuestitura, & assecuratio vassallorum non, nisi domino conceditur.*
10 *Exceptio rei iudicata super petitorio, oritur ex sententia lata super possessorio, habente admistam causam proprietatis, si super ea sit cognitum in iudicio, & num. 11.*
12 *Exceptio rei iudicata oritur si eadem quantitas, seu eadem res, eodem respectu, & ex eadem causa petitur.*
13 *Sententia lata super maioratu, nocet successori in eo.*
14 *Sententia lata post mortem consenti, audito procuratore, cum quo viuente domino fuit lis contestata, subsistit.*
15 *Sententia transit in rem iudicatam, si is contra quem lata est, sciat, & non appellet.*
16 *Sententia super maioratu lata per Supremum Tribunal, non admittit appellationem.*
17 *Exceptio rei iudicata oritur super eadem re, licet diuerso iudicio agatur; modus agendi non attenditur ad fundandam rei iudicata exceptionem, & num. 18.*
19 *Eadem res, causa, & persona verè, vel interpratatiuè inducit rei iudicata exceptionem.*

Pro Principissa Mileti.

ARGVMENTVM.

MInor restituitur aduersus exceptionem rei iudicatæ, in qua consideratur rei idemptitas, causæ, & personæ verè, vel interpretatiuè, & oritur ex eo, quod fuit discussum in iudicio.

CONSILIVM XVI.



EX his, quæ in facto sunt deducta, duo in iure discutiēda veniunt. Primum, si exceptio rei iudicatæ legitimo tempore in vim dilatoriæ opposita fuerit. Secundum, si adsunt requisita, vt obstet dicta rei iudicatæ exceptio.

Circa primum est verum, quod prædicta exceptio fuit opposita in termino primi beneficij ad instantiam Illustrissimæ Principissę petiti, ob cuius beneficij concessionem, censetur mulier in integrum restituta ad tem-
1 pus litis contestationis, *per constitut. Regnī obscuritatem*, quo modo restituitur mulier
2 læsa in iudicio, sicut minor *Afflict. ibi nu. 3. iuxta hoc quaro*, & dicta rei iudicatæ ex-
3 ceptio litis ingressum impedit, *cap. 1. de lit. contestat. in 6.* & multum interest ad dictam exceptionem restitui, cum ex ea lites terminentur, & non solum cui per in integrum restitutionem subuenitur, cum aliquid de eius bonis minuitur: sed etiam cum ipsius interfit, litibus, & sumptibus non vexari, *l.*
4 5 *minoribus 25. annis, ff. de minoribus*, & ideo etiam ad omissam exceptionem restituitur, *l. minor 25. annis omissam, ff. de minor. & glo. in d. constit. in vers. in iudicijs, vbi etiam Andr.*

Andr. in verſ. numquid ergo, quod ſi mulier
aliquam exceptionem omiſerit ad eam offe-
rendam, & probandam reſtitui poterit, quod
ſine ſcrupulo procedit, quando merita cau-
ſę exceptio reſpicit, *Bald. in l. peremptoriam*
col. 4. C. ſent. reſcind. non poſſe, *Capycius in*
5 *deciſ.* 13. vbi etiam reſpondetur, quare non
admitteretur reſtitutio ad opponendam de-
clinatoriam, quia modici præiudicij, *per tex.*
in l. ſcio, ff. de minoribus, & quia non affert
damnum, *vt per glo. in l. 2. ff. de iudicijs*, quod
6 dici non poſſet in rei iudicatæ exceptione,
cum multum interſit litibus, & ſumptibus
non vexati, vt dixi, quam exceptionem de-
bere etiam omnino diſcuti, ſatis conſtat; cũ
pars paſſa fuerit, ipſam diſcuti, tranſeundo
ad vlteriora, & nihil contra eam opponen-
do, ſicut Iudex admiſit, *Afflict. in conſt. ex-*
ceptionem num. 9. verſ. 6. quaro, allegat Fe-
lin. in cap. paſtoralis de except. glo. in l. 2. §.
ſed & ſi dubitetur in verb. intueri, ff. de iudi-
cijs, qua ad hoc ſemper allegatur, quod quan-
7 do cognoſcitur ſuper declinatoria, non eſt
neceſſe, quod feratur interlocutoria; ſed ſuf-
ficit ad vlteriora procedere, *Ang. & Paul.*
de Caſtro ibi, & per Angelum in conſ. 217.
col. 2. verſ. quinto probatur.

Circa ſecundum ſi adſint requiſita in fa-
cto, ſatis conſtat proceſſum fuiſſe ſuper poſ-
ſeſſorio, & petitorio, cum ſcripturæ præſentatæ,
articuli, & omnes actus iudiciarij id demon-
ſtrent; & ad cognoſcendum quid ſit ſenten-
8 tialiter terminatum, eſt videndum quid fue-
b rit diſcuſſum [b] *Bal. in l. receptitia num. 3. C.*
de conſtit. pecun. & ibi Salicet. col. 4. vt er-
go ſciamus, quod fuit diſcuſſum, & termina-
tum; ex actis, & ſententijs, apertè conſtat.
ſed quod plenè fuerint omnia diſcuſſa, quæ
hodie diſcutienda veniunt; inuentæ ſunt iu-
ris allegationes, quond. *D. Pirri Antonij La-*
narij in dicta cauſa ſcriptæ, in quibus allega-
tionibus aliud non diſcutitur, niſi validitas
maioratus ex licentia Sereniſſimæ quon. Re-
ginæ Ioannæ, & alijs de quibus hodie etiam
agitur. ergo non ſumus in dubio, quid fuerit
diſcuſſum, ſed in claris, & ex dictis etiam per
Dominum Lanarium habetur de maxima
iuſtitia cauſæ, in qua cauſa opus erat diſcuti,
tam de poſſeſſorio, quam de petitorio. dum
enim quond. Illuſtriſſimus Princeps Mileti
9 inueſtituram petebat, & vaſſallorum aſſecu-
rationem; niſi probaſſet ſe dominum, nec
inueſtiri, nec aſſecurari poterat, quia domi-
ni aſſecurantur, *conſtit. domini à vaſſallis*, &
cum poſſeſſionem Princeps non habebat, iu-
dicium ſuum non poterat eſſe niſi reiuendi-
catio, data poſſeſſione penes Dominam Don
Annam, *l. in rem actio, ff. de reiuend.* & licet
ex parte Don. Annæ iudicium erat poſſeſſio-
nis retinendæ, & conſeruandæ, tamen dictum
poſſeſſorium mixtam cauſam proprietatis
habebat, cum in ſuis comparitionibus adde-
bat, quod ſi quid prætendebatur, proponan-
tur iura, proponenda, quaſi remedium, *l. diffa-*
mari, C. de ingen. & manumiſſis, & aliud ius
quam petitorium non poterat per Principẽ
intentari, cum numquam ante ſententiam
aliquam poſſeſſionem nactus fuerat, quod
apertiſſimè habetur ex terminis datis etiam
ſuper iure retinendi dominium, & poſſeſſio-
10 nem; & ſententia lata ſuper poſſeſſorio re-
tinendæ, licet non pariat exceptionem in iu-
dicio petitorio, tamen quando dictum poſ-
ſeſſorium habet admixtam cauſam proprie-
tatis, & ſuper ea proprietatis cauſa proceſſũ
fuit, vt in re de qua agitur, parit exceptionẽ
rei iudicatæ, *l. cum quæritur, & l. cum de*
hoc, ff. de except. rei iudicata, *Ripa in l. na-*
turaliter, §. nihil commune num. 103. *verſ.*
ſecundus caſus eſt, ff. de acquir poſſeſſ. & poſt
alios Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. quaſt.
93. num. 808. & remed. 5. quaſt. penult. &
vlt. & quamuis dictum petitorium inciden-
ter fuiſſet ibi deductum, prout fuit principa-
liter, tum quia plenè de eo cognitum, rei iu-
dicatæ exceptio obſtat, *glo. in l. pen. ff. de*
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Abbas in conſ.
3. lib. 1. Paulus de Caſtro in l. quod in diem
§. ſi compenſationem, ff. de compenſat. Innoc.
in cap. fin. de ord. cognit. eò magis quia eadẽ
Domina D. Anna cauſam ſuæ poſſeſſionis in
maioratu fundabat, *Innoc. in d. cap. fin. Rui-*
nus in conſ. 81. col. 2. lib. 5. & quando illud,
quod eſt in vno iudicio diſcuſſum, venit in
11 alio iudicio examinandũ, rei iudicatę excep-
tio, obſtat *Bar. in l. ſi quis eũ totum, §. & ge-*
neraliter in principio, ff. de except. rei iud. &
in l. an eadem in princ. §. 1. ff. eod. Paul. de Ca-
ſtro in d. l. ſi quis cum totum, per illum tex.
c *Socc. conſ. 3.* [c] *& Cornetus conſ. 126. num. 5.*
& 11. lib. 4. Ruinus conſ. 70. num. 4. lib. 5.
Angelus in l. cum quæritur, ff eodem, & ibi
Cuman. & iſto caſu dixit, *Paulus de Caſtro*
in d. l. ſi quis cum totum ſub num. 2. quod
eadem cauſa dicitur, quando in vna venit
diſceptandum id, quod per aliam ſententiam
fuit determinatum, etiam ſi ad rem diuerſã
12 agatur; quod non eſt in re, de qua agitur,
cum idem petatur, & eodẽ reſpectu, & cauſa;
nihil enim præter maioratus validitatem in
dicto iudicio fuit diſcuſſum, & id tantum in
præſenti diſcutiendum iudicio venit, & de
contentis in eodem maioratu.

Nec obſtat, quod videatur diuerſa perſona
Don Indici in præſenti iudicio actoris, quam
fuerit illa quæ in alio iudicio, & ſic non con-
currant

currant omnia requisita, quasi res inter alios acta; quia verum est, quod virtute dicti maioratus, ex reciproca substitutione primo loco vocabatur D. Anna, & post eius mortē masculi ex eis descendentes, exclusis fœminis; illud enim quod ratione dicti maioratus iudicatum est cum dicta D. Anna, quia tunc temporis erat legitima contradicens, nec alio iure contradicere poterat, ac terrarum possessionem dominium, & fructus prætendere, nisi dicti maioratus vigore, quia alias vxor viro non succedit, *l.* 1. *C. vnde vir, &*
13 *vxor*, d nocet, & prodest successori in eo-
d dem maioratu, *Molin. lib.* 4. *de Hispan. primogen. cap.* 8. *latissime Arrius Pinellus in l.* 1. *par.* 3. *n.* 48. *C. de bon. maternis vbi banc opinionem veriorem, & receptiorem esse attestatur,* idem dicit esse per plura in fæudo ex pacto, & prouidentia, eamq; magis communem asseruit, ac latè defendit *Couarr. in l. prasl. quæst. cap.* 13. *num.* 6. loquens in maioratu, & in fæudo ex pacto, & prouindentia, reprobata opinione *Andr. in cap.* 1. *§. vassallus, si de feud. fuerit contr. Suarez allegat.* 27. *num.* 3. *Tiraquell. in tractatu res inter alios acta,* quæ confirmantur per ea, quæ de hærede, & fideicommissario tradidit post alios *Ripa in l. filiusfamilias, §. diui nu.* 60. *& seq. de legat.* 1. *& nouissimè Franciscus Marzarius in suo tractatu de fideicommiss. quæst.* 72. Cum igitur D. Anna per prædicta fuerit legitima contradicens, optimè, omniq; conatu, & diligentia causam ipsam defendit annis duobus continuis, sententia contra eam lata Don Indicum repellit, nec obstat allegata mors D. Annæ ante sententiam, & per procuratorem per mortem eiusdem mandati extinctionem allegatam, quoniam non fuit admissus ad allegandum prædicta, quinimmo per Collaterale Consilium prouisum, quod oppositione prædicta non obstante procederetur ad causæ expeditionē, & bene quidem, cum omnia erant deducta, & discussa, & conclusio in causa facta, & ad dicendum, seu ad sententiam citatio expe-
14 dita, & propterea cum procuratore domino litis, seu instantiæ factæ, causa poterat determinari, *l. nulla est dubitatio, cum ibi notatis,*
e *præsertim per Iasonem C. de procurat.* e *Capicius in decis.* 186. & sicut sententia in maioratu successori nocet, eodem modo, & acta omnia, *ex communi iuris regula, cap. inter dilectos, vers. nec attestationes de fide instrument. l. sed si possessori, §. fin. ff. de iureiuran. tradunt Doct. in l.* 2. *C. de edendo, præsertim Dec. ibi, & Canonista in cap. causam de testib. Molin. in d. cap.* 8. *lib.* 4. *de Hispan. primog.* Nec obstat, quod fortè ex aduerso posset replicari, posse à sententia lata contra prædecessorem, à successore appellari, *Alex. Ripa, & alij in d. §. diui,* quoniam Don Indicus non hanc appellationis viam prosequutus est, sed simpliciter se successorem pronuntiari petit, de sententia prædicta nulla facta mentione. Insuper sciuit pater ipsius, & litem, & sententiam prædictam, ac
15 ipse Don indicus; quo casu data scientia, quia lapsa sunt tempora, nō admittitur, neq; auditur, *idem Alex. Ripa, & alij in d. §. diui sic tradiderunt;* Præterea procedit quando Iudex inferior sententiam in maioratu protulit, cum esset negligentia ad superiorem non appellare, secus si summum Tribunal, &
16 superius declarauit, seu sententiam protulit contra maioratum; Tunc enim non datur appellatio successori, ita in particulari per optimas rationes scribit *Arius Pinell. in d. l.* 1. *col.* 3. *num.* 49. *vers. sed hæc eorum declaratio, C. de bonis maternis,* Sacrum Consilium Collaterale sic iudicauit inter matrē, & filium, Don Indicus aliud non adducit, nec adducere potest, nisi easdē maioratus scripturas in processu prædicto adductas per eandem D. Annam; nec res quidem ipsa aliud afferri patitur, ergo rei iudicatæ exceptio omnino obstat, nec obstat, quod non sit idem modus agendi, cum in eo iudicio petebatur inuestitura, & vassallorum assecuratio; in hoc verò maioratus vigore, successionem in statu ad Don Indicum spectare, quoniam licet
17 alio genere iudicij eadē quęstio reuocatur, obstat exceptio rei iudicatæ, *tradidit Iurisconsultus in d. l. si quis eum totum, §. generaliter, ff. de except. rei iud. quod aduertit Cuman. ibi num.* 3. & quod modus iudicij, seu
18 agendi non sit in consideratione *scribit Abb. in cap. ad aures in fin. de præscript. post Bar. in l.* 1. *C. de ord. iud* sed cum partes ipsæ, & possessionem, & dominium in iudicio deduxerunt, decreto sic iudicantium præcedente, & hinc inde allegatum, & oppositum de domio, & possessione, & de iustis titulis, & causis de iustitia, & nullitate maioratus, & assensuum; non potest in substantia, nec etiam in verbis figurari, quod finis, & effectus primi iudicij non est idem cum fine huius noui processus.

Ex quibus omnibus omnino iudicatis, dicitur dictam rei iudicatæ exceptionem obstare, cum omnia requisita adsint *secundum Bar. in l. & an eadem, §.* 1. *in principio,* quod
19 requiritur, quod adsit eadem res, eadem causa, & persona, vere, vel interpretatiuè, quæ omnia in re de qua agitur existere ex prædictis satis apertè constat.

Camillus de Medicis.

A p.

1 ADDITIO. Et ideo competit mulieri restitutio aduersus ommissas probationes, quã in Regno vocamus primum, & secundum beneficium, & si litigasset per procuratorem constit. itum cum iuramento, ad instar minoris, vt in vtroque tradit *Vrsil. ad Afflict. dec.* 114 nam alioquin nunquam restitutioni locus esset stante praxi constituendi procuratores ad iudicia cum iuramento, Aduersus tamen non confectionem inuentarij mulieri denegatur restitutio, quæ solum ei conceditur aduersus ommissas sollemnitates, vt decisum testatur *D. de Franchis decis.* 229. cõcurrentibus tamen aliquibus in facto, quæ ibi ponderat *num. 6. vers. dicebatur*, nam alioquin regulariter contrarium dicerem ex his quæ affert *Cartarius decis.* 85. *num.* 10. *ad finem*, sicut nec restituitur aduersus lapsum fatalium, neque aduersus sententiam, *vt per eundem D. de Franch. decis.* 284.

b Siquidẽ, vt ait *glo. sing. in l. fin autem, §. si in vers. reprobata, ff. de negot. gestis*, non omnis vox iudicis iudicati continet authoritatem.

c *Et cons.* 18. *num.* 44. *lib.* 1. *Dec. cons.* 445. *nu.* 43. *Pract. Pap. in forma respons. rei vers. reiq; iudicata cum alijs per Cons. de Anna cons.* 19. *&* 53. *nu.* 27. *& cons.* 17. *in princ.*

d Latiss. hanc rem explicat *Cons. de Anna* 18. tam in sententia lata in causa maioratus siue fæudi ex pacto, & prouidentia, quam in causa nobilitatis, in quo vltimo vera est opinio, quod non noceat sentẽtia habenti æquale ius, *D. Capyc. decis.* 107. *D. de Franch. dec.* 523. *num.* 16. *& decis.* 524. *cum alijs copiosè per eundem Cons. de Anna cons.* 17. *nu.* 21. Et regulariter is tantum est citandus cuius principaliter interest, non is quem secundario tangit negotium, *Glo. & DD. in l. de vnoquoq; ff. de re iudic.* quod declaratur procedere vt actus valeat quoad citatũ, & quod interim standum sit sententiæ, pro qua præsumitur in dubio *vulg. l. berennius §. caia ff. de euictio. l. ab ea ff. de probat. per Innoc. & DD. in c. bona il primo de electio. cum inter c. consanguinei, & c. sicut de re iudic.* secus vero vt præiudicet non citatis, qui ex integro sunt audiendi, *Afflict. decis.* 396. *nu.* 3. *D. Capyc. decis.* 104. *num.* 4. *Gabr. de citat. concl.* 1. *nu.* 309. *Surd. decis.* 256. *num.* 15.

e Cuius dispositio fallit, in mandato dato à Prælato administratore, siue rectore, quorũ morte etiam re non integra mandatum espirat *Clem. fin. de procur.* quæ cum loquatur in administratore ecclesiastico, vt innuit ibi *glo. in vers. rectore*, dubium est an procedat in tutore: & non procedere in tutore dispositionem *d. clem.* sed tantum in Ecclesiasticis, & beneficialibus in spetie dixerũt, *Bal. in l. neque tutores nu.* 10. *C. de procur. Castr. in l. § quis mancipijs, §. impubes, ff. de instit. nu.* 5. *in fin. Alex. cons.* 128. *lib.* 6. *Bellam. licet perfunctorie decis* 6. *de procur. Vant. de nullit. ex defec. mand. num.* 170. *qui non disputant*. Sed contra voluit *Bar. in l. neq; tutores, num.* 4. *in fin. iuncto num.* 13. *vers. sed quando, C. de procur. Anchar. expresse in d. clem, num.* 2. *vers. ego vltra, Zabar. ibid. in 4. oppos. & num.* 5. *in fin. in* 3. *quæst. Oldrad. optimè cons.* 130. *num.* 3. *ad* 6. & *nu.* 7. & probatur hæc opinio ea ratione, quod etiã iure ciuili inspecto, vbicunque quis sine hærede decedit, vel quia hærede non habeat, vel ius suum transmittere nequit ad hęredem, eo casu mandatum finitur morte, etiam re non integra, *l.* 1. *C. de actio. & oblig. cum alijs per Roma. cons.* 374. *num.* 5. *vbi Mandos. in addit. Ias. cons.* 138. *lib.* 4. Et hanc esse veram rõnem *d. clem*, tradunt *Grauat. ad praxim vestr. cap.* 4 *in fin. nu.* 37. *& D. Sebasti. de Medicis tract. Mors omnia soluit part.* 2. *concl.* 63. *num.* 203. *& addit. ad Cappel. Tolos. decis.* 263. *num.* 3. *& tandem hoc bene comprobat D. Minad. decis.* 35. *vers. præterea & in fine, quem refert, & simpliciter sequitur Anna Sen. sing.* 329. Nec *D. de Franch. decis.* 466. aliter dicit decisum, siquidem ibi non apparet hic punctus discussus, nec in dubium reuocatus, sed tantum S. C. iusta facti contingentiam decreuisse, mandatum fuisse reuocatum in litibus, & negotijs non ceptis, de quibus ibi solum fuit dubitatum; nec potest sumi argumentum à contrario sensu decisionis.

Fabius Capycius Galliota.

SVMMARIVM.

1 Rescriptum quantumuis exequutiuum iubens possessionem spoliato restitui, citationem, plenamque causa cognitionem requirit.

2 Possessor licet iniustus, antequam amoueatur est audiendus.

3 Princeps sine causa cognitione, siue sententia pronunciatione procedens, vbi illa est necessaria, illud dicitur de facto fieri.

4 Iudex de causa quantumcunque summaria cognoscere, inaudita parte, nequit.

5 Defensiones sunt de iure natura, neq; à Principe tolli possunt.

6 Possessionem capere inaudito possessore nemo potest, etiã si interueniat Principis rescriptum, vel Iudicis interlocutio.

7 Spoliatus à iudice, iuris tramite non serua-

ta,

Digitized by Google

to, est restituendus.

8 *Spoliatum de facto naturali possessione, illam propria authoritate recuperare ius permittit.*

9 *Intrusus etiam non vocatus, potest spoliari.*

10 *Reuocanda sunt de facto, quæ de facto fiunt.*

11 *Possidens ciuiliter habet authoritatem contra quemcunque posse ingredi, & etiam possessionem capere.*

12 *Remedium canonis reintegrandi, non competit iuste possessionem amittenti.*

13 *Possessorium reintegrandæ illi tantum competit, qui ex iusta causa illud amisit.*

14 *Agens præter iuris ordinem, dicitur in mala fide.*

15 *Remedium reintegrandæ malæfidei possessorem non amplectitur.*

16 *Possessionis tempora inter emptorem, & venditorem coniunguntur.*

17 *Remedium canonis reintegrandi præscribitur triginta annis.*

18 *Remedium canonis reintegrandi non nocet titulo possidenti.*

19 *Confirmatio per verba communia, ius non tribuit.*

20 *Agens possessorio reintegrandæ, & titulum ostendens, conuentus vero in proprietate se optime defendit, an obtinere debeat; vel qui ostendit potiora iura in petitorio obtinet.*

21 *Dominium probans inter contendentes in possessorio in pari causa vincit.*

22 *Possessorium retinendæ, & petitorium simul, non concurrunt.*

Pro particularibus Terræ Castri sanguinis, contra illos de Mazzaria Ciuitatis Sulmonis.

ARGVMENTVM.

AGens possessorio reintegrandæ, quæ habet necesse probare, & quando locum illud habeat? Possessorio retinendæ cum petitorio num simul concurrant. Rescriptum exequutiuum, vt robur habet, quæ requirat. possessionem denique propria authoritate quando liceat recuperare?

CONSILIVM XVII.

IN possessorio reintegrandæ ad fæudum nuncupatum *Sebina forte*, intentato per magnificos de Mazzaria, contra Particulares Castri sanguinis; illos omni iure succumbere video, tam ex defectu probationis, quam ex lucidissimis defensionibus, siquidem prædicti actores prætendunt possedisse dictũ fæudum in anno 36. per mensem, & ab illo tandem fuisse deiectos, & nunc per conuentos possideri, taliter quod extrema possessorij huius probasse præsupponunt. Sed vehementer errant: Nam possessio (si possessio dici posset) illo tempore fuit capta virtute literarum Illustriss. Principissę Francauillarum, quæ in Ciuitate Yschlæ morabatur: & vltra quod de fæudis non poterat cognoscere, nec vassallos à proprijs laribus extrahere; illos tamen qui fæudum possidebant, qui erant centum, omnes non citauit, nisi octo, respectu quorum nõ fuit citatio ad oẽs actus, sed simpliciter, ꝙ in Ciuitate Yschlæ ad dicendũ comparerẽt; & nullo dato termino, nec vlla præcedente causæ cognitione, nec possessoribus in eorum iuribus auditis; per fulminantes literas ipsos de facto spoliauit, quod facere nõ potuit, & possessio capta illarum vigore, de facto potius, & intrusio di-
1 citur, quoniam rescriptum quãtumuis exequutiuum, quod restituatur possessio spoliato, requirit citationem, & plenam causæ cognitionem, *ad tex. in l. & si non cognitio, C. si contra ius, vel vtilitatem pub. quem adducit Anto. de Butr. in cap. super literis de rest. spoliat. Vital. in clausula si preces verit. nit. in t. i. car. & Afflict. decis 361 n. 36. Loffred.*
2 *in cons. 47. num 6.* quoniam etiam iniustus possessor audiri debet, antequam ammoueatur, *Bart. in l fin. num. 16. C. de edict. diu. Adr. toll. Innoc. in cap. cum olim de priuileg. Alex. in cons. 5. 2. vol. Rom. in cons. 158. & plene Fel. in cap. fin. extra de præsumpt.* ita
3 ut si Princeps sine causæ cognitione processerit, seu pronuntiatione sententiæ, vbi sententia requiritur; illud diceretur de facto factum, *sing. est glo. in l. ictus fustium, ff. de his qui not. infa. consuluit Maria Socc. Socc. in cons. 32. pen. col.* Non enim potuit Principissa de causa cognoscere, nec decernere par-
4 te inaudita, *cap. 1. de causa. poss. & propriet. & l. meminerint, C. unde vi, vbi casus esset* enim tollere defensiones, quæ cum sint de iure naturæ, tolli non possunt, *§. sed natura-*
5 *lia, de iure nat. gent.* immo nec Princeps illas tollere posset, *clem. pastoralis, de re iudicata,*
6 immo nec authoritate rescripti Principis, nec iudicis interlocutione, posset quis cape-

re

re possessionem, possessore non audito, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* Et aliter faciens
7 suo iure priuatur *l. meminerint, C. unde vi,* & isto casu spoliatus à iudice, nulliter, non iuris ordine procedēte, restitueretur, *notant in l. iuste possidet. de acq. poss. Abb. & ateriq. in c. conquerente de rest. Spolia. & Loffr. in cons. 47*
8 *n. 15. Aim. in cons. 140. nu. 2.* quibus fit, quod postquam isti possessores, qui tunc erant absentes; de facto fuissent spoliati eorum naturali possessione, cum ciuilem nunquam perdiderunt: licuit illis possessionem recuperare propria authoritate, *Paul. in cons. 399. col. 3. lib. 1. sequitur Aim. in cons. 5. nu. 11. & in cons. 18. num.* 8. Licet enim possessionem, de qua quis est spoliatus, in continenti illam propria authoritate recipere, *l. 3. §. cū igitur, vbi glo. de vi, & vi armata, & Aim.*
9 *in cons. 154. num: 4.* & intrusus potest spoliari, etiam non vocatus, *Brun. in cons. 19.*
10 *num. 12.* nam quæ de facto fiunt, de facto debent reuocari, *l. 1. vers. hoc edictum, ff. si mul. ventr. nom. Brun. in cons. 19. num. 16. & not. in l. si pacto quo pœnam, C. de pactis,* eo magis quia isti possessores ciuiliter possidebāt,
11 & qui ciuiliter possidet, habet authoritatem contra quemcumq; posse ingredi, & capere possessionem propria authoritate, *per l. clam possidere, §. qui ad nundinas, de acquiren. poss. Bart. in l. 1, C. unde vi. & Gozad. in cons. 95. num. 7.* Inde sequitur, quod postquam possessores isti licito iure incontinenti eorum possessionem recuperanere: Actores iusta ex causa possessionem, seu intrusionem, quā momento tenuerunt, perdiderunt, quibus id circo remedium reintegrandæ nullo pacto
12 potest competere; quoniam ammictenti possessionem iusta ex causa, non competit remediū canonis reintegrandæ, *Imol. & cæteri in c. cum ad sedem, de rest. spoliat. Abb. in c. accedens lo primo, vt lit. nō contest. Alex. in cōs. 6. 3. vol. col. 3. Affl. dec. 392 n. 27. Inno. & Canonistæ cōiter in c. sæpe de rest. spoliato. Loffr.*
13 *d. in cons. 45. n. 6.* Ad hoc enim, vt competat possessorium reintegrandæ, requiritur, quod ex iniuria causa illud intētans, possessionem amiserit; alias si de iusta causa constiterit illū ammisisse possessionem, nō est dubium illud non competere, secundum præfatos Doctores; & est de mente textus *in cap. reintegranda. 3. quæst. 1.* qui in spetie loquitur de cadentibus à possessione sine iusta causa; ergo si ex iusta causa, à contrario sensu, remedium prædictum non competeret: *sequitur Brun. in d. cons. 19. num. 26. & communis est opinio, nemine discrepante, refert Socc. in l. rem,*
14 *quæ nobis num. 8. de acquir. poss.* præterea non potest negari actores, qui sic de facto possessionem acceperunt, in mala fide fuisse; cum iuris ordine non seruato id fecerint, &
15 de non iure ipsorum constet; quo fit malæfidei possessori remedium reintegrandæ non competere. *Alex. in cons. 94. num 9. vol. 5. Innoc. & alij in d. cap sæpe, Socin in l. rem quæ nobis, post num. 7. de acquir poss. & est communis opinio secundum Brun. in cons. 21. num. 2. & in cons. 19 num. 24.* Si enim possessores isti in eorum iuribus fuissent auditi in anno 36. demonstrassent tunc nullum ius competere actoribus, nec in possessorio, nec in petitorio; prout nunc claro, & aperto iure demonstrant, cum constet ab annis sexaginta retro hoc fæudum fuisse possessum per Illustrissimum Marchionem Piscariæ, & de illo in anno 17. obtinuisse confirmationē à Carolo Quinto bonæ memoriæ, & tandem in anno 19. Marchionem dedisse fæudum prædictum Vniuersitati Castri Sanguinis in excambium montaneæ, dicta *la Remogna*, titulo permutationis, & assensu inde expedito, vt colligitur in memoria facti; & Vniuersitas vsque nunc, diuidendo fæudum particularibus, pacifice possedit. Si in anno 36. fuisset intentatū possessorium reintegrandę, & possessores auditi, vltra quod possessionē actores in eorum posse probare non potuissent: tamen & si probassent, fuisset ostensum illa amisisse. ex quo iam clare patet Franciscum Mazzariam patrem actorum fuisse rebellem, vt clare est probatum, & illis similiter fuisset opposita exceptio pscriptionis, ex quo Vniuersitas vtendo possessione Marchionis, longe plus triginta annis possedis-
16 set; cum inter emptorem, & venditorem coniugantur tempora, *§. inter emptorem, inst. de vsucap.* & successor iuuatur possessio-
17 ne authoris, *l. Pomp. de acquir. poss.* Et constat iam triginta annis præscribi remedium *cap. reintegrandæ,* cum sit condictio ex lege, *Abb. in cap. sollicite de restitutione spoliat. & Socc. in l. rem quæ nobis num.* 18. Immo po-
18 tuisset allegari possessorium prædictum non competere contra titulo possidentem, secundum vnam opinionem, *de qua late Socc. in d. l. rem quæ nobis post num. 12. vers. aliquando.* Præterea, & sit finis obstat actoribus notorius defectus iuris, & tituli, ex quo ipsi licet egissent possessorio reintegrandæ, præsentauerunt eorum titulum nullum, & est quædam confirmatio prædicti fæudi in personam Gentilis de Mazzaria in anno 43. per
19 Alfonsum Primum; quæ confirmatio, cum sit in forma communi, nullum ius tribuit, *c. 1. de confirmatione vtili, vel inutili,* & conuenti similiter in proprietate se defenderunt, taliter quod per actores, & per conuē-

tos exhibita sũt iura in possessorio,& vtrũq; est terminandum. Nec est curandum de possessione; sed is debet obtinere, qui fouet meliora iura in petitorio, *cap. 1. vbi glo. & Bald. de rest. spoliat. plene Lanfran. in repet. rub. de causa posses. & prop. 9 fall. & Alex. in §. nihil commune in 14. fall. de acquiren. poss.*

Nec iuuat dicere, quod actores præsentassent illum titulum ad colorandum, seu iustificandum possessionem. Nam tunc productio tituli operatur ad iustificandum possessionem, cum tractatur de possessore agente, vel possessorio retinendæ, in qua vterque
11 contendit possidere, & is vincit in pari causa possessionis, qui probat de dominio, *cap. licet causam de probat.* & quæstio possessorij retinendæ non potest concurrere cum peti-
12 torio, ratione contrarietatis, quia agens petitorio præsupponit reum possidere, & agens possessorio retinendæ, præsupponit se possessorem, sm̃ *Bald. in l ordinary, C. de reiuend.* Sed in possessorio reintegrandę intentato, in quo non possessor agit contra possessorem, nulla cadit iustificatio possessionis, cum illam non habeat, itaque in hoc remedio productio tituli non potest prętẽdi pro coloranda possessione, *ita Brun. qui rogo videatur in cons. 21. num. 8. & 9. Soce. in d. l. rem quæ nobis. post num. 17. vers. similiter*, & ex productione tituli nulli oportet dicere, & possessorium, & petitoriũ debere terminari, *d. cap. 1. de rest. poss. & Brun. in d. cons. 21.* & si petitorium est tractandum, non est dubium actores nullum titulum habere, nisi illam confirmationem in forma communi, quæ nullum ius tribuit, nec ipsi probarunt se esse heredes prędicti Gentilis: conuenti vero habent titulum in anno 19. & possessionem; Fit propterea illos absoluendos esse, imo si essemus in pari causa, potior esset conditio possessoris, *l. siue autem, §. si duobus, de publicia.* Ex quibus concludo actores & in possessorio, & in petitorio fore vt succumbant; conuentos vero absoluendos non dubito, salua semper correctione.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *VIr, & vxor cum simul confitentur aliquam pecuniarum quantitatem ipsis esse solutam, præsumitur tota pecunia versa in vtilitatem viri, nisi aliud appareat.*
2 *Contractu inito cum viro, & vxore, lex præsumit eam quæsito colore interuenire, & vere intercedere.*
3 *Releuium est medietas fructuũ illius anni, quo feudatarius moritur.*
4 *Maritus percipiens fructus feudi ipsi in dotem dati, tenetur soluere releuium, quod est onus fructuum.*
5 *Fructuarius tenetur soluere onus impositũ rei, seu fructibus, vel persona pro rebus, & sic releuium, & num 7.*
6 *Laudemium æquiparatur releuio.*
8 *Maritus constante matrimonio fructus percipit dotis, & eius dominus est; ideoque tenetur ad omnia onera realia, prout fructuarius, & omnes expensas temporales subire, non tamen illas, quæ fiunt ad perpetuam vtilitatem.*
9 *Releuium, & adhoa soluuntur per maritũ habentem commoditatem feudi, quia inter expensas temporales connumerantur.*
10 *Releuium est quædam præstatio extrinseca à feudo, quæ feudo non inest. & per mortem inducta, vt hæres illud soluat.*
11 *Releuium de consuetudine soluitur per hæredem, & non per emptorem.*
12 *Iuramentum fidelitatis, quod præstatur quando petitur inuestitura, est de substantia feudi.*
13 *Releuiũ tunc est præstatio extrinseca à feudo, quando feudum est concessum simpliciter; secus vero quando expresse fuit dictum releuium solui.*
14 *Vassallus feudum recipiendo, videtur se obligare ad omnia onera, etiam ad releuiũ, quod ex consuetudine debetur.*
15 *Concessio semper dicitur facta secundum consuetudinem.*
16 *Onus impositum pro habendo iure fructuum soluit proprietarius, onus vero quod imponitur habito iure fructuum, soluit vsufructuarius.*
17 *Filius successor in feudo, qui non de nouo illud acquirit, sed quæsitum capit; primum consequitur ius percipiendi fructus, quam soluat releuium.*
18 *Legatarius tenetur ad onera rei legatæ, a tempore, quo fructus percipit.*
19 *Donatarius acquirit dominium in bonis donatis ex contractu donationis, licet donans sibi vsumfructum reseruet, idque procedit etiam in bonis feudalibus, domini tamen assensu interueniente.*
20 *Donatarius omnium feudorum, ob fraudem præsumptam; tenetur ad solutionem releuij.*

Pro Diana Carrafa, contra Donatam Carrafa.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Releuij solutio an spectet ad proprietarium, vel ad fructuarium; & an connumeretur inter impensas teporales, vel perpetuas; ipsumq; solui de consuetudine per hæredem, nō per emptorem.

CONSILIVM XVIII.



AM per decretum S.C. fuerat prouisum quod sententia Magnæ Curiæ lata in fauorē Mag. Donatæ Carrafæ exequeretur contra Mag. Dianā Carrafam pro currenti summa ad quam tenebatur, ratione onerum Baroniæ, in qua eius patri successerat. Prætendit nunc Magnifica Donata, die 22. Nouēbris 1547. pro ducatis mille, emisse annuos ducatos nonaginta à Mag. Augustino de Francisco, & Diana Carrafa coniugibus, qui asserunt hanc pecuniam opus esse pro iure Releuij debiti per mortem patris Dianæ; eamque prædicti coniuges fatentur recepisse hoc modo, ducatos 400. qui de ordine Magnifici Augustini fuerunt soluti Michaelis Brisciales, reliquos vero in pecunia numerata. volens ex hoc contractu Magnifica Donata inferre hanc summam ducatorum mille fuisse solutam pro iure Releuij, & sic pro onere fæudi; ad quod Magnificā Dianam proprietariam prætenditur fuisse obligatam, & non virum, cui dicta fæuda fuerunt data in dotem. Sed si recte consideramus, nullo modo potest prætendi hanc pecuniam fuisse solutam pro iure Releuij, quod apparet ex publicis partitis in anno 46. fuisse solutum, anno ante hunc contractum; & si coniuges ambo confessi sunt illam recepisse pro Releuio soluendo, hæc confessio fuit color quidam
1 quæsitus, vt Diana intercederet; cum præsumatur totam pecuniam versam in vtilitatē viri, nisi aliter appareat, *Aym cons. 91. Boer. decis. 23. Afflict. 209.* & si ad virum peruenit, vxor quæ colore quæsito correa fuit, vere intercessit, & proinde Velleiano iuuatur, *l. vir vxori §. fin. iuncta glo. ff. ad velle.* non enim statur confessioni vxoris, pecuniā versam in eius vtilitatem, nisi aliter appareat, *Salic. in auth. si qua mulier num. 6. & 7. C. ad velle.*
2 quia dum loquimur in contractu inito cum viro, & vxore, lex præsumit quæsito colore eam interuenire, & vere intercedere *Bal. in l. per diuersas col. 2. ver. in tex. ibi solutam, C. mand.* idque procedere non solum inter coniuges ipsos, sed etiam respectu creditoris, *voluit Alex. cons. 66. nu. 4. vol. 4.* eoq; magis redditur hæc confessio falsa, cum appareat multo ante Releuium fuisse solutum, & ex hoc tantum actricem non fundata eius intentione succombere video.

Attamen, esto millies; quod appareret (prout non est) hanc pecuniam fuisse solu ā pro Releuio, erit videndum cuius erit hoc onus, mariti, qui fructus ex fæudis percipiebat, an vxoris, quæ fæuda in dotem tradiderat: & pro decisione hoc onus esse mariti; affirmo Releuium deberi ex fructibus fæudi,
3 quia est medietas fructuum illius anni, quo fæudatarius moritur, *Andr. in §. si mulier de Cap. Corra.* & secundum quantitatem fructuum plus, minusue percipitur *ad glo. in*
4 *l. quæro ff. de vsufr. leg.* & si hoc onus fructuum est, maritus fructus percipiens illud agnoscit, *l. neque ff. de impen. in reb. dotal.*
5 *factis.* semper enim quod onus imponitur rei, seu fructibus, seu personæ pro rebus; fructuarius soluit *l. hactenus l. si pendentes §. si quid Cloacarij. ff. de vsufr. & d. l. quæro vbi glo. & Bar. de vsufr. lega. Alber. in d. l. hactenus in princip.* vbi fructuarius non tenetur ad illa onera tantum, quæ debentur ex personali obligatione; sed bene ad onera, quæ debentur ratione rei; imo tenetur etiam ad illa onera, quæ debentur occasione rei *d. §. si quid cloacarij vbi Alber. in specie videatur,* pariterque fructuarius tenetur soluere collectas, quæ imponuntur personæ pro rebus *iux. glo. in l. rescripto § si ff. de mun. & hon. Bar. in d. l. quæro, & Ias. in l. apud Iulianū §. hæres num. 7. de leg. 1. & ibi Paul. Alex.* cæterique concludunt hæredem pro tempore prædicto teneri ad soluendum collectas, sed pro tempore futuro legatarium fructus percipientem. Inde dico onus releuij, vel esse onus impositum fructibus fæudi, vel impositum hæredi; quia tamen occasione fæudi debetur, semper esse ad onus fructuarij, & non
6 proprietarij. videmus etiam laudemium, q; æquiparatur releuio. *And. in §. illud quoque circa med. vers. hæ præstationes de prob. fau. alien.* & soluitur pro assensu directo domino: & nihilominus in casu contrario vsufructuario, & non proprietario soluitur, *Oldr. cons. 24. Gugliel. in cap. Raimutius in ver. catera bona nu. 33. de testa. Cap. decis. 184. num. 5. Paris. de reinteg. fol. 84. & 85. late Tiraq. de retract. consang. §. 36 in fin nu. 109. —— tit. 1. §. 1. num. 37. & Iacob in l. si proprietati*
7 *ff. de iur. dot.* ergo idem in casu nostro dicamus, vsufructuarium releuium soluere, vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito, & ille sentiat onus, qui commodum sentit *iuribus vulgar.* & si in fructuario concludimus ad soluendū rele-

releuium teneri: magis & clarius in marito
8 dicimus, qui ne dum constante matrimonio
fructus percipit, sed interim dominus est, *l. dote ancillam C. de reiuend.* ideoque tenetur
ad omnia onera realia, seu imposita personæ
pro rebus, *Bar. in l. lutium §. idem respondit ff. ad municip.* & omnes expensas tempora-
les, præter illas, quæ fiunt ad perpetuam vti-
litatem, subire tenetur *Alex. in l. diuortio §.*
9 *impendia ff sol. matr.* non enim releuium
numerabitur inter expensas ad perpetuam
vtilitatem, sed inter temporales, sicut inter
temporales ponitur adoha soluenda à viro,
tradit Afflict. in decis. 252. col. 4. post num. 3. ver. nec etiam videtur, & clarum est, quod
maritus habens commoditatem feudi, te-
neatur subire onera feudi, *Bal. in l. sollem-nibus in fin. C. de reiuend.*

Non obstant primo, quod audio ex aduer-
10 so allegari. Releuium esse quandam præsta-
tionem extrinsecam à feudo, quæ feudo non
inest, & per mortem inducta, vt hæres illud
soluat, *Andr. in §. sed & plures num. 11. per quos fi. inuest.* quasi quod hæc præstatio Re-
leuij, *secundum Andr.* sit onus personale
hæredis, ad quod fructuarius non tenetur.
Nam si medullitus consideremus intentionẽ
Andr. aliud sentijs, ibi enim *à num. 7.* de
duobus quærebat, si omnes illi, qui tenentur
petere inuestituram, & iurare fidelitatem, vt
sunt hæredes, & emptores feudorũ, vt supra
firmauerat; teneantur soluere releuium. Se-
cundo si non petunt inuestituram, nec iu-
rant fidelitatem, perdunt feudum. Et *in ver.*
11 *ad primum* concludit releuium tantum sol-
ui per hæredem, & non per emptores, quia
ita se habet consuetudo. Deinde *à num. 16. vers. per hoc videtur patere* soluit secundam
quæstionem, quod tam hæres, quam emptor,
si non petunt inuestituram, nec iurent fide-
litatem, feudo priuãtur. Et quia poterat op-
poni, si releuium soluitur tantum ab hærede,
& non ab emptore; cur tam hæres, quam
emptor si non iurant fidelitatem, perdunt
feudum: idcirco *à num. 11.* huic obiectioni
respondet *Andr.* quod diuersa est ratio inter
releuium, & iuramentum fidelitatis, quia re-
leuium est præstatio extrinseca à feudo pro
morte inducta in hærede, & successore; sed
12 iuramentum fidelitatis, quod præstatur, qñ
petitur inuestitura, est de substantia feudi;
quia feudum à fide dicitur, hęc ibi. volens
Andr. dicere iuramentum fidelitatis esse de
substantia feudi, quod à fide dicitur, ideoq;
quilibet habens feudum, siue hæres, siue em-
ptor, illud præstare tenetur; sed releuium,
quod est quędam præstatio extrinseca, non
esse de substantia feudi, sicut fidelitas; nisi ui-
rum si tantum hæres, & non emptor soluit,
hęc enim fuit vera intentio *Andr.* & non
prout male per aduocatos partis intelligitur
quod ibi voluerit releuium tamquam præsta-
tionem extrinsecam esse onus personale hæ-
redis; quia numquã id somniauit *Andr.* Inde
Marin. dixit de subfeud. car. mihi 189. ver.
13 *secus autem*, tunc releuium esse præstationẽ
extrinsecam à feudo, quando simpliciter fuit
concessum; secus autem quando expresse
fuit dictum releuium solui, quia isto casu,
onus erit intrinsecum. Et ego dico, quod
etiam si simpliciter feudum conceditur, ad
huc illud pro releuio erit obligatum, & sic
esse onus intrinsecum; quia dum feudum da-
tur, contractus quidam oritur vltro, citroq;
obligatorius inter dominum, & feudatariũ.
Andr. in cap. 1. §. similiter num. 24. de cap.
14 *corr.* & vasallus feudum recipiendo, videtur
se obligasse ad soluendum omnia onera,
etiam releuium, quod ex consuetudine de-
betur, quæ concessionem declarat, *l. certi conditio, § quoniam, ff. si cert. petat. & l. si prius, §. recte, ff. de aqu. pluu. arcen.* semper
15 enim secundum consuetudinem concessio
facta dicetur, *l. quod si nolit, §. quod assidue ff. de ædilit. edict. & l qui semisses de vsur. & l. vel vniuersorum, ff. de pignora actio.* quæ
iura ad propositum sæpius allegat Andr. & si
ad soluendum releuium feudatarius videtur
se obligasse; tamquam debitum fiscale, hypo-
thecam parit in feudo, & proinde pro eo
tamquam onere feudi, & pro quo feudu m
est hypothecatum, agitur contra possessorẽ
feudi. Vt fiscales nostri temporis iure meri-
to obseruant.

Similiter non obstat, si allegaretur rele-
nium solui pro renouanda inuestitura, sine
qua non poterit haberi ius percipiendi fru-
16 ctus; & cum aliquod onus imponitur pro
habendo iure fructuum; proprietarius, & non
fructuarius soluit. Secus autem quando ha-
bito iure fructuum onus imponitur, quia
tunc fructuarius obligatur, *Bar. in d. l. quæro de vsufructu legato allegat tex. in l. penult. §. fin. de leg. 3.* vbi legata militia, onera, & eius
introitus, hæres, non legatarius soluit, qui
sunt pro consequendo legatum, *dicit ibi glo.*
Nam si recte aduertimus dictum *Bart.* in
casu, de quo agitur, non procedit. tunc enim
eius decisio haberet locum, quando nullo
modo posset consequi ius percipiẽdi fructus,
nisi soluto onere; & ita procedit *tex. in d. l. penultima, §. fin.* qui loquitur in militia le-
gata, quæ nullo modo potuit haberi nisi præ-
stito prius introitu pro consequenda mili-
17 tia ipsa, *vt aperte glo. ibi declarat*, sed filius
successor in feudo, qui non de nouo illud
acqui-

Digitized by Google

acquirit, sed iam quæsitum capit, *glo. in cap. 1. in fine de feudi cognitione*, primum consequitur ius percipiendi fructus, quam soluat releuium, quod non oportet prius solui antequam feudum habeat. Quinimo si illud postea non soluit, duplicatur. *Andr. in cap. sancimus, quo tempore miles*. Adeo quod onus Releuij non pro habendo, sed iam habito iure fructuũ, debetur, & proinde fructuarius, illud soluet, *prout sentit glo.—— in al. leg. §. 22. num. 159. car. mihi 207. vbi etiam aliam solutionem adducit ad d. l. penultima, §. fin.* quod ideo ibi hæres onera pro introitu militiæ soluit, quia onus est positum respectu legatarij, quia adhuc fructus non percepe-
18 rat: & clarum est legatarium teneri tantum ad onera ex illo tempore, quo fructus percipit, & non ad onera prædicta, quæ hæres soluere tenetur, *l. apud Iulianum, §. hæres, de leg. 1.* Item vltra *glo.* —— considero *tex. in d. l. penult. §. fin* procedere ea ratione, quia testator scienter legando rem oneri subiectam, vt ibidẽ erat legata militia, quæ onus habebat, videtur hæredem voluisse grauare, vt illam luat, *l. si res obligata, de leg. 1.* & liberam ab onere tradat, *l. prædia, C. de fideicommissis*. Idque speciale esse propter voluntatem testatoris, *glo. in §. non solum, instit. de leg.*

Vltimo, & sit finis, hæc enim feuda pro dote Dianæ à patre tradita eius viro, in anno 1532. ad eam peruenerunt non iure successionis, sed iure donationis, in qua licet pater reseruauerit sibi vsusfructum sua vita durãte, tamen præstitus fuit assensus per Cæs. Maiestatem, & non fuit reseruatum releuium in casu mortis, vt Domini Regentes nostri tẽporis obseruant. & si Diana non venit vt hæres, morte patris sequta, sed vt donataria, releuium, quod tantum ab hærede soluitur,
19 præstare non tenetur, postquã ex contractu donationis dominium quæsiuerit, licet pater sibi vsusfructum reseruauerit, *l. quisquis, C. de donat.* quæ non solum procedit in allodijs, sed etiam in feudalibus, cum domini assensus interuenit, *Andr in cap. 1. lo secondo qui fuerit.*
20 *ces. teneatur*, & in specie in donatione retẽto vsufructu, quod donatarius sequta morte, non soluat releuium, plura congerit *Marinus de subfeudis car. mihi 186. num. 17.* Et si forte diceretur omnia feuda patrẽ dedisse pro dote Dianæ, & consequenter ob fraudem præsumptam, *l. omnes, §. lutius, quæ in fraudem creditorum*, donatariam omnium feudorum teneri ad releuium, *Andr. in d. §. sed ad res, per quos fieri inuestitura*. Respondeo dictum *Andr* procedere in refutatione omnium feudorum propter fraudem regulariter præsumptam. at quando adest alia vrgẽs coniectura, quæ illam suspictionis fraudem excludit, tunc cessante ratione fraudis, cessat eius decisio. vt in præsenti occurrit, cum feuda hęc fuerint data in dotem contemplatione matrimonij alias non contrahendi, quo casu cessat fraus propter causam subsistentem, s. matrimonium, *singulariter glo.—— tit. 1. §. 8. glo. 3. num. 17.* Ex his igitur, tum quia non apparet pecuniam fuisse conuersam in solutione releuij, tum etiam quia Diana non percipit fructus, & ad feuda venit ex contractu donationis, eam absq; dubio absoluendam fore concludo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta sub conditione, si sine liberis decesserit institutus, ipso decedente, relicto posthumo, qui natus postea superuixit, substitutio expirauit.*
2 *Probibitio alienationis, vt odiosa, non debet extendi de persona ad personam, & num. 3. & 25. etiam ex tacita, & verisimili mente testatoris num. 28.*
4 *Probibitio alienationis vltra probibitum non extenditur, nisi expresse dicatur.*
5 *Probibitio alienationis facta hæredi scripto demonstrato nomine, tamquam personalis non extenditur ad hæredem hæredis.*
6 *Probibitio alienationis dicitur personalissima, demonstrato pronomine, vt si testator iusserit, ipsos hæredes non alienare, & nu. 7 & 8.*
9 *Probibitio alienationis personalis differt à reali, seu ab ea, quæ est impersonaliter facta, & respicit bona, quia hæc secunda extenditur de persona ad personam.*
10 *Bona restitutioni subiecta alienari non possunt.*
11 *Dictio (interim) denotat intercapedinem medij temporis inter dispositionem, & euẽtum casus substitutionis.*
12 *Probibitio alienationis non expressa causa, vel persona, cuius fauore fit, tamquam præceptum nudum spernitur; & num. 14. & 16.*
13 *Præceptum de non alienando vestitur à causa, dummodò tamen sit causa expressa per modum dispositionis, non autem enuntiatiuè.*
15 *Propositum in mente retentum, nõ operatur fideicommissum.*
17 *Testator videtur firmare id, quod potuit mutare,*

Digitized by Google

mutare, & non mutauit.

18 *Voluntas testatoris potius, quam verba attendenda. Declaratur procedere in dispositis, sed quando nihil disponitur, non sufficit voluisse, nisi de voluntate constet, & n.19.*

20 *Verborum inspecta qualitas optimum mentis, & verè intentionis testimonium.*

21 *Substitutio facta alicui, si sine liberis decesserit, statim expirat; relictis, liberis tempore mortis, licet liberi ipsi sine liberis decedant num. 22.*

23 *Conditio voluntaria suis continetur limitibus, & ab alium casum non porrigitur.*

24 *Dispositio testatoris, vel contrahentis non includit casum contingentem præter ipsius ordinationem, etiam si in eo esset maior ratio disponendi.*

26 *Conditio si sine liberis decesserit, euanescit, relicto filio, aut filia.*

27 *Substitutio vulgaris, licet extendatur de casu ad casum, non procedit tamen cum in casu expresso adijcitur dictio (tunc.)*

Pro Ciminis circa fideicommiss.

ARGVMENTVM.

SVbstitutio, siue fideicommissum factum, si sine liberis decesserit; expirat, instituto decedente, cum filio, aut filia etiam posthumo, & quamuis liberi ipsi sine liberis posteà decedant. Prohibitio alienationis nuda à persona, vel causa, expressa non enunciatiuè, sed dispositiuè; tamquam nudum præceptum spernitur. & vestita à causa, vel persona, non extenditur de persona ad personam, etiam ex tacita, & verisimili mente testatoris; nisi quando prohibitio impersonaliter respicit bona, non personam. & generaliter declaratur; quomodo, & quàdo voluntas potius sit attendenda, quam verba, vel è contra.

CONSILIVM XIX.

NON vereor equidem in hac causa reclamantinnis fore pronunciandum bene fuisse iudicatum per S. C. referente Ill. Domino Orificio, in fauorem illorũ de Cimminis, & proinde fore imponendum silentium: perpetuum, tum ex his, quæ in prima instantia adducta fuere, tum ex alijs: quæ omnia, quàm breuissimè subnectentur, cum tota discussio ad duo capita reducatur.

Primum, si illis de Cacace filijs Stephani reclamantibus, tãquam substitutis Mattheo in donatione ruris ei facta per Guadagnum, ius super rure competat.

Secundum, si ob prohibitionem alienationis ruris factam per Guadagnum Mattheo donatario, sit inductum fideicommissum pro familia Guadagni. Itaquod prædicti de Cacace reclamantes, vt de familia, rus prędictũ alienari prohibitum, possint vendicare.

Circa primum clara est puncti resolutio, & paucis absoluta, quod non competat aliquod ius. Dum enim Guadagnus donauit Mattheo, in ipso contractu substituit proximiores de familia, quandocunque ipse Mattheus sine liberis decessisset: adeoquod prędicti proximiores sunt substituti, & vocati in casu mortis Matthei sine liberis. Cum ergò

1 Mattheus decesserit relicto posthumo, qui postea editus superuixit (dico relicto Stephano) patre reclamantium, vt ipsi fatentur in eorum articulis: substitutio prędicta expirauit, *tex. in terminis in l. ex facto §. pen. ff. ad trebell. Bal. 304. vol. 5. in nouis*, adeoquod isti de familia ex hoc capite substitutionis venire non possunt.

Circa secundum, quod nullum sit inductũ fideicommissum. Considero primo prohibitionem alienationis ruris Mattheo donatario factam fuisse (voluit enim Guadagnus donator, quod decedente Mattheo donatario sine liberis, succederent proximiores de familia, & interim rus non possit alienari, pignorari, &c.) Ista ergo prohibitio alienationis respicit Mattheum, quem nominauerat donando: & propterea vlterius non est extendenda ad Stephanum filium Matthei,

2 nepotis transuersalis donantis. prohibitio enim alienationis, vt odiosa, cum per eam liberum disponendi refrenetur arbitrium, *vt in l. in re, C. mand.* non debet extendi de persona ad personam, *argu. tex. in l. cum quidam, ff. de liber. & posthu.* & ob id tex. *in §. nos autem, in auth. de restitut. fideicomm.*

3 decidit, interdictionem alienationis factam filijs, ad nepotes non extendi, ex quo tex *glo. ibi in verf. alienationem*, notat, prohibitionẽ alienationis, vltra prohibitum non extendi, nisi expresse dicatur. quem vti singularem

4 communiter amplectuntur, *Bart. in l. filius fam. §. diui in 10. q. num. 20. ff. de leg 1. vbi Alex. num. 25. & Rip. nu. 106.* Et eo maximè prędicta prohitio vltra Mattheum non non est extendenda: nam si sensum verborũ pro-

prohibitionis attêdamus,talis est, ac si dixis-
set Guadagnus,(& interim ipse Matthęus nõ
possit alienare, &c.) cum, vt superius dixi,
Matthęo donatur rus, eidem fit prohibitio,
cuius nomen proprium in prohibitione licet
non exprimatur, tamen non solum nomen
proprium Matthęi subintelligi debet, verum
etiam & pronomen (ipse) vt sit sensus ne-
cessarius,& (interim ipse Matthęus non pos-
sit,&c.) taciti enim, & expressi eadem est
virtus, *l. cum quid, ff. si cert. petat.* si igitur
talis debet esse sensus verborum,ex eo liquet
prohibitionem factam fuisse Matthęo demõ-
5 strato pronomine, & nomine proprio, & ob
id ipsam prohibitionem fuisse personalem,&
ad Stephanum eius filium non esse extenden-
dam, pro quo facit decisio *tex. in l. Lucius,
§. 1. vbi Bart. ff. de leg. 3. quem sequitur
Alex. in d. §. diui nu. 26.* quod quando pro-
hibitio fit hęredi scripto nominato proprio
nomine, puta Titium hęredem scriptum
prohibeo alienare,tunc prohibitio ad hęredẽ
6 hęredis non extenditur. Immò dico prędi-
ctam prohibitionem factam Matthęo non
solum personalem, sed personalissimam dici
posse ob pronomen (ipse) tacitè ex necessi-
tate subintelligendum. Accedat ad hoc di-
ctum *Bald. in cons. 304. vol. 1. in nouis. in*
proprijs terminis, quod si testator institutis
7 duobus hęredibus mandauerit ipsos hęredes
non alienare, quod talis prohibitio non cõ-
plectitur aliam personam, quam personam
illorum hęredum institutorum. Ratio quia
8 prohibitio per illã dictionem (ipsi) est per-
sonalissima, & non solum est relatiua ad per-
sonam nominatam, sed ad oculum demon-
stratiua, quod veritatem esse dicit, allegans
*tex. in l. qui liberis, §. hac verba, ff. de vulg.
subst. quod dictum singulare, & mirabile di-
cit Iason in d. §. diui num. 151. sequitur Rip.
ibidem num. 111.*

Pręterea considero etiam valdè interesse,
An prohibitio alienationis sit personalis, an
realis, idest an prohibitio sit facta personę, vel
rei. Quoties enim persona prohibetur alie-
nare, puta quia dicatur, hęredem, vel filium
9 prohibeo alienare, tunc prohibitio vt perso-
nalis vltra personam non extenditur: sed
quando prohibitio impersonaliter respicit
bona, puta quia dicatur, prohibeo bona non
alienari, tunc fit extensio de persona ad per-
sonam. penes quam bona deueniunt, *argum.
tex. in l. peto. §. fratre, ff. de leg. 2. Alex. in d. §.
diui n. 25. Rip. n. 108. vbi Io. de Imol. & alij.*

Sed ad vlteriorem huius primę considera-
tionis veritatem. Intueor Guadagnum,
dum prohibuit Matthęum alienare, nil aliud
voluisse, nisi exprimere id, quod legis disposi-
tione inducebatur, absque hominis prouisio-
ne. substituit enim Guadagnus Matthæo de-
cedenti sine filijs, proximiores de familia.
clarũ inquam est, quod si casus mortis Mat-
thęi sine filijs euenisset, proximiores substi-
tuti ad rus donatum admissi fuissent, & inte-
10 rim Matthęus rus tamquam restitutioni su-
biectum alienare non potuisset, *auth. res quæ,
C. com. de leg.* Quando ergo Guadagnus post
substitutionem subiunxit, (& interim non
possit alienare, &c.) expressit illud idem, quod
lege cautum erat, idest quod pendente euẽ-
tu substitutionis, quia rus restitutioni erat
subiectum, ipsum non alienaret Matthęus.
11 Illa enim dictio (interim) denotat interca-
pedinẽ medij temporis inter dispositionẽ, &
euẽtũ casus substitutionis, *l. libertus, §. in quæ-
stionibus, ff. ad municip. l. si eborus in fin. ff. de
legat. 3. & l. qui ad certum, ff. loc.* ergo eo
deficiente per mortem Matthęi cum filijs,
rus non fuit amplius restitutioni subiectum,
& proinde sublata fuit tam legalis, quam
hominis prohibitio, vnde Stephanus potuit
rus ipsum alienare cessante prohibitione.

Secundo esto millies, quod prohibitio alie-
nationis ad Stephanũ extenderetur, ex alio
dicti de Cacace, vt de familia Guadagni
nullo iure possunt vendicare rus à Stephano
alienatum. nullum enim fideicommissum
est inductum ex illa prohibitione, per quod
illi de familia videantur vocati; nam dum
Guadagnus rus Matthęo donauit, ei decedẽ-
ti sine liberis substituit proximiores de fa-
milia, & interim vetuit Matthęum alienare,
non exprimens causam prohibitionis, veluti
quia volebat rus in familiam remanere, vt
l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. vel per-
sonam nominando, cuius fauore fecerit pro-
12 hibitionem; quoties enim fit prohibitio alie-
nationis, & non exprimitur causa, vel perso-
na, cuius fauore sit facta, ipsa prohibitio tã-
quam pręceptum nudum, nullius est momẽ-
ti, *l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1.* Et adeo ad
vestiendum pręceptum prohibitionis requi-
ritur expressio causę, quod ipsa expressio de-
bet fieri per modum dispositionis, non per
13 modum enunciationis; & ob id si expressio
causę fieret enunciatiuè, adhuc ipsa prohibi-
tio, vt nuda, nulla esset, *tex. in l. pater filium
§. fundum, ff. de legat. 3.* vbi testator vetuit
fundum per filium vendi, & ad fiscum voluit
pertinere, si secus fieret; subiungendo hęc
verba (Ita enim fiet, vt fundus de domo nu-
quam exeat) filius dum vixit, fundum posse-
dit, in morte instituit hęredem extraneum:
dubitabatur an illi de familia per prohibi-
tionem cum causa expressa ipsorum fauore,
fundum consequantur, an verò hęres institu-

tus? deciditur hæredem consequi, ea ratione, quia expressio causæ in prohibitione fuit per modum enunciationis, nõ dispositionis, *ita Rip. in d. §. diui, nu. 120. vbi dicit Doctores in hoc esse concordes*. His igitur perpensis, dato, quod prohibitio facta Matthęo ad Stephanum extendi posset, ipsa tanquam nuda à causa, vel à persona fuit, & est nullius
14 momenti, & ipsa non obstante potuit Stephanus alienare, pro hoc facit tex. in terminis *in l. pater filium, §. Iulius Agrippa. ff. de leg.* 3. vbi fuit instituta filia, & ei prohibita alienatio bonorum, quæ suam filiam neptem primi testatoris instituit hæredem, & ista hæredem extraneum instituit; quærebatur, ibi, an bona prohibita alienari spectarent ad hęredem extraneum, an ad quondam Iuliã, cuius primus testator erat patruus maior vigore prohibitionis alienationis? deciditur ad extraneum hæredem. Ratio ibi redditur, ex quo alienatio non videtur facta contra voluntatem primi disponentis, cum præceptum prohibitionis nudum fuerit: adeo quod ex hoc tex. clare liquet conclusio supra firmata, quod cum præceptum alienationis factum Matthęo fuerit nudum, & ob id nulliũ, dato, quod ipsum ad Stephanum extenderetur; nihilominus ipso non obstante potuit Stephanus alienare, nec contra voluntatem Guadagni potest dici ipsam alienationem factam esse.

Et si diceretur in prohibitione causam fuisse expressam, immo & personam, cum fuerit facta in fauorem proximiorum de domo Cacace, quos Guadagnus Matthęo substituerat, præsertim ob figuratam intentionem Guadagni, per quam pars prætendit Guadagnum fuisse intentionis, rus in familiã suam conseruari. Replicatur proximos de domo Cacace fuisse vocatos in casu mortis Matthęi sine liberis, non autem in casu alienationis, adeo quod nominatio proximiorũ non fuit facta habito respectu ad alienationem, itaquod ex hoc vestiretur præceptum prohibitionis, *per tex. in d. §. diui*, sed habito respectu ad mortem Matthęi: nec prætensa intentio Guadagni, & tempore donationis, & tempore mortis, vt prætenditur probata, operari potuit fideicommissum pro familia,
15 cum fuerit propositum in mentem retentũ, *l. si repetendi, C. de condit. ob caus.* poterat enim Guadagnus suum præceptum alienationis vestire ex causa conseruandi rus in familia, *vt d. l. eum pater, §. libertis, & in l.*
16 *peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. vel ipsum rus prohiberi alienari, vel omnibus successoribus hanc legem imponere, & non fecit, vnde noluisse videtur, *argu. tex. in l. tractabatur, ff. de milit. testa. vbi gl. in verf. nihil noui*, ex quo colligitur, testatorem videri firmare id,
17 quod potuit mutare, & non mutauit. Igitur cum Guadagnus poterat legem suis rebus hoc modo imponere, & nõ imposuit, noluisse videtur, nec prætensa intentio opitulabitur,
18 nam & si potius voluntas, quàm verba sint attendenda, *l. cum virum, C. de fideicom.* vera est regula; quando proceditur aliqua disponendo, tunc in dispositis voluntas prævalet, sed quando nihil disponitur, non sufficit
19 aliquem voluisse, & si de voluntate constet, *l. quidam cum filium, C. de hered. instit.* per quem *Bald.* ibi limitat omnia iura dicentia voluntatem verbis præferri, vt procedant quando voluntas disponendo detegitur, id enim præsumitur aliquem voluisse, quod expressit, & quod quis non loquitur, nec velle præsumitur, *tex. ex quo id not. ibi Bart. in l. vnica, §. fin autem, C. de cadu. toll. & Bald. in l. voluntas, C. de fideicomm.* colligit, quod non creditur hominem velle, nisi illud, quod dicit, *l. liberto, §. pen. ff. de annu. leg. c. ad audientiam, extra de decimis*, nec reperitur ma-
20 ius testimonium mentis, & intentionis, nisi qualitas inspecta verborum; *l. labeo, §. idem tubero, ff. de suppell. leg.* inde dicit tex. *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.* quod vita vox signum cordis est, & *tex. in cap. legimus 93. distin. & l. his qui, §. diuus, ff. de tutor. & curator. dat. ab his*, dicit, loquere, & cognoscam te, ex quo *authoritate Philosophi in 1. libro perihermenias*: Voces sunt signa eorum, quæ sunt in anima passionum notæ, & vt dicit *Diuus Hieron. in prohæmio Biblia, & in Epistola* 84. *col.* 2. lingua loquentis est tuba cordis. Vnde cum nihil verbis expresserit Guadagnus in fauorem suæ familiæ in casu alienationis, ex quibus sua familia rus vendicare potuisset; prętensa intentio nil suffragari potest prædictis de Cacace de familia ipsius. Ex quibus & alijs quæ iudicantium excelsum ingenium suppleat, credo in dubium verti non posse fore pronunciandum in hac causa reclamationis bene fuisse iudicatum, & proinde imponendum esse perpetuum silentium.

Præterea hic casus nullam habet difficultatem, quoniam donans donauit Matthęo ea tãtum lege, quod si moreretur sine filijs, succederent proximiores de familia; qui cum iam decesserit cum filijs, statim talis conditio, seu fideicommissum euanuit, & defecit, per ea, quæ tradit *Paul. in l. ex facto, in §. pen. num. 6. ff. ad treb. & in consi. 97. num. 2. cum seq. Oldradus in cons. 71. cum alijs adductis per Iason. in l. si quis, C. de instit. & substit. col. 2. Decius cons. 38. & 287. & 377. & 413.*

Digitized by Google

21 & 411. vbi tradunt, quod substitutio facta
alicui si sine liberis, seu filijs decedat, deficit
stantibus liberis tempore mortis, allegant
tex. in terminis *in l. cum vxori, C. quando*
dies leg. ced. & in l. haeredibus. ff. ad Trebell.
22 in tantum, quod etiam si liberi decedant si-
ne liberis, substitutus non admittitur, *vt tra-*
dunt praedicti, & Alex. cons. 31. nu. 1. vol. 3.
& ratio manifesta est, quia dictis liberis nul-
lum fideicommissum fuit factum, cum ergo
donans tantum vocat proximiores in casum
mortis Matthaei sine liberis, qui decessit reli-
cto Stephano; filij nunc dicti Stephani ex di-
cta substitutione nihil praetendere possunt,
cum dicta substitutio, seu fideicommissum
fuit extinctum, & filijs dicti Matthaei nulla
23 fuit facta substitutio, & ideo cũ talis cõditio
fuerit voluntaria, tantùm in terminis suis re-
stringitur, & ad alium casum non porrigitur,
per ea quae tradit *Bar. in l. gallus, §. & quid*
24 *si tantum, ff. de liber. & posthu.* in tantum,
quod casus contingens praeter ordinationem
testatoris, seu contrahentis, non includitur
sub dispositione, etiam si in eo esset maior
ratio disponendi, *vt tradit Cyn. in l. quod*
fauore, C. de leg. Anchar. cons. 357. num. 3.
cum alijs adductis per Alex. cons. 1. lib. 1. vers.
25 *ex quibus num. 14.* vbi tradit, quod si testa-
tor prohibet filium alienare, non censetur
prohibuisse nepotem, vt in terminis de qui-
bus agimus, allegat *Bart. & alios in l. filius*
fam. in § diui, ff. de leg. 1. & glo. fin. in auth.
26 *de rest. fideicomm. in §. nos igitur.* Nec di-
citur decedere sine liberis, qui relicto filio,
aut filia decedit, *l. non est sine liberis, ff. de*
verbo signific. l. pater seuerinam, §. ita fidei-
commisso, ff. de condit. & demonstr. consuluit
Crau. cons. 208. in princip. cum alleg. ibi per
eum.

Accedat his, quod licet in vulgari substi-
tutione expressio vnius casus ad alium casũ
porrigatur, *l. cum proponas, C. de hared. in-*
27 *stit.* tamen hoc fallit, quando in casu expresso
apponitur dictio (tunc) *Anchar. cons. 357. ex*
serie testamenti col. 3. Dec. 314. col. 2. num. 4.
Rom. 131. & 138. prout in casu nostro, vt
28 ex lectura donationis. Nec extensio de
persona ad personam fit ex tacita, & verisi-
mili mente testatoris, *Aret. in l. Gallus, §. &*
quid si tantum, col. 3. vers. 2. adde. ff. de lib.
& posthum. per tex. in l. si quis ita, §. penult.
ff. de testam. tute. Dec. praalleg. cons. nu. 5.
Ex quibus omnibus clare constat de non iure
reclamantium; & proinde esse imponendum
perpetuum silentium in causa ipsa.

Camillus de Medicis.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio Regni excludens dotatas a fratris successione, procedit dummodo sit dotata de bonis eius, de cuius agitur successione.*
2 *Renunciatio facta cuicunque successioni cum iuramento quid operetur?*
3 *Renunciatio facta patri pro se, & haeredibus quando personalis, vel realis dicatur.*
4 *Faemina semel exclusa per masculum perpetuò exclusa censetur.*
5 *Haeredis appellatione, tam masculi, quam faemina continentur.*
6 *Mulier renuncians patri pro se, & haeredibus; illis mortuis, absque filijs, soror in capillo erit haeres, exclusa sorore renunciante.*
7 *Dictio (quibuscunq;) includit etiam extraneos haeredes.*
8 *Haeredis appellatione in faeudalibus pro masculis tantum intelligitur, secus de iure Regni num. 9.*
10 *Refutatario mortuo sine masculis, quando refutans admittatur.*
11 *Renunciatio haereditatis futura habet tacitã conditionem, si deferatur, & cum defertur tunc operatur, num. 12.*
13 *Faeuda quando in generali dispositione comprehenduntur.*
14 *Faeuda includuntur in dispositione vniuersali, de omnibus, seu quibuscumq; bonis.*
15 *Faeuda includuntur in dictionibus vniuersalibus geminatis.*
16 *Faeuda veniunt in renunciatione quibuscumq; successionibus, & haereditatibus.*
17 *Faeuda haereditaria veniunt in renunciatione haereditatis, secus ex pacto, & prouidentia.*
18 *Renunciatio futurae successionis est repudiatio.*
19 *Renunciatio iuris quaesiti donationem importat, quaerendi verò repudiationem.*
20 *Repudians, nec contrahit, nec distrahit.*
21 *Iuri de futuro per pactum, non autem per renunciationem simplicem, renunciari potest.*
22 *Assensus lite pendente expeditus, quando valeat, & 23. quod sit.*
24 *Assensus expeditus post conclusum in causa valet, sicq; decisum per S. C.*
25 *Constitutio correctoria iuris communis propriè est intelligenda.*
26 *Reuocatio tacita dicitur actus improprius.*
27 *Delegante mortuo non censetur facta reuocatio, si delegauerit quousq; reuocauerit.*
28 *Reuocatio expressè est facienda.*

29 Re-

29 *Reuocatio hodie ex practica fit coram Notario.*
30 *Voluntas requiritur in quocunq; actu etiã tacito.*
31 *Reuocare, quid sit?*
32 *Priuatio præsupponit habitum.*
33 *Tacens factum propter quod potuisset reuocare, noluisse videtur.*
34 *Textus in l. si maritus, la seconda, C. de donat. inter virum, & vxorem declaratur.*
35 *Reuocatio non fit ex verbis dubijs.*
36 *Maritus in testamento dicens nil de dote recepisse, quam prius in instrumento confessus erat recepisse; num censeatur reuocata illa confessio.*

Pro Liuia Soriana.

ARGVMENTVM.

Constitutio Regni vt de successionibus quomodo procedat? Renũciatio generalis cum iuramento, quid operetur: & si facta sit patri, pro se, & hæredibus quando personalis, vel realis dicatur; & nunquid sub huiusmodi generali renunciatione, fæuda compræhendantur; & vtrum hoc casu assensus sit necessarius, & post litem impetratus validus iudicetur.

CONSILIVM XX.



DOMINVS Ioannes Baptista Sorianus Baro Calimeræ, & S. Caluiri cum haberet quamplures masculos, & feminas in anno 1548. Magnificam Lauram inter filias primogenitam nuptui tradidit Magn. Carolo Baroni cum condecenti dote, ob quam renunciauit patri pro se, & hæredibus quibuscunque, successioni paternæ, maternę, fraternæ, & aliter vndecunque deuoluendis ab intestato, & ex testamento, vt ex renunciatione legitur; illa enim habet assensum licet expeditum post primum libellum oblatum, & intimatum, sed ante litem contestatam.

Decessit postea Ioannes Baptista relictis hæredibus eius filijs, videlicet. Iulio Cæsare in fæudalibus, & Fabio in allodialibus, cum substitutione reciproca, quod vnus alteri succederet.

Demum moriens Iulius Cæsar, instituit hæredem Fabium, ob cuius obitum lites ceperunt initium. Etenim præfata Laura vti soror primogenita fratris vltimi morientis, petijt de dictis fæudis inuestiri, asserens Fabium fratrem, vti clericum beneficiatum in successione fæudorum inhabilem. At Liuia soror in capillo, quæ possessionem fæudorum accepit, ipsam esse inuestiendam asseuerauit, exclusa penitus Laura sorore primogenita, ob eius renuntiationem cuicunque successioni etiam fraternæ, de qua nunc agitur. Fabius autem, & si inhabilis esset, quia beneficiatus, æstimationem petijt, in qua lite concordes sunt frater, & soror in capillo, ad exclusionem sororis primogenitæ, quæ renuntiauit. Ego autem qui partes sororis in capillo defendo, quia circa æstimationem petitam per fratrem, alij domini collegæ onus assumpserunt; vt distinctè cognoscatur, quam clare ius foueat, Hæc principaliter erunt discutienda.

Primum, an Laura primogenita sit exclusa, quia dotata à patre, vel quia renunciauit?

Secundum, an ista renunciatio sit personalis, contemplatione masculorum, ex quorũ defectu extincta dicatur?

Tertium, an comprahendat fæuda, de quibus in ea non sit specifica mentio?

Vltimum si fæuda compræhendat, assensum requirat, & si assensus impetratus post litem validus sit?

Ad primum, quod sola dotatio patris nõ excludat Lauram à successione fratris, non
1 est multum insistẽdum, si quidem *lex Regni, vt de successionibus, in vers. coniugata* excludens coniugatas, & dotatas à fratrum successione, fuit interpretata procedere, dũmodo soror fuerit dotata de bonis eius, de cuius successione agitur, in viuentibus iure francorum, *quicquid aliter glo. ibi senserit*, quia illa procedit in viuentibus iure Longobardorum *secundum Andr. ibi, & in cap. 1. post primam add. nu. 16. de nat. succ. feu. ibi Afflict. num. 57. & Loffred. latè vltima col.* asserens de hoc fuisse tactam *pragmaticam incip. sanè, quæ filingeria nuncupatur.*

2 Quod enim Lauram excludit, est renuntiatio per eam facta cuicunque successioni etiam fraternæ, quæ cum fuerit etiam in vim pacti de non petendo, & de non succedendo, iure iurando vallata, voluit se ab agnatorum numero excludere etiam si superuiueret *l. 1. §. quibus ff. de success. edict. Napodanus in cons. si quis emit, de iure congr. in vers. emit col. fin. Menoch. cons. 22. nu. 5.* Immo cum fuerit mediante aquiliana stipulatione, & per acceptilationem omnis spes succedendi sublata, non posset etiam ex noua causa re-

niui-

nimiscere *Rom. conf.* 22. *Afflict. sequitur in cap. Titius cum sempronio, post num.* 3. *si de feud. fuer. controuersia*, mulier enim sic renuntians pro mortua reputatur, vt nihil amplius consequi possit, *Paul. in l. planè §. si duobus de leg.* 1. *Capicius decis.* 158. *nu.* 4. *Minad. in consil. in aliquibus* 8. *not. nu.* 42. quamobrem renuntiatio Lauræ, & non dotatio patris, erit illa, quæ ipsam à successione fratris pænitus excludet.

Ad secundum dico, renuntiationem hanc factam patri pro se, & hæredibus quibuscunque non esse personalem, itaquod mortuis patre, & demum filijs sine filijs; extincta dicatur (vt ex aduerso figuratur;) Nam distinguendo, veritas semper apparet, quãdo enim
3
mulier renuntiat patri, & eo tempore masculi existunt, si illi præmoriuntur patri, tunc renuntiatio erit extincta, quia censetur facta contemplatione masculorum *Bal. in l. pactum, quod dotali* 4. *q. C. de collat. ibi, Paul. cæterique & latè Couar. in c. quamuis* 3. *par. §.* 3. *num.* 4. sed quando pater præmoritur, & demum masculi licet ipsi sine filijs decedant, mulier renuntians adhuc erit exclusa *Dec. conf.* 31. *post nu.* 5. *Marant. disput.* 10. *nu.* 4. *Moder. in addit. ad consuetud.* 1. *in verf. ipsi successores, referunt sic alias fuisse*
4 *decisum*, fæmina enim semel exclusa per masculum, erit perpetuo exclusa, non obstante, quod masculus deinceps moriatur *Bal. in c.* 1. *in verf. secundo not. Episcop. vel Abb. Tiraq. cessan. causa, limit* 12. In præsenti dum Laura renuntiauit patri aderant masculi, verum illi non sunt præmortui patri, sed pater est præmortuus, eique Iulius Cæsar filius hæres extitit, ob cuius obitum soror renuntians; sicut fuit exclusa per masculum tunc viuentem, sic ab eius successione nunc per sororẽ in capillo erit exclusa.

Amplius ista mulier renuntiauit patri pro se, & hæredibus, ergo in beneficium tam masculorum, quam fæminarum hæredum, si exi-
5 stunt. quia hæredis appellatio comprehendit tam masculos, quam fæminas, *l. hæredis appellatione, ff. de verb. signific. & in l. ex pacto, §. fin. ad Trebell.* ibi hæredum appellatione veniunt liberi, quorum nomine veniũt omnes descendentes vtriusq; sexus, *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. cum alleg. per Dec. conf.* 223. *num.* 6. inde fit, si tempore, quo filia renuntiat patri pro se, & hæredibus adsunt masculi, & aliæ fæminæ, quod si masculi præmoriuntur patri, & pater moritur relictis alijs fæminis, quod filia renuntians adhuc erit exclusa, *Corn. in specie conf.* 291. *col.* 2. *vol.* 4. *Angel. conf.* 52. *refert. & sequitur Paris conf.* 26. *num.* 27. *cum seq. lib.* 3. & ratio potissima est, quia recipiens renuntiationem pro se, & hæredibus, stipulatur ad commoditatem omnium, qui futuri sunt hæredes; ita quod portio illa renũciata, augeat totam hæreditatem, & omnibus hæredibus
6 accrescat, *Socc. conf.* 34. *num.* 6. *vol.* 4. Et de muliere renuntiante patri, vel fratri, pro se, & hæredibus, quod illis mortuis, absque filijs soror in capillos erit hæres, & excludet sororem renunciantem, *Afflict. decis.* 161. 2. *dub. Paris. conf.* 26. *num.* 38. *Couar. in alleg. cap. quamuis,* 3. *p. §.* 3. *post num.* 4. *verf.* 8. Quinimmo, & plus, quia renunciatio hæc est facta non solum pro hæredibus, sed pro hæredibus quibuscunq; illa censetur facta ad beneficium cuiuscunque hæredis, etiam extra-
7 nei, quia id operatur illa dictio vniuersalis (quibuscunque) *Bald. in cap. imperialem in principio num.* 19. *& ibi latè Camer. car.* 29. *litera R, ita singulariter sentit Aret. in l. qui Roma, §. duo fratres, col. fin. ff. de verbor. oblig.*

Nec dicatur renunciationem hanc factam patri pro se, & hæredibus, respectu feudaliũ,
8 intelli gi pro masculis tantum, quia verbum (hæres) de masculo intelligitur, *§. & si clientulus, de alien. feud.* Adeoquod mortuo refutatario sine masculis, refutans admittatur, *cap.* 1. *de eo qui si. fec. agnat. & in cap. Titius cum Sempronio, si de feud. fuerit controuers.* Nam verum est de iure communi fæudorum, verbum (hæres) de masculo tantum intelligi. & non de fæmina, quia illo iure fæminæ erant in successione fæudorum exclusæ, *c.* 1. *de benefic. famin. cum similibus*, sed per *legẽ Regni in aliquibus*, fæminæ sunt habilitatæ in defectum masculorum; non mirum si sub verbo (hæredibus) hodie tam masculi, quam fæminæ comprehenduntur. Sicut dicimus, frater in fæudo nouo recepto per fratrẽ pro se, & hæredibus, de iure communi fæudorum
9 non succedebat; & tamen de iure Regni hodie bene admittitur *Afflict. decis.* 293. in tantum, quod verbum hæres, secundum ius fæudorum, includebat filium masculum tantum, sed iuxta legem Regni, quæ est ius commune in Regno. *Andr. in cap.* 1. *de eo, qui sibi, & hæredibus suis*, includit etiam filias fæminas, & fratres; cumq; mulier ista renuntiauerit patri pro se, & hæredibus; mortuus est pater, mortuus est demum masculus, remansit soror in capillo; illa erit hæres, quia vocata in successione fæudorum per legem Regni, & sororem renuntiantem, etiam successioni fraternæ pænitus excludet.

Sed quorsum hæc discussio? vnico tantum
10 verbo poterat dari responsum, *tex. in d. cap.* 1. *de eo, qui si. fe. agnat. cum similibus*, procedit

cedit quando simpliciter fit refutatio fœudi quæsiti, vel delati alicui pro se,& hæredibus, tunc enim mortuo refutatario sine masculis, refutans illi succedit: sed cum mulier renunciat patri pro se, & hæredibus, termini sunt differentes; quia renunciat omni successioni futuræ, & in specie successioni fraternæ: quo casu, quia sumus in quærendis, non vult acquirere. Et cum frater moritur, tunc renunciatio operatur effectum non acquisitionis,
11 siquidem renuntiatio hæreditatis futuræ cōtinet in se tacitam conditionem, si illa hæreditas deferatur, *Imol. in l. qui superstitis* 2.
12 *col. ff. de acqu. hared.* Et cum defertur, tunc operatur, *Socc.cons.* 183.*col.*2. & si tunc operatur cum frater est mortuus, soror renūtiās per sororem in capillo erit absque dubio exclusa. Finge tunc tempore mortis fratris, sororem primogenitam renūtiare successioni fratris, & de eius feudo nolle inuestiri,sed consentisse inuestiri sororem in capillo; non ne erit exclusa? certè sic, *§. præterea, quib. mod feud amitt* ergo eodem modo per hanc renunciationem, quæ hunc effectum producit, quia ad tempus mortis fratris trahitur; & succedente casu, prout successit, tunc renunciatio operatur, cuius vigore, absq; dubio erit exclusa.

Ad tertium satis nota est regula in genera-
13 li dispositione bonorum, fæuda non comprehendi, *c. in generali, si de feud fuer. controuersia*, & traditur ibi per scribentes ratio, quia illo iure alienans fæudum sine assensu, illud amittebat. Ideoq; dum quis generaliter de bonis suis disponebat, vt caueretur pœna caducitatis, sub illa generali loquutione fæuda non comprehendebantur, *Aymon cons.* 226. *num.* 6. ex quo infert, quod quando dispositio fæudi habet assensum, vel in suis casibus possit fieri sine assensu, quia cessat ratio caducitatis, fæudum etiam in generali loquutione includitur, *allegat Bal. in d. cap. In generali* 1.*col.ver. quædam sunt, Curt.iun. cons.* 26. *sub num.* 8. *Capictus in sua inuestitura in ver. fæuda bonorum appellatione car.* 90. *& Marin.de subfeud. fol. mihi* 127. *nu.* 7. In præsenti renunciatio hujus mulieris, vel potuit fieri sine assensu, vel si indiget, illum habet; nimirum si fæuda, de quibus nulla fit mentio, sub generali loquutione comprehendet.

Item sub generali dispositione bonorum,
14 fæuda non includuntur; fallit tamen quando dispositio fieret cum signo vniuersali, de omnibus, seu quibuscunque bonis, quia tunc plura continet dispositio vniuersalis, quam generalis, ex quo includit ea, quæ alias non includerentur, *Bar. in l. generali §. vxors ff. de vsufruct. leg. Dec. cons.* 599.*nu.*2. Et quod fæuda includat, *Dec. cons.* 389. *col. fin post num.* 11. *Cart. iun. cons.* 26. *nu.* 8. *Aymalleg. cons.* 226. *num.* 5. *cum seq & Afflict. in*
15 *d. cap. in generali num.* 21. Eoq; magis prędicta procedunt, quando dictiones vniuersales sunt geminatæ, vt legitur in hac renunciatione, in qua renunciatur omnibus, & quibuscunque bonis, quia tunc sine scrupulo, feudalia includuntur, *Corn.cons.* 321. *circa fin. vol.* 4. *Ruyn. consil.* 25. *nu.* 5. *& 6. vol.* 1. & in specie in renunciationibus bonorum, quę à mulieribus fiunt, bona feudalia includantur, *Speculator quem omnes allegant de locat. §. nunc aliqua vers.* 156. *in fin. Iason. in prælud. feud. num.* 45. *Dec. cons.* 389. *in fine, & Afflict. in d. cap. in generali nu.* 21.

Rursus in hac renunciatione renunciatur quibuscunq; successionibus,& hereditatibus;
16 ergo feuda hereditaria, quę in petitione hereditatis veniunt, comprehenduntur, *l. item videndum, §. nunc videamus, ibi glo. ff. de petit. hæredit. Andr. in c.* 1. *in princ. an agnat. & alibi sæpe Bar. in l. iurisiurandi, §. si liberi num.* 4. *de oper. lib. Ias. in l. si non sortem, §. libatus num.* 33. *ff. de cond.indeb Bal. in cons.* 437. *num.* 3. *vol.* 1. *Alex. cons.* 19. *num.* 8. *vol.* 5. *Afflict. in d. cap in generali num.* 21. *Et nouissime Marinus de subfeud. lib.* 3. *diff.* 8. Semper enim, quod fit dispositio de hereditate, feudum hereditarium, quod est de hereditate comprehenditur.

Et quamuis aliqui Doctores tenuerint in renunciatione hereditatis, feuda non includi, vt fuit *Bald. in cap.* 1. *num.* 4. *an agnat. Aluarot. in cap.* 1. *de eo, qui si. fec. agna. Bar. post Dynum in d. §. nunc videamus cum*
17 *alijs*. Aduertatur, quia loquuntur, & intelliguntur de feudo ex pacto, & prouidentia, non hereditario; quod multum differt ab hereditario. Etenim feudum ex pacto non habetur iure hereditario, sed ex prouidentia concedentis, & ab hereditate morientis separatur: non mirum si sub eius dispositione non includitur.quod secus est in feudo hæreditario, ita declarat *Alex. in cons.* 19. *num.* 5. *cum seq. & num.* 17. *vol.* 5. *Dec. cons.* 395. *post num.* 9. *vers. non obstat, Aymon cons.* 226. *ante num.* 5. *Marin. in alleg. differ.* 8. *& Bar. met hoc modo distinguit in d. l. iurisiurandi, §. si liberi num.* 4. *de oper. liber.* faciendo differentiam, si renunciata hereditate, feuda includantur. vel feudum est receptum pro se, & liberis, quod est ex pacto; & non includitur. vel sit receptum pro se, & heredibus, quod est hereditarium, & erit inclusum. Adeoquod quando in *d. §. nunc videamus* voluit feudū non includi sub renunciatione hereditatis, intelle-

intellexit de feudo ex pacto, quia sic verba
ipsius indicant, dum dicit, quia non iure hę-
reditario feudum habetur, cuius natura est
fæudum ex pacto (vt supra) & non hære-
ditarium. Cumque nunc de fæudis hære-
ditarijs agatur, illa sub renunciatione hæ-
reditatis comprehendi, non erit dubitan-
dum.
Ad vltimum si renunciatio ista indigeat
assensu, alias hæc difficultas fuit multum di-
scussa; in qua volentes defendere opinionem
18 assensum non esse necessarium, dicunt renũ-
ciationem successioni futuræ, quia tractatur
de iure non quæsito,[a] sed crẽdo esse repudia-
tionem, vti abdicantem potestatem quæren-
di *Bar. in l. is potest num. 13. ff. de acquiren.*
hæred. Paul. in l. si actione, C. de pact. immo
ex ea resistentia quærendi inducitur; quia
principio acquisitionis obuiat, *Corn. cons.*
206. nu. 17. vol. 3. alleg. Bald. in l. illud nu.
6. C. de sacrosanct. eccles. Etenim taliter re-
nuntians, se de medio tollere censetur, *Bal.*
in cap. 1. in vers. quia refutans, & ibi Aluar.
19 *col. 2. de eo, qui si. fec. agnat.* optimè *Rip.*
distinguens renunciationem iuris quæsiti,
importare donationem, sed iuris quærendi
repudiationem in *l. si vnquam, 11. quæst. nu.*
20. C. de reuoc. donat. idq; procedit, etiam
si renunciatio fieret per pactum de non pe-
tendo, cum verbis (cedit, & transfert) *Corn.*
cons. 106. num. 17. vol. 3. Crot. cons. 78 nu. 41.
nam dicta verba singula singulis referendo,
intelliguntur videlicet, vt respectu quæsito-
rum sit cessio, & respectu quærendorum re-
nunciatio, seu repudiatio, *singulariter Cor-*
20 *neus cons. 147. num. 2. vol. 1.* Inde inferunt,
quod qui repudiat, non contrahit, nec distra-
hit, *Bald. in l. si maior in fin. C. de dol.* sed
quia tantum se è medio auocat, hunc actum
repudiationis non egere assensu, *Marin. de*
subfeud. lib. 2. fol. 166. in noua impress. 24.
limit. num. 74.
Si verò tenemus tales renunciationes in-
digere assensu, quia non possunt fieri, vt va-
leant respectu futurorum, nisi per pactum,
21 cum iuri de futuro per simplicem renuncia-
tionem non possit renunciari, sed per pactũ,
sic not. in l. 1. C. de pact. & cum fiant per pa-
ctum, assensu indigeant; & in tuto res est,
post quam hæc renunciatio iam habet assen-
sum.
Et si diceretur, fuit expeditus lite penden-
22 te, ergo non valet, *tot tit. vt lit. pend.* Respon-
detur, id non esse verum, quia cum tractatur
an priuilegium lite pendente valeat, si illud
concedens iure suo vtitur, potest hoc face-
re, & valet, *Innoc. in cap. fin. ibi Abb. nu. 9.*
23 *vt lite pend.* & in indiuiduo, quod assensus
expeditus post litem valeat *Ioannis de Ami-*
24 *cis in cons. 151.* & alias Sacrum Consilium
assensum expeditum post conclusum in cau-
sa, validum iudicauit, *Capicius in inuestitu-*
ra in vers. feudorum exequutiones, & in
decis. 51. num. 11.
Nec obstat si dicatur saltim per hanc li-
belli oblationem tacitè Lauram reuocasse
hanc renunciationem, *argum. l. si maritus*
la seconda, C. de donat. inter virum, & vxo-
rem, itaquod assensus expeditus post reuoca-
tionem non prosit; nam verum est expressim
& in scriptis reuocationem non esse factam
vt requiritur; nec etiam ex hoc actu tacitè
esse factam apparebit. Quod autem reuo-
catio expressim fieri debeat, considero *con-*
stitutionem diuæ memoriæ, concedentem fa-
cultatem reuocandi iure proprio, in hoc esse
25 correctoriam iuris communis. Et proinde
propriè esse intelligendam, *l. 3. §. hæc verba*
cum similibus ff. de negot. gest. Et sic de pro-
pria reuocatione, non de impropria. Etenim
26 reuocatio tacita, sicut quilibet actus taci-
tus, non dicitur propriè actus, sed impropriè
l. cum quid, ibi Dec. 3. not. si cert. pet. ex quo
infert si statutum requirit aliquem actum, &
ille tacitè fieret, statuto non esse adimpletũ.
27 Pariter si quis alteri delegauerit causam
quousque reuocauerit; delegante mortuo,
non censeri factam reuocationem, quasi eius
voluntate per mortẽ cessante; quia hic actus
est tacitus, qui in propriam reuocationis si-
gnificationem non cadit, *cap. si delegatus de*
offic. delegat. in 6. Bar. & Alex. in l. centesi-
mis §. si ita num. 21. de verb. oblig. & in spe-
28 cie, quod reuocatio expresse fieri debeat,
tradit glo. in d. constit. constit. diuæ memor.
in ver. iure proprio. Quinimmo *Andr. in §.*
post reuocationem de vassall qui contra consti-
tutionem Lotharij, quando loquitur de reuo-
catione, quæ fit in iuditio inter Dominum, &
alienantem, vt is dicatur prȩuenisse reuocã-
do, qui prius litem contestatus est; videtur
sentire, quod reuocatio in scriptis fieri de-
29 beat. Qui actus cum de iure fieri deberet
coram iudice, practica inoleuit fieri coram
iudice cartulario, & sic voluntariæ iurisdi-
ctionis, *ita Paris omnino videndus de rein-*
tegr. fol. 27. à t. incip. & iuxta præmissa n. 10.
Ex his ergo fit, quod postquã in præsenti non
adest reuocatio renunciationis expressim, &
in scriptis; rectè assensus super dicta renun-
ciatione expediri potuit.
Amplius si tacitè reuocatio sufficeret, ad-
huc per solam libelli oblationem non esse
inductam in casu, de quo agitur, affirmo; quo-
niam ad esse cuiuscunque actus etiam taciti,
voluntas requiritur, *probat tex. in l. qui ad*

a hac quę... ne vide... cons. de An... cons. 22... totum.

certum ff. locat. vbi tacitè reconductio non fit ab eo, qui caret sensu ob defectum voluntatis. In præsenti magnifica Laura in eius libello petendo feuda ad se spectare, nihil de renunciatione loquitur; sed demum examinata, vt principalis omninò negat renunciasse fæudalibus, ergo simpliciter petendo fæuda, non reuocauit renunciationem; sed tantum ad se spectare expressit eo respectu, iuxta eius confessionem, quia illis non renú-
31 ciauit; reuocare etenim est ponere contrariam voluntatem primæ *Bar. in l. more maiorum num. 12. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. eius nu. 7. ff. de reg. iur.* At Laura non solum non expressit contrariam voluntatem primæ; Sed etiam primam voluntatem negauit, dicens fæudalibus non renuntiasse, quo fit si primum voluntatis habitum non fatetur, neque illius reuocatio considerari
32 poterit, cum priuatio præsupponat habitum *l. decem, ff. de verb. oblig.* & eius est priuatio, cuius est affirmatio, *glo. in l. nolle. ff. de acqu.*
33 *hæred.* immò taceos futurum propter quod potuisset reuocare, videtur noluisse *l. finem fin. & ibi Bal. in summario C. de donat.* quanto magis, qui negat factum, apparet noluisse reuocare; cum negatiua plus negando excludat, quam affirmatiua includat, *glo. in cap. cum dilectus, in vers. suspensis de consuet.*

34 Nec refragatur *l. si maritus la secunda C. de donat. inter virum, & vxorem*, quia ibi ex venditione, & obligatione rei donatæ vxori, apparet voluntas penitus contraria primæ, reuocandi donationem; nec alia causa voluntatis secundæ, ex qua dominium in alium transfertur animaduerti potest, quã reuocatio. Cumq; mulier ista habitum primum negauerit; scilicet renuntiasse fæudalibus, ita vt dari priuatio non possit; clarissimè sequitur, nullo modo animum habuisse reuocandi renunciationem.

Deniquè non potest negari, quin saltim verba libelli huius mulieris esse ambigua, quia possunt alium sensum habere, quam præcisè reuocandi, videlicet spectare ad se feuda, quia illis non renunciauit; & cum verba sunt dubia, reuocatio non inducitur, nisi expressè fiat, allego in terminis decisionem *Alber. Papien. in l. 1. C. de dot. cau. non numer. quam refert, & sequitur Io. And. in add. ad Speculat. in rubrica de donat. inter virum, & vxorem 1. col. vers. & est secundũ,*
36 *ad secundam partem rubricæ*, ponitur ibi quæstio de viro, qui in instrumento confessus est recepisse dotem ab vxore, deinde moriẽs in testamento dixit, nihil de dote recepisse, an per hæc verba sit reuocata illa confessio & deciditur, quod si confessio dotis est facta constante matrimonio, quia donationem inducit, quę non valet inter coniuges, sed morte confirmatur, quod illa declaratio viri in testamento, non reuocet donationem iam factam, nisi expresse fiat reuocatio: quia dicẽdo nihil de dote recepisse, & nihil aliud, verba sunt ambigua, & alium sensum, quam reuocationis possunt importare, poterat enim in hoc allegare actum meritorium, & alia his similia.

Quarè discussis, & eneruatis funditus difficultatibus propositis, sororem in capillo de feudis esse inuestiendam, exclusa Laura ob suam renunciationem, sole clarius liquet, ita vt nec in ista, nec in similibus causis, de hoc amplius erit dubitandum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 RENunciatio cum clausulis generalibus, fæudum comprahendit.
2 Grauatus restituere hæreditatem, fæudum hæreditarium restituere compellitur.
3 Fæudum hæreditarium appellatione hæreditatis venit.
4 Bonorum simpliciter facta renunciatio cum assensu, continent fæudum.
5 Loffredus sentiens sub renunciatione hæreditatis non comprahendi fæudum, ex mente Bartoli deceptus in terminis.
6 Fæudum tunc non comprahenditur appellatione bonorum, quando diuersam naturam habet ab allodialibus.
7 Nolle bona petere, & illis nolle succedere, paria sunt.
8 Pater alienam sobolem suæ posteritati præponere non præsumitur.
9 Effectus iam consumatus non estinguitur, causa cessante.
10 Exclusus a bonis paternis non prohibetur bona paterna petere.
11 Aymonis, & Baldi consulentium filiam renunciantem superstite masculo, cum sorore in capillo admitti, opinio refellitur.
12 Expressum in dispositione legis præsumptionem excludit.
13 Filia renuncians, à patre instituit potest.
14 Casus vbi duo requirit, vno succedente non habet locum.
15 Renuncians successioni ex testamento, omne, quod ex testamento acquirit, restituere tenetur ei, in cuius beneficium renunciauit
16 Successioni ex testamento cum iuramento renunciari potest.

Iurium

Iurium additio in eadem causa.

ARGVMENTVM.

RENuncians generaliter omnibus, & quibuscunque bonis; fæudo intelligatur renunciasse. & renunciatio à filia propter dotem facta parenti; non solùm ad beneficium masculorum, sed etiam aliarum filiarum facta intelligitur; ita, quod non detur filiæ renuncianti amplius regressus ad bona paterna, nec fraterna, si ijs similiter renunciauit; & de viribus renunciationis hæreditatis ex testamento.

1 RENVNCIATIO Lauræ ex vi verborum compræhendit fæudalia, & si specialis mentio de illis non fuerit facta, renunciauit enim omnibus, & quibuscunque bonis; quo casu, quia adsunt dictiones illæ vniuersales, fæuda comprehenduntur, intrepide sic tenet *Afflict. in cap. in generali nu. 21. si de feud. fuer. contr. cum alijs allegatis in primis allegationibus.*

Item renunciauit Laura omnibus, & quibuscunq; bonis, successionibus, & hæreditatibus, etiã fraternis in futurum deuoluendis; sub quibus verbis fæudum includitur. vltra decisiones communes allegatas considera,
2 grauatus restituere hæreditatem, tenetur restituere fæudum hæreditarium, si ille cui fit restitutio sit de comprehensis in inuestitura *Scrib. in l. si patroni ff. ab trebell. Specul. de locat. §. nunc aliqua vers. quæst. non est dubia, Alex. cons. 19. num. 8. & 22. vol. 5. Capic. decis. 2. num. 4. Bal. cons. 437. num. 3. vol. 1. latè Ias. qui de communi testatur in l. si non sortem §. libertus num. 35. de cond. indeb.* iudicatur enim de fæudo hæreditario,
3 sicut de alijs bonis hæreditarijs, venit enim appellatione hæreditatis *vulg. glo. in l. item videndum in fin. de pet. hæred. Dec. cons. 395. Brun. 39. in fin.*

Item vel hæc renunciatio non indiget assensu, quia respectu quærendorũ habet vim abdicationis, vel si indiget illum habet: tunc vltra dicta in renunciatione bonorum sim-
4 pliciter facta, quod fæuda contineat, quando habet assensum; quia cessat ratio dicti *c. in generali, in specie Minad. in repet. const. in aliquib: 8. not. num. 8.*

Nec obstat opinio *Loffred. in cap. 1. de natur. succ. feud.* volentis in renunciatione omnium bonorum, fæuda non comprehendi. Nam si vides allegata per eum, & rationem ipsius; non bene dicit, tradit enim sub renunciatione hæreditatis, fæudum non cõprehendi, allegando *Bar. in d. l. item videndum*, & non aduertit quod *Bar. ibi* loquitur in fæudo ex pacto, & prouidentia, quoniam idem *Bar. in l. iuris iurandi §. si liberi. ff. de oper. libe.* distinguit de filio renunciante hæreditati, si fæudo renunciauit, an fæudum sit receptum pro se, & hæredibus, quod est hæreditarium, & fæudo censetur renunciatum: an sit receptum pro se, & liberis, quod est fæudum ex pacto; & quia separatum est ab hæreditate illi non videtur renunciatum, in tantum quod veros terminos non conside-
5 rauit. Pariter ratio *Loffred.* in terminis renunciationis non procedit, dicit ipse, fæuda in quacunque dispositione generali non cõprehendi, ex regula *d. cap. in generali*, & non aduertit, quod alia ratio militat *in d. cap. in generali* loquente de generali alienatione, & obligatione bonorum; à terminis renuntiationis, quæ fit per pactum de non petendo, siue de non succedendo: si quidem non est verum simpliciter fæuda bonorum appellatione non comprehendi, quinimo regula est in contrarium, *glo. in c. 1. in vers. suorum, per quos fiat inuest. & ibi Bal infert ad quæstionẽ quod de fæudo, tãquam de bonis proprijs soluitur decima Ias. in prælud. feu. num. 23. & in cons. 57. 3. vol. latè Tiraquel. de reuoc. donat l. si vnquam in vers. bona.*
6 Tunc enim fæuda bonorum appellatione non continẽtur, quando alio iure censentur, quam allodialia, vt in alienatione, & obligatione, quibus casibus procedit *tex. in d cap. in generali, ita declarat Minad. in constit. in aliquibus 3. not. num. 72. allegat Bellam. pulchrè loquentem in cons. 17. col. 3. in medio.* Diuersa etenim ratio militat in fęudo, quam in allodio respectu alienationis, & obligationis; si quidem obligatio, & dominij trãslatio ipsius fæudi prohibita est sine assensu *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Feder.* & stante prohibitione legis, nemo præsumitur generaliter vendere, quod in specie non fuisset venditurus, in pænam incidendo *ad Bar. in l. codicillis, §. instituto de leg. 2.* & hæc fuit ratio *dicti capituli in generali*, sentit *Andr. ibi in principio, Bald. Aluar. Afflict. Præpos.* qui aliam addit rationem, quod fęudum nec actiuè, nec passiuè potest vendi, ob præiudicium tertij, domini, scilicet, & vassallorum,

Alex. conf. 20. *num.* 5. *vol.* 5. At dum loquimur in renunciatione bonorum, quę fit per pactum de non petendo, vel de non succedẽdo, quia actus est indifferens, & diuerso iure non censentur feuda ab allodio, appellatione bonorum feuda comprehenduntur. allego duo iura sic expresse decidentia *in cap.* 2. *de filijs nat. ex matr. ad morga. contr. & in cap. filij nati, si de feud. fuer. controu.* In primo statuitur, quod si is, qui desponsauit ea lege, vt nec ipsa, nec filij eius amplius habeant de bonis patris; quod filij nati nec in fæudo succedent. In secundo dicitur, quod si est factum pactum, quod filij secundi matrimonij patri non succedant, nec etiam fæudo succedent. Patet ergo ex dictis iuribus,
7 quod si simpliciter sit dictum (de bonis patris nihil habeant) vel sit pactum de non succedendo, & nulla fuerit facta mentio de feudis, illa sub generalitate includuntur: cum nolle petere bona, vel nolle succedere bonis, de allodialibus, & fæudalibus intelligitur.

Similiter audio aduersariam magnopere fundari, quod sua renunciatio presumatur facta contemplatione masculorum, quibus mortuis, extincta sit: sed vltra dicta rogo aduertatur ad factum, & ad decisiones communes, & penitus erit vana pretensio ista. Laura enim non simpliciter, sed ob dotem receptam, cum iuramento renunciauit patri, pro se, & heredibus quibuscunque, successioni etiam fraterne, de qua nunc agitur, & quietauit per aquilianam stipulationem, & isto tempore renũciationis pater habebat filios masculos, & fæminas in capillo sistentes, prius moritur pater, relictis masculis, & fæminis in capillo, quibus masculis hæreditas patris, & fæuda fuerunt quæsita; demum moritur Iulius Cæsar fæudorum dominus sine filijs. remanet soror renuncians, & soror in capillo, vtraque filia, & descendens Io. Baptistæ patris, qui recepit renunciationem pro se, & hæredibus quibuscunq;. Videamus nunc in quibus terminis loquuntur Scribentes, quod renunciatio præsumatur facta contemplatione masculorum, *Bal. in* 4. *qua. Paul. & Dec. nu.* 9. *in l. pactum C. de coll. Gemin. Fran. cæterique in cap. quamuis de pact. in* 6. *Roman. & Aret. in l. qui super stis de acquir. hæred.* generaliter tradunt, quod si facta est renunciatio propter fratres superuiuentes, si illi præmoriuntur patri, filia non obstante renunciatione patri succedere po-
8 test, quia non presumitur pater alienam posteritatem suę preponere, *l. cum acutissimi C. de fideicommiss. Ita Alex. in conf.* 29. 3. *vol* & hic casus non habet difficultatem. Sentientes prędicti Doctores à contrario sensu, quod si pater prius premoreretur, eiusq; hereditas filijs masculis acquisita, si demum ipsi decesserint, ab eorum hereditate soror renũtians erit exclusa, idq; duplici ratione.

Prima, quia cum per mortem patris fuerit hereditas filijs masculis quæsita, & sic per eorum existentiam renunciatio habuit effectum iam consummatum, exclusionis fęminę renunciantis; licet posteà decesserint filij masculi, & sic cesset causa exclusionis fœminarum, non per hoc cessat effectus iam consummatus, *singulariter Dec. videndus in consil.* 31. ibi loquitur in fortioribus terminis, de renunciatione facta per filium masculum hereditati paternæ, & fraternæ, & tempore renunciationis alter frater aderat; moritur pater, eiusque bona fratri sunt quæsita, qui moriens remotiores sibi instituit hæredes: frater renuncians petebat bona patris obuenta fratri, eiusque successionem; quia si renunciauerat hæreditati paternæ, & fraternæ, illa fuerat contemplatione alterius fratris, quo mortuo extincta renunciatio censeatur. Ex aduerso dicebatur renunciationem factam contemplatione masculorum, tunc extingui, quando masculi pmoriuntur patri: sed quia ibi pater erat præmortuus, relicto masculo, cui eius
9 bona fuerũt quæsita; si demum frater decessit, ab eius successione, concluditur ibi, renunciantem esse exclusum, quia effectus renunciationis iam fuit consumatus, *Decium sequitur Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta num.* 33. *de verb. oblig. Minad. conf.* 22. *qui optime loquitur, Capic. decis.* 190. *Tiraquell. cessante causa, limit.* 12. *Maran. in disp ut.* 10. *num.* 15. *&* 16; *Pisanell. in addit. ad coniuct primam num.* 31. *in addit. qua incipit nota quastionem positã, nec inuenio in hoc Doctorem contradicentem.*

Secunda ratio posset considerari, quia cũ pater præmoritur, remanet masculus, per cuius existentiam, quia fæmina semel est exclusa, perpetuo durabit exclusa; itaquod mors masculi deinceps ei non patrocinabitur. *ad tex. in §. quin etiam Episcop. vel Abbatem ibi Bal. Aluar. & aly., idque communiter receptum in fæudis Curt. latè in* 3. *par. feud. quæst.* 27.

Nec dicatur prædicta procedere quoad bona patris, vt fæmina semel exclusa à bonis patris, ab eius bonis sit perpetuo exclusa,
10 non autem à bonis fratris, de cuius bonis nunc agitur, *secundum Bal. in d. §. quin etiã*, qui infert ad statutum excludens fæminam ab hæreditate patris tantum. Nam si rectè intuemur dictum *Bal.* & aliorum, procedit, quod fæmina semel exclusa à bonis patris per

Digitized by Google

per existentiam masculi, à bonis patris semper erit exclusa, intelligendo de bonis patris fratri obuentis, & ei quæsitis; & non à bonis fratris aliunde habitis, etenim *Bal. ibi* infert hoc ex *tex. d. §. quin etiam*, qui loquitur de inuestitura eo tenore facta, vt descendentes masculi, & fæminæ succedant; si pater moritur relicto masculo, cui fæudum quæritur, si ille demum moritur, fæmina non succedit, intelligendo in fæudo paterno, fratri obuento, & quæsito. nec mirum, nam qñ *Bal.* infert ad statutum, præsupponit, illud excludere fœminam à successione paterna, non autem à successione fraterna. At secus est in casu nostro, in quo renunciatio est facta hæreditati paternæ, & fraternæ; quo casu renuncians, à successione fratris est exclusa. Ita loquitur *Dec. in alleg. cons. 31. n. 5. per totũ. Maran. loco allegato num. 16.* tradit quando masculi superuiuunt, renuncians est exclusa ab hæreditate patris, etiam si masculi postea moriantur: non autem ab hæreditate fratris, subdens, quia hæreditati fraternę non renunciauit, ergo si renunciauit excludetur, ad idem *Minad. in alleg. cons. 22. & Capic. d. decis. 390.*

Amplius tempore huius renunciationis aderant nedum filij masculi, sed alię fœminę in capillo: quo casu, quia renunciatio fuit facta patri pro se, & hæredibus quibuscunque, etiam successioni fraternę: licet masculi decesserint, remansit tamen soror in capillo, quę vti hęres, renunciantem excludit *Angel. cons. 52.* loquitur de renunciantẽ hęreditati paternę, & maternę tantum, non autem fraternę, & tempore renunciationis aderant masculi, & fæminæ: quod si omnes, tam masculi, quam fæminæ præmortui essent patri, posset succedere, verum si aliqui ex descendentibus superessent, renuncians esset exclusa; generaliter loquens de descendente, qui intelligitur tam masculus, quam fœmina. *Afflict. decis. 161. Alex. 29. nu. 5. & 8. vol. 3. Paris latè in cons. 26. num. 27. 3. vol. & Couar. qui latè casus distinguit in cap. quamuis §. 3. ver. 6. & 7.* quando enim facta est renunciatio hoc modo patri pro se, & hæredibus quibuscunque, censetur facta ad commodum patris, & omnium, qui futuri erunt hæredes, augendo hæreditatem ad commodum omnium eius hæredum *Alex. cons. 149 n. 6. vol. 7. & Aret. 17. col 8. ver. itẽ ꝓhibetur.*

11 Nec curandum de opinione *Aym. in cons. 42.* consulentis præmortuo masculo, filiam renunciantem cum illa in capillo simul succedere, allegando *Bal. in cons. 437. 1. vol.* Nam & si loquatur in illo casu, quando filia mortuis fratribus, renunciauit patri, quo tempore non aderant nisi feminę; vtranque scilicet renunciantem, & in capillo succedere. tamen *contra Bal. consuluit Alex. in cons. 29. lib. 3.* loquens, quando tempore renunciationis non aderant nisi fœminę, quod illis renunciatio profit, idemq; voluit *Corn. cons. 29. 4. vol circa med. & Afflict. alleg. decis. 161. cum alijs desuper adductis.*

Preterea pręsens renunciatio fuit facta per acceptilationem, & aquilianam stipulationem. quo casu, quamuis defecissent masculi, & personę contemplatę, nunquam ad bona renunciata dabitur regressus *Rom. in cons. 22. Soc. 34. 4. vol. Minad. alleg. cons. 22. num. 3. Ant. Gabr. comm. opin. de iur. dot. con. 1. num. 37.*

12 Similiter tunc censetur facta renunciatio contemplatione masculorum, quando renunciatio simpliciter fuit facta, nulla causa expręssa; sed quando exprimitur, puta ob dotem receptam, vt in pręsenti, causa expręssa facit cessare pręsumptam. *Ita Socc. videndus in cons 34. vol. 4. refert, & sequitur Minad. in alleg. cons. 22. Paris. cons. 26. num. 45. lib. 3.* quamobrem cum in pręsenti pater prius pręmortuus fuerit, relictis masculis, & fęminis; renunciatio fuerit patri pro se, & hęredibus per aquilanam stipulationem, & ob dotem receptam: omni ex parte liquet, renunciationem obstare primogenitę, quę expręsse etiam successioni fraternę, de qua agitur, renunciauit.

Postremo non refragatur, quod ex aduerso dicitur, Ioannem Baptistam patrem post mortem omnium masculorum substituisse, & vocasse omnes filias fęminas, inter quas Laura, quę renunciauit, computatur, quo ne effectum renunciationis remisisse videri, fi-

13 lia enim quę renunciauit, ea tamen non obstante, à patre institui potest *Scrib. in l. fin. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig.* Nam testamentum patris, quoad feudalia fuit nullum, ex defectu assensus; ex quo actu nullo, quamuis voluntas colligatur, *l. fin. ff. reb. eorum.* ea tamen, vt indiuidua, & prout est, debet attendi: pater enim instituit Iulium Cęsarem in feudis, & Fabium in allodijs, & vtrumque inuicem substituit; ita quod moriente Iulio Cæsare, Fabius fuit vocatus, qui nunc existit: & post omnium mortẽ, vocauit filias. voluntas ergo patris fuit in omnibus bonis prędiligere magis masculos, quam fęminas: & si ita est, hoc modo attẽdatur voluntas, vt Fabius effectiuè bonis fruatur, habendo saltim æstimationẽ, quam petijt; non enim hic tacitus actus remissionis renunciationis potest considerari per testamentum patris, nisi in illum casum

mortis duorum masculorum, qui adhùc non
14 euenit, viuente vno ex eis. quando enim
quis vocatur post mortem duorũ, per mor-
té vnius non admittitur, *l. qui duos cum simil. de vulg. & pupill.* ergo si nunc effectus testa-
menti, viuente Fabio non habet locum in
fœminis, minimè tacitus actus remissionis
reuocationis per Lauram factæ ex eo nunc
insurgere potest.

Rursus Laura in specie renunciauit cui-
cunque successioni in futurum deuoluendæ,
non solum ab intestato, sed etiam ex testa-
mento: quod in renunciationibus, quæ Nea-
poli fiunt, non obseruatur; quia semper ex-
cipitur successio futura ex testamento. Fit
inde, quod licet renuncians esset instituta à
patre in testamento, nihil posset consequi,
ob præcedentem renunciationem iuramen-
15 to vallatam; sed omne quærendum, videtur
per eam agnitum, & demum traditum cui
renunciationem fecit, *Afflict. decis. 350. nu. 12. & 13.* Illud enim, quod Scribentes tra-
dunt, *in d. l. fin. & in l. stipulatio hoc modo concepta*, quod filia, quæ renunciauit, non
obstante renunciatione possit à patre insti-
tui; procedit quando filia simpliciter renun-
ciauit, vel renunciauit successioni ab intesta-
to, tunc à patre institui potest: secus tamen
est, quando successioni ex testamento renũ-
ciauit, vt infra.

Nec dicatur *Bald. in l. fin. 4. col. C. de pact.* voluisse successioni futuræ ex testamen-
to non posse renunciari, quia restringitur
facultas testandi, quæ libera debet esse. Nam
per hanc renunciationem non restringitur
facultas testandi, cum disponens posset quẽ-
cumq; instituere: quinimmo, & plus in renun-
ciãtem posset libere disponere; quia si pater
eam institueret, posset, & illa adeundo, vel nõ
adeundo acquirere patri, vel eius heredibus,
in quorũ beneficium renunciauit, secundum
15 *Afflict. ibi num. 13.* Et quod successioni
futuræ ex testamento renunciari posit cum
iuramento, *contra Bald. communiter Scrib. tenuerunt in l. stipulatio hoc modo concepta ibi Alex. num. 8. Crot. num. 26. Socc. Iun. nu. 60. Buttic nu. 27. Bologn. nu. 26. de verb. oblig. & Afflict. in loco allegato.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *QVidquid est infra fines præsumitur illius, cuius sunt fines.*
2 *Anglonum est Ciuitas.*
3 *Titulus Præsulis, & Diœcesis alteri, quam Ciuitati non conueniunt.*
4 *Castro de iure nihil inest, nisi Princeps deputet territorium.*
5 *Casale esse potest absque eo, quod subsit Ciuitati.*
6 *Ciuitas diruta remanet ciuitas habitu, etiã quod non actu, maxime quando est spes reparationis. & habet suum Episcopum, & Diœcesim.*
7 *Ciuitas retinet sua priuilegia, quando venit in collapsum facto Tyranni, vel iniuria temporis; secus vero si authoritate superioris.*
8 *Calamitas facti non aufert titulum, nec nomen.*
9 *Confirmationis natura est, vt cadat super eo, quod est factum.*
10 *Confirmari non potest id, quod non est.*
11 *Differentia est inter priuilegium, & confirmationem.*
12 *Confirmatio est iuris iam quæsiti comprobatio.*
13 *Concedens bona sua, & ad ipsum spectantia de iure concedere præsumitur; non autem proprietatem aliorum bonorum infra fines concessos sistentium, & per particulares possessorum.*
15 *Ciuitate ciuibus destituta, eius territorium censetur vnitum viciniori Ciuitati.*
15 *Verba (cum tenimentis, & pertinentijs suis) in priuilegio concessionis Principis non expressa, intelliguntur in eo adiecta.*
16 *Casale (facta separatione per Regem per fines, faciendo territorium distinctum, assignando iurisdictionem) præsumitur quid separatum à ciuitate.*
17 *Rex vnam ciuitatem potest in duas diuidere, & è contra ad libitum.*
18 *Territorium nomen sumpsit à terrendo, propter iurisdictionem.*
19 *Territorium est terræ spatium, iurisdictione munitum; & ideo in dubio qui dat territorium, videtur dare iurisdictionem infra fines eius.*
20 *Priuilegiorum communis forma olim erat in Regno Siciliæ, vt crimina exceptuarentur, & merum Imperiũ nõ concedebatur.*
21 *Differentia quæ fit inter castrũ, & ciuitatẽ.*
22 *Verba enunciatiua etiam in antiquis, non probant, cum principaliter de enunciato disceptatur.*
23 *Nemini creditur in causa propria.*
24 *Ius pascendi potest præscriptione acquiri, sicut aliæ seruitutes.*
25 *Præscriptio iuris pascendi, quia habet causam discontinuam, debet esse centenaria, vel tanti temporis, cuius initij memoria homi-*

hominum non existat.
26 *Praescriptio iuris pascendi qualiter probanda.*
27 *Testes de vniuersitate non sunt idonei pro vniuersitate.*
28 *Probationes aduersario subtrahens, minando testibus, vel aliter, causam perdit.*
29 *Libellus porrectus cum litis contestatione interrumpit praescriptionem.*
30 *Communitas agrorū inter vicinas vniuersitates, ad libitum reuocari potest; nisi sit cum assensu Regis constituta, vel legitime praescripta.*
31 *Communitate agrorum inter duas vicinas vniuersitates existente, si earum altera ciuibus destitueretur, vel nimium augeretur; communitas cessaret.*
32 *Concesso Castro, vel feudo, veniunt omnia accessoria, & spectantia ad illum, quando vno & eodem iure sunt possessa à concedente, in contractibus, vltimis voluntatibus, concessionibus, & praescriptionibus, & num. 33.*
34 *Concesso aliquo vniuersali, vt castro, censetur concessa iurisdictio, & territorium, & omnia emolumenta, tam in terra, quam in mari, & aquis.*
35 *Concesso castro cum pertinentijs, & tenimentis, comprahenduntur omnia.*
36 *Pertinentiarum appellatione, veniunt omnia, etiam molendina existentia in aquis.*
37 *Concessio facta adiectis finibus, omnia comprahendit.*
38 *Exceptio declarat concessionem, vt censeantur concessa ea tantum, quae sunt eiusdem generis.*
39 *Territorium vnde dictum.*
40 *Territorium potest esse sine iurisdictione, & è contra.*
41 *Vsus declarat priuilegium etiam contra ipsum priuilegium, secundum aliquos Doctores.*
42 *Praescriptio seruitutis quae requirat.*

Pro Reuerendiss. Episcopo Anglonensi, contra Vniuersitatem Tursij.

ARGVMENTVM.

Differentia quae sit inter Ciuitatem, & Casale; Inter Priuilegium, & cōfirmationem; & an Ciuitas diruta retineat Ciuitatis nomen, & territorium; eiusque diffinitio, & à quo nomen territorium sumpsit; Numque communitas agrorum inter vicinas vniuersitates, possit ad libitum reuocari, & non reuocata, quo casu cesset.

CONSILIVM XXI.

a PETITIO Reuerendissimi Episcopi Anglonensis, a est quod homines Tursij abstineant à pascendo in territorio Anglonensi; & Baiuli, & Castellani nil exigant ab exteris fidatis, qui pascua sumunt in territorio praedicto. Ad quod fundandum, praesupponendum est. Primo, dominium territorij praedicti ad ipsum Episcopum spectare, mediante Regia donatione, & possessione subsequuta ab immemorabili tempore, vsque ad praesens. Hoc apertè probat priuilegium Imperatoris Federici Siciliae Regis, expeditum sui Imperij anno primo, confirmatum per Ludouicum, & Ioannam in anno 1352. confirmatum insuper per felicissimam memoriam Caroli Quinti, per quae conceditur, & confirmatur Ecclesiae Anglonensi, Casale Angloni, cum omnibus tenimentis, & pertinentijs suis, designando proprios fines, etiam cum hominibus, & vassallis, & cum iurisdictione; exēptum ab omnibus exactionibus, & collectis Iustitiariorum, Castellanorum, & Baiulorum, ac aliorum officialium (nil ipsi Regi reseruando, praeter iuditium sanguinis) accedente possessione antiquissima ipsius Episcopi, & Ecclesiae, quae territorium praedictum possedit iuxta fines in priuilegio descriptos: locando, & dislocando, decimam, fidam, & diffidam exigendo, etiam ab hominibus Tursij, vt omnes fere testes hoc deponunt.

Et quia Tursienses nunquam Ecclesiae dominium inficiati sunt; proinde cum Ecclesia sit domina territorij praedicti, & quaelibet res
1 de iure praesumitur libera; & quicquid est infra fines, praesumitur illius, cuius sunt fines, *Soc. cons. 127. post Bal. in rub. C. de contrah. empt. vers. 22. quaero*, fundata est intentio Reuerendissimi Episcopi, & proinde obtinere debet. Nisi duo pro parte Tursiensium opponerentur. Vnum scilicet Anglonum Casale esse Tursij, & positum infra fines Tursiensis territorij; & proinde habere seruitutem legalem quam habent omnes ciues in toto territorio propriae Ciuitatis. Alterum scilicet seruitutem praescriptam, ex cursu tēporis immemorabilis, per quod Tursienses pascua sumpserunt in territorio Anglonensi.

Et

Et quo ad primum, quia onus Turſienſiū
eſt fundare Anglonum Caſale eſſe, & Caſale
Turſij. Vtrumque enim fundare debet, cum
poſſet eſſe Caſale alterius Terræ, *ſecundum
Alex. in conſ. 16. vol. 5. in princ.* conati ſunt
hoc probare per teſtes, qui nullo modo hoc
concluderent, quando de ipſis ſolis tracta-
retur, & nihil in contrarium eſſet adductum;
cum 2. teſtis dicat, quod territorium Angloni
ſtat in medio; & 3. & 4. dicūt, quod eſt inclu-
ſum; & tamen contrarium apparet. Acce-
dente maxime declaratione Pauli teſtis de-
clarantis in articulo mortis, teſtes Turſien-
ſes pecunia corruptos; & etiam ſtantibus
decretis ipſius Regiæ Cameræ interpoſitis:
poſtquam Vniuerſitas Turſij noluit declara-
re, ſi vult vti teſtibus; continentibus, quod
declaratio habeatur facta, prout ei deterius.
Sed quia in contrarium multa adducuntur,
1 ex quibus clariſsime demoſtratur Anglonū
Ciuitatem, & non caſale, proinde primum
obiectum ceſſat.
2 Quod autem Anglonum ſit Ciuitas. Pri-
mo tcſtatur. *Innoc. 3. in cap. cum olim de
cler. coniug. & Alber. in rub. ff. de ſtat. hom.
Frecc. lib. 1. de ſubfeud.* Nec poteſt dici,
quod illi loquuntur de alia Anglona, nam
vtrumque dicit Metropolitanum eſſe, Ache-
runtinum; & ſuffraganeos, Venuſinum, Tri-
caricenſem, Anglonenſem, & alios. teſtatur
etiam hoc Imperator Federicus. in ſuo pri-
3 uilegio, dum facit mentionem de præſulibus
Eccleſiæ Anglonenſis, & Diœceſi ipſius, quæ
alteri, quam Ciuitati non conueniunt *Cap.
de. ſenocchis de relig. dom. late Fely. in cap.
rodulfus de reſcript.* & proprie ciuitas eſt,
quæ habet Epiſcopum *ſecundum Bal. in l.
ex hoc iure col. 4. ff. de iuſt. & iure poſt glo.
in cap. prouincia 98. diſt.* Teſtatur etiam
Ludouicus, & Ioanna ibi Riccardus Dei gra-
tia Epiſcopus Anglonenſis. Teſtatur etiam
Ferdinandus Primus Rex Regni in duobus
priuilegijs, maxime ibi Anglona, quæ olim
Ciuitas fuit populoſa, vt reſtauretur.
Et quod non ſit caſale, apparet ex ſepara-
tione territorij. Habuit enim territorium
ſeparatum; etiam ante priuilegium Federi-
ci; probatur ex illis verbis, ibi (cum omni-
bus tenimentis, & pertinentijs ſuis; quorum
tenimentorum fines ſunt iſti.) per quæ verba
patet, quod Federicus non conſtituit tunc
fines, ſed declarat per prius cōſtitutos; quod
4 à Principe fieri debet, cum de iure nil inſit
caſtro, niſi Princeps deputet territorium,
*ſecundum Innoc. in cap. cum ad ſedem de reſt.
ſpol. & Bal. in cap. 1. in princip. de conſuetud.
recti feu.*
Nec in aliquo refragatur illud verbum
(caſale Anglonenſe) fuit enim dictum pro-
pter modicam habitationem, ad quam Ci-
uitas reducta erat, vt potius caſale dici poſ-
ſit; non quod iura Ciuitatis amiſerit, & ca-
put totius Diœceſis non remanſerit. Et po-
5 teſt eſſe caſale abſq; eo, quod ſubſit ciuitati
ſecundum Alex. in conſ. 16. col. 2. vol. 5. Ci-
6 uitas enim diruta, remanet ciuitas habitu,
etiam quod non actu; maximè quando eſt
ſpes reparationis, & habet ſuum Epiſcopum,
& Diœceſim, *prout dixit Bal. in tit. de pac.
7 conſt. in ver. imperialis col. 3.* & retinet ſua
priuilegia, quando venit in collapſum facto
tyranni, vel iniuria temporis; non autem
authoritate ſuperioris, *ſecundum Innoc. in
8 cap. cum ex iniuncto, de oper. nou. nunc.* &
facti calamitas, titulum non aufert, nec no-
men, *l. ſeruitutem. §. ſi ſublatum; ff. de ſer-
uit. urb. præd. not. Bald. in marg. ſua in ver.
ciuitas;* hoc etiam declarat Ferdinandus I.
in priuilegio prædicto.
Hoc apertius ſuadet verbum (confirma-
mus) dum enim confirmat Anglonum, cum
pertinentijs ſuis, iuxta ſuos fines; denotat,
quod per prius erat facta conceſſio, iuxta
9 naturam confirmationis, quæ eſt, vt cadat
ſuper eo, quod eſt factum, *Bal. in l. nomina-
tiones, C. de appell. cap. inter dilectos de fid.
10 inſtr.* cum id, quod non eſt, confirmari non
poſsit, patet *toto tit. de confir. util. vel inutil.*
11 Proinde eſt differentia inter priuilegium, &
confirmationem, *ſecundum Innoc. & alios
in cap. cum inter de re iud. & dixit Oſt. in
12 ſumma eiuſdem tit.* quod confirmatio eſt iu-
ris, iam quæſiti comprobatio.
Et quod ſit verum, translatio Epiſcopatus
facta ad inſtantiam Turſienſium ab Anglona
Turſium; clare demonſtrat. quæ translatio
fuit facta, vix ſunt quatraginta anni.
Nec præiudicant poſſeſſiones poſſeſſæ per
aliquos particulares Turſij, infra fines terri-
torij Anglonenſis, pro franchis, & liberis, &
ſine ſolutione decimarum. nam potuerunt
Turſiēſes illi vſurpaſſe libertatem à decimis
prædictis de facto, poſtquam fere omnes ſol-
uunt, vel poteſt dici, quod particulares Tur-
ſienſes potuerunt poſſidere bona propria in
territorio Ciuitatis Angloni, & adhuc poſſi-
deant, non obſtante conceſſione Regis: quæ
13 bona ſua, & ad ſuam curiam ſpectantia de-
dit Eccleſiæ, non autem proprietatem bono-
rum infra fines Anglonenſes, per particula-
res poſſeſſorum, prout de iure præſumitur,
& conſuluit Oldr. conſ. 176. & quatenus illi
particulares poſſent paſcua ſumere in pro-
prijs territorijs; non ex hoc naſcitur aliquod
ius toti Ciuitati, ſed cuilibet in proprio ſo-
lo, vt ſæpius deciſum eſt inter barones, &
vaſſallos.
Nec

Nec etiam obstat prætensa defensa Vniuersitatis Tursij infra fines Anglonenses pro vsu boum; nam si verum esset, non inferret, q reliquo in territorio habeat aliquod ius; pòte enim quis habere bona in alieno territorio: Proinde Vniuersitas Tursij habeat sibi defensam prædictam, & à reliquo abstineat. Sed in veritate defensa prædicta numquam fuit vniuersitatis, non obstante prætensa donatione, & venditione facta per Vniuersitatē, cum posset quis vendere, & donare rem alienam, sicut & recipere, & emere rem propriā per quod fecisset Episcopus ignarus iurium suorum; maxime quia Vniuersitas conscia nullum ius habere, vendit ius, quod habet, seu habere poterit in defensa prædicta, vt patet in principio venditionis prædictæ.

14 Nec dicatur, quod cum Anglona fuerit ciuibus destituta, eius territorium censetur vnitum viciniori ciuitati, *Capic. in inuestit. feud. fol.* 101. *Bart. in l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pignor. act.* Nam stante concessione facta Ecclesiæ per Regem, & dispositione hominis, ad id potestatem habentis; cessat dicta dispositio legis, quæ procedit in dubio: & nos sumus in claro, quod fuit separata, maxime quia tempore priuilegij erant habitatores; patet illi s verbis ibi (clericos eiusdem casalis, & Diœcesis, homines, & vassallos,) & licet postea desierit habitari; non potuit vniri, stante concessione alteri facta, cum tenimentis, & pertinentijs suis.

15 quæ verba etiam si non fuissent adiecta, intelligerentur in priuilegio Principis, *secundum Bal. in l. beneficium, vers. item nota, quod si Princeps, ff. de const. princ.*

16 Etiam dico, quod si prius fuisset Casale, prout non fuit, stante separatione facta per Regem, per fines, faciendo territorium distinctum, assignando iurisdictionem; præsumitur, quid separatum à Tursio, dixit *Oldr. cons.* 176. *in fi. allegat tex. in l.* 1. *C. de pri fis.*

17 ibi (ab alijs separatum) & potest Rex vnam ciuitatem diuidere in duas; & è contra ad libitum, *iux. tex. l.* 1. *C. de metrob. ber.* Qua diuisione facta, non amplius vna ciuitas erit, sed duæ, *tex. est in l. si eadem, ff. de off. ass.* Idem de territorio dicendum, vt facta diuisione, non pars territorij, sed territorium de per se dici debeat, *tex. est in l. si quis duas §. si quis partem, ff. com. prædi. & not. Paul.*

18 *de Castr. in d. l. si eadem*, maxime propter assignationem iurisdictionis, à qua territorium nomen sumpsit, à terrendo scilicet, *l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signific. vbi Bart. & Alex.* sicut districtus dicitur à distinguendo, de quo late *Felin. in d. c. Rodulphus, de rescr. in vers. territorium, & in ver. districtus, & Aret. in cons.* 77. *& in specie dixit Bal. in rub. quæ sint regal.* quod

19 territorium nil aliud est quam terræ spatiū, munitum iurisdictione; & in dubio; qui dat territorium, videtur dare iurisdictionem infra fines eius, *vt dixit Andr. in cap. Imperialem, §. præterea si inter, col. fi. de prohib feud. alie. per fed.* Nec in aliquo obstat reseruatio in priuilegio facta iudicij sanguinis; nam ista

20 erat tunc temporis communis forma priuilegiorum in Regno Siciliæ, vt crimina exceptuarentur, & merum imperium non concedebatur, *vt dixit And. in d. §. præterea, in cap.* 1. *§. quicunque de pace tenend.* & testes etiam Vniuersitatis probant, quod Anglonū est separatum à Tursio, & confinare cum Tursio; hoc etiam apertius probatur ex eo, quod exulati à Tursio libere permanent in territorio Anglonensi, de quo agitur; quod fieri non posset, nisi diuersa essent in territoria, *iux. l. extra territorium, ff. de iur. omn. iud.*

Pondero etiam verba priuilegij ibi (homines, quos habet Ecclesia in Castris Tursij, & Sancti Archangeli,) & sic patet, quod eo tempore Tursium erat Castrum, & non Ci-

21 uitas; & castrum differt à Ciuitate, Nam vbi sunt homines sociati habitatione, habentes murorum munitiones, castrum dicitur. Ciuitas autem non dicitur, nisi habeat Episcopum, *secundum Bald. in d. l. ex hoc iure in pr.* aut Papa, vel Imperator nominet Ciuitatem, *secundum Innoc. in cap. cum ab ecclesiarum de off. ordin. & Ancar. in cap. statutum, vers. nec audiatur de rescrip. lib.* 6. vbi ponit multas differentias inter castrum, & ciuitatem.

Nec in aliquo præiudicant duo instrumēta antiqua præsentata, venditionū factarū inter homines Tursij, de certis bonis existentibus infra fines Anglonenses, & tum ibi enūciatur, quod sint in territorio Tursij. Nam respondetur primo, quod non apparet dicta bona esse in territorio Angloni, & etiam ex confinibus arguitur, dum dicitur (prope albedinem fluminis) & tamen locus prætensus distat à flumine per vnum miliare. Præterea

22 dicitur, quod verba illa enunciatiua non probant, licet simus in antiquis; postquā in principaliter de enunciato disceptatur, *ita Bal. in l. ad probationem, C. locat. Dec. cons.* 213. *in fi.* etiam quia circa illud, quod enunciatur enunciantes disponere non poterant, *ita Bar. in l. si forte, ff. de castr. pecu.* maxime quia enunciata propter aliud, & non ad istum finem, & consistunt in proemio, seu præambulo; in quibus non stat voluntas, *prout dixit Alex. in cons.* 82. *pen. col. in* 3. *vol.* Præterea illa

verba

verba enunciata, non præiudicant, cum contrarium appareat ex supradictis per Ecclesiam adductis, ita dixit Salic. in l. optimam, C. de contra. & com. stipul. & ibi est casus secundum Socc. in cons. 213. num. 8. vol. 2. & si nulla lex diceret, æquitas, & arbitrium suggerit, vt non credatur Tursiensibus, asserentibus Anglonū esse in territorio Tursij, iuxta verba iurisconsulti, in l. summa, §. item varus, ff. de aqu. pluu. arc. postquam tractant de proprio comodo, & in causa propria nemini creditur, vulg. l. omnibus, C. de test.

Quo vero ad seruitutem præscriptam di-
24 cimus, quod licet verum sit, quod ius pascendi potest præscriptione acquiri, sicut aliæ seruitutes, l. 1. & 2. C. de seruit. l. seruitutem
25 ff. de seruit. cum ibi not. Tamen vt ista præscriptio opituletur, debet esse centenaria, vel tanti temporis, cuius initij memoria hominum, non existat, cum causam habeat discontinuam, l. foramen, ff. de seruit. vrbis. præd. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æst. latissime Couarr. vt vnico verbo me expediā
26 lib. 1. variar. resol. cap. 17. num. 11. Et debet probari formiter, cum illis quatuor requisitis, not. per glo. fin. in cap. 1. de præscr. lib. 6. pulchre Specul. in tit. de probat. §. 1. vers. vltimo quæro, Capic. deci. 193. Et quilibet testis debet omnia illa deponere, alias non probant.
27 Nec testes de Vniuersitate in probanda ista seruitute pascendi sunt idonei. dicuntur enim testes in causa propria, secundum Cyn. in l. parentes, C. de test. & Viron. in tit. de seruit. rusti. præd. in ver. seruitus iuris pascendi num. 28. omnes Doctores in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. Afflict. decis. 400. Capic. decis. 152. & Couar. pract. quæst. cap. 18. & Tursiensium testes, vel sunt de Vniuersitate, vel sunt corrupti à pane, & vino, qui non solum testes Vniuersitatis subduxit, verum etiam testes Ecclesiæ abstulit,
28 ex quo solo deberent succumbere. Nam qui subtrahit probationes aduersario, minando testibus, vel aliter; causam perdit, secundum Ang. in l. satis aperte, C. de fals.

Ista præscriptio non potest etiam opitulari, quia interrupta, tam interruptione ciuili, quam naturali, de naturali est dictum. de ciuili apparet, per processum præsentatum, compilatum super eodem iure pascendi in
29 anno 1506. & libellus porrectus cum litis contestatione, sine dubio præscriptionem interrumpit, l. more, C. de rei vend. l. fin. C. de præscr. trig. vel quatrag. ann. l. post acceptum, ff. de rei vend. vbi Bart. & Bald. in l. mariti. §. quinquennium, ff. de adult. Bald. & Sal. in d. l. more late, & ei. in cap. illud de præscript. & pars dicit, quod iudicium agitatum coram iudice incompetenti nihil est. Regia enim Audientia iudex competens est, & si poterit declinari, & non fuit declinatū, iudicium procedit, non obstante interesse Regij Fisci, quod tunc temporis non aderat, licet hodie adsit, & causæ in quibus adest interesse Regij fisci, possunt agitari in Regijs tribunalibus, verum fisco petente ad Regiā Cameram deuoluūntur, vt per Regias instructiones prouisum est.

Si vero Vniuersitas Tursij vellet dicere,
30 quod inter ciuitatam Angloni, & Tursium esset agrorum communitas, prout esse solet inter vicinas Vniuersitates: neq; etiam hoc prodesse potest, cum dicta communio ad libitum reuocari possit, vt per Loffred. in cons. 25. & Cor. in cons. 48. vol. 3. Dec. cons. 264. nisi esset cum assensu Regis constituta, vel legitime præscripta, vt per Afflict. decis. 254. & est capitulum Regni, quod incipit pondus æquum, quorum neutrum apparet in casu nostro. Nam nec constitutio communicatis,
31 nec legitima præscriptio adest; & si adesset stante quod Anglona ciuitas, ciuibus est destituta, communitas cessaret, iuxtà dictum capitulum pondus æquum, etiam cessaret stante magno aumento Tursij, quod nimium auctum est, vt est notorium; & in casu magni aumenti, iddem procedere dixit Gugl. Bened. in cap. Rainutius, in ver. & vt vxorem num. 252. de test.

Comprobando alias dicta, circa primam hæsitationem dico in qualibet dispositione
32 facta de aliquo castro, seu fæudo simpliciter, venire omnia accessoria, & spectantia ad illud, absque alia expræssione, quando vno, & eodem iure sunt possessa per disponentem, vt euitentur dicta Aret. & aliorum in l. 3. ff. de acq. possess. & in cons. 15. licet Bar. in l. seya §. tyranna ff. de fund. instr. dicat contrarium, quod non referat, an diuerso iure sint possessa pascua, dummodo sint destinata ad vsum fundi. In contractibus est tex. in l. si venditor, in fine, ibi quid ergo si nihil de ea re, & l. seq. & l. Iulianus in fin. & plurib. seq. ff. de acti. empt. l. si aquæductus, ibi etiam si nihil dictum sit, cum l. seq. & l. fistulas, in princ. ibi, & vt id quoque accederet, licet in scriptura non contineretur, & l. qui fundum §. 1. ff. de contr. empt. In vltimis voluntatibus est tex. in l. testatrix §. 1. in fin. ff. si ser. vend. l. vxorem, §. legauerat. & l. prædijs, §. Titio, §. balneas, & §. fi. de leg. 3. l. seya, § fin. ff. de fund. instr. In concessionibus est tex. in l. si quando lo primo ibi continebitur cum adiacentibus, & omni iure suo C. de bon. vacant. lib. 10. In vsucapio-

Digitized by Google

capione, & præscriptione est *tex. in l. si aliena. §. hoc iure ff. de vsucap.* in legibus, & statutis *not. Innoc. & alij in c. cum ad sedem de restit. spoliat. & in cap. ex literis extra de iur. patro per Ancha. in cap. accessorium de reg. iur. in 6.* & in casu nostro, quod veniant om-
33 nia quia sumus in concessione rei vniuersalis (vt puta) Castri, feudi, & maxime territorium, & iurisdictio, ac alia annexa Castro, existentia in dominio concedentis, vt præsumitur, *per ea quæ notauit Paul. de Castr. in l. 1. in quibusdam lect. antiq. ff. de acquir. poss. sequitur Socc. ibidem à num. 17. vsque ad num. 27. in fin.* vbi concludit fundatam esse intentionem concedentis. In his rogo reuideri, quia optimè pertractat idem *Ias. in l. rem. quæ nobis, nu. 32. ff. eod. tit. & facit tex. in l. quadam, & in l. traditio ff. de acq. rer. dom & l. alienatio ff. de contr. empt.*
34 videtur enim qui concedit Castrum, & sic quid vniuersale, concedere iurisdictionem, territorium, & omnia emolumenta, quæ ex eis quoquomodo capere poterat, tam in terra, quam in mari, & aquis, quæ sub nomine territorij veniunt, *vt declarat Bal in c. accedens in fin. extra vt lit. non contestat.* propter illam vniuersalem, seu indefinitam, à qua nihil videtur exceptum, *arg. l. Iulianus ff. de leg. 3. & l qui tabernas ff. de contrah. empt.* à fortiori, si est dictum, vt in casu no-
35 stro, (cum tenimentis, & pertinentijs) quia tunc veniunt omnia tam ex generalitate illius verbi (pertinere) quod latissimum est, *l. verbum illud pertinere ff. de verb. sign. not. Pract. Papia in forma libelli, in actione reali, in verbum cum pertinentijs*, quam ex vniuersali, & indefinita oratione (tenimentorũ, seu territoriorum,) cum iddem sint, *vt late & singulariter pertractat Corn cons. 321. n. 8. vol.* 4. qui vltrà ea, tractat, quod pascua, & omnia veniant, ac etiam molendina, dummodo fuerint in posse concedentis; iddem respectu tenimentorum, & territoriorum, *dixit Paris. de reintegr. feud. in verbo territorium, fol mihi* 183. Et quod quando est dictum (cum pertinentijs suis) quod omnia veniant, *dixit Andr. in cap. 1. in pri. de capit. qui cur. vend.* vbi si Baro vendit Baroniam, quicquid pertinet ad eam, videtur vendere; ita & feudum, quia similiter omnia ad illud pertinentia, deputata pro ipsius vsu quomodocunque, videtur vendere, *post Innoc. in d. cap. cum ad sedem d. restit. spoliat. sequitur Socc. in cons. 47. num. 4. vol. 1.* Et quod omnia veniant sub nomine pertinentiarum,
36 & etiam molendina existentia in aquis, *dixit Bald. in dict. cap. prim. de capit. qui cur. vend. à nu. 1. vsque ad num. 6. qui optime omnia pertractat, idem Afflict. num. 5. sequitur Dec. cons. 616. num. 23. & seq. in nouis.* Idem, & fortissimè, quando sunt ap-
37 positi fines (vt in casu nostro, quia tunc om-
b nia veniunt [b] *dixit Bald. in l. Insula, ff. de iud. & in rubr. C. de contrah empt quæst. 22, sequitur Socc. in d. l. 1. ff. de acquir poss. nu. 23. Idem Ias. in l. quominus num. 122. ff. de flumi. vbi Ripa num. 130. dixit Anchar. in d. cap. accessorium extra de reg in 6. col. 34. in fin. 4. quæst. principalis, sequitur Calcan. cons. 90. num. 10. & seq. quem similiter rogo, reuideri vna cum Oldra. d. cons. 252. & cons.* 197.

Nec prædictis obstabit, quod non veniat nisi iurisdictio ciuilis, vna cum protectione, concesso castro cum territorio, etiam quod sint appositi fines, qui ad illam exercẽdam videntur positi; & non respectu proprietatis agrorum, quæ videtur separata à iurisdictione; maximè exceptione facta, vt in casu nostro, de iurisdictione criminali, ob quã
38 videntur concessa solummodò ea, quæ sunt eiusdem generis, *arg. l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. signific. cum similibus.* Nam ex supra deductis, non solum venit iurisdictio, sed omnia, quæ fuerunt penes concedẽtem, & maximè inculta, quæ præsumuntur esse penes ipsum, *secundum Socc. in d. l. 1. ff. de acquir poss. & alios supra allegatos*, tam in his, quam in alijs notatis. Et licet terri-
39 torium dicatur à terrendo, quasi quod denotet iurisdictionem, nihilominus dicitur ẽt à terra, & vniuersitate agrorum, existente intrà fines cuiusque Ciuitatis. Ideo quamuis in eo loco Magistratus Ciuitatis habeat jus terrendi, & ius dicendi; non per hoc negatur, quin dicatur vniuersitas agrorum; Et sic potest intelligi de agris, & iurisdictione insimul, quamuis vt diuersa possint conside-
40 rari; cum quis possit habere territoriũ sine iurisdictione, & iurisdictionem sine territorio vt puta in territorio alieno, *per ea, quæ not. Andr. in cap. 1. in tit. qualiter vassall. iur. deb. domino fid.* Hinc concesso castro cũ territorio, venit & iurisdictio, & vniuersitas agrorum, *per alleg. tex. in d. l pupillus, §. territorium, ff. de verb. signific.* ibi est vniuersitas agrorum, intra fines cuiusque Ciuitatis, infra quos Magistratus habet ius terrendi, & sic denotat vniuersitatem agrorum, cum iurisdictione, & omnia alia, quæ fuerunt penes concedentem, maximè appositis finibus, & appositis illis verbis (cum tenimentis, & pertinentijs suis) vt in casu nostro. Exceptio iurisdictionis criminalis similiter nihil facit, cum ex ea non prætendamus ampliationem, sed quod illa cum alijs concessis veniant.

Poterat

Digitized by Google

Poterat enim prætendi non solum concessio territorij cum omnibus iuribus, & cum totali iurisdictione, in qua includebatur & ciuilis, & criminalis. Ad quod tollendum fuit exceptum de iurisdictione criminali, nullo alio penitus reseruato, vt ibi dicitur; & sic est de contentis respectu iurisdictionis; & respectu illius est restrictiua, & non respectu aliorum concessorum, & comprehensorum sub finibus, & pertinentijs, ac ita possessorum, & destinatorum, quod, & non aliud attenditur, *per ea, quæ notanter dixit Bart. in d. l. seyæ, §. tyranna, ff. de fund. instr.*
41 Vsus enim declarat priuilegium, & quod fuerat dubiæ intentionis concedentis, immò secundum aliquos contra priuilegium, *arg. l. vsum aquæ, C. de aquaduct. lib. 11. cap. cum dilectus, extra de consuet. latè per Loffred. cons. 36. num. 8. & per D. Frecc. in d. auth. Baro. num. 11. cum simil.*

Sed quid in his amplius morer? cũ vniuersitas Tursij prætendat seruitutẽ in hoc territorio Angloni, ergo erit suũ: cũ in proprio non cadat seruitus, *l. neq. pignus ff. de reg. iur.* Vltrà, quod ipsa, & Regia Curia ceperunt in affictum tale territoriũ ab Ecclesia; meritò erit ipsius; & contra eam non possunt referre quæstionem dominij, *ex regula l. si quis conductionis, C. locat. cum vulg.* Immò est probatum, Ecclesiam, & eius Reuerendissimos Præsules fuisse, & esse in possessione tam iurisdictionis ciuilis, quam etiam totius territorij, vt in facto dictum fuit.

Nec similiter his stantibus, obstabit prætensa seruitus legalis, seu vsus naturalis: quia data distinctione territorij, prætendi non potest. Et pro distinctione rogo, vltrà alia, aduertatur, quod in priuilegio Ecclesiæ sunt appositi fines tenimenti, & pertinentiarum, in quibus non comprehenditur territorium Tursij: Meritò, nec actiuè, aut passiuè inclusum dici potest, ad inducendam seruitutem legalem, seu vsum naturalem. Vltrà quod est dictum in priuilegio, (& in homines, quos habet in Castris Tursij, & Sancti Archangeli,) & sic diuersis: nec de seruitute reali acquisita prædijs hominum Tursij, potest tractari; cum de hoc in processibus verbum nullum, nisi de actione negatoria præposita contra Vniuersitatem ab Ecclesia, contra quam nihil dicitur à particularibus possessoribus forte aliquorum territoriorum cum decima, vel sine; sed ab vniuersitate prætendente, & seruitutem legalem, & præscriptã, & in his sunt factæ probationes: taliter quod de alio tractari non potest; & si tractari, nihil obtineri posset à particularibus, non existente aliqua pro eis probatione. vltra quod si tractaretur respectu seruitutis legalis, non poterit dici acquisita rei, sed personæ respectu habitationis, quæ non transiret ad alios, nisi cũ illa qualitate habitationis, vt in alijs allegat. dictum fuit. Prætensa etiam seruitus
42 præscripta nihil similiter obstabit, cum ad eam inducendam, & probandam requirantur quatuor, quorum duo, scilicet de visu, & de fama, fuerũt deducta in articulis. Alij duo de auditu, & de auditu auditus, & quod nunquã fuit auditum, nec visum contrarium, necessaria, *iuxt. tex. cum glo. in l. si arbiter, ff. de probatio. & tex. cum glo. in c. 1. de præscrip. in 6. latè per Aym. in tract. de antiq. temp. in 4. par. nu. 38. cum seq.* c Non sunt deducta: non potest igitur prætendi probata immemorialis, seu centenaria ad hoc requisita. sunt etiam tot interruptiones, & naturales, ciuiles, de quibus in nota facti, & in alia pagina dictum fuit. meritò iure debet declararis territorium Ecclesiæ esse liberum à seruitutibus prætensis; & ipsi vniuersitati Tursij non licuisse, aut licere pascua sumi facere ab eius, & Ciuium animalibus absque solutione fidę.

Camillus de Medicis.

ADDITIO. In hac eadem causa pro Ecclesia Anglonensi, contra Tursienses consuluerunt *Ruyn. cons. 118. 4. vol. Card. Parisi cons. 27. 1. vol.* & tandem fuit decisum per Reg. Cam. referẽte Dño Villano 18. Ianuar. 1581. iuxta hic scripta: verum pro contraria parte scripserunt D. Hector Caracciolus, & D. de Ponte vt ipse refert *cons. 51. in fin.*

b *Afflict. decis. 68. nu. 3. Couar. prac. cap. 3. in prin.* adeo vt etiã res communis videatur tota donata, vel concessa si est descripta per omnes fines *Bal. in pluribus locis citatis à Paride de reintegr. fol. 163. cap. pone quod dominus facit optimus tex. in l. ade, §. 1. ff. de contrah. empt.*

c *Couar. in reg. possessor §. 2. & 3. de reg. iur. in 6.* sed an requiratur quod vnusquisque ex testibus deponat omnia, vel sufficiat quod omnes deponant super omnibus *Anna sen. in constit. const. diuæ memoriæ num. 188. late & sing. 516. D. de Franch. decis. 56.* verum primam opin. probasse Reg. Cam. Secundã verò quod probationes iungantur probasse S. C. refert *D. meus auunculus, & Magister Regens, & S. C. Præsid. Camil. de Curt. in 1. par. diuers. feud. cap. 17. nu. 8.*

Fabius Capycius Galeota.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium, & possessorium cumulans, & si non suspendat petitorium ante conclusionem;*

Digitized by Google

sionem; obtinere debet in possessorio, etiam non probato dominio, si reus dominiũ non fundat.

2 *Procurator non potest aliquid agere contra factum sui principalis.*

3 *Mandatum generale cum plenissima, &c. refertur tantum ad ea, quæ spectant ad mandantem tempore mandati.*

4 *Concessio facta ad beneplacitum ob seruitia, non intelligitur reuocata, nisi specifice dicatur.*

5 *Mandatum fundatum in falsa causa est nullum ex defectu consensus mandantis.*

6 *Intellectus ad tex. in l. seruum titij, ff. mandati.*

7 *Errans in contractu venditionis, & tradẽs ex vna causa, cum sit dominus ex alia; an transferat dominium.*

8 *Dominium non transfert errans in causa traditionis, nempe quia ex vna causa tantum erat traditurus, non ex alia.*

10 *Rex non præsumitur feuda à bene merentibus reuocare.*

11 *Possessio patris continuatur in filium in feudalibus.*

12 *Possessio defuncti continuatur in hæredem, etiam actu non apprehendentem; quoties ea possessio retinetur per eosdem, per quos retinebatur in vita defuncti.*

13 *Interdictum adipiscendæ quando competat, & contra quem num. 14.*

15 *Dux exercitus potest benemerentibus bona stabilia propter belliũ deuoluta, concedere.*

16 *Consuetudo Imperatoris attenditur in remunerando.*

17 *Miles stipẽdiatus est remunerãdus ex factis insignibus, ad instar serui.*

18 *Ratificatus præsumitur actus gestus per aliquem sciente domino, si vltra scientiam interueniat alius actus.*

19 *Gesta à Vicario, si Dominus aliqua eorum reuocauerit, cætera confirmasse videtur.*

Pro D. Ioanne Ycart, contra Regium Fiscum, & Principem Casertæ.

ARGVMENTVM.

CVmulans petitorium, & possessorium, quando obtineat in possessorio; Mandati verba quomodo restringantur. De errante in contractu venditionis, quando transferat dominium. Possessio defuncti, an continuetur in hæredem in fæudalibus, & quandoq; in allodialibus; de interdicto adipiscendæ, & donatione remuneratoria facta stipendiario ob seruitia bellica.

CONSILIVM XXII.

1 QVAMVIS Don Loysius actor cumulauerit petitorium, & possessorium; & petitorium ante conclusionem in causa non fuerit suspensum. Nihilominus qñ ex parte conuenti non liquet de iure dominij, actor vincet in possessorio, etiam non probato dominio ex sui parte. *Abb. post Io. Andr. in cap. pastoralis num. 32. & in cap. seq. num. 10. de caus. poss. & propriet. Alber. in rub. num. 3. C. si de momen. poss. agat. Cin. cæteriq; in l. incerti. C. de interd.*

Quod dominium conuenti non probent, liquet, Nam venditio facta per Don Petrum de Toledo Annæ Gambacortę, à qua possessor habet causam; nullius fuit roboris, vetãte *Regia pragmatica* anni 1531. mutationem status rerum concessarum per Principem

2 Orangiæ, contra quam Don Petrus Vicerex nõ potuit disponere, tamquam contra factũ sui principalis, *ex regula l. si hominem, ff. mand. late Alex. in cons. 106. 2. vol. ante num. 3.*

Et si dicatur Don Petrus tenebat mandatum à sua Maiestate ad vendendum Respondetur illud esse ad vendendum spectantia ad Cæsaream Maiestatem: at fæuda, de quibus nunc agitur, tunc non spectabant ad Imperatorem; sed ad dominos de Ycart, tunc vi-

3 uentes, & possidentes. inde clausulæ etiam plenissimæ in mandato positæ, referuntur ad spectantia tunc temporis ad mandantem, *l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. & l. si à colono, ff. de verbor. obligat.*

Nec vnquam fingi posset, sub tali mandato datam esse potestatem Don Petro reuo-

4 candi beneplacitum. Cum certum sit concessionem factam ad beneplacitum ob seruitia, non nisi specifice posse reuocari *Andr. in consilit. ea quæ ad decus, in prin. in ver. ea qua in fi. refert Cap. dec. 116. in prin.* Cumq; *pragmatica* sequens addiderit has concessiones Principis Orangiæ remanere debere in eo statu, quo reperiebantur, donec sua Maiestas contrarium mandandum duxerit. sequitur specifice oportuisse Imperatorẽ contrarium ordinare, *cap. si delegatus, de off. & potest. iud. deleg.*

Nec deniq; venditio prædicta potest sub-

 stineri,

stineri, ex particulari mandato suæ Maiestatis, iubentis vendi dicta fæuda, Siquidem late dictum est in primis allegationibus, mãdatum illud expresse fundari in falsa causa, vacationis scilicet, per mortem dominorum de Ycart; quæ in compatibilis est, cum re-
5 uocatione beneplaciti; cum data vacatione per mortem, non sit locus reuocationi; & ratione erroris deficit consensus, & dispositio, *cap. susceptam, de rescrip. in 6. Andr. in cap. moribus, in fi. si de fæud. fuer. contro.*
6 Non obstat *l. seruum Titij, ex aduerso allegata, ff. mand.* qua cauetur, quod mandans rem vendi ex vna causa, cum esset dominus ex alia; sequuta venditione dominium trans-
7 feratur. Nam, vt distinctè cognoscamus, quando errans in contractu venditionis trãsferat dominium plura membra, *Bar. considerauit in l. 1. post num. 3. ver. pro quorum, ff. de off. procurat. Ces. in prima lectura,* ibi enim in quarto, & quinto membro tradit, quod quãdo errans in causa dominij, quia credebã me dominium ex vna causa, cum essem ex alia. & tunc impeditur dominij translatio, *d. l. seruum Titij.* Et credo ibi deficere negatiuam. non subdit demum in quinto mẽbro, quando erratur in causa traditionis, si vtraq; causa esset habilis, ad dominium trãsferendum; si apparet, quod tradens ex vna tantum causa volebat dominium transferre, dominij translatio impeditur, *allegata l. si*
8 *ego, ff. si cert. pet.* & ratio est clara in vtroq; casu, qñ enim erratur in causa dominij; quia dominus ex quacumque causa erat venditurus, nec erat ratio diuersitatis, cur minus ex vna causa, quam ex altera venderetur; dominij translatio non impeditur, & procedit *tex.*
9 *in d. l. seruum Titij,* & cũ erratur in causa traditionis, si ex vna tñ causa eram traditurus, quia deficit consensus; ex alia dominium non transfertur, & procedit *tex. in d. l. si ego.* In præsenti sua Maiestas clare voluit hæc bona vendi, & tradi ex causa vacationis per mortem, quia de alterius præiudicio non cogitabat; nec ex alia reuocationis, scilicet beneplaciti tradere voluisse præsumitur, in pernitiem dominorum de Ycart, ad quos ea fæuda ob seruitia deuenerunt: præsertim, quia ex literis suæ Maiestatis eius intentio aperte perspicitur, alia fæuda tunc deuoluta non vendere; sed illa dare alijs benemerenti-
10 bus: Ideoque tanto minus noluit, nec vnquam cogitauit à benemerentibus concessa reuocare; turpius enim eijcitur, quam non admittitur hospes, *vulgata l. patre furioso, ff. de his, qui sunt, & alt. iur.*
Ex his enim infertur de iure dominij ex parte conuenti non liquere, & proinde actor in possessorio vincet, vel reintegrandæ, vel adipiscendæ. vincet possessorio reintegran-
11 dæ, cum possessio Don Christophori patris, vsque ad mortem, fuerit continuata in Don Loysium filium, & heredem, quia sumus in fæudalibus. *ex Bald. in l. cum antiquioribus num. 11. C. de iur. delib. cum alijs allegatis.* Tum etiam quia possessio Don Christophori erat animo suo, & corpore alieno, per Capitaneum, cæterosque ministros continuata,
12 quo casu possessio defuncti transit in hæredẽ actu non apprehendentem, *l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ibi Imol. in princ. ff. de acquir. possess. refert. & sequitur Afflict. in dec. 167. num. 5. & 325. num. 3.*
Vincet etiam actor possessorio adipiscen-
13 dæ, sine vllo scrupulo; illud enim propriè datur, quando defunctus possedit vsque ad tempus mortis, & hæreditas demum spoliatur, *§. adipiscendæ, instit. de interd.* in hoc enim quãuis admittatur exceptio proprietatis ex parte conuenti, quando de ea in promptu liquet, quod non est in possessorio reintegrandæ, iam supra dixi de iure dominij ex parte conuenti non liquere.
14 Et hoc possessorium, quod detur contra titulo possidentem, quæsito tamen post mortem illius, de cuius bonis agitur; maxime si habetur causa ab eo, qui hoc remedio poterat conueniri, *Afflict. loquens in fortioribus terminis petitionis hæreditatis, decis. 228. & decisio Pedem. 56. num. 4.* quamobrem in possessorio non dubitamus.
Verum ex abundanti si de petitorio esset tractandum, ad hoc actor vincet, fundat enim suum dominium, ex concessione remuneratoria Principis Oranges, tam vt Viceregis,
15 quam vt Ducis exercitus, qui quod potuerit benemerentibus bona stabilia in illo bello deuoluta concedere, *Marin. videndus de subfeud. lib. 2. cap. quis dicatur dux num. 29. & 31.* attenta magis consuetudine Imperatoris in remunerando, *Andr. in cap. 1. Imperialẽ n. 13. de probib. fæud. alien. per Feder.*
17 Nec dicatur remunerationem non considerari in Don Loysio, tamquam vassallo stipendiario. Nam in fortioribus terminis etiam seruus est remunerandus à tutore, vel curatore pupilli, vel adulti in bello adiuti, *l. etiam, ff. de man. vind.* vltra quod D. Loysius extra castrũ, & stipendium alias seruiuerat.
Et si concessio Principis Oranges circa dominij translationem aliquam difficultatẽ pateretur, nullus erit scrupulus, quia ea vigore *pragmaticæ* anni 1531. specifice fuerit confirmata, ex eius verbis, & alias allegatis,
18 quando enim quis disponit de re mea, si vltra scientia interuenit aliquis actus, videor appro-

Digitized by Google

approbare, *Bart. videndus in l. quo enim*, 19 *ff. rem rat. hab.* & si gestorum à Vicario dominus aliqua reuocauerit, cætera cōfirmasse videtur, etiam si de illis nulla fuerit facta mentio, *Alber. in l. tribunus, §. 1. de milit. test.* Cumque liqueat Imperatorem vltra scientiam concessionis per Principem Orangiæ factæ, actum fecisse publicationis *pragmatica*, ac gesta aliquorum Viceregum reuocasse: sole clarius apparet illam confirmasse; itaut nec in possessorio, nec in petitorio contra possessores pro actore dubitari possit.

Postremo in omnem casum ex allegatis munificētissimus Rex noster Catholicus erit obligatus ad mercedem annuorum scutorū octingentorum, vna cum fructibus decursis, postquam Don Loysius tunc infans, sic præcipiti animo contra omnem iuris rationem, & formam fuerit suo iure priuatus. Decet enim concessiones Principis esse mansuras, & tam magna seruitia non esse irremunerata; etenim vltra seruitia personalia, Don Loysius in illa necessitate obsidonis mutuo dedit quamplures quantitates pecuniarum Regiæ Curiæ, quas si tunc expēdisset in emptiones bonorum, confiderent Iudicantes quantum fuisset lucratus.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. Inde operę, & obsequia, quæ à libertis, filijs, & vxore præstantur non faciūt vt donatio, velut remuneratoria gaudeat priuilegio, *l. aquilius regulus, ff. de donat. l. si donatione, C. de donat. cum alijs à Masc. de probatio. concl. 1053. in fin.*

SVMMARIVM.

1 EVictio non debetur, quando contrahitur super vniuersitate, euicta re particulari; quod fallit si particularia corpora exprimuntur.

2 Locator tenetur resarcire damnum conductori rei conductæ, si parte ipsius non potuerit vti.

3 Conductor impeditus vti re conducta facto locatoris iniusto, vel voluntario; consequi potest totale interesse, & habetur ratio etiā lucri, num. 4.

5 Conductor impeditus vti re conducta facto locatoris iusto, vel necessario; potest consequi remissionem mercedis pro rata.

6 Conductor impeditus vti re locata facto tertij, an & quando possit petere remissionem mercedis.

7 Prorex Regni habet eandem potestatem, quā Rex ipse.

8 Remissio mercedis an fieri debeat inspecta locatione vniuersali, vel temporis certi, & quando num. 10.

9 Remissio mercedis vt fiat conductori, in quota parte debet esse damnum.

11 Sterilitas cum vbertate quando compensetur.

12 Conductor impeditus facto locatoris, vel tertij vti re locata; omnino ei debetur remissio mercedis pro tempore impedimenti, nec eo casu est facienda compensatio vbertatis cum sterilitate, num. 13. & 14.

15 Sterilitas cum vbertate non compensatur, quando adest speciale pactum, vt tempore pestis, vel alterius impedimenti fiat remissio.

Pro Magnifico Hieronymo Bliuio.

ARGVMENTVM.

CONductor impeditus vti re locata, an & quando possit habere remissionem mercedis, & quando sterilitas cum vbertate compensetur.

CONSILIVM XXIII.



CERTVM est in facto Magnificum Hieronymū Briuium conduxisse per annos quatuor à Regia Curia Dohanam Neap. & in specie cum Nundinis Ciuitatis Salerni, Lanciani. & Luceriæ, quæ sunt mēbra separata à Neap. pro ducatis 79.m. quolibet anno; & adeò prædictæ Nundinæ sunt membra separata à Dohana Neapolitana, quod illam simpliciter locans in locatione non includuntur: & proinde dum magnificus Bliuius dohanam Neapolis cum dictis nundinis ab ea distinctis, conduxit pro certa mercede; illę fuerunt, pars rei conductæ, & sine illis, tanto minus conduxisset, seu aliter non conduxisset, *l. tutor, §. si curator, ff. de minor.* vnde si illis vti frui non potuit impeditus vti parte rei conductæ, remissioni mercedis locus erit; multum enim interfuit, hæc membra fuisse expressa in lo-
1 catione. Nam quando contrahitur super vniuersitate, euicta re particulari tradens nō tenetur; sed cum corpora particulariter exprimuntur, damnum contingens in re parti-

K 2 ticu-

culari expressa, tradens reficere debet, *l. servi venditor, ff. de euict. & l. 1. C. eod.* & in
2 locatione, & conductione si conductor parte
rei conductæ vti frui fuerit impeditus, damnum illud contingens eidem refici debeat,
est lex 1. ex conducto in principio, ibi, aut totius agri, aut partis non præstari, ff. locati.
Secundo verum est, ob prohibitionem
Regiæ Curiæ prædictarum nundinarum per
duos annos, magnificum Bliuium passum
fuisse damnum in non exigendo solitos dirictus ducatorum 37, m. quod damnum per
remissionem mercedis Regia Curia reficere
3 debet, Nam quando conductor impeditur
vti re conducta, aut facto locatoris, aut tertij: si facto locatoris iniusto, & tunc locator
tenetur ad totale interesse, in quo habetur,
etiam ratio lucri, *l. si fundus, & l. ex conducto, in principio, l. si cum lege, §. colonus, & l. si merces, §. 1. l. si quis domus, §. penul. ff.*
4 *locati.* Aut conductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris non iusto, sed voluptario, puta quando locator vult ampliare
domum pro maiori eius vtilitate, & tunc locator tenetur ad totale interesse, *l. qui insulam, & l. habitatores, ff. eo.* Aut conductor
5 impeditur vti re conducta, ex facto locatoris iusto, & necessario, & tunc fit remissio
mercedis pro rata, *d. l. si fundus, & l. hæc distinctio, ff. eod. Bar. in l. si vno, §. item cum quidam, num. 2. vers. si vero factum locatoris extinctum, quem communiter ibi sequitur, ff.*
6 *locati.* Si vero impedimentum fuerit illatum
facto tertij, & fit eadem distinctio præcedens
itaut si fuerit iustum, & locator illud
remouere non potuit, adhuc tenetur ad remissionem mercedis pro rata; quia non ex
hoc quod factum sit iustum, conductor impeditus vti re conducta debet esse in damno,
quin saltim locator teneatur ad remissionē
mercedis pro rata, *d. l. si fundus, & Bar. in d. §. item cum quidam, num. 2.* Ex his concludo hanc prohibitionem nundinarum factam à Regia Curia locatrice, & si illam
pro bono publico, ne peste Regnum afficeret, non tamen illam excusat à remissione
mercedis pro rata, *per iura desuper allegata;*
Idque procedit, siue prohibitio hæc fuerit facta à tertio, siue ab eadem persona locante
prout vere in præsenti Regia Curia eandem
personam locantis, & prohibentis sustinet:
siquidē tā locatio facta magnifico Bliuio, quā
prohibitio, fuit facta ab Illustrissimo Prore-
7 ge, qui gerit vicem Regis, & habet eandem
potestatem, *Ias. in l. conuentionum col. 2. vers. 3. limito num. 7. ff. de pact. Iacob. de Sancto Georg. in vers. vicarius perpetuus, in principio, & Egid. Bos. in tit. de Principe num. 87.*
8 Nec obstat, si dicatur remissioni locum
non fore sub prætextu, quod conductor non
sit in damno, sed in lucro, inspecta locatione
vniuersali, *l. si vno in principio, ff. locati l. licet, C. eo. & cap. propter sterilitatem extra locati,* ex quibus Scribentes notant, vt fiat re-
9 missio, damnum debere esse in dimidia parte, vel ad minus in tertia, vel in quarta arbitrio iudicis, quos cumulat *Couarru. pract. quæst. cap. 30. Bos. in tit. de remissione mercedis in fi. sui operis, Menoch. de arbitr. lib. 2.*
10 *centu. 1. cap. 77.* Nam prædicta vera sunt,
quando contingit sterilitas in fructibus, qui
non percipiuntur lue, & tempestate, vel cœli
vitio, *d. l. licet,* vel vitio rei, seu alio casu for-
11 tuito, *d. cap. propter sterilitatem.* His enim
casibus sterilitas cum vbertate compēsatur,
& conductor, vt remissionem consequatur,
12 debet esse in damno; sed quando non contingit sterilitas in fructibus, sed conductor facto
locatoris, seu tertij est impeditus vti re conducta in totum, vel in partem; tunc non distinguitur, an sit in damno, vel in lucro: sed
simpliciter alia iura dixerunt, an impedimētum contingit facto locatoris, seu tertij, vt
si vtrunque fuerit iniustum, locator teneatur
ad totale interesse, si vero iustum ad remissionem mercedis per iura superius allegata,
& præcipuè tex. in d. l. si fundus, & Bar. in
13 *d. §. item cum quidam num. 2.* Et in spetie,
quod tunc fit compensatio sterilitatis cum
vbertate, quando sterilitas contingit in fructibus rei locatæ vitio cœli, seu alio casu fortuito, & non quando datur impedimentum
conductoris in re conducta per locatorem,
seu tertium, *Alberic. videndus in d. §. item cum quidam, num. 13. ibi Paul. num. 3. & Cotta in suis memorialibus, in ver. conductor vers. quarto addo,* in præsenti nulla adfuit
sterilitas, quia nisi nundinæ fuissent prohibitæ per Regiam Curiam, fructus fuissent percepti; quo casu cum per ipsam Curiam locatricem, fuerint impeditæ nundinæ, sic particulariter expressę in contractu locationis,
adeo vt conductor ullos pœnitus fructus percipere potuit; omnino dicendum erit, remissioni locum fore, nulla habita distinctione vbertatis, & sterilitatis, seu quod condu-
14 ctor sit in lucro, prout in proprijs terminis
nundinarum prohibitarum, nulla facta distinctione prædicta, sed quod indistinctè remissio mercedis fieri debeat, *tradit Firmianus in tract. de gabellis, 2. par. num. 41. fol. mihi 55. in magna impressione, vol. 5,* locator enim tenetur præstare patientiam, quod
conductor vtatur re conducta, qui si ab eo
erit impeditus, pro illa parte habet locum
mer-

Digitized by Google

mercedis remissio, quando factum non est iniustum, *d. l. si fundus.*

Præterea in præsenti locatione pactum est adiectum, quod fiat tempore pestis, &
15 belli remissio: quo casu etiam si essemus in casu sterilitatis, & nõ impedimenti illati per locatorem, seu tertij; adhuc vigore dicti pacti sterilitas vnius anni non compensaretur cum vbertate alterius anni, quia prouisio hominis tollit prouisionem legis, *ita in specie limitando tex. in d. l. si vno, tradit Angel. cons. 312. num. 6. Ruin. 84. vol. 1.* quod tanto magis id habet locum, stante dãno passo in præcedenti arrendamento, vbi maximam iacturam passus fuit magnificus Arrendator, quæ longe magis excedit lucrum, quod forte sperat in præsenti arrendamento.

Pariter non obstat, si prætendatur, quod bona, quæ debebant peruenire ad nundinas, peruenerunt ad dohanam: nam in facto id non est verum, cum ex prohibitione Regiæ Curiæ bona non venerunt ad nundinas, nec ad Regiam dohanam, stantibus tot diligentijs, quibus Regia Curia vsa est in necem magnifici Arrendatoris, qui ex sola prohibitione nundinarum reperitur damnificatus in ducatis 17. m. vltra lucrum, quod poterat percipere, & vltra alia damna passa in vniuersali arrendamento, quę non substinuisset si dictæ prohibitiones non fuissent. Qua de re omni ex parte concludo remissionem mercedis debere fieri, maxime habendo respectum ad bonum regimen, quod tenuit magnificus Arrendator in præsenti arrendamento, & ad tam maximum lucrum, quod fecit in beneficiũ Regiæ Curiæ, eius introitus augendo ob eius exactam diligentiam, quę quemlibet circumspectorum Iudicantiũ mouere debet, vt pro eo in tam clara prætensione, quæ & si esset dubia contra Fiscum decernat. Tanto magis, quia non agitur de interesse Regij Fisci, postquam fuit mota lis ad eius instantiam contra Regnum, pro damno passo ob pestem.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Matris transeuntis ad secunda vota, voluntas excoriandi filios primi matrimonij præsumitur.*

2 *Propositum fraudandi, ex rei euentu dignoscitur, & ex oculis, in quibus omnium mentis iudicium dignoscitur.*

3 *Mulier, quæ ornata incedit, matrimonium appetere coniecturatur.*

4 *Persuasio violenta, apta est rescindere contractum, tamquam meticulosum.*

5 *Mendax, dolosus præsumitur, quando ad sui commodum mentitur.*

6 *Domus Dei domus orationis, nõ cõtractus est.*

7 *Clandestinitas dolum aperit; & actum tamquam dolosum, reddit inutilem.*

8 *Mulier, minor, & rusticus, de facili præsumitur decipi.*

9 *Dolus arguitur ex læsione.*

10 *Venditio, in qua pars rei donatur, causa non subsistente, fraudulenta iudicatur.*

11 *Doli diffinitio, à Bal. tradita, applicatur.*

12 *Propositum fraudandi, & læsio immodica, parem vim habent, quo ad contractum rescindendum.*

13 *Blandus sermo, & insidiosa persuasio, differunt quoad rescindendum contractum.*

14 *Ratificans, si ignorat læsionem primi contractus, non dicitur confirmare actum inutilem.*

15 *Persuadens alicui ingressum monasterij, cupiditate rerum; illarum rerum emolumentum habere non potest, quia nemo ex suo dolo lucrum reportare debet.*

16 *Remedium l. 2. C. de rescin. vend. non dat electionem emptori doloso.*

17 *Actus machinationibus celebratus, non præstat commodum machinanti.*

18 *Breuitas temporis, arguit coniunctionem actuum.*

Venditio facta, vt momento duret, dicitur simulata.

19 *Vendens, pretia non exacturus, simulatè agere iudicatur.*

20 *Dominium ex actu simulato non transfertur.*

21 *Assensus Regis venditionem simulatam non firmat.*

22 *Assensus præstitus venditioni, donationem non confirmat.*

23 *Vicerex non potest dare assensum venditioni feudi, cum feudi natura mutatur.*

24 *Feudum concessum pro se, & liberis dicitur ex pacto, & prouidentia, non hæreditarium.*

25 *Feudatarius concedens feudum aliter, quã ipse habeat, nihil agit.*

26 *Filij certi matrimonij vocati, nõ vt hæredes, sed vt filij censentur vocati.*

27 *Mater non potest aliquid inducere in præiudicium filiorum, quorum contemplatione actus factus est.*

28 *Contractus indiuiduus pro parte approbari, & pro parte improbari non potest.*

29 *Votum ingrediendi religionem, & deliberatum propositum parificantur.*

31 *Pactum redimendi rem venditam est pars contractus.*

32 *Assensus Regis in distractu, pro ut in contractu super feudo requiritur.*

33 *Ingressus Religionis sine professione, inducit amissionem feudorum.*

34 *Assensus Regis impetratus à contrahente non operatur in praeiudicium alterius, cui ius in feudo quaesitum est.*

Pro Morgana de Sangro.

ARGVMENTVM.

Venditionem factam à filia matri, & filijs eiusdem, alterius matrimonij, in qua interuenit modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, nimia persuasio de ingrediendo monasterium, donatio iuris luendi intra modicum tempus, & ingressus monasterij; contractum praedictum venditionis simulatum, & donationem praedictam fraudulentam, ac machinationibus extortam arguere; & ideo rescindendam, & successionem bonorum faeudalium venditorum, ad venientes ab intestato spectare, non obstante assensu super dicta venditione impetrato.

CONSILIVM XXIV.

1 RÆVISVM erat à legibus plerumq; foeminas nouis maritis, non solum res filiorum, sed vitam abdicare, *l. lex quae tutores, §. lex enim, C. de admin. tut.* Id enim in praesenti accidit Magnificam Andrianam Tomacellam, cum Magnifico Alfonso Piscicello eius secundo viro, non solum bona filiae Victoriae de Sangro: sed vitã abdicasse; dum eam bonis spoliando monialem in Monasterium Sanctae Crucis de Lucea dolo ingredi fecerunt. Quamobrem ea ciuiliter mortua; quia Domina fuit faeudorum Luciti, & Caleabutachi, & Monasteriũ incapax est faeudorũ. Magnifica Morgana de Sangro eius amita, & caeteris proximior, illa vendicando à Magnifico Piscicello, fundatã habet intentionem: non obstãtibus cõtractibus nullis, venditionis, seu donationis dictorum Castrorum per Victoriam factis in beneficium matris, tanquam dolo extortis, & simulatis, ac ob defectum assensus etiam, vt infra. Vtq; dolus maximus detegat, licet in eis (quia occulte proceditur) admittantur probationes possibiles per inditia, cum aliter probatio haberi non possit, *l. dolo, C. de dolo.* Attamen facti seriem narrando, uidebimus non solum ex perspicuis indicijs; sed per lucidas probationes dolum apertum.

Mortuo Saluatore de Sangro duae filiae ex eo remanserunt, Victoria, & Lucretia, quae puellae degerunt apud Victoriam de Loffredo auiam paternam. Primum uero Lucretia secundogenita ingressa est Monasterium, ut Victoria primogenita, & Baronissa duorum Castrorum dignius nuberet. Tunc enim Andriana mater, quae iam ad secunda uota conuolauerat, omni studio quaesiuit, ut Lucretia non in beneficium sororis primogenitae; sed in eius utilitatem sua bo-
2 na renunciaret: quod non obtinuit. Id enim patefacit animum ipsius, quae inhiabat bonis filiarum; & cum circumuenire quis aliũ uelit, spectandum est cuius propositi, cuiusque sit opinionis, *l. cum hi, §. vult igitur, vers. in persona eius, ff. de transact.* eadem deinde cupiditate Andriana stimulata Victoriam primogenitam aggressa est, ut sibi bonis omnibus donatis ingredi Monasterium uellet. Quod summa machinatione coepit agere. vt enim pro libito Victoriam suadere posset; illam in sua domo, quae erat apud auiam, habere curauit; & si Victoria in domũ matris, & vitrici inuita, & plorans accesserit: profecto hae lacrimae demonstrant, eam timere matris ingenium versutum; & ne quid contra propriam voluntatem agere compelleretur. In oculis enim omne men-
3 tis indicium adest, & in ijs animi perturbatio apparet *l. 1. §. potuisse, vbi Bal. ff. ad Senat. Cons. Syllan.* Dumq; Victoria erat apud auiam, corporis cultui, & ornamentis vacabat, vt solent puellae proximis nuptijs tradẽdae; atque inter multas matrimoniorum cõditiones, quae offerebantur, continua cura erat auiae, & aliorum consanguineorum meliorem eligere. Quo fit nil magis alienum à mente victoriae, quam velle monasterium
3 ingredi. Hoc nempè signum est puellae, quae ad matrimonium intendit, cum ornata, & culta vadit, *Afflict. in §. rursus, vers. quinto & vltimo, ex quib. caus. feu. amitt.* Sed cum victoria traducta fuit in domum matris, & vitrici; statim ei licet renitenti, & inuitę, ab initio cęperunt persuadere, vt monaca fieret, sibi, & filijs bonis donatis; quia pauper erat, & aere alieno deducto non remanebat, vt cõdignas suae conditioni nuptias contrahere posset. Quod ab omni veritate alienum est

cum

cum præter castra valoris duc. 18. m. habebat Victoria antefatum duc. trium mille, & quingentum, & partem dotium maternarũ duc. 7000. ita ut deductis omnibus circiter duc. 4000. dando castra in dotem duc. 18. m. condescentes nuptias contrahere poterat. Ex hac enim falsa causa Victoria credula inducta fuit ingredi monasterium, & omnia bona donare matri, & vitrico; & proinde ex dolo dante causam contractui, *l. si quis affirmauit, ff. de dolo, l. cum quis, vbi Bart. de dolo, glo. in l. apud Cassium, in vers. causa,*
4 *ff. de dol. except.* & hæc nimia persuasio, quia mulier ista fuit subducta, loco coactionis, & compulsionis, habetur *l. cum qui, C. de Apost. Aym. cons. 162. num. 12.* Quod sine dubio procedit, quando persuadens mendacio vti-
5 tur, *ibidem Aym. num. 13.* mendax enim in sui commodum semper in dolo præsumitur, *Ruin. cons. 29. num. 6. vol. 1.* quia cum iactura alterius lucrum quærit, *l. 1. §. in pupillum, ff. depos. quem ad hoc allegat Calcan. cons. 25. col. 4. in principio, Dec. in l. cum fundus, §. seruum tuum, num. 6. ff. si certe pet.* Item dolus apparet cum videamus puellam hanc contraxisse extra domum cum persona domestica, *Anchar. 385. col. fi. Aym. refert, & sequitur 142. n. 18.* Dubitabant .n. mater, & vitricus, contractus per hãc puellam initos tunc publicari, ne forte eius consanguinei rem detegerent. Ideo illam in tres Ecclesias, tribus diuersis diebus, pro tribus contractibus conficiẽdis, vt libuit, duxerunt; vt quisque crederet aliud, quam
6 contractus iniri, cũ domus Dei domus ora-
7 tionis existat. Hæc ergo clandestinitas dolum aperit, *l. fin. ff. de ritu nupt. & l. non existimo. ff. de administr. tutor.* sic dolus resultat propter subsequentem Victoriæ continuatam conquestionem de matre, & vitrico, qui eam deceperunt. Et hæc est vrgens præsumptio, imo fraudis argumentum, *Ang. in l. 1. §. fin. ff. ad Syll. Afflic. in cap. 1. num. 58. vers. vera est alia coniectura simulationis de feu. dato in vicem l. commiss.* quæ conque-
8 stio potissimum in muliere procedit, in qua vt in rustico, & minori facilis deceptio præsumitur, *Glo. in auth. de incest. nupt. §. muliere, in ver. sciens, glo. 1. in cap. cum locum, vbi Scrib. de sponsal. Ias. in l. interpositas, num. 4. C. de transact.*

Sic Victoria dolo subducta à matre, & vitrico tres finguntur contractus in tribus diebus vnus post alium, qui verè vnicus fuit die 15. Mai 1560. in sacrestia Sancti Arpini, Victoria asserens habere aliqua onera super duobus castris Luceti, & Calcabutachi, illa vendidit Adrianæ eius matri pro se, & filiis natis, & nasciturls, cum magnifico Alfonso Piscicello secundo viro, pro duc. 7000. m. ex quibus solutis oneribus, quod superest conuertatur in emptionem; & credens dicta castra valere plus duc. 12. m. illud plus donat. Eodemque die fit pactum de retrouendendo eidem Victoriæ infra tres annos, numerando à die matrimonij carnalis à Victoria cõtrahendi; huic venditioni præcedebat assensus, die 10 Mai 1560. in beneficium Adrianæ, eiusq; hæredum ex corpore descendentium. Die seq. 16. Mai 1560. in monasterio Sanctæ Crucis fit secundus contractus, in quo Victoria asserens deliberasse velle ingredi monasterium, donat ius luendi in beneficium Adrianæ matris, eiusque filiorum, reseruans sibi pretium solutis oneribus. Et quis non videt dolum apertum? heri fit pactum de retrouendendo infra tres annos, decurrendos à die matrimonij carnalis; & hodie victoria volens ingredi monasterium, extinguit ius luendi, ei penitus incognitum: Simulatè enim hæc concipiebantur. Tandem die 21. Maij 1560. in Ecclesia Sancti Petri ad Aram fit tertius contractus, in quo Victoria donat pretium Adrianæ matri, nihil sibi reseruans, nisi ducatos quingentum pro ingressu monasterij, & annuos ducatos quinquaginta sua vita durante. Hæc enim
9 geminatio contractum dolum indicat. *Bal. in l. emptione in principio, C. plus valere quod agit, Boer. decis. 33. num. 5.* Denique enormissima læsio in hac venditione, dolum ostẽdit: siquidem castra hæc vendita, valoris erãt duc. 18. m. & per testes fide dignos probatũ est, & per idem instrumentum venditionis liquet esse valoris plus duc. 12. m. & vendita fuisse pro duc. 7000. dolus enim ex enormitate facti procedit, *l. omnes. §. Lucius, ff. quæ in fraudem credit. Bald. in cap. 1. §. Sacramenta num. 8. ibi Afflict. num. 6. de pace iuram. firm. & Gram. decis. 76. nu. 8. & seq.* Idemque dolus ex eodem contractu colligitur, cum sit venditio castrorum valoris plus duc. 12. m. pro duc. septemmille, & reliquũ
10 donatur. Quando enim res pro parte venditur, & pro parte donatur, & non subest iusta causa donandi; dolus præsumitur, *glo. in l. per diuersa, in ver. quam alijs. C. mandat. Bal. in l. 2. in principio, C. de repud. hæred. optime Veron. de simulat. contract. præsump. 7. num. 43.* præsertim in casu isto, in quo mater affirmabat Victoriæ, quod erat pauper, & condigno non poterat nubere, donare enim perdere est, *l. filius familias in principio de donat.* & qui vendit sua bona, necessitate potius ducitur, quam voluntate donandi *ascit ibi Veron.* & in necessitatibus, nemo

mo liberalis existit, *l. rem legatam in fin. de*
adim. legat. Quare ab initio vsque ad finem
vndique dolus apparet, non solum ex prespi-
cuis inditijs; sed tanta facti euidentia, &
omnibus modis, quibus dolus possit demon-
strari, matrem, & vitricum vsos fuisse ad de-
cipiendam puellam hanc, dicere cogimur.
Adeoquod in casu isto quadrat diffinitio do-
li, *quam Bal. tradit in l. quæ fortuitis, sub*
11 *num. 5. C. de pignor. act.* dolum esse mali-
tiam in alienum damnum prorumpens; do-
losos æquiparando dæmonibus, *secundum*
Diuum Thomam,

Duplicem ergo dolum, quo Victoria de-
cepta fuit, quisque considerabit. Primus ex
proposito, qui dedit causam istis contracti-
bus, quos, nisi dolo isto inducta, nunquam
fecisset. Et proinde, vt contractus bonæ fi-
dei, quibus frustra pars innititur, ipso iure
nulli redduntur. *l. eleganter, ibi Bar. cæteriq;*
ff. de dolo, Ias. in §. actionum num. 28. cum
seq. ibi Zas. num. 44. de actionum concord.
à Couar. adductis, in repet. cap. possessor, 2.
par. §. 6. de reg. iur. in 6. vbi hanc asserit esse
12 *veram, & communem opinionem.* Secundus
est re ipsa, ob enormem læsionem, quæ do-
lum facit, *l. si quis cum aliter, ibi Ias. num. 8.*
ff. de verbor. obligat. & quo ad annullandum
actum non differt dolus sit re ipsa, vel ex
proposito, *Dec. cons. 180. nu. 6. dicens hanc*
esse communem, Alex. cons. 42. num. 6. vol. 1.
Curt. sen. cons. 43. col. 2. Capic. decis. 159.
num. 21. Gramm. alleg. decis. 76. num. 12.
Hi enim contractus sic dolo extorti nulli sunt
quia in eis deficit consensus Victoriæ, quæ
nisi dolo fuisset subducta, non contraxisset,
Imol. in cap. dilecti, de empt. & vendit. quin-
immo dolus impedit ne quis possit acquire-
re, *Paul. in l. filia, num. 4. ff. solut. matrim.*
ex l. 1. §. 1. ff. si quis aliquem testari probib.

Non obstat si prætendatur dolum non
considerari, si licet blandis verbis quem in-
ducere ad disponendum in mei commodum,
l. fin. C. si quis aliquem testari probib. nam
13 longe distat inter blandum sermonem, de
quo loquitur *d. l. fin.* & persuasionem insi-
diosam, seu per captiosas machinationes,
voluntatem extorquere: illud enim licet, hoc
vero improbatur. Inde dispositio facta in
beneficium eius, qui talibus insidiosis falla-
cijs vtitur, non valet: sed legitimi successo-
res veniunt, *Cyn. & Bald. in l. quicquid, C.*
arbitr. tutela, Bald. in l. 1, in fin. C. si quis
aliq. testar. probib. Ang. in l. 4. ff. de inoff. te-
stam. & in d. l. fin. C. si quis aliq. testar. pro-
hib. Abb. in cap. 2. nu. 5. de pecul. cleric. Io.
Dilectus in tract. de art. testan. tit. 10. caut.
4. In præsenti extremam fuisse machinatio-
nem, & falsam eiusdem affirmatam, sole cla-
rius est demonstratum.

Pariter non refragatur Victoriam paulo
post eius ingressum in monasterium Sanctæ
Crucis de Lucca, ordine Proregis fuisse
traductam in monasterium Sanctæ Claræ,
pro exploranda eius voluntate: quia
explorata declarauit eius voluntatem esse
velle monacarum. Ex hoc arguens aduersa-
rius, si quis dolus adfuisset à principio, per
hunc actum subsequutum fuisse sublatum.
Quoniam præterquam in hoc actu explora-
tionis, mater, & vitricus eodem dolo vsi
fuerunt, persuadentes Victoriæ vt in mona-
catu persisteret, iugiter munera mittentes,
vt plenè probatum est, & sic idem dolus per-
seuerauit: non ei fuerat apertus dolus, quo
falso persuasa inducta fuit ad contrahendum,
sicut hodie constat. Fit inde & si Victoria
expresse ratificauerit contractus per eam
initos, quia in ea præsumitur ignorantia, &
incuria doli, tum *ex reg. l. verius, de probat.*
14 tum quia simplex mulier *Gram. alleg. decis.*
76. num. 1. ratificationem non nocere, si
ratificans, dolum aduersus se commissum
ignoret. Sicut enim primi contractus nulli
sunt ex dolo. Ita ratificatio sequens, quia
durat effectus doli, *glo. 1. in l. 1. C. si maior.*
fac. Bart. in l. licet, §. si quis, vers. si ei, de mi-
nor. Rom. cons. 54. Barbat. cons. 42. vol. 1.
Dec. in l. contractus de reg. iur. Curt. iun.
cons. 50. num. 8. & 51. num. 1. Ayn. 160.
num. 4.

Præterea esto millies, Victoriam fuisse in
voluntate deliberata persistendi in Mona-
sterio (prout non fuit) quia postea semper
conquesta fuit se deceptam: nihilominus vē-
ditio, & donatio facta matri, eiusque filijs
dolo matris, & vitrici, nō sortitur effectum.
Vbi enim quis bonorum alicuius cupidita-
te, illum dolo suadeat fieri monacum, et ea
occasione ipsius bona adipiscatur; & ille
fit monacus, ac sponte in Religione persistit:
persuadens tamen nihil potest ex facultati-
bus eius acquirere, cum per dolum, & sic tur-
piter lucretur; sed bona cedunt ad venien-
15 tes ab intestato, *tex. est*, qui loquitur de Ab-
bate inducente iuuenem diuitem dolo, vt
monacus fiat in suo Monasterio *in cap. con-*
stituit, 20. quæst. 3. glo. in capitulo prola-
tum 19. quæst. 3. glo. fin. in cap. præterea, de
offic. deleg. vbi tradit concesso principali, con-
cedi accessorium. Contra de c. constituit. So-
lutio ibi intentio principalis erat propter res.
Abb. in d. cap. præterea num. 5. inquit, illud
esse in odium suadentis; quia non propter
Deum, sed propter bona temporalia instiga-
uit fieri monacum; *idem Abb. in cap. cum*
dile-

Digitized by Google

dilectus, num 12. de his qua vi metus.caus. &
in cap. in nostra num. 7. vers. Primo quan-
do dolus, de sepult. Ias. in auth. ingressi, nu. 1.
C. de Sacrosanct. Eccles. Bal. in auth. si qua
mulier, num. 13. eo. tit. Lapus alleg. 47. in
fin. Dec. in cap. in præsentia, num. 7. de
probat. & ibi num. 8. dicit etiam Mo-
nasterium bonis priuari, si vnius mona-
ci dolo fuit circumuentus, ampliando *tex.*
in d. cap. constituit, qui loquitur de Abbate,
habere locum in alijs monacis. Qui etiam
tex. loquitur de eo, qui est allectus; & allice-
re est inducere propter suum lucrum, ad
credendum aliquid, per quod ille fallitur, *l.*
1. §. si omnes, iuncta glo. in vers. allexerat,
de ventr. inspic. Hoc exemplum iam verifi-
catur in Victoria puella simplici, quæ facilis
fuit ad credendum dolosis verbis matris, &
vitrici, Castra esse tam magno ære graua-
ta, vt condigno nubere non potuisset, & ob
id monaca fieret; non propter Deum, sed
vt mater, & vitricus ab ea bona auferret. &
summa quidem ratione allegata procedunt;
si quidem nemo doli sui præmium consequi
debet, *l. ita demum, de recept. arbitr.* nec lu-
crum sentire *l. nec ex dolo, ff. de dolo.* dolus
enim est crimen *l. 1. iuncta glo. vbi Bar. ff.*
de fideiuss. tutor. est tex. in l. 1. §. plane, ff. de
tutel. & ration. distrab. & iustum est propter
17 dolosam mentem, & absconditam machina-
tionem aliquem puniri, *l. fin. vers. iustum*
est, C. de litigiosis. Ideoque, & si alias quan-
do intercessit læsio vltra dimidiam iusti pre-
tij, sit in emptoris electione, an rē restituat,
vel pretio suppleto rem retineat. Tamen si
in ea læsione dolus interuenerit, emptor tūc
nec supplendo quidem pretium potest rem
retinere: sed omnino restituere tenetur, *glo.*
in l. pen. in vers. possessorem, & ibi Bald. &
Salic. C. si vend. pignor. Vndè & si delibera-
ta fuisset voluntas Victoriæ persistendi in re-
ligione: nihil iuuabit matrem, & vitricum,
quorū dolo ingressa est, vt castra extorque-
rent; quæ ob dolum non potuerunt acquire-
re, & contractus ipso iure nulli sunt. Nimi-
rum si legitimi successores erunt admitten-
di.

Secundo principaliter dico, & si dolus ab-
esset, prout apertè adest, adhuc aduersarius
succumbit, Nam isti tres contractus initi
die 15. 16. & 21. Maij 1560. venditionis ca-
strorum, donationis iuris luendi, & donatio-
nis pretij; in effectu vnicus fuit; & licet fint
sub nomine venditionis, illa tamen imagina-
ria fuit; quia inter partes cēletur prius actū,
vt nec vna emat, & prætium soluat; nec al-
18 tera vendat, & pretium exigat. Breuitas
quidem temporis id arguit fuisse in mente,
& ab initio actum, *l. si ventris, §. in bonis, vbi*
glos. fin. ff. de priuil. creditor, Bald. in l. pa-
cta nouissima num. 6. C. de pac. Etenim si-
mulatè fuit conceptum, vt momento dura-
ret venditio, cum pacto redimendi, donec
die sequenti ius luendi extingueretur, & pre-
tium deinde donaretur; non animo persisten-
di in venditione, sed statim ab ea recedendi,
vt fuit recessum. Ideoque nuda, & imagina-
ria fuit venditio, *l. 4. §. si ab ignoto, ff. de*
manumiss. ibi Bened. de Plumbi num. 4. & 5.
Barb. cons. 65. num. 2. vol. 1. Cagnol. in l.
imaginaria, num. 10. ff. de reg. iur. Bologn.
cons. 25. num. 3. & 4. Soc. 264. circa finem
vol. 2. & Ias. cons. 170. col. 4. vers. 2. modo,
lib. 2. Qui & si annuant imaginariam fore
venditionem, si expressè ab initio id actum
fuerit; tamen si infra modicum tempus à
venditione fuit recessum, cum alijs admini-
culis, vt in præsenti, operatur, ac si à princi-
pio expresse per contractum actum sit, *Ve-*
ron. in d. tract. præsumpt. 25. Bald. in l. per
diuersas, num. 24. C. mand.

Sed cur verbis moror? si effectus in re
nostra demonstrat, venditionem imaginariā
fuisse ea intentione factam, vt pretium non
exigeretur, & omnimoda donatio per tale
figmentum occultaretur; cum statim facta
venditione, ab ea fuit recessum, & pretium
19 donatum? Dum enim quis vendit, pretium
non exacturus; ficta, & simulata erit vendi-
tio, *l. cum in venditione, C. de contrab. empt.*
l. empti. in fin. C. eo. & l. si sponsus, §. circa,
de donat. inter vir. & uxor. Non enim voluit
mater emere castra, sed prius persuaserat fi-
liæ, vt illa donaret; ex quibus præordinatis,
subsequens fraus, & simulatio demonstratur,
l. Titia, §. idem respondit, ibi Ias. num. 3. ff.
de verb. oblig. Bart. Bald. cæteriq; in l. mul-
20 *tum, ff. si quis alter. vel sibi*, & si venditio
imaginaria, & nulla fuit, pro non facta est;
nec ex ea alienatio fæudorum, seu dominium
translatum intelligitur, *l. nuda, ff. de contrab.*
empt. l. emptor, ibi glo. ff de aqua pluu. arcen.
Alex. cons. 57. num. 4. lib. 5. cum alijs con-
cordan. adductis per Tiraq. de retract. tit. 1.
21 *§. 1. glo. 2. num. 12. cum seq.* Et quia fuit
simulata, ob defectum consensus; Regis as-
sensu non validatur, sicut nec iuramento,
glo. Cyn. Bald. cæteriq; in l. emptione, C. plus
vale. quod agi. Afflict. qui dicit communem
in cap. 1. n. 63. vers. sed hæc sua opinio, de feu.
dato in vicem l. commiss.

Et si forte diceretur, licet venditio fuerit
simulata, quia Victoria vendens habuit in-
tentionem pretium non exigendi, erit tamē
donatio: quia si vendo, pretium non exactu-
rus, venditio nulla erit, vt simulata; sed erit
dona-

Digitized by Google

donatio *d. l. cum in venditione, ibi glo. ff. de*
22 *contrab. empt.* Respondetur, assensum præ-
stitum fuisse venditioni castrorum, & non
extendi ad donationem, *Andr. in cap. impe-*
rialem, post n.4. & ibi Afflict. 12. notab. vers.
secundo quæro, num. 10. cum seq. Capic. fol.
19. col. 1, in fin. cum seq. Camer fol. 471. col.
4. conclus. 7. de probib. feud. alien. per Feder.
Luc. in l. si quando, in fin. C. de bon. vacant.
lib. 10. Paris. de reintegr. feudor. fol. 141.
cap. pone quod vassallus, & si assensus deficit,
dominium castrorum non fuit translatum.
Idcirco in illis actricem vndique succedere
liquet.

Tertio principaliter dico. Assensum pre-
stitum illis contractibus, non potuisse præ-
23 stari per Viceregem huius Regni. Nam in-
ter casus prohibitos prestari assensus per Vi-
ceregeS *in pragmatica edita in anno 1531.*
fol. mihi 167. adest quartus casus, vbi natu-
ra feudi mutatur, successorem extra termi-
nos constitutionis Regni instituendo. In
præsenti victoria iam falso persuasa ingredi
monasterium, mundo moriebatur, *l. Deo no-*
bis, C. de Episcop. & cleric. & moriens sic ci-
uiliter feuda statim legitimo successori defe-
rebantur, propter quod non valens, repugnan-
te *pragmatica,* instituere matrem in succes-
sorem, vt non vocatam à *Constitutione Re-*
gni, simulauit eidem vendere, & donare ca-
stra, & omnia bona, in fraudem legitimi suc-
cessoris: quia in effectu illam hæredem
vniuersorum esse voluit, *arg. l. filia mea, ff.*
solut. matrim. cap. 2. de renunc. in 6. Bocr.
decis. 287. num. 8. & 9. Ideoque non potuit
disponere quin acquisitio, quæ de proximo,
spe certa deferebatur successoribus, alijs
quæreretur, *Ancb. pulcbrè cons. 430. post nu-*
merum 2. vers. in contrarium. Fraus enim
legitimi successoris hoc casu consideratur,
quia alias Victoria non fuisset donatura, nisi
ea destinatione sęculo renunciandi; & cum
cogitatio actum præcurrit, semper in fraudé
successoris donatio rei feudalis facta cense-
tur, *singulariter. Bald. in cap. 1. post num. 7.*
vers. item donatio, de alien. feudi pater. Igi-
tur quia mater non vocata per *Constitutionē*
Regni in successione feudorum, in illis effe-
ctualiter successit in fraudem successoris; as-
sensus per Viceregem aliter prestari non
potuit.

Præterea Victoria alia lege feuda hęc cō-
cessit, quam ipsa habebat; siquidem per in-
uestituram originalem, illa tenebat vt here-
ditaria pro se, & hæredibus vtriusq; sexus, ex
24 suo corpore legitime descendentibus, sicut
est communis forma priuilegiorum hodie in
Regno. *Andr. in §. & si libellum sub num. 9.*
vers. sed quid si acquisiuit, de alien. feud. pa-
ter. Afflict. decis. 140. & 240. num. 10. Con-
cessit autem matri, eiusq; liberis, natis cum
Alfonso secundo viro; quibus verbis, feuda
sine dubio fiunt ex pacto, & prouidentia,
Andr. in c. 1. §. & olim num. 7. de succ. feu.
d. §. & si libellum, num. 10. vers. quid ergo,
& in cap. 1. num. 2. an agnat. Alex. 55. num.
6. lib. 4. Afflict. in d. cap. 1. nu. 11. de alien.
feu. pater. Dec. 390. num. 5. Socc. iun. 72.
num. 24. lib. 1. Rim. 18. num. 34. cum seq.
lib. 1. Et hoc modo concedendo, alterauit
qualitatem feudorum, quia cum essent hæ-
reditaria, voluit, vt fierent ex pacto, & pro-
uidentia. Quo fit concessionem esse nullam;
25 quia habens feudum non potest illud con-
cedere, nisi ea lege, qua ipse tenet; & si alia
lege concedit, alterando, nulla est ipso iure
concessio, *cap. 1. §. profectò, ibi Andr. de l.*
corr. Camer. pulcbre in cap. Imperialem car.
5. litera A. B. C. de prob. feud. alien. per Fe-
der. Hæc enim qualitas non nisi à solo Rege
alterari potest. *Pernus cons. 18. num. 5. cum*
seq. vnde cum in hac alteratione Regis assen-
sus non interuenit, ex hoc capite, concessio
corruit.

Vlterius assensus sunt difformes à contra-
ctibus. Nam figurata venditio fit per Victo-
riam matri pro se, & suis filijs susceptis, &
suscipiendis cum Alfonso, & fratribus vteri-
nis Victoriæ venditricis: Assensus vero huic
venditioni præcedens est pro se, & hæredibus
ex legitimo corpore descendentibus: item
donatio iuris luendi fit per Victoriam matri
pro se, & suis filijs, natis cum Alfonso; asse-
rens non habere proximiores matre, eiusque
filijs. Assensus vero subsequens datur non
in beneficium matris, sed in beneficium eius
filiorum, & hæredum; ex quo enim venditio
fit matri, & eius filijs, natis cum Alfonso, vo-
luit Victoria feuda hæc hæreditaria, fieri ex
pacto, & prouidentia, per superius allegata.
26 Immo quia filij certi matrimonij sunt vo-
cati, illi uenient ut filij, & nō vt hæredes ma-
tris, *Dec. omnino videndus in cons. 238. nu 5.*
vers. & prædicta conclusio, Menoch. cons. 506.
num. 10. & 16. Socc. iun. cons. 58. lib. 2. Ad-
ditio ad Alex. cons 87. nu. 10. litera A, lib. 6.
Fuerunt enim isti filij expresse contemplati
per Victoriam: quia asseruit non habere
alios proximiores, quam illos, uti suos fra-
tres uterinos. Non mirum si filijs, ut filijs
ius acquiritur, *Andr. in cap. 1. nu. 13. vers.*
vel si donatarius, de alien. feud. pater. quem
omnes ibi sequuntur, præcipue Afflict. sub
num. 11, vers. idem si donator esset. Etenim
uidemus in hac stipulatione pro filijs, fuisse
deductam rem feudalem, de sui natura non

tran-

Digitized by Google

transitoriam ad extraneos hæredes; quo casu stipulans pro se, & filijs, omittens qualitatē hæreditariam, quia non dixit. noluit illis acquirere, ut filijs, & non ut hæredibus, *Bar. in l. si tibi, §. si pactus, num. 9. ibi Bald. nu. 3. Iaf. num. 12. ff. de pact. Iaf. in l. quod dicitur, asserit esse communem, num. 29. ff. de verb. oblig. Alex. 119. n. 4. vol. 5. 89 nu. 6. vol. 4. Paris de reintegr. feud. cap incip. An si quis acquirat, num. 5. fol. mihi 71. Ruin. conf. 9. post num. 13. vol. 1. & 95. col. 2. vol. 3. & Socc. iun. 72. num. 5. vol. 1.* Et
27 adeo filijs istis contemplatis ius acquiritur, ut filijs, & non ut hęredibus; quod factum matris aliter disponendo, eis præiudicare non posset, *in specie Dec. in alleg. cons. 239. num. 6. qui de communi testatur*. Ex his ergo concludo, filios istos per contractum ad hæc feuda uocari, ut filios, & sic sub natura feudi ex pacto, & prouidentia. Per assensum vero super venditione præstitum pro matre, eiusque hæredibus, vocari non simpliciter vt filijs, sub natura feudi ex pacto; sed vt hæredibus, sub natura feudi hæreditarij: vt sic liqueat, Assensum pro matre, eiusq; hæredibus, in substantia esse difformem à contractu pro se, & filijs, quia in assensu Rex assentit sub natura feudi hæreditarij: at in contractu voluit contrahentes, filios vocari sub natura feudi ex pacto. Item donatio iuris luendi fit matri pro se, & filijs, & sic ordine successiuo, illis Victoria voluit acquirere, videlicet matri vita durāte, & post eius mortem filijs, vt filijs, *ad not. in l. gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & posth.* Assensus autem huic donationi datur, non in beneficium matris, sed in beneficium filiorum, & hæredum matris: ita quod in duobus differt assensus iste, à contractu. Primo, quia per contractum quærebatur ius matri vita durante, & post eius mortem filijs: assensus noluit acquirere ius matri, sed filijs tantum; & sic assensus non opitulatur, quia non approbat totum contractum, qui de sui natura est indiuiduus, ratione voluntatis disponentis, quæ aliter non donasset, nisi in beneficium matris, & filiorum, *l. pedius, de recep. arbitr. Bart. in l. grege, §. illud de fideiuss. Camer in cap. imperia-*
28 *lem, car. 58. litera T.* & clarum sit, contractum indiuiduum non posse in parte approbari, & in parte reprobari, *Bart. in l. si ex falsis, in fin. C. de transact. Bald. cons. 405. lib. 4. & latè Aym. de antiq. temp. 1. par. sect. viso de verbis num. 75.* Secundo per contractum quærebatur ius filijs, vt filijs, & sic sub natura feudi ex pacto: per assensum vero Rex voluit acquiri ius filijs, vt hæredibus, sub natura feudi hæreditarij: & propterea sole clarius resultat, assensus omnes difformes à contractibus, & proinde nec contractus, nec assensus valere, *ex reg. l. non codicillum, C. de testam. Camer. in cap. imperialem, car 56. litera Q. Marin. de subfaud. lib. 2. quæst. 34. post num. 4. fol. mihi 163.* Assensus enim quando datur sub certa qualitate, illa submota. nihil præstat; quia deficit, *Camerar. allegans Andr. in d. cap. imperialem, fol. 56. litera C.*

Denique dnm Victoria hos contractus die 15. & 16. Maij 1560. celebrauit, iam consultò deliberauerat fieri monialem; quia sic declarat in contractibus, antequam disponat, & effectus sequens id demonstrat: quia illico stipulatis contractibus monasterium ingreditur. Fit indè, Victoriam statim, quod deliberauit esse monialem, dominium feudorum ipso iure amisisse: sicut dicimus de eo, qui votum religionis emisit, quia hoc ipso feudum amittit, *cap. qui clericus, ibi Andr. Bald. Aluar. caeteriq; si de feudi fuer. contr.* & ratio est, quia beneficium non debet pertinere ad eum, qui non vult gerere officium, *cap. 1. de mil. vassall. qui arma bell. depos.* Si enim per votum simpliciter, quod est boni propositi conceptio cum deliberatione confirmata, *secundum Host. in rubr. de voto*, feudatarius feudo priuatur, & ad succesfo-
29 res vadit; pariter vbi adest deliberatum propositum ingrediendi religionem, cum illud voto æquiparetur, *Innoc. videndus in cap. literarum, extra de voto*, maximè quia statim post propositum declaratum, habitum suscepit, *secundum Host. in d. c. literarum.* Quam obrem si hoc propositum ingrediendi religionem Victoriam ipso iure feudo priuauit, quod ad successores transiuit; illud in matrē eiusq; filiis ipsa transferre non potuit. Idq; facilius confirmatur; nam esto millies allegata non militare, prout vera sunt, adhuc alia ratione obtinemus: clarum est enim venditionem hanc fuisse cum pacto redimēdi, & demum die sequēti Victoriam donasse hoc ius luendi, & huic donationi subsequutū fuisse assensum die 3. Iulij 1560. tempore quo Victoria iam religionem ingressa erat. Ex his igitur duo sequuntur. Primum quando sic venditio cum pacto redimendi mediāte assensu, si postea venditor ius luendi remittit; in hac remissione alter assensus re-
30 quiritur, quia pactum redimendi est pars cōtractus, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* quod si remittitur, fit distractus; & in distra-
31 ctu etiam assensus requiritur, *Andr. in §. si vero col. 2. de contr. inuest.* Dum enim venditio cum pacto redimendi, pactum illud fuit cognitum à domino; qui assentiendo, cogi-

cogitauit venditorem posse reemere, & fæu-
dum perpetuo non esse remansurum penes
emptorem ; si postea remittitur, Regis assẽ-
sus debet interuenire, quia alias dominus de-
ciperetur, *ita in specie decidit Camer. in c.
Imperialem car. 17. col. 1. litera E, & sæpius
fuisse sic decisum in Sac. Cons. notum est Do-
minis Iudicantibus : & referunt moder. in
addit. ad Afflict. decis. 232. in fin. & 286.*
Secundum infero, si in hac remissione iuris
luendi, Regis assensus requirebatur; hic as-
sensus superuenit tempore inhabili, quo Vi-
ctoria habitum monacalem susceperat; & sic
dominium huius iuris luendi fæudum tran-
siuerat ad actricem legitime succedentem ;
cum pateat, Victoriam eo ipso quod habitũ
religionis assumpserit, & sic nec expresse, nec
tacitè professionem fecerit; iura fæudalia
amisisse, *cap. 1. §. 1. de benef. fem. & in cap.
1. de mil. vass. qui arma belli depos.* ibi, habi-
tum religionis, & sic conuersus factus est.
32 Qui *tex.* bene probat, solam assumptionem
habitus, absq; professione, operari fæudorũ
amissionem, vt ea ad successores transeant ;
quia loquitur de conuerso, qui laica persona
reputatur, *cap. ex eo in fin. de elect. in 6. ita
tenet Andr. in cap. qui clericus, num. 4. cum
seq. & ibi Afflict. n. 11. dicit oẽs sic tenere, si
de feud. def. fuer. contr. & in c. 1. n. 4 de benef.
fem. Capic. dec. 115. num. 12. Curt. in tract.
feud. 3. p. vers. 10. principaliter.* Quod tanto
magis in presenti procedit; quia post habitũ
assumptum, professio Victoriæ sequuta est,
quæ trahitur ad initium ingressus. Adeò q
omni tempore fuerit verè religiosa, cum sta-
tus qui pendet ex futuro euentu, secundum
euentum iudicari debet, *l. lex Cornelia, ff. de
vulg. & pupil. Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. glo. 8. num. 26. cum seq.* Si ergo assen-
sus in hac remissione iuris luendi expeditur
tempore inhabili, quo Victoria ingressa est
monasterium, & fæuda amisit, quia transiue-
runt ad successores: sequitur assensum non
valere, tanquam expeditum super fæudo al-
terius, *arg. l. bonorum, ff. rem rat. hab.* Quem-
33 admodum assensus expeditus post mortem
alienantis fæudum, non valet in præiudiciũ
hæredis, ad quem fæudum deuenit: quia tunc
Rex dispensando, assentit super alieno : non
mirum si nouus consensus hæredis requiri-
34 tur, & super illo nouo cõsensu Regis assẽsus
impetrari debet *And. in d. c. imperial. n. 15,
Capic. decis. 155. nu. 4.* Cumque nouus con-
sensus actricis legitimæ succedentis in his
fæudis non interuenerit, assensus Regis con-
tractum inter matrem, & filiam non valida-
uit. Quare ex omni parte de claro iure actri-
cis apparet ; & proinde absque dubio con-
uentum, qui in tali, & tanta machinatione
propter bona, aduersus puellam, & legitimos
successores versatus est : condemnandum
fore, ad dimittendũ fęuda, vna cum fructibus,
recto iuri consonum esse arbitror ; ne doli
sui, præmium cum aliena iactura consequa-
tur.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *PAter de suis bonis filiam dotare tenetur, nec protestatio, quod intendit illam de maternis bonis dotare, ei prodest.*

2 *Filia, quæ renunciauit paternis, & maternis bonis; non videtur ex hoc consentire eius dotem de maternis bonis à patre sibi assignari.*

3 *Renunciatio bonorum maternorum facta per filiam, tempore quo delata erant, & acquisita; enormem læsionem inducit.*

4 *Dolus præsumitur, vbi est enormis læsio.*

5 *Mulier, quæ est certa aliqua bona sibi competere, non facile illis renunciat, quia genus mulierum auarissimum est, & num. 6. Et data enormi læsione contrauenire potest renunciationi, etiam iuramento vestita, & num. 7.*

8 *Metus reuerentialis præsumitur in filia renunciante patri, isque iunctus cum dolo re ipsa renunciationem rescindunt.*

9 *Filia exclusa per constitutionẽ debetur paragiũ, quod non potest esse minus legitima.*

10 *Constitutio excludens fœminas propter masculos, non intelligitur eas à legitima excludere.*

11 *Filia dotata à patre non potest conqueri habito respectu ad tempus dotationis, sed considerato tempore mortis, quo debetur ei legitima, si non sit condigna dicitur læsa, & nu. 12. Et ita iudicatum Bononiæ, nu. 13. Et in Sacro Consilio referente Grammatico, & num. 14.*

15 *Filia dotata, enormissime læsa, etiam secundũ opinionẽ Castrensis, potest conqueri.*

16 *Filia dotata à patre, quod non possit petere supplementum, intelligitur, vbi statutum non de paragio ei assignando; at vbi paragium assignatur, vt in Regni Constitut. bene supplementum debetur, & n. 17.*

18 *Promittens id, quod non est in arbitrio suo obseruare, dolo versari præsumitur.*

19 *Dolus est machinatio ad circumueniendum aliquem.*

20 *Mulieri decepta ex dolo re ipsa; & ex proposito, omnino succurrendum.*

Pro

Pro Elionora Sanseuerina, cum D. Principe Bisiniani.

Filia dotata à patre habēte sufficiētes facultates, & se protestante de bonis suis, & maternis dotare, an possit petere dotes bonorum maternorum, quando bonis paternis renunciauit, in qua renunciatione fuit læsa; & an dos per patrem assignata semper dicatur congrua; quod fœdere distinctionis de tempore dotationis, & mortis parentis, quando legitima debetur terminaturde renunciatione facta patri, in qua dolus re ipsa, & metus reuerentialis interuenit, an rescindatur.

CONSILIVM XXV.



DVO tantum petit Domina Helionora Sanseuerina. Primum condemnari Illustrissimum Principem Bisiniani ad medietatem dotiū maternarum, ei cōpetentē cum interesse. Secundum eidem consignari supplementum congruæ dotis in bonis paternis, nulla habita ratione de renunciatione per eam facta; & in vtroque vndiq; video eius intentionem fundatam.

Ad primum, & si pater eam cum dote ducatorum 33000. nuptui tradiderit Ill. quōd. Marchioni Vallis Siculæ, asserendo eam do-
1 tasse de bonis paternis, & maternis: tamen quia pater habebat tantum in bonis, quod de suo potuit illam dotem dare, non obstante quod dixerit de bonis maternis; dos de eius bonis paternis data videtur, *est casus apertus in l. fin. C. dot. promissione.*

Nec dicatur Dñam Helionoram renunciasse bonis paternis, & maternis, quo casu quia quietauit patrem de bonis maternis, & paternis, videtur consentire recepisse dotem
2 p bonis maternis, & paternis, & proinde nō procedere *tex. in d. l. final. per ea, quæ consuluit Aymon. in cons.* 84. nam contrarium *ex mente Anchar. voluit, & refert ita fuisse decisum Afflict. in decis.* 178. Item hæc renunciatio rescindenda est, data læsione enormi, maxime quoad bona materna; quoniam si dos data ducatorum 33000. & longe plus, vt infra dicam, erat debita per patrem in
3 eius bonis, si filia renunciauit bonis maternis, tunc temporis iam delatis, & quæsitis; quoad ea enormiter est læsa *Dec. in specie in cons.* 180. *post num.* 2. *vers. sed cum renunciauerit, & in cons.* 379. *post num.* 14. *ver.*
4 *ex quibus*; Dolus enim præsumitur, vbi est grauis læsio, *tex. elegans in l. si superstite, C. de dol. Bar. in l. vlt. ff de prætor. stipula.* & ob doli præsumptionem in remissione nullus consensus censetur præstitus in grauem læsionem *Bar. in l societatem, §. arbitrorum, nu.*
5 24. *pro soc. Dec. cons.* 39. si enim mulier sciuisset magnam dotem sibi deberi in bonis paternis, bonis maternis non renunciasset *arg. l. cum de indebito, ff. de probat.* quia auarissimum est genus mulierum, *l. sed si ego,*
6 *cum glo. ad velleia.* & rarò accidit; quod mulier ius suum remittat, *l. si à sponso, §. quod si à sponsa, C. de don. ante nupt.* & contra eius naturam facit, quando donat, *l. si stipulata §. 1. de don.* fit inde data enormi læsione filiam renunciationi contrauenire
7 posse *Dec cons.* 150. 180. *nu.* 3. *cum seq.* imo si iurata esset, rescindenda est; non obst. *cap. quamuis, de pact. in* 6. *Capol. in con ciui. cons.* 17. *Rub.* 101. *& hanc opinionem communem esse affirmat Dec. in cap. in præsentia, num.* 36. *de probat. & in cons.* 45. *Rip. lib.* 3. *resp. cap.* 15. *Socc. iun.* 53 *lib* 1. *Paris* 12. *lib.* 1. *num.* 80. *Aym.* 192. *col.* 5. *Socc.* 266.
8 *&* 63. *vol.* 2. *Afflict. decis.* 322. etenim filia dum renunciat patri in enormem eius læsionem; vltra doli præsumptionem, metu saltim reuerentiali renunciasse videtur; qui in patre consideratur, *l.* 1. *§. quæ oneranda ff. quarum rerum actio non det.* & vbi concurrit magna læsio, cum metu reuerentiali, hæc duo sufficiunt ad rescindendum contractum *Aret.* 24. *Aym.* 11 *col. penu. cor.* 124. *lib.* 4. *Capit. decis.* 159. *num.* 32. *& Socc. in cons.* 263.

Ad secundum dum petit supplementum congruæ dotis, siue legitimæ; concludo illud astrici omnino deberi, non obstante quod
9 fuerit maritata, & dotata à patre: nam licet de iure *Constitutionis Regni, in aliquibus,* filia fœmina repellatur à successione patris; tamen sibi debentur dotes de paragio non simpliciter, sed secundum facultates, & numerum filiorum, quod paragium ex sapientum interpretatione minus legitima esse nō potest; & si quandoque possit esse vltra legitimam tam ex dispositione constitutionis, quam etiam consuetudinis Neapolitanæ *secundum Andr. in d. constit. in aliquibus,* 9. *col. & Neapod. in consuetudine si moriatur, vers. eas autem. in glo. super verb. paragium, Affl. in constitutione de success. in vers. coniugata, num* 23. *vers. decimo notatur,* itaq;

 tum

tum repellẽs fæminas à successione propter
masculos, non censetur excludere eas à le-
10 gitima, siue supplemento ipsius, quinimo si
mandaret eas dotari, dos non debet esse mi-
nor legitima, *Salic. in auth. res quæ. C. com-
mun. de legatis, Alex. in cons. 7. num. 6. cum
seq; vol. 2. Curt. sen. cons. 37. num. 43. & in
cons. 37. num. 6. Bened. in v. Raynutius, in
verbo duas habens filias, de testa. & hanc esse
communem sententiam, dixit Socc. in l. ha-
redes mei, §. cum ita, pen. col. ad trebell. & in
cons. 150. fin. col. Loffred. cons. 26. 4. col. vers.
præfatis non obst. & Curtius in cons. 73. 3. col.*
11 Non refragatur si diceretur filiam dotatã
à patre non petere supplementum *secundum
Paul. in cons. 108. alias 275. in 2. 7. & 8. du-
bio. in 1. lib. & Dec. cons. 26*, & quod *Const.
Regni* loquatur in dotata à fratre; nam plu-
ribus modis respondetur. Primo quod con-
gruitas, & dos competens duobus tempori-
bus consideratur, vno modo viuente patre,
ex necessitate officij paterni, quo pater te-
netur dotare filiam *iuxt. l. qui liberos, de
ritu nupt.* & isto casu congruitas dotis exti-
mabitur secundum facultates, numerum
filiorum, & conditiones personarum, *l. quæ-
ro, de iure dot. & l. si filia de leg. 3.* & tunc le-
gitima non consideratur, quæ post mortem
debetur, non autem in vita dotantis, quo tẽ-
12 pore non tractatur de eius exclusione. Secũ-
do modo considerantur, competentia dotis
tempore quo filia à successione patris exclu-
ditur; *vt in terminis constitutionis Regni in
aliquibus*, & hoc casu dos competens intel-
ligitur vsque ad legitimam, ita vt dos minor
ea esse non possit, vt superius late demon-
straui; & tunc si fuerit dotata à patre in eius
vita, non prohibebitur petere post eius mor-
tem supplementum legitimæ, *Dec. in termi-
nis Constitutionis in aliquibus, dicit hanc esse
communem sententiam in cons. 276. Lucas
in l. his, in fin. vers. item pone pater, C. de
præd. nauic. Andr. in d. constitutione in ali-
quibus in 14. col. Socc. in cons. 27. 2. vol. col.
1. Bal. nou. de dot. in 17. priuileg. Iason in
auth. nouissima, col. pen. cum sequ. referens
13 Bononiæ sic fuisse iudicatum, de inoffi. test.
Maria. in cons. 30. in fin. Corn. cons. 100. 3.
vol. Brun. de statu. exclud. fæminas à succes.
in quo articulo in 2. casu, num. 6. vbi dicit
hanc esse communem sententiam Bened. de
Perus. in cons. 6. dicens secundum hanc sen-
tentiam Bononiæ fuisse iudicatum, & secun-
dum hanc opinionem fuisse decretum in Sacr.
14 Cons. refert Gram. in decis. 101.* ex quibus
apparet opinionem *Pauli, & Decij in cons.
26.* non esse veram, quia communis sententia
est contra eos, *idem Dec.* veritatem agno-
scens, contrarium dixit *in cons. 276.* immo
15 *idem Dec. in d. cons. 26. post num. 3.* dicit
quod si appareret filiam à patre excessiuè
fuisse incompetenter dotatam, posse recla-
mare, quia dolus patris re ipsa adesset, *idem
Dec. 180. col. 3. vers. & stante tali læsione,
& in cons. 379. nu. 14.* in præsenti quis non
videt hanc Ill. mulierem, cum excessu fuisse
à patre in competenter dotatam, cum tam
parua dote ducatorum 33000. consideran-
do conditiones personarum videlicet, patrẽ
tam magnum Principem, amplum patrimo-
nium, numerum filiorum qui tunc non erãt
nisi duæ fæminæ, & primogenita erat actrix.
vnde etiam attenta opinione *Dec. in d. cons.
26.* quia nimis modice fuit dotata, illam
posse petere supplementum affirmo.
Secundo responderi potest, quod opinio
tenentium filiam dotatam à patre non posse
petere supplementum congruæ dotis, vsque
ad legitimam, stante statuto, quod filia non
succedat; procedere posset, quando statu-
tum vlterius non progrederetur disponen-
do, quod filia dotata à patre, nihil vlterius
16 petere possit; tunc enim esset exclusa à pe-
titione supplementi legitimæ, & hic non est
casus quæstionis, de qua agitur: cum *Consti-
tutio Regni* non disponat, quod filia nihil vl-
terius petere possit. secus autem vbi statu-
tum disponeret, quod stantibus masculis fæ-
mina non succedat, sed dotetur, vt loquitur
dicta constit. in aliquibus; quoniam isto casu
dos non debet esse minor legitima, *ita pul-
chrè Curt. iun. qui sedere distinctionis, opi-
niones concordat in cons. 10. vol. 1. num. 1.
cum seq. & hoc est, quod dixit Bald. in l. fin.
nu. 4. C. de dot. promissio.*
Pariter non obstat, quod domina Helio-
nora fuerit dotata à Patre secundum con-
suetudinem Regionis, & patris familias, quo
casu dos possit esse minor legitima, per ea,
quæ dixit, *Bal. nouellus de dot. in 17. priui-
leg. in princ. Corn. cons. 48. col. 5. 2. vol. &
Brun. in articulo noni articuli principalis,
num. 6.* nam vltra, quod dos ista ducatorum
33000. non fuit congrua iuxta consuetudi-
nem inter magnates, cum passim vidimus
dotes, tunc temporis, & paulo post in perso-
nis eiusdem qualitatis fuisse in summam du-
catorum sexaginta mille, & plus; sententia
prædictorum Doct. tenentium hanc opinio-
nem, procedit quando statutum simpliciter
mandaret filiã dotari, quia hoc modo *Brun.
in loco alleg. in verb. illud autem, vbi incipit
quæstio, num. 5.* format quæstionem. at secus
in terminis *Constitutionis Regni, in aliqui-
bus*, quæ vult filias dotari de paragio secun-
dum facultates, & numerum filiorum, tunc
enim

enim dos non potest esse minor legitima, &
17 hæc opinio in regno recepta fuit ex sapiẽtum interpretatione: quam ob rem *secundum eundem Brun. in loco alleg.* dos taxata per statutum filiæ debetur; quinimo & plus, non est verum absolute attendi consuetudinem Regionis, vt congrua dos iudicetur, sed vltra eam, quantitas patrimonij, numerus liberorum, & conditio mulieris attendi debent, *l. quaero de iur. dot. & l. si filia de leg.* 3. dos enim à patre constituta inspectis prędictis qualitatibus iudicatur congrua, *Bal. in alleg. loco de dot. 14. priuileg. in verb. vnd arbitrium in principio, & Det. conf. 176. col. 1.*

Vltimo non obstat si ex aduerso allegaretur in capitulis non solum fuisse dotem constitutam Dominæ Helionoræ ducat. 33000. sed etiam fuisse per Principem promissam successionem status, si pater sine masculis decederet, quasi quod spes ista in augmentum dotis cesserit; nam ex hac promissione tanto magis dolus patris erga filiã arguitur; cum idem Princeps in eius sexto articulo deduxerit adesse fideicommissum in hac insigni Sanseuerinorum familia, fœminas non succedere, (licet id somnium sit) tamen nõ potest negari quin Princeps credens hoc fideicommissum existere, faciens hanc promissionem minorem dotem constituendo, in dolo versatus sit ad decipiendam dominam
18 Helionoram: si enim ratione enormis læsionis, dolus præsumitur, & filia à patre subducta censetur, *l. si superstite, C. de dol. & l. si nerua, pro soc.* multò magis in præsenti dolum argue re debemus, quia filia à patre dotata, non solum enormiter fuit læsa; verũ etiam expressè decepta sub dicta promissione status, quæ saltim secundum Principem ob fideicommissum prædictum nulla erat:
19 dolus enim nil aliud est, nisi machinatio quædam facta ad aliquem decipiendum *l. 1.*
20 *§. dolus, ff. de dolo*, vnde dolosa fuit ista dotatio ex dolo reipsa, & dolo ex proposito nõ mirum si succurrendum est huic mulieri, ne dolo damnum passa sentiat; sed quod sibi debetur, de iure naturæ, consequatur. quare Principem ad soluendum medietatem dotium maternarum, cum interesse, & supplementum congruæ dotis, vsque ad legitimam condemnandum fore iuridice arbitror.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Creditor recipiens vsuras pecunia deposita, priuilegium depositi amittit; quia vtendas pecunias depositarijs dantes, à deposito recedere intelliguntur, & num. 2.
3 Depositi natura est, vt dominium in deponentem remaneat, nec transeat in depositarium; & ideò in eum non transit periculum, & de dolo tantum obligatur, & numero 4.
5 Dominium rei deposita, si transfertur in depositarium, non remanet amplius cõtractus depositi, sed in mutuum conuertitur.
6 Contractus eum obligat de periculo, in quem transit dominium: idem si dominium rei deposita contra naturam in depositarium transfertur, mutatur natura depositi in contractu mutui, & num. 7.
8 Deponentibus pecunias, & cum depositarijs vsuras extorquentes, priuilegium amictũt; & non separatur causa eorum ab alijs creditoribus priuatis, nullum priuilegium pratendentibus, & num. 9.
10 Deponens recipiendo vsuras, priuilegio depositi renunciasse intelligitur.
11 Dominium rei deposita non discedit à deponente, quando ad pompam mutuatur pecunia; sed vbi relaxatur pecunia ad vsum, mutuum verè dicitur, & num. 12.
13 Depositum, ex quo percipiuntur vsura, depositum remanet irregulare, secundum aliquos, licet non habeat propriam naturã depositi, & num. 14. prout feudum dicitur quod non habet propriam naturam feudi, & num. 15.
16 Lex Lucius, ff. depositi quomodo procedat, vsque ad num. 20. inclusiuè.
21 Legis die sponsaliorũ, §. fin ff. depositi vera intelligentia, & num. 26.
22 Depositarius non habet, nisi tenutam rei deposita, & vsum sine ministerio dominij, & num. 23.
24 Dominium non potest acquiri, sine voluntate domini.
25 Iura iuribus sunt concordanda.
27 Depositum, quod non habet naturam depositi, voluntate contrahentium depositum remanere non potest, cum repugnet natura, & num. 28.
29 Variatio in substantia rei, subiectum in nouum subiectum transfert.
30 Feudum non habens propriam naturam feudi, dicitur feudum, quando mutatio est in accidentalibus; secus si in substantialibus.
31 Initio inspecto, depositum non dicitur mutari in mutuum, sed prorogari, secundum Rotam Romanam; quod verum est, quando semper in eodem statu permanet depositũ, & num. 32. At quando alteratur natura, etiam initium alteratur, & num. 33.

34 *Depositum, si semper regularetur ab initio, numquam mutaretur in contractum mutui, quod est falsum.*

35 *Contractus quilibet habet duo initia, s. ad cognoscendum natiuitatem, & resolutionē contractus.*

36 *Depositum conuertitur in mutuum, quando ex post facto depositarius vtitur pecunia ad vsus suos ex permissu domini.*

38 *Deponens ex post facto dans licentiam depositario, vt vtatur pecunia, conuertit depositum in mutuum; secus si ab initio, & num. 38.*

39 *Prorogatio facta dici non potest eius, cuius alterata est natura.*

40 *Dominus simpliciter promittens vsum pecuniæ, mutuum constituit, si stipulatio interueniat, & num. 42. quod intelligitur, si abest pecunia; secus si præsens sit, quo casu etiam sine stipulatione mutuum formatur, & num. 43.*

41 *Argumentum à solitis in iure validum est.*

44 *Deponens, permittens scienter depositarium vti pecunia, mutuum ex deposito cōstituit, & num. 45.*

46 *Fideiussores negotiorum banci, non tenentur pro negotijs contractis alio modo, quam banci solent; ideoq; non tenentur pro illa pecunia, ex qua vsura percipitur, cum non sit negotium banci, & num. 47.*

48 *Fideiussor non potest teneri in plus, quam debitor principalis.*

49 *Vsura, quæ percipiuntur ex pecunia deposita in banco, illicita sunt, etiam habito respectu ad lucrum cessans.*

50 *Vsura quando debentur propter moram, non debetur quantitas promissa, sed liquidandum est lucrum cessans: quod dici non potest propter vniformem præstationem, & num. 51. Quia recipit varia onera lucrum cessans.*

52 *Pecunia, quæ relaxatur banco, vel ciuitati, non potest parere vsuras, etiam secundum Theologos.*

53 *Vsura non debentur, nisi septem concurrentibus; quando petuntur ratione interesse, & ratione lucri cessantis, non nisi quinque concurrentibus, & num. 54.*

55 *Vsura illicitè extorta omnino restituenda est, & hypothecaria agi potest contra creditores, qui illicitè vsuras extorserunt, & num. 56.*

57 *Creditores posteriores non possunt retinere pecuniam in vim compensationis, existentibus creditoribus anterioribus; sed fine authoritate loquitur.*

58 *Nouatio inducitur ex permissione domini, vt depositarius vtatur.*

59 *Nouatio, licet hodie non inducatur, nisi expresse agatur; non procedit, vbi mutatur, vel alteratur natura primi contractus.*

60 *Promissio vtendi pecunia cum consensu domini, nouum reducit contractum à deposito.*

61 *Contractus non informat alium contractū, à quo distat.*

62 *Nouatio vbi ipso iure fiebat, etiam iure hodierno fit ope exceptionis.*

63 *Nouatio ex probabilibus coniecturis inducitur.*

64 *Nouatio intelligitur facta, quando contractus non se compatiuntur, etiam deficientibus coniecturis; & incompatibilitas non solum operatur nouationem, sed etiam rescissionem contractus, & num. 65.*

66 *Nouatione fideiussores liberantur.*

Pro fideiussoribus banci Rauascheriorum.

ARGVMENTVM.

CRreditores deponentes pecuniam in banco, si pro ea vsuras recipiūt, omni carent priuilegio, etiam impersonali; sicque omnibus alijs creditoribus postponuntur, & vsuras exactas restituere tenentur; nec eis intelligūtur obligati fideiussores bancarij. Et ex receptione vsurarum censetur facta nouatio, etiam iure hodierno; nō minus, ac si de partium voluntate depositū in alium contractū esset transfusum.

CONSILIVM XXVI.

DE pluribus quæritur in hac causa. Primo, an creditores nummularij, qui duplici gaudent priuilegio, legis scilicet, & hominis; sibi præiudicauerint quo ad vtrūque priuilegium; vt neq; hypothecam contra fideiussores exercere possint, si eorum pecunias nūmularijs relaxauerint sub lucro, seu sub fœnore, & vsuris.

Secundo, an id quod perceperint lucri, licitum, vel illicitum fuerit.

Tertio, an ex ista relaxatione facta pecuniæ apud nummularios sub lucro, sit inducta noua-

nouatio, & liberati fideiussores.

Quo ad primum nulli dubium videri posse arbitror, omni priuilegio priuatos intelligi
1 deponentes pecunias illas, nummularijs vendas concedentes sub vsuris; siquidem ita respondit *tex. in l. si hominem, §. quotiens, ff. depos. et tex. in l. si ventri, §. in bonis nummulariorum, ff. de priuil. credi.* cuius sanctionis
2 illa est ratio, quia, cũ primũ creditores deponentes eorum pecunias, vtendas concedunt nummularijs sub fœnore, & interesse; contractus depositi conuertitur in contractum mutui, vt in specie dixit tex. *in l. certi conditio. §. fin. ff. si cert pet. vbi est casus tex. in l. 1. §. pecunia apud te, vbi glo. in verbo teneberis, ff depos.* & ratio rationis est, siquidem
3 natura depositi est, vt dominium rei depositæ sit semper apud deponentem, & nunquam
4 in depositariũ transeat, *l. licet, §. rei, ff. depos.* & ideo periculum nõ transit ad depositariũ, quia depositarius de dolo tũ tenetur, *l. 1. §. si vestimenta, ff. depos.* sed si vbi pecunia deposita conceditur depositario, in illum trãsfertur dominium; quod est contra naturam
5 depositi: merito non potest amplius dici depositum, sed mutatur, & conuertitur in
7 mutuum, cuius natura est vt dominium trãseat apud debitorem pariter, & periculum, *l. 11. §. appellata, ff. si cer. pet. l. eum quid, vbi not ff. eo.* Et ideo quia dominium, & periculũm in depositarium, est contra naturam depositi; depositum conuertitur in mutuum,
7 cuius natura (vt diximus) est dominium, & periculum transire in debitorem, & hoc est, quod considerat tex. *in d. §. fin. l. certi conditio*, dum disponit depositum transire in mutuum ex vsu pecuniæ depositario permisso.

Et ne pro hac conclusione tex. *in d. § fin.* deficere videantur scribẽtium authoritates, quod scilicet depositum in mutuum conuertatur, ex permissione pecuniæ in vsus proprios depositarij, & quod d ponentes hoc
8 casu omni careant priuilegio, omitto *Bald. & Salic. in l. fin. C. depos. qui ita tenent*, sed non omittam *Ang. in d. l. si ventri, §. in bonis nummulariorum, expresse hoc dicentẽ*, quod vbi vsuræ extortæ sunt à deponentibus; nullum priuilegium eis datur. Illa ratione, quia depositum transiuit in mutuum, cum depositarius nullas vsuras debeat ex natura contractus. & ideo subdit, esse bene notandum contra deponentes pecunias apud Campsores, qui recipiunt decem pro centenario quolibet anno; quia propter receptio-
9 nem dictæ pecuniæ non separatur eorum causa ab alijs creditoribus, nullum priuilegium personale prætendentibus: Et in hoc sit bene cautus Aduocatus. Non video quomodo clarius dicere posit pro nobis, idem tenet *Cuman*, quia depositum, mutuum fit, cũ quis recipit vsuras; quod sequutus fuit *Ang. in cons. suo 207.* vbi licet prima fronte videatur tenere depositum, de quo ibi loquitur, non esse conuersum in mutuum; illud est
ex diuersitate facti, de quo ibi loquitur: quo facto circumscripto, hanc opinionem in dubio tenet *Angel.* vt ibi per eum, eandem opinionem sequutus est *Ripa in d. l. si ventri, §. in bonis, & in l. priuilegia num. 57. ff. eod.* assignans rationem de qua *in d. §. quotiens*
10 quia deponens recipiendo vsuras videtur renunciare deposito. idem late firmauit *Benvenut. Stracca in tract. de mercat. in tit. de decoctorib. in princip.* concludens, quod illi deponentes priuilegium amittunt, & similes fiunt alijs creditoribus, quia tantum actio personalis eis remanet: hanc opinionem postremo sequitur *Io. Bap. Lup. Gemin. in suo tract. de vsur. in l. curabit, comment. 1. §. 3. num. 6. C. de act. empt.* qui distinguit, & considerat tres casus, & tandem concludit in vltimo casu quod vbi pecunia deponitur numerata, vt tantundem reddatur, cuius vsus postmodum relaxatur debitori sub fœnore; extincta est actio depositi, nec non eius priuilegia, & effectus: Quid clarius? sed si acerrimum huius conclusionis defensorẽ desideramus, ille non deficit *Dec. qui strenue pugnat pro nobis, & respondet ad obiecta Pauli de Castr. & fundamentaliter loquitur, vt ita dicam pro ista opinione in d. l. certi conditio. §. fin.* quem videant quæso omnino, vt cesset omnis difficultas, quod idem ipse consulendo sequutus fuit *in cons. 645. in princip. & in cons. 116. num 3. vbi — in additionibus dicit se idem fuisse vere amplexum in suo tracta. de vsur. quæst. 83. hanc eandem opinionem consulendo firmauit Rom. in cons. 238. n. 3. & cons. 500. in 2. cas. nu. 7.*
11 qui licet videatur tenere contrarium in primo casu, tamen aduertatur quod loquitur *Rom.* in dicto primo casu, quando dominium depositi non abscedit à deponente, quia deponens accomodauit depositario pecuniam ad pompam, & ostentationem, vt ditior depositarius appareret; non ad verum vsum, vt est casus noster: nimirum si illo casu depositum remanet in sua natura depositi, quia, vt ipse concludit, dominium non trãsfertur in depositarium; quinimo hoc casu, vt declarat *Io. Baptista Lup. Gemi in d tract. de vsur. in cap. nauigant, cõmen. 3. §. 6. extra de vsu.* ex quo pecunia ad pompam, & ostentationem conceditur, erit commodatum potius, quam depositum, *in l. 3. §. fina. cum l. seq. ff. comod.* sed vbi transfertur do-

Digitized by Google

minium, quia relaxatur pecunia ad vsum, non ad pompam, vt est secundus casus, quem considerat *Rom.* & est casus noster; vtique sequitur hanc opinionem, & conclusionem supra firmatam, quod depositum mutet
12 suam naturam, & assumat naturam mutui, & de illo, vt de contractu mutui sit iudicandum, cum eius naturam assumat, per *tex. in l. naturalis. §. sed si facio. ff. de praescript. verb. l. 1. §. si quis seruum, ff. depos. & l. 1. § hac actio, ff. si mens. fals. mod. dix.*

Nec obstat huic conclusioni nostrae, *tex. in l. Lucius, la prima, cum seq. in fin. ff. depos.* quae iura allegant, qui contrariam opinionem tenere nituntur: quod licet ex deposito
13 percipiantur vsurae, tamen depositum remanet, sed irregulare, & actione depositi agi poterit, quod expresse videtur tenere ibi *Paul. de Castr. quem etiam refert Dec.* quia licet in deposito dominium transferatur, retinet
14 tamen depositi nomen, licet non habeat propriam naturam depositi, nam expresse ita actum fuit, secundo quia ita videmus in feudo, non habente propriam feudi naturam, quod tamen feudum est, *tot tit. de feud. non habent. propr. feud. nat.* qua ratione vtitur *idem Paul. in quodam suo consilio, quod refert ibi Dec.*

Nam respondeo quod ille *tex. in d. l. Lucius* non modo non obstat, sed nostram tuetur, & confirmat opinionem, si quidem tex.
16 ille considerat duos casus: Primus est quando deposita est pecunia, & est conuentum vt eadem corpora nummorum restituantur; licet sint permissae vsurae, tamen dicit *tex.* quod poterit agi actione depositi, & benedicit, & est ratio nam cum ibi promittatur
17 reddi idem in specie, illud est vere, & regulare depositum; & promissio illa vsurarum est impropria, & contra bonam fidem, & naturam depositi, vt idem *tex.* subdit: merito non potest alterare naturam veri depositi, imo illud vsurarum incrementum erit illicitum, vt in toto illo *tex.* disponitur, ergo remanet actio depositi, quia idem in specie est reddendum, & hic non est casus noster.

Secundus casus quem considerat ille *tex.* est, quando ego depono pecuniam, & conuenio non, vt reddatur idem in specie, sed tantundem in genere, & hic est casus noster. Isto casu dicit tex. ea res egreditur depositi
18 notissimos terminos: ergo non remanet depositum si egreditur terminos depositi: sed hoc clarius exprimit tex. dum subdit, (in qua quaestione cum depositi actio nō teneat, cū conuenit vt tantundē reddatur &c.) si dū
19 conuenit, vt tantundem reddatur non tenet actio depositi, vt dicit tex. ergo non remanet depositum, & hic est casus noster. Ego profecto non video quomodo Doct. intelligant istum tex. & ex eo velint remanere depositum, cum tantundem redditur in gene-
20 re; si tex. dicit contrarium, quod non tenet actio depositi. ergo omnino *tex. ille in d. 2. responso* firmat expresse nostram opinionē, quod depositum non remanet depositum, quando tantundem in genere est reddēdum.

Nec obstat *tex. in d. l die sponsaliorum, §. final. ff. deposit.* si quidem aduertatur, quod nos agimus, quando depositarius vtitur pecunia ex permissione deponentis: tex. vero *in d. l. die sponsaliorum* loquitur, & necesse est quod ita intelligatur, quando depositarius vtitur pecunia nuda voluntate sua, non habita permissione deponentis. quod patet, quia dicit tex ꝙ veniunt vsurae post moram; si depositarius vteretur ex pmissione deponentis, non caderet mora. Ergo ita procedit ille tex. vt dixi; & illo casu casu quando depositarius vtitur pecunia nuda voluntate sua, cui dubium quod depositum remanet depositū? nam dominium nō est translatum in depositarium, quod non potest transferri,
22 nisi ex pmissione deponētis, vt inferius fundabimus, nam depositarius non habet nisi possessionem, & tenutam pecuniae; & licet
23 habeat quodammodo vsum, etiam à principio, tamen vsus est sine dominio, quod non potest acquiri nisi praecedente voluntate domini, *iuxta tex in l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. & l. ex empto, in princ. ff. de actio. empt.*
24 & finalis, & principalis intentio domini fuit deponendi, vt reddatur tantundem in genere à principio, non tamen transferendi verè, & intentionaliter dominium in depositarium & ideo remanet depositum: & ita vt dixi procedat tex. *in d. l. sponsaliorum, §. fin. arg. tex. in l. si quis nec causam, ff. si cer. pet.* sed vbi depositarius vtitur pecunia non nuda voluntate sua simpliciter, sed ex permissione deponentis; tunc ex ista permissione intentionaliter, ac vere, & principaliter transfertur dominium in ipsum depositarium, vt hic est casus noster. hoc depositum isto casu ex dominij translatione facta, quae est contra naturam depositi, vt fundauimus, conuertitur in mutuum, vt probat, & determinat *tex. in d. l. certi conditio, §. fin.* & ideo dixi quod necesse est, vt *tex. in d. l. die sponsaliorum, §. fin.* procedat in vsu ex simplici, & nuda voluntate depositarij: nam si intelligeremus, quod ibi concurrat voluntas deponentis, esset contra *tex. in d. l. certi conditio,*
25 *§. fin.* qui voluit illud conuerti in mutuum, & ita liceat iura iuribus concordare.

Vel respondeo, vt respondet *glo. in l. si fac-*

facculum, in glo. fin. ff. depos. quod procedat
tex. in d. l. die sponsaliorum secundum ea,
quæ loquitur illa *glo.* quando partes expresse
conuenerunt à principio de non mutando
26 obligationem depositi: sed si hoc non sit
actum, tunc agatur ex mutuo, vt est casus
noster. quicquid igitur sit non obstant ista
contraria.

Ad obiectiones vero *Pauli de Castro* respondet
acutissimè *Dec. in d. l. certi conditio, §. fin.* dum enim *Paul.* tenet contrarium
illa ratione, quia licet in deposito transferatur
dominium, adhuc remanet depositum,
licet sit contra naturam depositi, *per tex. in
d. l. Lutius.* Inquit *Dec.* opinionem *Pauli* nō
esse veram, nam ex quo translatum est dominium
pecuniæ in depositarium, & tantundem
reddi debet, repugnat natura depositi,
vt dicatur depositum; & partes hoc facere
non possunt, vt depositum remaneat deposi-
27 tum, contra naturam *arg. l. vbi ita donatur,
vbi DD. ff. de donat. cau. mor. & l. cū precario, ff.
de prec. & ad hoc est tex in d. §. fin.* Et ad *tex.
in d. l. Lutius, & l. die sponsaliorum, §. fin.*
pariter respondet quia loquitur quo ad vsuras,
quæ licet secundum illa iura debeantur
ex tali deposito, quod transit in mutuum;
non per hoc facit, quod remaneat depositū,
28 quia natura depositi repugnat: & non valet
conuentio contra substantialia contractus,
licet valeat contra accidentalia, vt not. *in
d. l. vbi ita donatur, & in l. pacta conuenta,
ff. de contrab. empt. & hanc declarationem
pariter ad illa iura sentit, & sequitur Rom.
in cons. 238. num. 3. & cons. 520. in princ.
& faciunt etiam pro hac opinione Dec. quæ
in his terminis doctè, & copiose dixerit Albe.
Brun. in suo tract. de aug. in 3. q. princip. per
29 totum,* quod variatio circa substantialia facit
mutare subiectum in nouum subiectum,
secus si variatio est in accidentalibus; Et ad
illud de fæudo non habente propriam fæudi
naturam, respondet *Dec.* quod non obstat;
quia illud est verum, & intelligitur quando
30 fæudum alteratur in accidentalibus, vt ibi,
tunc dicitur fæudum, secus si in substantialibus,
vt tenet *Cald. in cons. 11. in tit. de
feud. & idem Dec. in cons. 193. num. 5.*

Neque obstabit si dicatur quod depositū
non potest conuerti in mutuum inspecto
initio, quo res fuit ea intentione data, vt esset
depositum. ergo postea obligatio depositi
fuit continuata, & prorogata; non autem
3 sublata, vel alterata, vt tenet, & decidit his
rationibus *Rota in antiquis decis.* 860.

31 Nam respondeo, quod decisio *Rotæ*
non potest procedere aliquo pacto, si quidem,
tunc est verum quod inspecto initio dicitur depositum,
quando res semper
in eodem statu depositi permanet, & non
alteratur *per ea quæ superius diximus*: sed
quando res alteratur, & assumit aliam
naturam vitiatur initium, vt concludit *Al-
33 bert. Brun. vbi supra,* & disponit hoc in
specie *tex. in d. l. certi conditio, § fin.* vbi ab
initio pecunia fuit deposita, ex post facto fuit
permissa ad vsus proprios depositarij; ex hac
permissione fuit alteratum, & mutatum initium,
& fuit conuersum in mutuum. Itaq;
manifestè patet quod decisio *Rotæ* non est
vera quo ad hanc primam rationem, cum sit
contra manifestum, & apertum casum legis.
Et hoc melius probo, nam si diceremus initium
semper esse spectandum; numquam daretur
casus, quo depositum conuerteretur in
mutuum: cuius tamen contrarium est verū,
34 per tex. allegatū, & ideo quilibet actus potest
habere duo initia, seu duo principalia
proposita, vnum ad cognoscendū natiuitatē
cōtractus à principio, *iux. not. in l. si quis nec
35 causam, ff. si cert. pet.* Alterum, & secundum
ad cognoscendum resolutionem primi contractus,
seu illius alterationem extra terminos
suos, *iux. tex. in d. §. fin. & in d. l. Lutius, & not. Aret. in d. l. si quis nec causam,*
quod principale propositum contrahentium
spectatur ad alterandum contractum extra
terminos suos, Ergo licet à principio in
casu nostro principale propositum contrahentium
ab initio fuerit deponendi; quia ex
post facto principale propositū fuit conuertēdi
depositum in vsus proprios depositarij,
& recipiendi lucrum, seu fęnus: ergo principale
propositum ex post facto successiuum
fuit contrahendi mutuum, quod hoc pacto
contrahitur, vt communiter Doct. omnes
dixerunt quotquot sunt *præcipue Salic. Alex.
Aret. Rom. Ang. Ias. Curt. iun. Paul. de Castro,
ac reliqui omnes in d. l. certi cond. §. fin.*
quem tex. communiter intelligunt habere
locum, quod depositum conuertatur in mutuum,
quando à principio pecunia fuit deposita,
ex post facto depositarius pecuniam
conuertit in vsus proprios ex voluntate, &
permissione deponentis, *& post Sal. & alios,
dicit Alex. notab. verbū, declarādo etiam tex.
in d. l. Lutius*, alio pacto, scilicet, quod ex
illis verbis (permitto te vti pecunia) fit mu-
37 tuum, & subdit, hoc procedit quando ex interuallo
post contractum præcedentem, puta
depositi, hæc verba proferuntur; sed si
tempore depositi ab initio, hoc dictum esset,
38 procederet *tex. in d. l. Lutius, & d. l. die
sponsaliorum,* si ergo ex post facto, contrahitur
mutuū hoc pacto, vt ante omnes *tenuit
glo. in d. l. 1. §. si pecunia apud te, in verbo*
tenc-

teneberis, ff. depos. ergo male loquitur *Rota*,
Nec obstat secunda ratio *Rotæ*, quod dicatur
prorogata obligatio depositi; cũ sit fundatũ,
quod sit natus nouus cõtractus mutui, sed ex
alio illa ratio non est bona, nã non potest di-
ci facta prorogatio, cuius alterata est substã-
39 tia, & natura; prorogatio enim non fit in non
proportionabilibus, & in rebus diuersæ qua-
litatis, speciei, & naturæ, vt latè concludit
Alex. in cons. 106. 3. vol. post Bart. & Doct.
in l. 1. §. & post operis, ff. de oper. nou. nunt.
40 *& Dec. cons. 397. num. 5.* quibus omnibus
accedat, quod in dubio vbi quis simpliciter
permittit vsum pecuniæ suæ intelligitur mu-
41 tuum contrahere; *not. Aret. & Roman. in l.*
rogasti, §. si cert. pet. per illum tex. ea ratio-
ne, vt dic. *Aret.* quia communiter non vtimur
pecunia accepta, nisi sub ratione mutui; &
firmat *Dec. in d. cons. 116. num. 3. Ant. de*
Butr. in cons. 65. Rom. in cons. 238. vol. 1. &
d. cons. 526. & Ripa in l. 2. num. 13. ff. si cert.
pet. itaque ex his nullo pacto potest proce-
dere opinio *Rota* contra apertum casum le-
gis; & hanc conclusionem nostram tot Doct.
& scribentium authoritatibus fulcitam.
Neque obstabit mihi si dicatur, quod ex
nuda voluntate non contrahitur mutuum,
absque stipulatione per tex. *in l. si exceptio,*
42 *C. si cer. pet.* quare si permitteremus ex sim-
plici permissi in vsus pecuniæ nasci mutuũ,
esset dare mutuum ex nuda voluntate, absq;
stipulatione, quod lex illa non admittit.
Nam respondeo, vt respondet *Rom. &*
Alex. in d. l. certi cond. §. fin. in fin. quod tex.
in d. §. si ex pretio, habet locũ, quãdo pecunia
43 non extat; nam tunc ad formandum mutuũ
necessaria est stipulatio, *& ita Bar. & alij in*
d. l. si ex precio, secus vbi extat pecunia, vt est
casus noster, nam tunc sufficit nuda volũtas,
& ita procedit tex. *in d. l. certi condit. §. fin.*
vbi Ang. dixit, quod eo ipso quod deposita-
rius tenet pecuniam, & deponens eum tene-
44 re sciat, transfertur illico dominium in de-
positarium nuda voluntate, absque alia vera
traditione.
Itaque ex his satis lucide probatam, &
defensam arbitror firmatam superius con-
clusionem, depositum conuerti in mutuum
45 ex permissione pecuniæ depositario facta, &
ex receptione fœnoris, & ob id omni priuile-
gio carere deponentes.
Quod autem, & hominis priuilegium pa-
riter amiserint, ita vt aduersus fideiussores
nullam prætendere possint actionem, vel hy-
potecam; arbitror satis manifestum fieri ex
his, quæ superius firmauimus. si quidẽ Magn.
Germanus Ranascherius in casu, de quo agi-
tur duplicem repræsentat personam, publi-
cam scilicet, & priuatam: publicam vt num-
mularius, *d. l. si ventri, §. in bonis ibi fidem*
publicam sequuti, ff. de priuileg. cred. Priua-
tã, vt Germanus: quando igitur fideiussores
se obligant pro magnifico Germano, eorum
obligatio respicit magnificum Germanum,
vt personam publicam, & pro eo quod ad
mensam nummularium attinet: cantat enim
obligatio pro omnibus deponentibus, & ne-
46 gotiantibus in banco. ergo præter negocia
banci fideiussores noluerunt teneri, & se
obligare: De ijs ergo quæ magnificus Ger-
manus, vt Germanus gesserit, quia diuersa
est causa obligationis; certum est, quod fi-
deiussores non tenentur; & si verum est, vt
conclusimus deponentes credendo eorum
pecunias nummularijs sub fœnore mutuare,
eorum causam nummulariam, quia magni-
fico Germano non mensæ crediderunt iuxta
tex. qui ita probat *in l. procuratoris, §. si*
plures, ff. de tribut. actio. ibi vnusquisque
enim eorum mensæ magis, quam ipsi credi-
dit; & nos à contrario dicimus vnusquisque
enim eorum ipsi, non mensæ credidit, & ex
consequenti hoc non est negotium banci, &
ad bancum pertinens, & ex creditoribus bã-
47 carijs effecti sunt creditores priuati ex cau-
sa mutui, & sic in actione personali simpli-
cissima. ergo fideiussores bancarij non te-
nentur, cum neque ipse magnificus Germa-
nus, vt nummularius teneatur; tanto minus
48 fideiussores, ne in plus fideiussores essent
obligati, quam principalis, quod lex non ad-
mittit. *vulg. l. græce, §. illud, ff. de fideiuss. §.*
fideiussores inst. eo. & l. si vltra, C. eod. cum
alijs similibus ad id cumulatis per Hip. in
rub. ff. eo. num. 291.
Aggredior nunc secundum articulum, seu
dubium, an scilicet vsuræ receptæ per dictos
deponentes fuerint illicitæ, an verò illas sal-
tem rationem lucri cessantis percipere li-
cuerit. & conclusiue loquendo arbitror illas
adeo fuisse illicitas, vt nil magis vsurarium
dici possit (absit maledictum) & omnino te-
neantur ad illarum restitutionem. quod fue-
rint vsurariæ, & illicitæ etiam ratione lucri
46 cessantis, in his terminis nostris in indiuiduo
consuluit *Dec. in cons. 116.* qui considerat
omnes casus, per quos posset prætendi licite
potuisse percipi; & tandem concludit vsura-
riam esse huiusmodi perceptionem, quia
non potest dici interesse lucri cessantis ob
vniformem præstationem, quæ repugnat na-
turæ interesse lucri cessantis, quod semper
variatur ex loco, tempore, & personis. Imo
esto quod essemus in casibus, in quibus vsu-
ra peti posset, ratione interesse; vt *in cap.*
conquestus, extra de vsur. & in l. curabit, C.

de

30 de actio. empt. non tamen peti poterit certa quantitas promissa pro interesse, vt voluit notab. *Io. Andr. in cap. salubriter, extra de vsur. in princip. Petr. de Ancar. cons.* 148. *Laur. de Rodulf. in cap. consuluit, quaest.* 53. *extra de vsur. & Alex. cons.* 221. 2. *vol. hoc idem in proprijs terminis tenet Alex. in cons.* 80. *vol.* 3. concludens quod hoc lucrum est illicitum, & vsurarium, quia praesumitur solutum à depositario ad redimendas vexationes creditorum, ne repeterent pecunias, *ad idem Rom. in specie in d. cons.* 300. *num.* 9. *cum seq. vbi eleganter loquitur, & in d. cons.*
31 320. *num.* 8. vbi tenet non posse dici interesse lucri cessantis ob vniformem praestationem, *l. ideoque, ff. de eo quod certo loco, arg. l. pretia rer. ff. ad l. falcid. ad idem Ang. in d. cons.* 207. *num.* 5. *ver. descendo ad secundum*, & plene quod hoc lucrum sit vsurarium ex multorum Theologorum, & Canonistarum opinionibus, in his iisdem proprijs terminis nostris, quando relaxatur pecunia banco,
32 Monti; vel Ciuitati sub lucro, tenet *Io. Bapt. Lup. Gem. in d. tract. de vsur. in cap. nauiganti, coment.* 3. *§.* 3. *nu.* 84. *&* 85. *& ad satietatem omnium latissime de hac re, Couarr. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. 2. 3. *&* 4.
33 Praeterea interesse ex mutuo non debetur, nisi septe concurrentibus, de quibus per *Conrad. in tract. de contractib. q.* 30. *concl.* 2. quae refert, & cumulat *Rebuff. in l.* 1. *in praefat. num.* 23. *C. de sent. quae pro eo quod interest profer.* Primo quod vere damnum non ficte emergat. Secundo quod ex illo mutuo, non ratione alterius rei. Tertio quod exactum non excedat damnum. Quarto quod passus damnum maluisset recipere sortem, quam nunc recipere vltra sortem. Quinto, quod mutuum fuerit consilij non praecepti. Sexto, quod exactio non infamet actorem, nec scandalizet aliquem. Septimo, & hic punctus, quod iam vere passus fuerit interesse; nam pro eo quod vere non est passus, non potest agi.

Si de interesse lucri cessantis loquimur, & illud pariter non debetur, nisi quinque con-
34 currentibus, primo quod computetur pericula, & expensae. secundo quod recipiens lucrum non sit intentionis lucrandi per hanc viam; tertio quod non contrahat pactum ad semper, sed ad aliquod tempus. quarto quod ille, cui mutuo dedit, non sit in tam arcta necessitate, & creditor in tali opulentia, vt ei gratis mutuo dare teneretur. quinto quod id quod accepit, vere sit suum interesse, & tanti intersit, & pro interesse accipiat; quae omnia requisita refert, & cumulat *idem Rebuff. in d. l.* 1. *glo. fin. num.* 14. & haec omnia iuncta simul sunt duodecim, quae concurrere debent, vt lucrum licite percipi possit; consideret nunc circunspectus iudex, si in hoc casu nostro haec concurrunt: minime quidem. ergo lucrum, & interesse fuit omnino illicitum, & vsurarium.

35 Hoc probato quod fuerit illicitum, & vsurarium. sequitur vt creditores praedicti teneantur illud restituere, *tot. tit. ff. de condit. indeb.* hoc enim aliorum potiorum creditorum, item fideiussorum, & ipsius magnifici Germani maximopere interest, & ideo compellendi sunt ad restituendum *Ita in indiuiduo tenet Ripa in d. l. si ventri, §. in bonis, num.* 8. dicens quod gratuiti creditores poterunt sibi cessa actione hipothecaria, vel habito praetorio pignore agere hipothecaria
36 ria contra usurarios, quorum bona tacite hipothecata pro usuris extortis à debitore, *vt not. per glos. & omnes in cap. cum tua, & cap. tua extra de vsur. & per Alber. in l. pro officio, C. de adm. tut. cum alijs quos allegat, hoc idem tenuit Ang. in d. cons.* 207. *num.* 5. *vers. nunc descendo ad tertium*, concludens quod creditores praedicti, qui lucrum perceperunt, tenentur illud restituere, quia usurarium, *idem Alex. cons.* 80. 3. *vol. nu.* 11. *per tex. in l. si non sortem, §.* 1. *cum ibi not. ff. de cond. indeb.* nec possent isti creditores praetendere, vt saltim id, quod receperunt, sit illis imputandum in sortem principalem, & ob id liceat retinere. nam cum sors principalis illis non debeatur, nisi postremo, & in infino loco, satisfacto prius alijs creditoribus banci gratuitis, & creditoribus secundo lo-
37 co domus cum hipotheca, qui praeferuntur; tenentur lucra, & exacta restituere in beneficium praedictorum creditorum priorum, quibus ante omnes est facienda solutio ex supradictis.

38 Venio ad tertium, & vltimum dubium, & articulum, an ex hac permissione pecuniae facta ad proprios vsus depositarij, cum lucri perceptione; sit inducta, & facta nouatio. & in proprijs terminis, & *in specie Bal. dixit quod sic, & ita consuluit in cons.* 128. *vol.* 2. vbi loquitur de conuersione mutui facta in depositum, & concludit factam esse nouationem,
39 licet enim de iure C. non praesumatur nouatio, nisi expresse fiat *per l. fin. C. de nouat.* tamen inquit ipse, non habet locum *d. l. fin.* ubi mutatur, & alteratur causa, & natura; ac substantia primi contractus alteratur, & nouus nascitur diuersae speciei, inducitur nouatio, ut ipse concludit, idemque in terminis tenet *Sal. in d. l. certi conditio, §. fin. ff. si cer. pet. nu. mihi* 23. *secundum Iac. Butrig.* quia promissio utendi pecunia, facta ad rogatum

Digitized by Google

60 garum depositarij, nouum contractum inducit; quia utriusque uoluntas habilis est ad illum inducendum, per *tex. in l. iurisgentiū, § ideo. ff. de pact. & d. l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt.* nec potest dici quod infor-
61 met primum, quia distat à primo; unde informare illum non potest *d. l. iurisgentium, §. quinimo*, itaque cum habeamus decisionē in terminis, non esset amplius quaerendum.

Sed ne deficere uideantur rationes inductā esse nouationem, sit certū quod ubi olim de iure *digestorum*, ipso iure fiebat nouatio; hodie de iure C. fit ope exceptionis concurrentibus maxime coniecturis *glo. Bar. & alij in l. 1. ff. de nouat. glo. in l. fin. C. eo. Azo. in sum. a eo. tit. Bar. & Ang. in l. pen. ff. de praetor. stipul. & idem Ang. in l. qui usumfructum, ff. de verb. obligat. Bal. in d. l. fin. Socc. qui dicit hanc esse communem opinionē in cons. 21. 1. vol. Alex in cons. 173. vol. 7. num. 1. & nu. 6. & in specie Dec. cons. 400.*
63 vbi concludit, quod ex probabilibus coniecturis inducitur nouatio: sin autem probabiles coniecturae non adsint, si contractus inuicem non compatiuntur, tunc etiam hodie
64 intelligitur facta nouatio, & ita tenet *Bal. in d. l. fi n. & in cons. 318 volum. 1.* vbi tenet, propter incompatibilitatem contractus, fieri nouationē ope exceptionis *num. 4.* vbi amplius tenet, & subdit hanc incompatibilitatem non solum operari effectum nouationis; sed effectum rescissionis à contractu immediate praecedenti per *tex. in l. cum in plures, §. lege dicta. ff. locat. & l. valerianus, vbi hoc sollemniter not. ff. de praet. stipul & hoc copiosissime firmat Alber. Brun. in d. tract. de aug. in 3. quaest. principali nu. 38. & seq. vbi egregie, & doctè hanc materiam nouationis explicat licet de Bal. in d. cons. 128. nullam fecerit mentionem*, ergo
66 facta est nouatio in casu nostro, & ex consequenti fideiussores sunt liberati, *l. nouatione, C. de fideiuss. l. si cum Hermes, C. locat. Bar. & alij in d. l. pen. ff. de pret. stipul. & Bal. in l. pacta nouissima C. de pactis cum simil.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Depositum an sit, vel non, initium inspicitur quid actum sit.*
2 *Vsura ex mora debentur pro deposito.*
3 *Vsuras recipiens quis ex deposito, quas recipere potest, non videtur à principali obligatione recedere.*
4 *Fideiussores non liberantur, si creditor dat debitori dilationem ad soluendum.*
5 *Principium attenditur in qualibet re.*
6 *Vsuras qui recepit ex deposito, non habetur vt depositarius; quia deposito quasi renunciauit.*
7 *Depositarius potior est in bonis nummulariorum, nā fidem publicam fuit sequutus.*
8 *Depositarij, qui vsuras non acceperunt pro deposito, separantur à caeteris creditoribus.*
9 *Credere, & deponere differunt inter se.*
10 *Depositum transit in mutuum, cum pro eo recipiuntur vsurae, & num. 14.*
11 *Vsuras petere ante moram, est contra naturam depositi.*
12 *Vsurarum promissio in deposito, excedit modum depositae pecuniae.*
13 *Vsuras recipientes ex deposito postponuntur, & depositi priuilegium perdunt.*
15 *Cauti sunt aduocati, qui faciunt perquirere libros nummulariorum, ad finem videndi, si depositantes receperunt vsuras ex deposito.*
16 *Vsurarum perceptio à pecunia depositata ex duplici capite potest peruenire, & tunc depositum non esse concluditur.*
17 *Vsurarum promissio pro vsu pecuniae, qua vtitur depositarius, est propriè vsura, ac contractus vsurarius, & nu. 18.*
19 *Vsurarius est, qui recipit pecuniam, & lucrum absque periculo.*
20 *Lucrum non debet esse sine onere.*
21 *Vsura est, cum pecunia pecuniam generat.*
22 *Lucrum, quando sorti accedit ex pacto, non data mora; facit contractum vsurarium.*
23 *Fenerari potest pro redimendis captiuis.*
24 *Vsura ex deposito, neque fauore dotis recipi possunt.*
25 *Vsuras recipere ex pecunia depositata fauore dotis licitum est, quando depositum est factum à iudice contra voluntatem mariti dotes petentis, & depositarius est in mora.*
26 *Lucrum licitum, vt recipiatur ex pecunia depositata, necesse est, vt conuertatur in societatem, vel aliquod commercium.*
27 *Pacisci non potest in contractibus, quod capitale sit saluum.*
28 *Creditores, qui pecuniam dant mercatoribus pro negotiationibus sub nomine mutui, vel depositi; debent induci ad destruendum contractum, & receptum restituendum.*
29 *Solutio annua quando promittitur propter futurum interesse, est contractus vsurarius*
30 *Interesse lucri cessantis peti potest, sed non taxari à principio.*
31 *Solutio annua quando non habet certum fundum, à quo percipiatur, est contractus vsurarius.*

32 Vsura

32 *Vsura recipi possunt ex deposito regulari, idest ex pecunia ad pompam depositata, & num. 37.*

33 *Depositum cum transit in alium contractũ, amittit primaua priuilegia.*

34 *Depositum an sit, vel non, principium inspici intelligitur, nisi fuerit translatum in alium contractum.*

35 *Vsuras recipi posse ex deposito, de iure digestorum intelligitur, secus autem de iure canonico.*

36 *Ius canonicum attẽditur in materia peccati.*

38 *Nouatio licet non fiat, nisi expresse dicatur; si ex coniecturis contrarium apparet, fit ope exceptionis.*

39 *Fideiussores tunc demum non liberantur, data debitori dilatione ad soluendum; cum debitor est quantitatis, non facta mentione causæ, ex qua est obligatus; secus quando est obligatus ratione causæ, & contractus.*

40 *Fideiussores Castellaneorum non tenentur de delictis priuatis, & alijs extra fidem Castri.*

41 *Fideiussores officialium non tenentur de gestis extra officium.*

In eadem causa, & materia.

ARGVMENTVM.

Creditores banci, qui post depositam pecuniam conuenerunt de certa mercede recipienda, an amittant priuilegia depositi, ita vt potius haberi debeant vt creditores priuatæ domus, quam banci: Et quando, & quomodo talis conuentio fieri possit, citra labem vsuræ; & an ex tali perceptione vsurarum, depositum transeat in alium contractum; & de sensu l. si hominem, §. quoties, ff. depos. & l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cred. & cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor.

CONSILIVM XXVII.



ILLA proponitur quæstio, an creditores banci, qui pecuniam depositauerunt, deinde cõuenerunt, vt certam mercedem reciperent pro depositata pecunia; sint connumerandi inter creditores banci,
an potius inter creditores domus.
Prima facie videtur dicendum, quod sint
1 creditores banci; nam in deposito inspicitur
initium, quid actum sit *glo. in l. die sponsaliorum, ff. depos.* sed ab initio fuit depositum.
ergo, & cæt. Nec est inconueniens, quod aliquid lucri accipiatur pro deposito, quia
2 interesse, siue vsura ex mora, vel ex pacto
pro deposito debetur *d. l. die spõsaliorũ, in §.*
3 *fina. & l. si sacculum, in fi. eo. tit.* quare cum
recipiant id, quod ex deposito recipi potest,
non videtur à principali obligatione recessum, vt in proprijs terminis deciditur per
Rotam in decis. 1. de depos. alias num. 860. in nouis. quam sequitur *Thesaur. decis. 125. nu.*
4 *6.* quod etiam corroboratur, nam data dilatione ad soluendum debitori à creditore,
fideiussores non liberantur, & sic non alteratur per hoc natura primeui contractus, vt
late *per Hipol. in rubr. de fideiuss. num. 89.*
de quo late idem *Thesaur. d. decis. 125. faciente distinctionis concordans l. si cum Hermes C. locati cum l. si vnus §. si cum reo ff. de pac.*
5 & in omni re principium attenditur, *vt per doct. in cap. ex literis, extra de rescrip.* quare omnino dicendum videtur, quod isti creditores, vt fuerunt à principio depositarij,
sic debeant remanere creditores banci, &
eorum priuilegijs vti.
His tamen & similibus non obstantibus
contrariam sententiam de iure veriorem
existimo, duo enim iura casum nostrum decidunt *l. si hominem. in §. quoties depos. & l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. cred. In §.*
6 *quoties,* habetur quod depositarius, qui vsuras recipit, nõ habetur, vt depositarius; quasi deposito renũciauerit. In *§. in bonis* habe-
7 tur, quod in bonis nummulariorum potior
est causa eorum, qui deposuerunt pecuniam,
8 fidem publicam sequuti; qui autem depositis nummis vsuras acceperunt, à cæteris
creditoribus non separantur, prout separantur depositarij *dicit glo.* quia dicit *tex.* aliud
9 est credere, aliud deponere. ergo dum vsuras accipit, fidem publicam non sequitur, &
non sunt isti creditores banci, sed domus, cũ
10 ab alijs non separentur, quasi *dicit glo.* depositum transiuit in mutuum, accipiendo vsuras; & sic à depositarijs separantur, & cum
11 alijs connumerantur; & merito, quia contra
naturam depositi est vsuras petere *l. lutius,*
12 *ff. depos.* ante moram scilicet; & promissio
vsurarum in deposito excedit modum depositæ pecuniæ, dicit *tex. in l. publia meuia, §. lutius, ff. eod.* ergo omnino non sunt inter
creditores banci connumerandi.
Hæc opinio *Doct. authoritate fulcitur,*
13 *Bal. in l. fin. C. depos.* dicit quod isti, qui vsu-
ras

ras recipiunt, post ponunt; Et *Salic. ibi* dicit
quod priuilegium depositi perdiderunt: hæc
est decisio quæstionis nostræ. Nam licet à
principio fuerunt depositarij, licet nomen
retineant depositariorum, licet agere possint
actione depositi: priuilegia tamen amiserunt
rōnē reddit *Ang. in d. §. in bonis*, quia
14 receptio vsurarum facit transire depositum
in creditum, ita vt nullum priuilegium habeant.
& idem dicit *Paul. de Castr. in d. §.*
quoties, quod nullum priuilegium habent,
& quod debent cum alijs creditoribus concurrere
per solidum, & libram. ergo in casu
nostro à creditoribus banci sunt delendi,
& connumerandi cum alijs creditoribus domus.
Ideò *Ang. & Rip. dicunt in d. §. in bo-*
15 *nis*, quod cauti aduocati faciunt perquirere
libros nummulariorũ, ad finem videndi si
receperunt depositarij vsuras; frustra igitur
fieret perquisitio si non operaretur. Quod
16 suadetur optima ratione, perceptio istius
vtilitatis ex pecunia deposita, ex duplici capite
potest peruenire: aut quia Campsor ex
ista pecunia lucratur, & postquam peruenit
ex re mea videtur actum, quod det mihi certam
partem; & hoc non est licitum, cum sit
certum, & pecunia sit salua, vt late per *Berois*
in cap. nauiganti, extra de vsur. & licet esset
permissum, esset societas, vt late per *Io.*
Lup in cap. per vestras, extra de donat. inter
vir. & vxor. si societas, ergo non depositũ.
Aut videtur actum, quod ex introitibus emptis
à Campsoribus ex pecunia mea, dent
mihi portionem; & tunc quia emptiones, quę
fiunt à mercatoribus non, vt Campsores, sed
vt mercatores priuati agunt, & sic dum
agitur de consequenda portione ipsarum
emptionum, erit negociatio priuata, & non
publica, & quia fidem publicam non sequuntur,
sed priuatam per *d. §. in bonis* recesse-
17 runt à banco. Aut promissio vsurarum peruenit
ex vsu pecuniæ meæ, qua vtitur depositarius;
& tunc quia dominiũ pecuniæ transiuit
in depositarium erit solutio ex vsu rei
propriæ, contra tex. *in l. iure mandata, C.*
mand. & tunc erit proprie vsura, vt *per do-*
cto. in d. cap. nauiganti, erit igitur contractus
vsurarius. Hinc dicit *Berous in rubr. de*
vsur. num. 56. dispositionem *tex. in d. l. lu-*
tius, & in d. l. die Sponsaliorum, non proce-
18 dere de iure canonico, quia recipiendo pecuniam
pro deposito est vsura, cum sit mutuum;
non attentis nomine, verbisque contractus,
sed attenta veritate, vt solutio fieret
pro vsu rei suæ. ergo si est mutuum erit
negociatio priuata, & proinde reprobatur,
19 & quod sit vsurarius probatur, quia recipit
pecuniam, & lucrum, absque periculo, *l. si*
20 *nauis, ff. de reiuendic.* lucrum enim sine onere
esse non debet, *dicit glo. in l. si fine, depos.*
& quod peius pecunia generaret pecuniam,
quod est contra naturam ipsius, & per consequens
vsura *cap. sicut. in 47. distin. l. vsu-*
ra ff. de verb. signif. & ibi not. & esset in causa
reperiri vsum, vbi vsus absq; cōsumptione
nō est, *vt per Bal. in l. 1. C. de sum. Trin & Fi-*
22 *de Catho.* quod lucrum cum accedat sorti ex
pacto, non data mora, vt nos loquimur; facit
omnino cōtractũ vsurariũ *p Inn. in definitio-*
ne vsura, in rubr. & in c. in ciuitate, de vsur.

Quod etiam probatur aperte *per tex. in*
cap. per vestras, extra de donat. inter vir, &
vxor. quomodocumq; ille tex. intelligatur,
Nam si intelligatur, vt aliqui voluerunt, vt
refert *Io. Andr. Io. de Ana. Abb. & Calder.*
& alij, illum tex. loqui fauore dotis, vt
sit licitum recipere pro pecunia depositata;
ergo in alijs casibus extra dotem non erit
permissũ. sic in casu nostro, vbi nō tractatur
de fauore dotis, receptio pecuniæ pro deposito
erit reprobata. Sed ille intellectus communiter
reprobatur, somniauerunt isti *dicit*
23 *Abb.* nam pro redimendis captiuis potest fœnerari
cap. super eo, de vsur. & late per Lu-
24 *pum in c. per vestras, in 6 par.* quia nec etiam
fauore dotis permittitur aliquid pro deposi-
25 to recipere. Vel & secundo modo intelligitur
ille tex. quod depositio sit facta à iudice
contra voluntatem mariti, qui petebat dotes,
& ille depositarius erat in mora; & cum
illud sit authoritate iudicis, erat permissum,
vt per Bero. in d. rubr. de vsur. Et cum in
casu nostro, nec adsit mora, nec iudex; sed
omnia ex pacto. ergo est prohibitum. Sed
26 & iste intellectus etiam reprobatur, & sic
tertio dicitur, vt *in glo.* quod ad finem
vt ex pecunia depositata reciperetur honestum,
& licitum lucrum, fuit conuersa in
societatem, vel in aliquod commercium, &
ideo licite aliquid percipiebatur. ergo si non
fuisset conuersa in societatem, vel in commercium,
non licite perciperetur. & sic in
casu nostro, aut fuit conuersa in aliquod cōmercium,
saltem ministerio iuris, & non est
amplius depositum; sed negocium domus:
aut non fuit conuersa, & erit vsura aperta,
rogo vt videatur *Io. Lup. in repet. cap. per*
27 *vestras, in 11. amp. nu. 7.* qui dicit non posse
pacisci, vt capitale sit saluum, & *num.* 8. di-
28 cit dantes pecuniam mercatoribus pro negotiationibus
sub nomine mutui, vel depositi,
cum per hanc viam possent capitale suũ
facere saluum; debere induci ad destruendũ
contractum, & ad restituendum receptum,
vel remissionem petendum. Et *in prædicto c.*
in tex. vers. alicui mercatori, & nu. 7. vers.
fra.

Digitized by Google

prædicta tamen, dicit omnia quæ in tota materia lucri recipiendi à mercatoribus dicū-
29 tur, esse sane intelligenda dummodo à principio non fuerit facta promissio annuæ solutionis propter futurum interesse, quia tunc esset vsurarius contractus, *ita S. Bernardus S. Thomas, & cæteri per ipsum*, & conclu-
30 dendo in fine dicit, licet interesse lucri cessantis peti posse, non tamen posse taxari à principio, hoc etiam firmat *Casi. in catalago glosss. in antepenul. car. sui operis in 25. li-*
31 *mit. 99. considerationis*, vbi voluit annuam præstationem quando non habet fundum certum, à quo percipiatur, semper contractum esse vsurarium, siue habeat relationem ad personam, siue ad lucrum pecuniarum, siue ad aliquid aliud per *extrauag. Martini, & Calisti, 1. & 2. de emptione*, vbi congerit plurimos sic tenentes communiter: & in pro-
32 pria materia depositi regularis, vt quia deposuit pecuniam ad pompam, vt tunc possit recipi aliquid; secus in deposito aperto, quia
33 transiuit in mutuum, quo casu non possit aliquid recipi, & quod à deposito transiuit in alium contractum, & amisit primeua priuilegia, rogo videatur *Rom. conf.* 500. qui late in proprijs terminis nostris. Ex his igitur apparet hanc promissionem lucri non deberi pro deposito, & sic cum fuerit actum vt solueretur, aliud actum fuit quā depositum, & fecit transitum in mutuum, & per consequens connumerantur cum alijs creditoribus domus, *vt per Paul. de Castr. in loco supra citato.*

Non obstat modo quod in principio di-
34 ximus in actione depositi principium inspici, quia verum est nisi fuerit translatum in alium contractum; sed hic ex receptione lucri transiuit in creditum. Non obstat quod
35 vsuræ poterant recipi ex deposito, quia respondetur hoc fuisse de iure digestorum, sed
36 contrarium esse de iure canonico, quod attenditur in materia peccati, & vsuræ, vt late *per docto. in d. rubr. de vsur. & in specie per Bero.* & licet possent recipi, tunc non habebunt priuilegia depositi *iuribus supra citatis* cum notissimos terminos depositi ex-
37 cesserint *ex d. l. lutius*: nisi voluerimus intelligere illas leges in deposito regulari quando ad pompam, *vt per Rom. in d. conf.* 500. *& per Bero. in rubr. de vsur. num.* 56. & tunc essemus extra rem nostram. Nec obstat *decisio Rota*, quia dum loquitur data mora nihil ad nos, nam vsque ad diem decoctionis poterant si voluissent pecuniam recuperare. Dum loquitur de pacto similiter non obstat, quia fuit pactum illicitum, vt supra demonstratum est, & fecit transitum in depositum in creditum, & in hoc decipitur.
38 Nam licet nouatio non fiat, nisi expresse dicatur, fit tamen ope exceptionis si ex coniecturis contrariū appareat *glo. in l.* 11. *ff. de nouat. in l.* 11. *ff. de pret. stipul.* At in casu nostro coniecturæ sunt apertissimę, quia à principio dum pecunia deponitur nihil de lucro ex pacto, ex natura depositi nequaquā, cum modo fit pactum de soluendo, alteratur primeua natura dum permittitur aliquid contra naturum illius contractus *d. l. lutius* ergo in alium contractum est pecunia transfusa. Nec est dicendum esse tantummodo datam dilationem, & non factam nouationem: quia replicatur esse verum si non adfuisset promissio vsurarum, & si adfuisset appositum tempus iam elapsum in restitutionis promissione; sed hoc non erat in casu nostro: ergo frustra possunt adaptari termini de prorogatione, de qua *in dicta decis.*

Nec obstat dū ibi dicitur fideiussores non liberari data dilatione, quia ibi fideiussores promiserūt illos nūmos restituere, nil de deposito, vel credito; donec illos nummos debitor non restituerit, semper sunt obligati. At in casu nostro non sunt obligati fideiussores restituere nisi deposita publica, non priuata; cum pecunia non habeat amplius depositi priuilegium, non erunt obligati ad restitutionem fideiussores. Et proinde non obstat quod dicit *Hipol. in rubr. de fideiuss. Dec. conf.* 400. *num.* 2. *& Alex.* 72. *lib.* 6.
39 data dilatione debitori à creditore, fideiussores non liberari: quia loquuntur in debitoribus quantitatis nō facta mentione causæ, ex qua sunt obligati: sed in casu nostro sunt obligati, non ratione quantitatis solutæ, sed ratione causæ, & contractus, ideo cessat promissio *cap. cum cessante, de appell. extra l. adigere, §. quamuis, de iur. patro*, pro quibus faciunt ea, quæ dicuntur de
40 fideiussoribus Castallaneorum, qui non tenentur de delictis priuatis, & alijs extra fidē Castri: quia fideiussio fuit pro republica, nō pro re priuata, *vt per Bal. in l.* 1. *C. de magistr. conuen.* & de fideiussoribus officialium
41 qui non tenentur de gestis vltra officium, de quibus late *per Rom. conf.* 434. & per consequens est dicendum hos creditores, qui receperunt vsuras, esse creditores domus, & cū alijs connumerādos; & proinde fideiussores banci non teneri ad satisfaciendum deposita prædicta, & ita spero iudicandum fore.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Lex generalis quibus modis constituatur.
Cedula significatio explanatur.

Digitized by Google

3 *Lex generalis erit, si dispositum est generale.*
4 *Lex generalis, si ad alias l. extendi præcipitur, dijudicabitur.*
5 *Lex locò non circumscripta generalis extimatur, quamuis certa persona contemplatione emanata fuerit.*
6 *Dictio (alij) alicui dictioni generali associata etiam ad diuersa refertur.*
7 *Legis publicatio, quando de necessitate non requiratur.*
8 *Legis conditor, vt lex antequam publicetur, liget, facere valet.*
9 *Iurisdictio iudicis ordinarij quibus casibus sileat.*
10 *Iurisdictio à iudice ordinario, si superior manus imposuit, abdicatur.*
11 *Litis pendentia per solam citationem recipit esse.*
12 *Sequestrum, vt fieri possit, quæ requirantur, ac decisio l. 1. C. de prob. sequestr. pecun. explicatur.*

Pro Principe Salerni.

ARGVMENTVM.

REx aliquid statuẽs, si eius dispositio generalis est, quamuis ad particularium petitionẽ statuat, tanquam lex generalis ab omnibus, & apud omnes seruanda erit, & quando iudicis ordinarij iurisdictio sileat, & sequestrum fieri possit.

CONSILIVM XXVIII.



QVAM clare ius foueat Ill. Princeps Salerni offerens eius creditoribus satisfactionem, seruata forma cedulæ Suæ Maiestatis, quam vel omnino hoc modo esse seruãdam, vel si aliquod forte dubium circa eam fieret (quod non video) remittendum esse ad iudices in curia super hoc deputatos; narrando breuiter tenorem cædulæ, vtrumque sole clarius apparebit.

Asserit Rex Catholicus reperisse suum patrimonium exaustum pro defensione Sanctæ Fidei, Regnorumque suorum; & proinde per duas cædulas expeditas die primo Septembris 1575. ordinasse in vna videlicet, suspendisse omnes consignationes factas in suis redditibus, hominibus negotiantibus ob assignamenta, & cambia ab ipsis recepta. In altera vero declarasse modum, quo debebant taxari assignamenta, & cambia ab ipsis recepta à die 14. Nouembris 1590. vsq; ad vltimum Augusti 1575.

Demum per aliam Cædulam die 15. Iulij 1576. ordinasse modum satisfactionis faciendæ dictis negotiantibus de eorum creditis vt supra taxatis; & erat tertia pars crediti satisfacienda in vassallis, ad rationem tot pro centenario, & alia duæ tertiæ partes in annuis redditibus vulgo dictis iuri ad redimendum ad tot pro centenario.

Cumque de hac tam modica satisfactione negotiantes, & respublica Ianuensium se grauasset, allegauerunt, tam maximam quãtitatem pecuniarum Regi consignatam pro manutenendis exercitibus in Italia, & Flandria non potuisse ex eorum bonis, quæ ad id non sufficiebant, soluere; sed fuisse coactos sub eorum fide ab alijs cambia cepisse, tam in Nundinis Hyspaniæ, quam extra cum maximo eorum interesse; adeo quod cum hac satisfactione non potuissent eorum creditoribus correspondere. Idcirco Rex per aliam cædulam die 5. Decembris 1577. & est illa, de qua nunc agitur, hæc omnia narrat, & principaliter considerans damnum insurgens dictis negotiantibus, eorumque creditoribus, ex quo faciliter desinebat commercium nundinarum, ne hęc contingerent, bono publico statuit, quod si dicti negotiantes voluerint satisfacere in vassallis, & redditibus eorum crediroribus contractis propter interesse cambiorum, & similium, eo modo, & forma prout eis sua Maiestas satisfecit, pro illa tantum quantitate quam à Rege recuperauerint, possint facere; cogendo tamen omnes eorum creditores talem satisfactionem recipere: verum non liceat dictis negotiantibus ab alijs emere vassallos, & redditus, & hoc modo illis satisfacere; sed pro illa tantum quantitate, pro qua eis Rex satisfaciet.

Insuperque Rex mandat, omnia contenta in hac cædula seruari, non obstante quocunque contractu, & obligatione creditorum, ac non obstante quacunque lege suorum Regnorum in contrarium dictante; quam annullat, & irritat, iubendo omnibus de suo consilio alijsque ministris, & alteri cuicunque iustitiæ, cui hæc cædula fuerit demonstrata, seruari, quod quam secundum eam inditium proferant; prohibendo protestationes, executiones, & sequestra fieri tam in bonis, quam in personis; & si essent facta, reuocentur, & nullius sint roboris, idque seruetur tam in litibus pendentibus, quam futuris.

Et

Et si contigerit oriri aliqua dubia circa contenta in hac cædula; iubet Rex illa remitti ad iudices in curia super hoc deputatos, vt lites tollantur, vt ex ea pleníssimè legitur. ex qua tria clare colligimus.

Primum, bono publico Regem decreuisse, posse negotiantes cum eo, quibus ipse certo modo satisfecit in vassallis, & redditibus; eodem modo eorum creditoribus satisfacere, qui hanc satisfactionem recipere cogentur, idque cum clausula decreti irritantis, eam contractus creditorum, quam omnes leges suorum Regnorum in contrarium forte dictantes. verum hoc accurate sub duabus declarationibus Rex disposuit.

Prima, vt illis creditoribus hoc modo possint satisfacere, qui processerunt ob interesse cambiorum, seu aliam contractationem, ex qua ortum est interesse; & non illis, qui ex mercatura processerint, ibi *Hayan cumplidos à sus accredores procedido de enteresses, ò de assientos, ò cambios, ò cedulas de cambio ò otras qualquier contractaciones, en que haya hauido enteresse, ò cambios, no siendo las dichas partidas de libranza procedida de mercadorias.*

Secunda vt pro ea tantum quantitate, quam Rex negotiantibus satisfecit in vassallis, & redditibus; possint eorum creditoribus satisfacere, & non vltra: prohibens ne possint ab alijs emere vassallos, & redditus, & hoc modo illis satisfacere; sed pro quantitate tantum à Rege assignata, ibi *Como declaramos, que lo que han de poder pagar los dichos deudores à sus accredores en los dichos vassallos, rentas, y juros, que ha da ser cadauno tan solamente asta en la quantidad, que nos le pagaremos à ellos en los dichos vassallos, y juros. pero no por esto se ha da entender, que ha da poter cõprar pro arbitrio los dichos deudores de otras personas niugunos vassallos, ne juros de los sopradichos, ne a treinta, ne à vẽte para poder pagar à sus accredores, que esto declaramo, que no se ha da poter hazer, se no en la quantidad, que ellos cobraren da nos, y los deuieren otras personas comprehendidas en lo dicho assiento.*

Secundum, quod principaliter ex cædula legimus est, omnes indicantes in eorum iurisdictione illam seruare, & exequi debere & secundum eam iuditium, & sententiam proferre, ibi, *mandamos à los de nuestro Consejo*, & demum, *y à otras qualquier justitias, à quien esta cedula fuere monstrada, à cadauno, en su jurisdictione, guarden, y complen, y conforme à ello juzguen, y determinen.*

Tertium, si aliquod dubium circa hanc cædulam fieret, illud decidendum remictatur ad iudices in curia deputatos, ibi, *y porque podria ser, que se offreceeren algunas difficultades sobre lo contenido de esta cedula, y esta no sea occasion de pleytos, mandamos à las sobradichas justitias, remittan las difficultades à las personas del nuestro Consejo, que para ellos hauemos nombrado.*

Hæc enim cedula prædicta omnia considerate continens, vt lex generalis seruanda
1 erit. Siquidem Princeps tribus modis legem generalem constituit, si per epistolam decreuit, vel cognoscens decreuit, vel edicto præ-
2 cepit, *l. 1. ff. de constit. Princ.* Etenim fuit per modum epistolæ, cum cædulam hanc dispositionem Rex vocet, cuius nomen quamdam significat loquẽtis scripturam eius manu confectam, *Ias. in l. Titia, §. idem respon-*
3 *dit num. 7. ff. de verb. oblig.* eaque generalis legis vim obtinere debet, etiam quod non sit descripta in corpore aliarum legum generalium, quia id, quod disponitur generale est, *not. in l. leges generales, ibi Bald. Salyc. caeteriq; C. de leg.* tradunt sex signa, quando dicatur lex generalis, & si non sit descripta cum alijs; inter quæ illud est, si quod disponitur, sit generale: quod in re nostra patet, quia cum omnibus negotiantibus Rex taxauit modum satisfactionis, & omnes eorum creditores coegit ad recipiendum talem solutionem, ibi, *y que todos los accreedores de los dichos hombres comprendido en el dicho assiento, y medio general, sean obligados à receuir la dicha paga.*

4 Item, quando dispositio ad alias cædulas extendi præcipitur, generalis erit lex, vt ibi per eos: quod in præsenti congruit, cum cã tam in litibus pendentibus, quam futuris, locum sibi vendicare statuatur, ibi, *y hagan justitia en todos los pleytos, assi lo que à hora estan pendientes, como otros qualquier, que de nueuo occorrieren.*

5 Præterea, & si dispositio ad aliorum petitionem emananit, si loco non circumscribitur, sed ad omnes eam pertinere statuitur, lex erit generalis, *d. l. leges ver. sed & si*, at cædulam hanc esse generalem, & loco non circumscribi, ex ea clare dignoscitur, ibi asscritur, negotiantes passos esse *muy grandes interesses, en las plaças, y ferias de este Reyno, como en las de fuera dellos.* Annuens Rex eius creditores esse debitores multis personis ex contractationibus, tam in Regnis Hyspaniæ, quam extra: itaque considerauit eius creditores tam intus, quam extra Hyspaniam, non mirum si generalis lex erit, quæ omnes vbique loco non circumscriptos ligat. Pariter dum Rex coegit omnes creditores suorũ creditorum ad recipiendum eamdem satis-

Digitized by Google

factionem, quam Rex illis fecit, id voluit nõ obstante quacumque lege suorum Regnorũ, ibi, *non embargante qualesquier escripturas, y leyes de nuestros Reynos*, generaliter dixit nostrorum Regnorum, ergo tam Regna Hyspaniæ, quã alia Regna sua significauit, quia pluralis locutio, & generalis, generaliter est intelligenda, *l. si seruitus imposita; ff. de seru. urb. præd.* Similiter dum Rex ordinauit seruari hanc cædulam, iussit Consiliarijs sui Consilij, Præsidentibus, Auditoribus, cæterisque ministris illam seruari; numerando nomina officiorũ Hyspaniæ, & postea subdit, & alij cuicunq; iustitię, cui fuerit demonstrata, cuicunque in sua iurisdictione, *y otras qualquier iustitias à cadauno en su iurisdiction*. Illa enim verba, (& alij cuicunq; iustitię) ostendunt iudices diuersos à nomina-
6 tis, & sic in omnibus Regnis: quia dictio (alij) iuncta cum generali dictione (quicunq;) non solum ad similia refertur, sed etiam ad diuersa extenditur, *glo. in l. 1. §. debitum, in ver. ex causa tutela, ff. de const. pec.* maxime quia sequuntur illa verba (cuicunque in sua iurisdictione) aperte significantia omnes Iudices in omnibus Regnis hanc legem fore seruaturos.

Nec obstat, si diceretur hanc cædulam, quæ vim legis obtinet, non fuisse in Regno nostro publicatam: nam cum ea fuerit ostẽsa Illustrissimo Viceregi, super ea petitum Regium exequatur, creditoribus intimata, & in actis præsentata; publicata ex his absq;
7 dubio dicitur. Verumtamen non fuisse necessariam publicationem, affirmo, nam hæc cędula non continet dispositionem generalissimam respectu omnium, sed quorumdam certi generis fauorem respicit; quo casu publicatio nõ requiritur, *Bald. in l. leges, vt generales post num. 2. C. de leg.* inquit de statuto, quod non valeat nisi publicetur per præconem, si statutum est factum in fauorem particularium, nec fuit publicatum, quod valet, quia certorum fauorem respicit, sequitur *ibi Paul. num. 2.*

Rursus Rex absolutè voluit cædulam ab omnibus seruari, cum ostensa fuerit; ex hoc fortè volens, vel non esse necessariam publicationem, vel illius ostensionem loco publi-
8 cationis adesse. sicut enim legis conditor potest facere, vt lex liget antequam fuerit nota, & publicata, *glo. in clem. 2. verbo ex tunc, de hæret. Rip. in rub. d. const. num. 43.* sic potest facere vt citra publicationem, cuicunque ostendatur, obseruetur: quia sufficit, vt lex liget, de ea quomodolibet notitiam haberi, etiam si non sit publicata, *glo. in cap. 2. in ver. hactenus de rebus eccles. non alien. in 6. Rip. alios referens in d. rub. d. const. num. 47.* Ex his ergo liquet nullum adesse scrupulum, creditores Principis esse cogendos ad recipiendum satisfactionem per eum oblatam, seruata forma cædulæ Catholicæ Maiestatis, vt supra.

Verum si fortè aliquod circa eam fieret dubium (quod ego fateor non posse imaginari) tunc illud Sacrum Consilium, cuius hoc casu iurisdictio silet, non poterit decidere, sed ad iudices super hoc in curia deputatos decidendũ remittere debet, quia sic expresse Rex voluit, ibi, *remittan las dichas difficultades à las personas, de nuestro Consejo, que*
9 *para ellos hauemo nombrado*. Quando enim certi iudices in casu dubij sunt deputati, aliorum iudicum silet iurisdictio, eisque in hoc interdicta iudicandi facultas censetur, *cap. 1. vers. similiter, de concess. preben. in 6. Ang. in l. 1. C. vbi, & apud quem*, quod eo magis procedit, quia id fuit factum priuilegio, & contemplatione personarũ, quo casu ab alijs habentibus generalem iurisdictionẽ, penitùs est abdicata iurisdictio, *Paul. in l. si quis cum procurator, §. Iulianus post num. 2. ff. de procur. Afflict. decis. 41. num. 2. & 3.* & magis in specie cum causa iubetur ab vno iudice ad alium remitti, vt nunc accidit, abdicata sit iurisdictio ab illo, qui causam remittere debet, *est tex. in l. fin. ff. de off. præfect. vig.* Nec in hoc amplius oportet disputare, quia sic Rex disponit expresse, Im-
10 mo si non dixisset idem esset, siquidem cum Rex in aliquo negotio manum apponit decernendo, inferiores non possunt se intromittere, quia ad se illud reuocasse videtur, *cap. vt nostrum, de appell. Roman. cons. 335. num. 5. & 6. cum seq. & cons. 350. num. 11. & 12.* Quinimmo, & plus si non fuisset abdicata iurisdictio ab alijs, adhuc causa hæc remittenda esset ad iudices deputatos in Curia, vbi plus lis pendet. Constat enim per illos iudices creditores Principis, ante hanc litem fuisse citatos, vt ibi compareant, quia eis satisfiet seruata forma cædulæ, cum qua citatione, quæ est litis exordium præueniendo, inducta est pendentia litis, & illorum perpetuata iurisdictio, vt ad eos remittatur, & iuditium cæptum per eos finiatur, *Innoc. in cap. super quæstionum, post num. 2. de offic. deleg. cap. gratum, ibi Canon. eod. tit. de off. deleg. Cauulist. in l. si quis postea, de iud.* Suffi-
11 citq; ad inducendum litis pendentiam, vt semel citatio fiat, *Archid. in cap. non ita, in princ. 2. q. 6. glo. in clem. 1. in ver. citationes, de iud. Alex. in l. more maiorum, nu. 36. de iurisd. omn. iud. Dec. in c. gratum, nu. 3. ver. & quantum ad effectum*,

Deniq;

Digitized by Google

Deniq; dum aduersarij interim petierunt sequestrum fieri fructuum status Principis, hic, vel saltim ab eo dari satisdationem, dubitantes de fide Principis non posse satisfacere: satis miror, quod id dicatur, quia non video, quo iure hæc plusquam vana prætensio fundetur; quomodo enim prætēdi sequestrum potest in bonis debitoris, si debitor offert soluere seruata forma cædulæ, & constat habere modum satisfaciendi, & si creditores recusant hunc modum satisfactionis recipere, prout non posunt, adeant suam Maiestatem, & Iudices per eam super hoc deputatos, nec quicquam hic in Sacro Consilio poterit pertractari, cum per cædulam, vt dixi, ab eis abdicata sit iurisdictio, & quod est plus expresse per eam prohibentur sequestra, & exequutiones fieri, ibi, *los dichos protestos, y exequtiones, ò embargos.*

12 Et si cædula in præsenti non esset, quæ penitus dirimit omnem controuersiam, quomodo posset prætendi prætensum sequestrū, vel dari hanc satisdationem, non video: non enim hic concurrunt requisita, nec aliquis casus specialis notatus in limitationibus traditis per *Scrib. in l. 1. C. de probib. sequestr. pecu.* Oportet enim, vt prius constet de credito per instrumentum publicum (quod hic deficit) vt sequestra fiant, *Bar. per illum tex. in l. litibus num. 21. C. de agric. & cens. lib. 11. Alex. 163. num. 2. 6. vol.* & pro fundamento principali requiritur inopia debitoris, qui in dolo versetur, ob quod suspectus reddatur dilapidationis bonorum, *l. si creditores de priuileg. cred.* qui tex. rogo attendatur à princip. vsq; in finem, quia hanc prætensionem funditus reijcit, ibi enim tria decidentur. Primum vt si creditores putent habere suspectum, & satisdationem velint, prætor causa cognita illis prospicere debet. Secundum, *in verbo plane*, quod in recenti hæreditatis audiendi erunt, qui allegant suspectum, cæterum si creditores passi sunt eū in hæreditate morari, nec quicquam in eum criminis obijcere possunt, quod dolo versatus sit; non debebit post multum temporis, dicit ibi glo. scilicet quinquēniū, vel arbitrio iudicis, ad hanc necessitatem compelli. Tertium, subdit *in verbo plane*, si doceatur nihil ex bonis alienasse, nec inopia eum creditores laborare ostendere possint, iniuriarum actione tenebuntur. Hæc tex. ille, discurramus nunc facultates, & qualitates Principis, & apparebit legem illam in omnibus pro eo concludere, de inopia Principis delirant aduersarij, quia de opulentissimis eius facultatibus liquet: verum est enim in hoc Regno, dempto hoc prætenso ære, remanere statum exemptum in summa duc. 400. m. in circa, & in Hyspania satis vltra millia millium à Rege recuperasse, item illo die primo Septēbris 1575. quo sua Maiestas suspendit assignamenta, tunc de recenti creditores Principis non comparuerunt, immo passi sunt ipsum morari in sua administratione, vsque nunc, quod est facere quinquennium, & cum maxima cura, & diligentia, taliter in ea se gessit, quod nihil doli contra eum in administratione potest impingi, nihilque de bonis alienauit, sed patrimonium suum auxit, tam in Regno nostro emendo duas terras liberas pro ducat. nonaginta mille, quam in Regno Hyspaniæ, recuperando duos milliones duc. à Rege. Ideoque de sequestro, & satisdatione frustra tractatur.

Et concludendo cum fine dictæ legis, cum de maximis facultatibus Principis appareat, non solum creditores, qui sic temere, & loquaciter ausi sunt eius inopiam allegare a prætensis per eos excludi debēt, sed iniuriarum actione ad aliorum exemplum puniri debent.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *IVri renunciato non datur amplius regressus; nunquid procedat in muliere renunciante hipothecam super bonis mariti, n. 2.*

3 *Vxor consentiens obligationi, vel alienationi rei dotalis, vel rei mariti, sibi pro dote obligata, an, & quando sibi præiudicet.*

4 *Vxor consentiens venditioni rei mariti præiudicat sibi in antefato, sed non in dote de iure consuetudinario.*

5 *Vxor, & vir insimul vendentes rem ipsius viri; sibi præiudicat in antefato, & dote, de iure consuetudinario.*

6 *Vxor consentiens obligationi, vel alienationi rei mariti, vel renuncians hypotheca, quā habet super his bonis; nunquid de iure consuetudinario possit agere in subsidium super his bonis, si non fuerit cautum super alijs, & num. 9.*

Tex. in auth. siue à me, Cod. ad velleia. in quibus casibus corrigatur per consuetudinem, si mulier, & num. 8.

Mulier renuncians cum iuramento bonis mariti sibi obligatis pro dote, & iuribus dotalibus, non poterit habere recursum super his bonis renunciatis, etiam si non haberet vnde posset satisfieri.

Pro Laurentio de Laurētijs, cum Caſſandra de Nouario.

ARGVMENTVM.

Agitur de intellectu conſuetudinis ſi
mulier;& ſi per illam cõſuetudinem
ſit correctus tex. in auth. ſiue à me,
C. ad velleian. & in quibus caſibus
vxor conſentiens obligationi bonorũ
mariti, vel renuntians hypothecæ;
numquid ſi non fuerit cautum ſuper
alijs, poſſit ad bona renunciata redi-
re de iure conſuetudinario. Et quid
de iure communi intercedente iura-
mento.

CONSILIVM XXIX.

NVLLO iure, nec commu-
ni, nec municipali ſenten-
tia Caſſandræ de Nouara
poteſt exequi ſuper maſſa-
ria, quæ nunc poſſidetur à
magnifico Laurentio de
Laurentijs. ſiquidem venditioni illius factæ
à Ludouico de Acampora conſentijt Helo-
nora de Alexio eius vxor, ex cuius perſo
na prædicta Caſſandra egit;ac quod plus eſt,
renunciauit iuri hypothecæ, promittens cũ
1 iuramento omnia habere rata: quo fit ad ius
ſemel renunciatum regreſſum denegari *vul-
gatis iuribus*, & verum eſt mulierem poſſe
renunciare iuri hypothecæ reſpectu certæ
rei, & certæ perſonæ, *l. etiam, & l. iubemus,
C. ad velleia.* & dum renunciat non interce-
dit, neque donat; ſed potius rem liberare
videtur, *dixit Bal. Salic. cæterique in d. l. iu-*
2 *bemus*, eſt enim verum, quod iure communi
aſſento. ſi mulier non haberet vnde poſſet
ſibi ſatisfieri; in ſubſidium poſſet habere re-
curſum ad rem, ſuper qua iuri hypothecæ
renunciauerat *auth. ſiue à me, vbi omnes, C.
ad velleia.* quod non eſt in præſenti, cum cla-
riſſime conſtet nedum domos poſſeſſas a
magnifico Thoma Caracciolo adeſſe; verum
etiam & ſiluas, ſuper quibus faciliter mulie-
ri poſſet ſatisfieri, non obſtantibus prætenſis
à magnifico Thoma Caracciolo, tanquam
non liquidis, & requirentibus altiorem inda-
ginem, aduerſus quæ defenſiones ſine dubio
competerent.

Tanto minus iure municipali ſententia
poteſt exequi ſuper maſſaria prædicta, nam
cum mulier renunciat, etiam in ſubſidium
non poterit agere ſecundum conſuetudinem
huius Ciuitatis, & in hoc remanet correcta
3 *auth. ſiue à me*, & vt veritas magis appareat,
diſtinguo tres caſus, ex quibus duo ſunt pro-
uiſi per *conſuet.* & tertius per *Napoda.* Pri-
mus eſt quando maritus vendit rem ſuam, &
& vxor ſimpliciter conſentit tantum vendi-
tioni. Secundus, quando vir, & vxor ſimul
vendunt rem mariti. Tertius, quando vxor
nedum conſentit venditioni, ſed etiam re-
nunciat iuri hypothecę in beneficium poſſeſ-
ſoris; & caſus ille idem eſt in effectu cum
ſecundo, vt infra, & eſt ille, de quo ad præſens
4 agitur. Primo caſu conſenſus tantum præ-
iudicat vxori in antefato, & non in dote, ſic
decidit *conſuet. ſi mulier, ſub Rub. de conſen-*
5 *ſu mulie.* In ſecundo caſu præiudicat ſibi mu-
lier in antefato, & in dote, & ita loquitur *ea-
dem conſuetudo in ver. ſed ſi mulier.* Tertio
caſu ſimiliter mulier præiudicat ſibi in dote,
& antefato, nam renunciando iuri hypothe-
cæ videtur contrahere, itaut ſicut contra-
hendo vxor cum viro, ſibi præiudicat in do-
te, & antefato; ſic etiam renunciando, cum
contrahere videatur, & hæc eſt veritas. *In-
quit Napod in d. conſuet. ſi mulier. ver. quan-
tum ad hypothecariam*, qui ponit quæſtio-
nem de renunciante iuri hypothecæ, *in ter-
minis ſequentis, verſ. ſed ſi mulier.* Et quod
6 conſuetudo, quæ prænarratos caſus decidit,
interpretari debeat, vt etiam in ſubſidium
mulier non poſſet habere recurſum: conſi-
derent circumſpecti iudicantes, quoniam
conſuetudo in partem corrigit ius commu-
7 ne. Nam in primo caſu, dum mulier ſimpli-
citer conſentiebat, de iure communi, ad ni-
hil obligabatur; quoniam erat prouiſum, vt
vxor conſentiens vendi, vel obligari rem ſuã,
vel ſibi obligatam pro viro, velleiano iuua-
batur, *auth. ſi qua mulier, C. ad velleia. &
l. vir vxori, §. 1. ff. eo. & not. in d. l. iube-
mus*, ſed conſuetudo noſtra mediam viam
elegit, ſcilicet, vt non obſtante velleiano cõ-
ſenſus mulieris, & ſi non in dote, in antefato
præiudicet; & ſic nõ remanet ius commune
in ſuo vigore, ſed partim fuit correctum *ſe-
cundum Napo. in d. conſuet. in ver. qualiter-
cunq; à nu. 8. & 9.* In ſecundo caſu etiam
prouiſo per *conſuetudinem in verſ. ſed ſi mu-
lier*, ſimpliciter ius commune corrigitur.
Nam dum vir, & vxor vendunt rem mariti,
voluit *conſuet.* mulierem in totum excludi,
tam pro dote, quam pro antefato, licet in
alijs bonis ius ſaluum remaneat. verba enim
in conſuetudine poſita mulierem in totum
excludi, denegant potentiam agendi, etiam

in

in subsidium; si enim in subsidium posset agere, non in totum, sed in partem esset exclusa, & sic verba legis non conuenirent; Ideo nec eius dispositio *lege 2. §. toties, cum ibi not. de dam. infect.*

9 Præterea de iure communi iam erat statutum mulierem posse in subsidium agere, si non habebat vnde posset sibi satisfieri per *tex. in d. auth siue à me*, ergo vt consuetudo operetur, oportet illam intelligi, in totum mulierem excludi, etiam in subsidium; alias seruiret nobis de uetere, quod non est dicendum, *arg. l. si quando, de leg. 1. & cap. si Papa de priuil in 6.* & lex specialis posterior legem generalem abrogare videtur, *l. sanctio legum, cum vulga. de pan.* Nec obstat in consuetudine reseruari ius mulieri in alijs bonis, quasi eo ideo illi sit præiuditium, si habeat vnde posset sibi satisfieri: nā reseruatio illa sup alijs bonis est conformis dispositioni, *l. iubemus, C. ad velle.* quę vult renūciationē respectu certæ rei, & certæ personæ, ad alias res, & personas non trahi; & tamen si alia bona non adsunt, permisit ius commune posse agi in subsidium, quod lex municipalis prohibere videtur: nam idem disponeret, quod ius commune, & sic frustatoria esset, quod non est ferendum. Ex illa itaq; habemus, quod dum reseruatur ius in alijs bonis, intelligatur si adsunt, sin autem non, in subsidium mulier agere nequeat, cum in totum ibi excludatur.

9 In tertio casu decisio *Napod.* quando mulier ne dum consentit venditioni, sed etiam renunciat iuri hypothecæ, idem est, vt nec in subsidium agere queat, nam renunciando videtur contrahere, & contrahendo vir, & vxor in totum excluditur, per supra allegata, & hæc est veritas, *secundum Napod. in d. consue. si mulier in ver quantum ad hypothecariam.* Nec nocet, quod *Napod.* ibi dicat, *legem iubemus, & l. etiam*, non corrigi quasi, quod ius commune non lædatur, nam ipse mouet quæstionem *in consuet si mulier*, quæ loquitur de muliere consentiente tantum, vt in antefato sibi præiudicet. Ideo dubitat si corrigantur prædictæ leges, quæ permittebant mulierem posse renunciare iuri hypothecæ. Inquit non corrigi, ex quo consuetudo non loquitur, nisi de simplici consensu mulieris; subdit postea *Napoda.* vnde dico prædictam *legem iubemus*, non corrigi per hanc consuetudinem, quasi quod per cōsuetudinem strictius ligetur mulier renunciando, nam etiam in subsidium nō poterit agere. Ideo *Napoda.* sequitur, vt mulier contrahendo vna cum viro, præiudicet sibi in dote, & quarta, tunc refert se ad sequentem *ver. consuet. sed si mulier.* Sed cum renunciauit alicui iuri, manifestum est tunc contrahere; ergo præiudicat: & hæc est veritas, inquit ipse. Et cum æquipararet *Napoda.* hunc tertium casum, quando mulier consentit, & renunciat iuri hypothecæ; secundo casui, quando vir, & vxor simul vendunt: clara est decisio, vt sicut in secundo casu, & in subsidium mulier non agit, idem in tertio sit dicendum, & ita *Napoda.* decidit, cuius maxima est authoritas, & ita alias ex dicto *Napoda.* sic interpretato, fuit decisum in causa cuiusdam de Barba refert *Afflict. in decis.*

10 311. Et tanto fortius id procedit, quoniam in renunciatione interuenit iuramentum, nam tunc etiam si non haberet, vnde posset sibi satisfieri; contra iuramentum non posset venire, dicunt *Canonistæ omnes in cap. peruenit, de empt. & vendit. per cap. cum contingat. de iureiuran. Alex. & cæteri in l. meuia, §. fin. ff solut. matrim. qui reprobant glo. contrarium volentem in auth. si qua mulier, C. ad velleia.* audio vltra decisionem *Afflict.* alias Sacrum Consilium in causa magnificæ Camillæ Pappacodæ, iuxta hanc opinionem determinasse. Et ita spero per vos Dominos debere iudicari.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Peritis in arte credendum, si præcessit iudicis inquisitio, & num. 2.

3 Medici iuuare non possunt, vbi morbus est perpetuus.

4 Morbus perpetuus priuat tam nouo, quam paterno feudo.

5 Mutus feudum retinere non potest.

6 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.

7 Datum ob causam, cessante causa repetitur.

8 Feudum etiam paternum, quo feudatarius priuatur, ad dominum reuertitur ex mente Andreæ, quando feudatarius feudum amittens, agnatos non haberet, vel illi feudum nollent.

10 Opiniones duæ referuntur in cap. 1. §. mutus, Episcopum, vel Abbatem; & quia neutra expresse appobatur, vltima sequenda est, & num. 11. nisi author primo suam poneret opinionem, & deinde diceret, alij dicunt, & num. 12.

13 Obertus, & Gerardus non fuerunt authores consuetud. feudal. sed illas authoritate populi firmatas compilauerunt.

14 Floccarus maximus feudista, & authoris præceptor.

15 Fœmina, & clericus feudum non retinent, quia seruire domino non possunt.

16 Actus

16 *Actus Iuris dispositione adæquati, diuerso iure censeri non debent.*
17 *Correctio in iure vitanda, & ideo intellectus correctiuus non amplectendus.*
18 *Posteriores leges ad priores, & è contra, traduntur.*
19 *Dictio (etiam) implicat casum minus dubitabilem.*
20 *Opinio corrigens intelligenda, secundum terminos opinionis correctæ.*
21 *Fæmina naturaliter, & clericus, ex accidenti inhabiles ad fæudum retinendum.*
22 *Æquiparatorum iudicium idem.*
23 *Fæudum gratia vtriusque scilicet dantis, & recipientis conceditur.*
24 *Seruitium in Regno præstandum de persona à fæudatario, ideoq; dominus vassallum seruire volentem de persona, ad præstandum adboam compellere non potest; nec audiretur vassallus si vellet soluere pecuniam, & non seruire de persona, & num. 25.*
26 *Seruitium connexum fidelitati est de substātia fæudi, separatum vero nequaquam.*
27 *Fæudum concessum propter seruitium retineri non potest, fæudatario existente inhabili ad seruitium, quia cessante causa cessat effectus.*
28 *Ratio legis anima, verba vero corpus, siue superficies; ideoque illa regit legis dispositionem, ampliando, & restringendo, & num. 29.*
30 *Dominus maiorem habilitatem desiderat in hærede, quem non cognoscit; quam in eo, cui primo loco fæudum concedit ab eo cognito.*
31 *Cessante ratione seruitij fæudum à muto, & surdo retinetur.*
32 *Bal. sequens Petrum de certonibus in cap. iam mutus, in alijs terminis loquitur quam Petrus, & eum sequentibus decipiuntur, & num. 35.*
33 *Dispositio deueniens ad eum casum, à quo incipere non potuit, vitiatur.*
34 *Mutus, & surdus ex accidenti, quia ab initio fuit habilis ad fæudum habendum, facilius retinet, quā is, quia ab initio fuit inhabilis, vt mutus, & surdus à natura, secundum Bal.*
35 *Lex semper loquitur.*
36 *Andreas de Isernia tam mutum à natura quam ex accidenti fæudum amittere in cap. 1. an mutus, voluit tribus modis intelligēs tex. illum, & tam de nouo, quam de paterno sentit, & num. 38.*
37 *Dominus concedens fæudum fæminæ, vel alteri inhabili scienter, intelligitur cum his dispensare.*
39 *Conclusio sententiæ in hac causa.*

Pro filijs Hyeronimæ Caracciolæ Principissæ S. Seueri, cum Comitissa Sarni.

ARGVMENTVM.

MVtus, & surdus à natura, vel ex accidenti an succedat, vel retineat fæudum nouum, antiquum, vel paternum, si in his seruitium debetur, in quo fæudatarij persona contemplatur, & quid si tale seruitium non debetur.

CONSILIVM XXX.



IAM liquet, Ioseph Caracciolum, à natura esse mutum, surdum, fatuum, & omni ex parte imperfectum, illius tamen perpetuę imperfectionis, quæ totalitatem significat, *Bal. in rub. an mut.* eiusque personæ, conuenire totam illam *Rubricam, & tex. in cap. 1. an mut. vel aliter imperf. fæud. retin.* ita omnes Medici huius ciuitatis præteriti, & præsentes, ab eius ortu affirmauerunt, & affirmant. In his enim, & similibus contingentibus, tres probatissimi artis, & fidei, per iudicem eliguntur, & si omnes concordant, vel saltim duo; eorum
1 dictis, vt in arte peritis creditur, *l. 1. ff. de vent. insp.* & in iudicio Medicorum est casus, *in l. semel, C. de re milit. lib.* 12. In præsenti Sacrum Consilium, non tres, sed plures elegit Medicos, & omnes conueniunt, morbum esse à natura, & incurabilem: id circo eorum dictis, vt in arte peritis, esse credendum,
2 quia præcessit iudicis inquisitio, non erit dubium, *d. l. 1. de vent. insp. & l. semel vbi Bar. in C. de re milit. lib.* 11.

Inde clara conclusio orietur, Ioseph à na-
3 tura mutum, & imperfectum, quia impedimentum est perpetuum, quod ope medicorum iuuari non potest, *arg. cap. ex literis, de frigid. & malefic.* in fæudis paternis; de quibus nunc agitur; nec successisse, nec illa posse retinere, sed ad Hieronymam eius sororem, vtrinque coniunctam fuisse aperta. quinimo si ex accidenti ei superuenisset mutitas, & imperfectio, quod non est,
4 quia impedimentum est perpetuum, similiter fæudis tam nouis, quam paternis priuaretur: idque lege, ratione, & authoritate, ex

sequen-

sequentibus, sole clarius apparebit.

Ad primum, duo sunt tex. in hac materia, *in usibus feudorum*, in *§. mutus, Episc. vel Abb. & in cap. 1. an mut.* In *d. §. mutus*, dicitur, mutum feudum retinere non posse, qui nullo modo loquitur; & ad dominum re-
5 uertitur. quia tamen generaliter loquitur, nec distinguit, si mutitas sit à natura, vel ex accidenti, vel feudum sit paternum, an nouum; generaliter erit intelligendus, nec
6 nos distinguere debemus. *Andr.* ibi tradit, illud dictum posse poni, in feudo nouo, & in paterno. In nouo ponit exemplum, in quo, superueniens mutitas, ex accidenti, consideratur, si fuerit datum feudum, habili, & robusto, vt de militari seruitio seruiat, & ex
7 superueniẽte morbo, fit mutus, itaquod Dominus non potest habere seruitium, pro quo fuit datum, quia causa est reducta ad non causam, retinere non potest, *l. 1. ff. de cond. cau. da.* & postea subdit, quod morbus debet esse perpetuus, vt feudum perdat; in feudo paterno non posuit exemplum, sed de illo dixit *in d. cap. 1.* quod mutus, siue fuerit à natura, siue ex accidenti, quando impedimentum est perpetuum, indistincte feudum paternum perdit.

Et licet *in d. §. mutus* dicatur, mutum amittere feudum, & ad Dominum reuerti, ideoque non posse intelligi, nisi in feudo no-
8 uo, & non paterno. cum nouum reuertatur ad dominum, non autem paternum, quod vadit ad agnatos *cap. 1. vbi And. si vass. feu. pri.* Respõdet *And. in uer. ad dominum*, etiam paternum, reuerti ad dominum, ob mutitatem quando mutus non haberet agnatos; vel illi nollent, prout etiam dixit *in d. cap. 1. si vassall. feud. priu.*

Item *glo. in d. §. mutus*, quærit, de quo muto, intelligatur à natura, vel ex accidenti, superueniente casu, vt distinguitur *in l.*
9 *discretis, C. qui test. fac. poss.* Et quamuis obscure loquatur, tamen in illis verbis (sic ergo legitimum factum, propter superueniẽtia turbatur) videtur velle, non solum, in muto à natura, verum etiam ex accidenti procedere, quo fit secundum opinionem *And. & glos. textum in d. §. mutus*, qui generaliter loquitur, mutum, non posse retinere feudum; procedere, tam in muto à naturam, quam ex accidenti; & tam in feudo nouo, quam paterno.

Alter textus *in d. cap. 1.* inquit (quod mutus, surdus, vel aliter imperfectus, etiam si sic natus fuerit, totum feudum paternum retinebit. *Ober. Gerard.* & multi alij) postea subdit (quidam tamen dicunt, eum qui talis natus est, feudũ retinere non posse, quia ipse seruire non valet, sic dicimus, in clerico, fæ-
10 mina, & similibus) Duæ ergo opiniones in illo *cap.* ponuntur. Primo mutum, etiam à natura, feudum paternum retinere. Secundo non, quia seruire non valet.

Et quoniam non traditur, quæ opinio sit seruanda; Commentatores adeo dubiè, & confusè loquuti sunt, vt varias lecturas posuerint. Ego tamen non recedendo à verbis ipsius pro constanti affirmo secundam opinionem, etiam vti rationi consonam, fuisse approbatam, ex regula tradita per *Scrib.* ꝙ
11 quando duæ contrariæ opiniones simpliciter referuntur, & neutra approbatur; vltima sit approbata, *glos. in l. qui filium, §. sabinus, vers. & alia, ff. ad trebell. Bal. in l. si mater, C. de stat. defun. Alex. 164. num. 2. vol. 2. Dec. post alios in cap. 1. num. 32. de const.*

Et si diceretur, prædicta non procedere, quando author prius posuisset suam opinio-
12 nem, nam si postea diceret (alij dicunt) eius prima opinio esset approbata, vt contingit in *glos. in Rub. ff. si cert. pet. Dec. alleg. loco ante num. 33.* cumque *Obertus*, & *Gerardus*, authores consuetudinum feudorum, prius posuerint eorum primam opinionem; si deinde referunt, aliorum sententiam, ab eorum prima opinione non recesserint. Respondetur istam limitationem procedere, quando author prius recitasset suam opinionem, si demum adderet (alij dicunt) clarum est, quod residet in sua opinione. quando autem refert opiniones plurium, vltimam opinionem, quam refert, approbare censetur, cum eam non impugnet, vt clare legitur *in d. §. sabinus*, vbi relata prius opinione Præsidis, & postea Principis, illa vltima Principis ap-
13 probata fuit. At in *d. cap. 1. Obert. & Gerardus*, non fuerunt authores illius consuetudinis, sicut nec fuerunt authores cæterorum vsuum feudorum, ipsi enim non formauerunt consuetudines feudorum, sed tantum illas per prius formatas, radicatas, & scriptas à prudentibus, populique consensu, prout erãt compilauerunt, & in ordinem redegerunt: Vnde credendum est consuetudinem, de qua *d. cap. 1.* cum dictis opinionibus relatis, sic antea fuisse scriptam, & firmatam, illamque cum alijs, in ordinem libri posuerunt, itaut si dicta consuetudo referebat, duas opiniones, vltimã approbauerit *secundum glo. in d. §. sabinus*, vt bene considerauit *doctus Siculus Cann. in cap. si aliquem num. 10. fol. mihi 220.*

Et quamuis *Camer. in cap. imperialem de probib. feud. alien. per Fed. eiusque discipu-*
14 *lus, Flocearus maximus feudista præceptor meus, in suis allegationibus, pro illis de Spatafora*

Digitized by Google

tafora, relati per Canno. alleg. loco, voluerint in usibus feudorum primã opinionem positam esse approbatã, ponderantes multos textus feudales: parcat authorieas Magistri, eorum opinioni non possum adhærere, per ea, quæ late dixit *Cann. alleg. loco num.* 24. *cum sequ.* vbi ad omnes textus ponderatos per *Floccarum* sigillatim, & optime respondet; & vlterius, quod non bene dixerint, considero hunc casum, si prima, vel vltima opinio, in vsibus feudorum, sit approbata, tanquam à consuetudine feudali, specificè non decisum, debere decidi, & remanere, sub dispositione iuris ciuilis, *cap.* 1. *de feud. cogn.* secundum quam, clarum est, per superius dicta, vltimam opinionem esse approbatam.

Insuper *in d. cap.* 1. sumus in claris, vltimam opinionem esse approbatam, nam in ea expresse ponitur ratio mutum, & surdum perdere feudum, quia seruire non valet; & posita hac ratione additur, sic dicimus in clerico, fœmina, & similibus in quibus clarum est, consuetudinem feudorum hanc ra-
15 cionem approbasse, postquam fœmina, & clericus feudum non retinent, quia seruire non possunt, *§. hoc autem, vbi glo. cæteriquæ de his qui feud. da. pos. & §. filia de succ. feud. cap.* 1. *de milit. vassall. qui arm. bell depos. & cap. qui clericus si de feud. fue. contr.* Si ergo ratio seruitij per consuetudinem feudorum, fuit approbata in fœmina, & clerico; ne di-
16 uerso iure censeatur, oportet fateri, etiam in muto, & surdo procedere, *Arg. l. cum qui ædes. ff. de vsucap.*

Rursus tex. antecedens *in d. §. mutus,* generaliter loquitur, mutum feudum retinere non posse: si superueniens textus *in d. cap.* 1. referens duas opiniones, primam approbaret, quæ continet, mutum feudum retinere posse; induceret correctionem illius antecedentis, quod non est dicendum, *arg. l. sancimus, C. de testa. & l. præcipimus, in fin. C. de ap-*
17 *pellat.* Ad euitandam enim hanc correctionem, ac vt iura iuribus concordentur *cap. cum expediat, cum sim. de elect. in* 6. oportet dicere, vltimam opinionem fuisse approbatam. idcirco *And. in d. cap.* 1. *circa finem,* voluit, illud intelligi secundum textum *in d. §. mutus,* cum non sit nouum, leges posteriores trahi ad priores, & è contra, *l. non est nouum, cum seq. ff. de legib.*

Et dum hæc secunda opinio est approbata, casus est apertus mutum, & surdum, aut à natura, aut ex accidenti feudum perdere; siquidem prius ponitur opinio reprobata, his verbis (mutus, & surdus, etiam si sic natus fuerit, totum feudum paternum retine-
19 bit) noto dictionem (etiam) quæ tanquã implicatiua implicat casum minus dubitabilẽ, *Dec. in l. qui se patris, n.* 11. *C. vnde lib. ad not. in l.* 1. *C. etiam per procurat.* adeo quod attenta illorum opinione, quia minor difficultas erat in muto ex accidenti, quam ex natura; non solum mutus, & surdus ex accidenti, verum etiam à natura, feudum paternum retinet. Ponitur postea secunda opinio mutum, qui taliter natus est, feudum non retinere, quæ cum sit approbata, & contraria primæ, illam corrigit, propterea
20 debet intelligi iuxta limites opinionis correctæ, *Bart. in l. nihil, ff. de coniug. cum emanc. lib.* Vnde si prima opinio correcta procedebat, mutum, & surdum, vel ex natura, vel ex accidenti feudum retinere. Secunda opinio primam corrigens similiter intelligitur, mutum, & surdum siue à natura, siue ex accidenti, feudum non tenere.

Præterea *d. cap.* 1. relata prima, & secunda opinione; & in secunda expressa ratione seruitij, subijcitur (sic dicimus, in clerico, fœmina, & similibus) in quibus dictum est supra, ideo feudum non posse retinere, quia
21 seruire non possunt. Et certum est in fœmina existere impedimentũ naturale, quia nascitur inhabilis ad feudi paterni successionẽ, secundum consuetudinem feudorum, de qua *in d. §. adhuc, de his feud. dar. poss.* licet secus sit in Regno nostro, in quo est habilitata, deficiente masculo, vt *in Const. Regni in aliquibus* traditur. In clerico vero, adesse impedimentum accidentale, quia nascitur quisque laicus, & sic habilis, si postea fit clericus, impedimentũ illud superueniens operatur, vt omne feudum perdat, *d. cap. qui clericus, vbi feudista, si de feud. fue. contr.* Igitur si fœmina, & clericus feudum non retinent, quia non possunt seruire, & in vno est impedimentum naturale, in altero vero est accidentale, & istes casus muti, & surdi, per rationem, æquiparatus est; per necesse dicendum erit mutum, & surdum, vel à natura vel
22 ex accidenti feudum amittere, vt in æquiparatis idem sit iudicium, *l. si quis seruo, ibi glos. & Scrib. C. de furt. & l. princeps ff. de leg. Rom. consi.* 383. *col.* 2. *&* 319.

Et ex his verum est primum assumptum mutum, & surdum, siue à natura siue, ex accidenti feudum tam nouum, quam paternum tenere non posse.

Ad secundum vt ea ratione mutus, & surdus feudum perdat, quia seruire non potest, expresse sic deciditur *in d. cap.* 1. *in* 2. *dicto,* idque oritur ex origine inuestituræ, quoniam feudum adhuc finem datur, vt vassallus Domino seruiat, *§. huius autem generis, ex quibus cau. feu. amit. vbi And. num.* 11. *ver.*

quid

23 quid ergo, dixit, fæudum concedi, gratia vtriusque dantis scilicet, vt sibi seruitium fiat, & accipientis, vt fructuum commoditate fruatur, & hoc seruicium inter extera consistit in loquutione, & in auditu propter credentiam Domini, ob denuntiationem sibi factam pro eius seruitio, *cap. 1. de for. fid. & cap. 1. de nou. for. fideli*, quæ mutus, & surdus exercere non potest, vt bene aduertit *Iacob de Belu. in d. cap.* 1. Verum an istud seruitium possit præstari per substitutum, fæudistæ varia dixerunt; in Regno tamen nostro, non est opus de hoc quærere, cum sit absolutum præstari de persona, & non per substitutum:
24 cum fæudum valoris vntiarum viginti, detur pro vno seruitio militari, vt seruiat fæudatarius de persona sua, Domino Regi, quando est guerra in Regno cum tribus equis, tri-
25 bus mensibus in anno; adeoquod Dominus nõ posset cogere vassallum volentem personaliter seruire, vt solueret adoham, seu pecuniam; nec vassallus excusaretur, si vellet soluere pecuniam, & non seruire de persona, domino inuito. *And. in §. similiter, num. 14. de cap. qui cur. vend. & in §. firmiter nu. 32. de probib. feud. alien. per Feder.*

Et hæc ratio seruitij dicitur causa finalis, & substantialis inuestituræ fæudi, cum illud debeatur in consequentiam fidelitatis, non obstante illo generico dicto, fidelitatem esse de essentia fæudi, & non seruitium, *§. nulla; per quos fi. inuest. And. in d. §. huius autem generis, num. 9.* nam id intelligitur, de illo seruitio, quod absque fidelitate præstatur sub aliqua seruitute separata, vt si datum fuerit fæudum, sub seruitio portandi literas, hoc de essentia fæudi non est; si vero seruitium consideratur, prout inest fidelitati *cap. 1. de for.*
26 *fidelit.* tunc de substantia fæudi erit *Cam. in c. imperialem, car. 3. lit. G. de probi. feu. alien. per Feder.* quinimo ex quo ex forma inuestituræ debetur, causa finalis, eiusque substantia dicetur *Bal. sing. in d. c. 1. in fin.* & quia respicit commodum dantis, quo casu finalis causa appellatur *Paul. in l. 2. §. si titio, ver. tertius casus, ff. de donat.*

Et ex hac ratione seruitij, quæ ex forma inuestituræ proficiscitur, tria inferuntur.

Primum quod fæudo concesso propter seruitium, si vassallus non poterit seruire, quia mutus, surdus, vel aliter imperfectus, non
27 debet posse illud retinere: quia enim cessat, causa, & potentia seruiendi, debet cessare effectus, *d. l. 1. ff. de cond. cau. da.* & ob defectum causæ finalis, paratur conditio ob causam, *d. l. 2. §. si titio, ff. de donat.*

Secundum, quod ista ratio seruitij militat, tam in muto, & surdo à natura, quam ex accidenti, vt tam fæudum nouum, quam pater
28 num perdat, quia seruire non potest, etenim ratio legis est anima, & mens eius, & est sicut anima, verbũ vero, est sicut corpus, siue superficies, proinde magis attenditur intellectus, quam vocabulum *verba sunt Bal. in l. si quis seruo num. 7. C. de fur.* & ratio est illa, quæ regit dispositionem, ampliando, & restringendo, *l. eum pater, §. dulcissimis de*
29 *leg. 2.* & quod nulla prorsus detur differentia in fæudo paterno, inter mutum à natura, vel ex accidenti; aduerto, quod si de nouo datur fæudum, cogitat dominus, & tacitè agitur, vt illud habeat fæudatarius, si seruire poterit, quia tacite id, quod agitur, tacita nascitur obligatio, *l. si is, qui. §. 1. ff. comm.* Et ob id, si impedimentum mutitatis superuenit, quod seruire non potest, fæudum amittitur, *d. §. mutus*, per quem, omnes fæudistæ concordant, in fæudo nouo, ob impedimentum ex accidenti superueniens mutum illud perdere: & si hoc procedit in fæudo nouo,
30 multo fortius erit, in fæudo paterno, in quo dominus tanto magis cogitat de hærede, quem non cognoscit, nec cognoscere potest, sicut illum cui de nouo dat, vt si ob impedimentum imperfectionis superueniens, seruire non possit, pariter fæudum perdat; magis enim est meum, quod per meam probitatem acquiro, quam id quod à patre consequor, *glos. in l. antepen. ff. de cap. & postlim. reuer.* & propria prouitio est validior illa, quæ ab alio venit, *And. & Iacob. de Belu. hac dixerunt in d. cap. 1. num. 2. ver. hac ratio.*

31 Tertium, quod vbi cessat ratio seruitij, mutus & surdus retinet fæudum, vt si fuerit datum ad annuum canonem, in pecunia, vel alijs rebus, *Bal. de pac. const. in vers. libellarie, Alex. 126. lib. 1.* vel ad certum seruitium, quod æque per mutum, & surdum, sicut per alium, posset præstari, *Bal. & ibi Afflict. num. 10. in d. cap. 1.* vel esset fæudum francum, *Bal. & Afflict. num. 20. Aluar. in d. §. mutus num. 6.* His enim casibus, quia cessat ratio seruitij, mutus, & surdus fæudum retinet. Et ex his firmatum est secundum assumptũ, ratione mutũ, & surdũ à natura, & ex accidenti, fæudo nouo, & paterno priuari.

Ad tertium, res est in tuto, per authoritates Doctorum; tamen antequam ponam veram, & communem sententiam pro nobis, confutabo opinionem illorum, qui tenuerunt, fæudum paternum, mutum, & surdum ex accidenti, sed non à natura posse tenere,
32 *Petrus de cer. qui non reperitur, illum tamen refert, & sequitur Bal. in d. cap.* 1. voluerunt, illud loqui in succecessione fæudi paterni, & intelligunt primam partem, in mutuo, vel

aliter

aliter imperfecto ex accidenti, in fœudo paterno succedere. Secundam vero partem in muto ex natiuitate non posse succedere. Et quia ex hac lectura, iniquitas oriebatur plus pati ex vitio naturali, quam ex accidentali, quod est irrationabile; cum vitio naturali, non possit opponi, sicut accidentali, *l. maximum vitium, C. de lib. præter.* Respondet *Bal.* in sua distictione, quod nulla culpa subest in vitio accidentali, assignat rationem differentiæ, nam quando vassallus nascitur imperfectus, contractus iste fœudalis, deuenit in sui personam, ad casum, in quo non potuit vnquã conseruari in suo statu; nimirum
33 si vitiatur, *l. generaliter, ff. de fideiuss.* quando autem est imperfectus ex accidenti, retinet fœudum, quia habuit originem fundamenti, in personam patris, & in suam; vnde fortius est, q duabus radicibus fundatur, quam vna sola, *§. 1. §. 1. auth. de consang. & vter. opinionem Petr. & Bal. sequuntur Prapos. & Aluar. ibi, Ias. de succ. fœud. par. 8. fol. mihi 65.*

Sed admodum miror, quomodo præfati Doctores, allucinati sunt, præsertim, in intellectu *d. cap. 1.* dum enim voluerunt primã partem, intelligi, in muto, vel aliter imperfecto, ex accidenti; error est manifestus, cum verba aperta sint, loqui in muto, & surdo; etiam si sic natus fuerit, & sic à natura, in quibus propter dictionem (etiam) quæ est implicatiua, compræhenditur, non solum mutus, & surdus, ex accidenti, verum etiam à natura, per ea, quæ superius dicta sunt. Et ratio considerata per *Bal.* fortius esse, quod duabus radicibus fundatur, non amplectitur opinionem *Petri*, qui voluit, mutum, & surdum ex accidenti succedere in fœudo paterno, præsupponendo impedimentum muticatis, contigisse ante delatam fœudi successionem, & eo non obstante, posse succedere.
34 Ratio autem *Bal.* procedit, qñ filius habilis successit in fœudo patris, si postea efficitur mutus, & surdus ex accidenti; præsupponit illud posse retinere, quia fundamentum habuit, in personam patris, & in suam, & sic in duabus radicibus: in tñ. q *Bal. & Petr.* non sunt concordes. Vltra quod ratio *Bal.* non habet fundamentum, nam si seruitium, est causa finalis inuestituræ, & in primo acquisitore, omnes conueniunt, etiã ipse *Bal.* quod impedimentum superueniens muticatis, vel alterius imperfectionis, sit causa, vt nouum fœudum perdatur, *vt d. §. mutus*, multo magis habebit locum in successore, quem dominus non cognouit, & de quo idem cogitauit, quod si seruire nequiuerit, fœudum per-
35 dat; lex enim inuestituræ, semper loquitur, *l. Arriani, C. de haret.* quæ cum sit fundata in causa finali, seruicij, vel sit primus acqrens vel sit successor, qui ob impedimentum superueniens, seruire non possit; eadem ratione defectus causæ, contra vtrumque ad auocandum fœudum nouum, & paternum, parabitur condicio ob causam *d. l. 2. §. si titio, ff. de donat.* Quamobrem ratio *Bal.* duplicis radicis funditus est eneruata, & quisque recti iuditij, videt *Petr. Bald. Aluar. Prepos. & Ias.* in supinum errorem incidisse.

At pro vera, & communi sententia, quod mutus, & surdus, siue à natura, siue ex accidenti, tam nouum, quam paternum perdat; & secunda opinio relata *in d. cap. 1.* tanquã verior in summa, fuerit approbata, sic refert & sequitur *Iacob de Belui. in d. cap. 1. And.*
36 autem, verus interpres fœudorum, quem merito, euangelistam vocamus, hanc opinionem confirmauit, intelligendo illum textum, altero ex tribus modis. vel quod prima pars, intelligatur, quando dominus fecisset gratiam muto, & surdo, quod succederet, idemque si à principio muto sciẽter fœudum
37 dedisset; sicut dicitur, quando dominus, fœminæ fecit gratiam, vel scienter inhabili, fœudum concedit, *cap. 1. quemadmod. fœud. ad fil. pertineat, & in §i. personam per quos fi. inuest.* & in istis casibus, seruiet per substitutum. Secunda pars procedat, quando dominus non vult muto facere gratiam, tunc enim siue à natura, siue ex accidenti, fœudum non retinet. Secundo quod principium intelligatur, quando impedimentum est temporale, tunc mutum fœudum retinet; finis vero quãdo vitium est perpetuum, & tunc nõ retinet. Tertio, quod principium corrigatur per finẽ, & vltima opinio sit approbata: taliter quod omnibus modis concludit mutum, & surdum siue à natura, siue ex accidenti, tam fœudum
38 nouum, quam paternum perdere. Hanc opinionem *Andr.* omnes nostri Regnicolæ, & Exteri sequuti sunt, *Afflict. ibi 1. col. & in d. §. mutus, ante nu. 7. dicit opinionem And. esse tenendam sicut Euangelium, Capic. in sua inuest. in cap. fœudatarij habiles, in uer. mutus fol. mihi 246. de Marin. in suo tract. f. 63. ex germanis Fran. Iotisbe in comm. vsus fœud. 12. par. num. 131. & ex Siculis, Cann. in alleg. cap. si aliquem, num. 37. vbi de commu-*
39 *nius testatur fol. 225.* Quare cum lege, ratione, & authoritate, fundatum sit, mutum, & surdum siue à natura, siue ex accidenti, tam fœudum nouum, quam paternum, retinere non posse: omnino declarari debet Ioseph Caracciolum mutum, & surdum à natura, immo si ex accidenti fuisset, prout non fuit, idem esset; in fœudis paternis non suc

successisse, illaque cum fructibus, ad Hieronymam eius sororem spectauisse, nulla prorsus erit dubitatio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem habentes muneribus Curiae per substitutos satisfacere, suarum facultatum periculo id faciunt.*
2 *Nominans aliquem in officio, conuenitur ratione fidei sequuta, ideo debet non minus idoneum loco sui dare, & num. 7.*
3 *Nominatus in officio ipse prius administrãs conuenitur, deinde fideiussores insolidum, ac demum qui non idoneum nominauit, & num. 4. & 6.*
4 *Alberici quaestio in l. ex facto, de neg. gest. ponderatur.*
5 *Debitor legalis, ratione nominationis conuenitur in defectum principalis, & fideiussorum; & si soluerit repetit à debitore, & fideiussoribus. sine cessione, vtili actione.*
8 *Nominatus sufficit, vt tempore electionis sit sufficiens, vt nominans excusetur.*
9 *Fiscus prius agit contra tertios possessores bonorum administratoris, & deinde contra nominatorem.*
10 *Officium per mortem, & per delictum commissum in eo, amittitur.*
11 *Dictio aduersatiua, aduersatur ad praecedentia.*
12 *Verba decretationis, referantur ad petitionem.*
13 *Interpetratio fit contra principem in dubio.*
14 *Principis responsio quando potius attendenda, quam petitio.*

Pro Daniele Centurione, contra Regium Fiscum.

ARGVMENTVM.

Officialis exercens officium per substitutum, quando de culpis, & defectibus substituti teneatur? officium ad vitam, quibus ex causis ammictatur: quomodo teneantur fideiussores, & nominatores officialium, ad materiam tit. C. quo quisque ordine conuen. lib. 11.

CONSILIVM XXXI.

Regius Fiscus inter alios praetendit Danielem Centurionem debitorem habere pro debito Regiae Curiae à Stefano Cataneo Prouintiae terrae Bari Perceptore contracto ex administratione dicti officij Perceptoris, & hoc duplici ratione.

Vel ex iuris dispositione.

Vel ex verbis facultatis concessae per D. Proregem, eiusque Collaterale Consilium administrationis officij praedicti Perceptoris à pro Regente ad Danielis Centurionis instantiam dictae Prouintiae Perceptoris.

1 Primo ex iuris dispositione hoc fundare intendit per iura *in l. ad similitudinem, C. de Episc. & cler.* vbi illi, qui facultatem habent muneribus curiae per substitutos satisfacere, suarum facultatum periculo id faciunt, *vbi hoc not. Bal.* idem dixit *tex. in l. nullius, per eadem verba, C. de decurio. lib. 10. & tex. in l. agentes, ibi (electione sua, suarumq; periculo facultatum, praefatis muneri eos implere praecipimus)* C. *de agen. in reb. lib. 12. notatq; in vtroq; loco Luc. de Pen. in l. nullius, in 1. col. & in alleg. l. agentes, in 3 col. in princ. ibi, nota hic expresse:* Nam cum Daniel loco sui elegerit Stefanum Cataneum, ad administrandũ officiũ Perceptoris prouintiae, ipse tãquam substituẽs, de culpis Stefani teneatur; Hinc ad pecuniã curiae debitã, culpa Stefani ad aliũ vsum conuersam, Fiscus Danielẽ ex iuris dispositione teneri praetendit.

Secundo hoc ex verbis in facultate electionis positis per Proregem, clarius nititur probare, cum in ea dicatur: *Ne contentamo, che il detto Stefano Cataneo possa, come Regente lo detto officio di Precettore di detta terra di Bari, esercitare, & administrare l'officio predetto, in loco delpredetto magnifico Daniele Cẽturione; dãdo però lo detto Stefano la detta pleggiaria di doc. vintimilia, de bene, & fidelitér exercendo, & administrãdo, & de reddendo compotum, conforme al solito, & con altra declaratione, che volemo per le colpe, e defetti di detto Stefano, ne sia detto Daniele principalmente tenuto;* ex quibus verbis videtur, quod principaliter Daniel se obligauerit de culpis, & defectibus Stefani, *iux. tex. in l. fin. in princ. ibi (cum ipse eos suo periculo adhibuerit) ff. nau caup. & stab.* Idque suaderi potest ratione, nam ex eo, quod supra diximus ex iuris dispositione teneri; nimirum si hoc expresse voluerit D. Prorex, eiusque Collaterale Consilium exprimere; cum hoc notabile erat, ne neglectum videretur, ex regula *l. item apud labeonem, in §. ait praetor, vers. hoc edictum, ff. de iniur.* Ex his enim tã

N tacitè

tacitè, ex iuris dispositione, quam expresse ex verbis, Fiscus fundare videtur eius intentionem, quod Daniel Centurio sit obligatus pro Stefano Cataneo, etiam circa administrationem pecuniariā dolo, & fraude factā.

Sed rectè intuenti, nec ex iuris dispositione, nec ex verbis in licentia appositis, Danielem teneri ostendemus; imo si ex iuris dispositione hæsitari posset; ex verbis positis in precibus Proregi oblatis, ac ex alijs in dispositione contentis, Danielem ab administratione pecuniaria Stefani liberatum esse.

Et quo ad primum, vt materia elucescat
2 clarius, distinguendo dicimus nominantem aliquem in officio eo iure teneri, quia fidei ratione conuenitur, *ad tex. in l. imperator, in fine, ff. ad municip.* debet enim qui aliam personam, vel substituit, vel nominauit, non minus idoneum loco sui dare, *ad tex. in l. Qui autem, §. si quis constituerit, ibi (vel vt aliam personam, non minus idoneam præstet) ff. de constit. pecun.* & ideo quasi legalis fideiussor, vt dixit *Io. de Plat. in l. fina. in fina. verbis, C. quo quisque ordi. conuen. per illum*
3 *tex. lib.* 11. hoc ordine conuenitur, vt prius qui administrauit, deinde eius fideiussores in solidum conueniantur; mox ijs peractis, agnoscere debet periculum, qui non idoneū nominauit *ad tex. in l quid ergo, vers. talis ordo seruabitur, ff ad municip.* vt dicit etiam *alleg tex. in l. imperator, ibi (si neq; ab ipso, qui gessit, neque ab alijs, qui pro eo interuenerunt, res seruari possit)* & hoc dixit Imperator *in l. 2. C. quo quisque ord conue. ibi (qui id munus administrauerunt. Item fideiussores eorum, & si ab his indemnitas seruari non possit, contra creatorē, &c.)* Et ratio huius decisionis [& si in decisione Iurisconsultorum, & Imperatorum rationem dare non cogamur] est illa, quia bona fideiussoris, videntur etiam bona principalis debitoris *ad tex. in l. si plures, §. Præterea, el secondo, ff. de fideiusso. & ibi hoc not. Bar. & consuluit Alex. in cons.* 60. *in final. verbis, in 5. vol. Hinc Albe de Rosa.*
4 *in l. ex facto, ff. de nego. gest.* ponit quæstionem, quod si aliquis elegit duos, qui irent ad emendum frumentum in Apuleam pro communi, vsque ad certam summam, & dederunt fideiussores, & emerunt frumentum; deinde se concordauerūt, vt vnus iret in naui cum frumēto, & alius iret ad parādum plaustra per terram: si ille cum frumento aufugit, dubitat quis teneatur an ille qui elegit ipsū fugitiuū, vel eius consocius vel eius fideiussores. determinat per ista iura, & alia, primo teneri fideiussores fugitiui, quam collegam, vel nominatorē. Collega enim tenetur in defectum fideiussorum, *all. tex. in l. 1. C. de magistr. conue.* ex quo tex. sumitur regula
5 quod legalis debitor ratione nominationis, vel creationis, non solum non potest conueniri, nisi in defectum principalis, ac fideiussorum; sed si soluerit potest solutum repetere contra debitorem, & eius fideiussores, etiam sine cessione, vtili actione, & istud voluit, *Io. de Plat. in sua longa distinctione posita in l. quoniam augerio, C. de conuenien.*
6 *fisc. debito. lib.* 10. vbi in tertio casu quando plures gesserunt officium publicum, & vnus administrauit, & alter non; vt primo conueniatur gerens, & eius fideiussor, & postea nominator, deinde collega in subsidium, *col. 2. in vers. tertio casu.*

Et si diceretur, ex ista distinctione non negari Danielem debitorem esse, saltem in in subsidium excussis facultatibus debitoris, & eius fideiussorum.

Aduertendum est hoc in isto casu nō procedere, quia Regia Camera non fuit sequuta fidem Danielis Centurionis circa habilitatem, & idoneitatem personæ Stefani Cattanei; sed capta informatione ordine Collateralis Consilij, cum idoneum, & habilem ad maiora declarauit, vt ex prouisione constat, quo casu dicendum est nominantem non te-
7 neri, quia cessat ratio *l. Imperator, ad municip.* quæ vult teneri nominantem, ratione fidei sequutæ, quasi dolosè versatus sit in eligendo, *vt per illum tex. voluit Io. de Platea in l. 2. de peric. nomina. in princ. 2. col.* facit ratio *tex. in all. l. 1. C. de peric. nomina.* ex quo Docto. sumunt regulam, quod quando nominator elegit idoneum, ad aliud non tenetur; tempore enim nominationis idoneus, & habilis reputatus per Regiam Cameram, si postea damnum dederit reipublicæ, nihil nominans præstare debet, *dixit tex. in l. 2. in §. si eo tempore, ff. de admin. rer. ad Ciuit.*
8 *pertinen.* Maximè cum nominauerit Stefanum, qui fideiussores idoneos præstitit, pro maiori quantitate, quam alij antecessores in officio dederunt. Ipse enim Stefanus pro administratione officij Perceptoris, fideiussores dedit pro summa ducat. 20. mil. Daniel vero qui eum nominauit, alijque eius prædecessores in officio prædicto, fideiussionem ducatorum 10. mil. tantum præstare soliti fuere, ex qualitate dicti officij, virtute conuentionis initæ cum Regia Curia; quo casu stante dicta fideiussione ad aliud nominans non tenetur *ex regula l. 1. §. si magistrat. ff. de magi. conuen.* Et in casu nostro hoc non potest hæsitari, stante pecunia Regiæ Curiæ in posse tertiorum, quibus soluta fuit; quo casu antequam contra nominatorem proceden-

dum

dum esset, ipsi vt tertij possessores conueniendi sunt, *ex regula tex. in l. fin. vbi hoc not. Io. de Platea, Luc. de Pen. & alij, C. quo quisque ord. conue. lib.* 11. vbi vel rerum eius possessorem prius ob personam eius cogredi, stante priuilegio fisci, quod pecunia eius, vel ei debita immixtione non consumatur, *ex vulg. regula l. si cum pecuniam, C. de priuil. fisc. ex* quo constat Danielem non posse conueniri.

Sed respondendo secundo motiuo, ex verbis facultatis concessæ, quatenus fiscus prætendit dedisse facultatem Illustriss. Proregē cum declaratione, quod teneatur Daniel de culpis, & defectibus Stefani: Aduertendum est quod petitio Danielis distincte processit supplicando vt Stefanus admitteretur ad exercendum officium pro Regente, vno modo prouidendo Iuribus Curiæ circa amissionem officij, alio modo circa administratio-

10 nem pecuniæ regiæ: Quo ad primum, quia officium poterat amitti duplici iure, vel per mortem Danielis, vel per delictum commissum in officio, *ex regula tex. in l. si aliquid, C. de suscepto. lib. 10. & in l. si quos, C. de offi. præfe. prætor. & magis proprie in ista materia, est tex. in l. nullus thesaurensis, C. de palat. sac. larg. lib. 12.* In hoc voluit ipse teneri, tunc quia officium erat in eius dominio, tum etiam quia fideiussores ob culpam Stefani, non tenebantur, *ex regula l. 1. C. de peri. eo. qui pro magi. inter. lib. 12.* & propterea necesse erat in dictis duobus casibus, Danielem promittere, vt officium amitteretur; at in casu administrationis pecuniæ fiscalis, noluit ipse teneri, sed fideiussores Stefani, qui in maiori summa offerebantur, quam Daniel dederat; & sic Regiæ Curiæ erat succursum in omni casu; quod ostendit, quia postquam in dictis duobus casibus dixerat, quod quando succederet priuatio officij, amitteretur officium per ipsum Danielem, sequitur *Peròper quanto spetta &c.* per dictionem aduersatiuam, quod circa administrationem Stefanus offerebat dare idoneam fideiussionem, pro summa ducato-

11 rum 20. mil. quæ aduersatiua facit contrarium eius, quod supra factum erat; & sicut in primis duobus casibus amissionis officij tenebatur Daniel, ita in casu administrationis noluit teneri, *vt not. Bar. & alij Docto. in l. qui vsumfructum, ff. de verb. oblig. & idem Bar. in l. mariti, §. fin. ff. ad l. Iul. de adulte. cum alijs vulg.* Si ergo noluit teneri Daniel, Rex consentiendo confirmat, & concedit, quod Daniel petijt, vt ratione admini-

12 strationis non teneatur: verba enim decretationis ad petitionem oblatam referuntur, *ex vulg. reg. §. præterea, inst. de inutil. stip. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. actio. & in cap. inter dilectos, §. cæterũ ibi ex forma petitionis, extra de fide instrum. not. Iser. in cap. 1. in 3. col. circa fin. post. nu. 7. qui succes. tenea. el primo.* Quod fortius procedit, nam Princeps indeterminate dixit, quod teneatur de culpis, & defectibus; quo casu intelligendum est, secundum partis petitionem, scilicet circa amissionem officij, *vt per iura prææallег. voluit Abb. in cap. fin. de treg. & pace, in vers. aut fuit determinate petita.*

13 Maxime quia dicta responsio, & decretatio, quod teneatur de culpis, & defectibus; si esset dubia, ad quem casum referri deberet, contra Principem facienda esset interpretatio *l. si in emptione, ff. de contrab. empt. vulg. l. veteribus, ff. de pact.* alias ex ambiguitate verborum Daniel deceptus esset, quod in Principe non est dicendum; nemo enim debet sub inuolucro verborum decepi *ad tex. in l. quaro, ff. de actio. empt.*

Nec potest obstare id, quod prætenderet fiscus, vt magis attendenda esset dispositio, quam petitio.

Nam illud habere posset locum, quando fiscus expresse dixisset, vt Daniel teneretur, etiā principaliter de administratione pecu-

14 niæ. tunc.n. magis attendenda esset Principis responsio, quam petitio, *ex regula l. si de certa, cum vulg. C. de transactio.* sed in casu nostro, in quo dicit, quod teneatur de culpis & defectibus, quod proprie ad officij amissionem pertinet; hoc ex necessitate refertur ad petitionem Danielis, non autem ad pecuniæ administrationem, in qua fideiussores habebat.

Sed in hoc negotio Fiscus nullum habet interesse, postquam pecuniam, quam à Stefano consequi debet, potest, & à fideiussoribus, & ab alijs, quibus pecunia fiscalis peruenta est, exigere, vt supra probatum est; & ideo omni iure, postquam etiam, quod de iure teneretur, noluit Daniel teneri pro administratione, quod Illustriss. Prorex acceptauit; non potest Daniel ipse hodie inquietari.

Camillus de Medicis.

S V M M A R I V M.

1 Venditio conditionalis an dicatur, quando pretium non est liquidatum.

2 Declaratio actus postea facti, retrotrahitur ad tempus actus gesti; & tempore actus

præsumitur facta. num. 3.

4 *Vendito conditionalis non dicitur, quando pratium non est certum, sed commissum arbitrio tertij.*

5 *Vendita terra mensuranda, si ea tradatur ante mensurationem, an transferatur dominium.*

6 *Dominium rei sub conditione vendita, an trãsferatur, si pendẽte cõditione tradatur.*

7 *Contractus sub conditione factus, purificata conditione habetur, ac si contractus pure fuisset ab initio celebratus.*

8 *Retro actio purificata conditione cõtractus, an fiat quo ad Dominium, & quid quoad fructus.*

9 *Possessionis causa extrinsecus superueniens mutari potest.*

10 *Dominium quando, & qualiter sine actuali traditione acquiri possit, & num. 11.*

12 *Soluens capitale, & tertias pro aliquo debitore, potest petere ab eodem debitore interesse sortis, & vsurarũ solutarũ, & nu. 13.*

14 *Tertia quando sunt liquidata, & maturata sors appellantur.*

15 *Contractus an, & quando dicatur perfectus, antequam fiat scriptura, & nu. 16.*

17 *Exequutor nihil de nouo facit.*

18 *Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti.*

Pro Don Garzia de Toledo.

ARGVMENTVM.

Venditio conditionalis, an, & quando dicatur pretio non liquidato, re non mensurata, & antequam contractus inscriptis redigatur, & interesse tertiarum quando debeatur.

CONSILIVM XXXII.



REX disponendo in eius literis voluit, quod quando terræ Frandinæ, & Montis Albani liberæ remanerent Don Garsiæ, nec in pretio earum posset sibi compensare mutuum: quod functiones fiscales, quas in pignus tenebat, in causam mutui retineret. Est verum die 28. Martij 69. terras liberas remansisse Don Garsiæ, *à tre & tre quarti per cento*, secundum liquidationem faciendam: & illo die pura, & perfecta fuit venditio, quia decretum Regiæ Cameræ, id significat, dum expresse vult ab illo die introitus terrarum currere in beneficium Dñ Garsiæ, & amplius tertias ad nouem pro centenario non currere: quid egemus testibus? Sed ad confusionem Regij Fisci, dico illo die 8. Martij 69. venditionem terrarum fuisse puram, & perfectam, quia omnia substantialia interuenerunt, res, pretium, & consensus; Item pretium certum, *à tre & tre quarti per cento*. & quamuis incerta esset quantitas pretij, tamen declarata est in ducatis centum, & quindecim mille, per liquidationem inde secutam, quæ non venit ad substantiam contractus, sed ad declarationem solius pretij, quod in se certum est naturaliter, & proinde contractus in se perfectus est; Nec per

1 hoc censetur venditio conditionalis, quasi ad mensuram, quia erat liquidatio facienda; sed pura, quia venditio erat de toto. Ita *sing. Bal. in l. sicut, quem ibi sequitur Paul. de Castr. quicquid, ibi aliter dixerit Salic. C. de actio. empt. & Afflict. decis. 399. num. 6.* Hęc

2 enim liquidatio, secuta declaratio pretij, est, quæ retrotrahitur ad tempus actus gesti, & sic ad tempus venditionis, *l. hæredes palam, §. sed si post., vbi Paul. num. 4. ff. de testam.*

3 Imo taliter illi adhæret, quod vna cum ea manasse videtur *Io. And. in add. ad Specul. tit. de teste. § nunc videndum, vers. hoc not. Rom. 65, 1 col. & 482. col. fin.* & cum liquidatio, quæ fit, ex post facto sequitur, facit actum purum, & idem operatur quod purum à principio, *l. cum testamento, ibi quasi puram, & ibi expresse Bal per illum tex. C. de testa manu. l. si rem, §. fin. ff. de pignorat. actio & Rom. 388. in fin.* Fortius si venditio

4 fieret pro pretio extimando per duos; pretium est iam certum, quia commissum arbitrio alterius, censetur commissum arbitrio boni viri, & illud quod committitur arbitrio boni viri, certum, & purum est, non autem conditionale, *Anan in cons. 19. sequitur Decius 648. in principio.*

Rursus, & si vellemus tenere hanc venditionem conditionalem, quia erat liquidatio facienda, prout nunquam iure fundabitur. Adhuc habemus intentum, quia die 8. Martij

5 69. fuit tradita possessio dictarum terrarum ante liquidationem secutam: cõstat enim in venditione conditionali ad mẽsuram, si ante mẽsuram deuẽtum est ad traditionẽ, interim ante impletam conditionem, dominium in emptorem transferri, *Paul. in l. 11. num. 3. & ibi Angel. C. de pericul. & commod. rei vend. & Decius 178. nu. 2.*

6 Nec mirum id videtur, quando quidem videmus in contractu conditionali, si pendente conditione, secuta est traditio, dominium interim transfertur, *l. dotis fructus, §. fin.*

§. fin. cum l. seq. ff. de iur. dot. Bar. in l. 1. §. si vir, vbi Alex. Aret. Ias. & alij de acquir. possess. late Tiraq. de retratt. Lignag. § 1 glo. 2. num. 28. & 31. Et si hæc venditio esset conditionalis, non ne conditio fuisset purificata per liquidationem secutam? Qua conditione purificata, vt ex tunc, & in præteritum, censetur contracta venditio; *l necessario, §. quod si pendente, ff. de pericul. & com-*
7 *mod. rei vend.* conditione purificata perinde est, ac si contractus pure fuisset celebratus, *l. vlt. §. 1. vbi Angel. & Alex. ff. de vulga. Decius in l pecuniam, 11. not. si cer. pet.* & cum conditio extiterit, licet tunc vere sit dominus, fingitur tamen retro esse dominus
8 *Imol. in l. talis scriptura, de leg. 1.* & licet retrotractio non fiat quoad dominium, conditione adimpleta; fit tamen quoad effectum dominij, scilicet quoad fructus perceptos, *Glos. Bart. & Imol. in l. sequens quæstio, ff. de leg. 1. Bal. Salic. & alij in l. donationes, quas parentes, C. de don. inter vir. & vxor. Imol. in l. talis scriptura, vbi dixit communiter sic teneri, de leg. 1.* lucidissime fit ex his die 8. Martij 69. puram, & perfectam fuisse venditionem terrarum pro ducatis centum, & quindecim mille. In quibus compensabuntur prius ducati sexaginta mille pignoris, deinde scuti vnus, & septuaginta mille causa mercedis; nec sufficiunt integre in solutionem harum duarum summarum.

Vnde si die 8. Martij 69. perfecta fuit venditio terrarum pro ducatis centum, & quindecim mille, compensatis cum prædictis duabus summis, iuxta ordinem Regis. Illo die 8. Martij claruit in pretio terrarum Don Garsiæ non potuisse satisfieri de mutuo sibi debito. Et sic illo die purificata remansit conditio Regis, qui expresse mandauit, quod quando terræ remanerent liberę Don Garsiæ, & in earum pretio pro mutuo non posset satisfieri, tunc functiones fiscales, quas Don Garsias pignori habebat, in causam mutui iure dominij retineret, & retinendo ab illo
9 die 8. Martij 69. mutata causa possessionis extrinsecus superueniente, quod permittitur, *l. non solum quod vulgo, ff. de vsucap. & l. cum nemo, C. de acquir. possess.* effectus est dominus, & possessor earum, sine alia assigna-
10 tione, seu noua traditione; quia dum possideo rem loco pignoris depositi, vel aliter, nuda voluntate domini, præcedente causa habili, sine traditione, dominium nanciscor, *l. qua ratione, §. interdum, ff. de acquir. rer. dom. & §. interdum, inst. de rer. diuis.* & nedum isto casu dominium consequor, sed etiã possessionem, quæ regulariter animo non quæritur, *l. quemadmodũ, ff. de acquir. possess.*

11 quia mutatio causæ illius rei, quæ est penes me, inducit fictam traditionem, ex qua dominium, & possessio transfertur, *l. depositi, §. fin. vbi glos. Bart. & Aret. 1 not. qui sic communiter teneri dixit, ff. si cert. peta.*

Si ergo die 8. Martij 69. Don Garsias iuste retinuit functiones fiscales, in causam mutui, tertiarum mutui, & non sortis, prout nouiter fuit decretum. Quomodo potuit decerni per Dominos de camera, functiones fiscales ex actas per Don Garsiam à dicto die 8. Martij 69. huc vsque cedere in beneficium Regiæ Curiæ; si ab illo die functiones fiscales suæ sunt effectæ, & consequenter in beneficium Don Garsiæ cessisse. Si verum amamus, decretum Regiæ Cameræ, sic obiter latum, omnino, & absque dubio reuocandum; Recordor quod dum tractauimus, si dictæ functiones fiscales cederent D. Garsiæ, in causam sortis, vel tertiarum dicto die 8. Martij 69. inter præcipuas rationes, quas adduxi, & obtinui, & nunc similiter vtor, fuit hæc. Die 8. Martij 69. Don Garsias erat creditor vigore mutui, in ducatis septuaginta tribus mille, videlicet ducat. triginta sex mille sortis, & ducat. triginta septem mille tertiarũ: Dicebã vanũ esse quærere in quam causam functiones fiscales cederent; quia ex vtraque partita interesse D.
12 Garsiæ debentur; quia D. Garsias pro Rege soluit tertias, & tunc respectu soluentis totum sunt sors, & propterea etiam tertiarum debui interesse. *Glos. & Alber in l. sciendum*
13 *§ si prior. ff. qui pot. in pig. habe.* ibi gestor, vel fideiussor soluit principali sortẽ, & vsurã, & ẽc vsurarũ vsuras petere potest, quia quoad soluentem totum est sors, *idẽ dixit Alber. in*
14 *l. 1. C. de dol.* eoque magis, quia quando tertiæ sunt maturatæ, & liquidatæ, sors appellantur, *l. potium qui in eo, ff. pro soc. & l. idemque, ff. mandat.* Hæc fuit difficultas discussa, & tandem die 5. Settembris proxime præteriti, facta relatione in Collaterali Consilio, fuit decretum functionem fiscales cedere D. Garsiæ in causam tertiarum. & tunc pro vero fuit habitum functiones fiscales à dicto die 8. Martij 69. Don Garsiam retinuisse. Quare quocunq; fiscus se vertat, succũbit, vel dicamus functiones fiscales à dicto die 8. Martij hucusque cessisse in beneficium Don Garsiæ reuocato decreto, prout verum est, & tergiuersari non potest, vel quod à dicto die 8. Martij 69. debeantur interesse D. Garsiæ prædictæ summæ ducat. triginta septem mille tertiarum, cum sint sors; quod idem erit in effectu.

15 Nec obstat quod fiscus prætendit, quia Rex in eius litteris voluit, quod fiant caute-

Digitized by Google

lę necessariæ D. Garsiæ, de omnibus in litteris contentis, & sic omnia voluit suspendere ad tempus, quo fient cautelæ, quæ adhuc non sunt factæ, per ea quæ dixit *Paul. in l. cum res, C. de probat. & l. contractus, C. de fide*
16 *instrum.* Nam decisio *Paul.* procedit quando partes expræsse voluerunt suspēdere substantiam contractus in euentum, in quem fierent cautelæ, at in dubio à contrahentibus scriptura fienda, quæ non est de substantia venditionis, ad maiorem cautelam consideratur, ita limitat, & reprobat *Paul. Aret. in cons. 159 & late Decius in cons. 340.*

Nec similiter obstat id, quod audiui, quod Rex committit Viceregi hoc negotium prouidendum, dū in litteris dicitur, *Prouerreis, que quedando con ellas los pagamentos fiscales, le queden*, & sic ante quam fiat hæc prouisio, Don Garsias non potuit retinere functiones fiscales: nam Rex disponit in literis, quod quando terræ remanerent D. Garsiæ,
17 functiones fiscales tunc retineret; hoc negocium iam dispositū committit Rex exequendum per Viceregem, qui exequendo nihil ipse de nouo facit, *secundum Bart. & communiter omnes in l. more maiorum, ff. de iurisd. om. iudic.* sed declarat, & confirmat
18 voluntatem Regis, prout iussit; actus enim attribuitur ordinanti, & non exequenti, *l. vnum ex familia, §. 1. de leg. 1. & l item eorum, §. 1. quod cuius vniuers.* Quibus additis sole clarius constat, remotis omnibus friuolis dubijs Fisci, D. Garsiam die 8. Martij 69. quo tempore perfecta fuit venditio terrarum; iustè retinuisse functiones fiscales in causam mutui, & successiue ab illo die in eius commodum cessisse. Spero nunc pro veritate iam cognita per aliquos Dominos de Camera, & per Dominos Collaterales, ac melius noscenda per circumspectos Dominos Adiunctos; qui non vt Fiscales Imperium diuisum vnient, & pro eorum Religione contra Fiscum in re tam clara iudicabunt.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Mora purgatio non admittitur in cōtractu celebrato cum iuramento, & certa die.
2 Spoliato Iudicis authoritate rectè, sed non rite obstat exceptio dolo facis, & proprietatis, nec ante restituendus.
3 Tenuta nulliter concessa, erit confirmanda, quando si data non esset, concedēda denuo.
4 Spoliatus à priuato non est restituendus, quando notorie constat de non iure spoliati.
5 Possessio quando perueniat sine vitio ad aliquē, non obstabit ei regula ante omnia &c.
6 Possessio adepta vigore pacti ingrediendi propria authoritate, sine tamen citatione partis, an sit manutenenda.

Pro Donna Eluira Mendotia Vxore Domini D. Petri à Toledo.

ARGVMENTVM.

Spoliatus in quibus casibus non sit ante omnia restituendus, & quando cesset purgatio moræ.

CONSILIVM XXXIII.



ILLVSTRISS. Marchio de Mondesciar pro dote Illustris. Donnæ Eluiræ filiæ promisit Illustris. D. Petro de Toledo, coniugi scutos 55. mil. castiglianos, assignandos illi infra annos quatuor in tot iuribus Hispaniæ, ad rationem de 20. mil. il migliaro, rendentibus ad rationem quinq; pro centenario in circa; quo tempore elapso, & assignatione non facta promisit illorum consequutionem prædicto Illustrissimo coniugi in quibuscunque bonis, etiam sine licentia aliqua: Et sic propria authoritate, vt patet ex capitulis matrimonialibus.

Assignatione prædicta iurium infra tale tempus non sequuta, ex parte Illustriss. coniugum petita, & obtenta fuit in Magna Curia assignatio dictæ dotis, super introitibus gabellę vini, per prædictum Illustrissimū Marchionem emptis, quæ prætenditur modo à filijs reuocari debere à Sacro Consilio, ex causa nullitatis ex defectu citationis: *cap. conquerenti, de restitutione spoliatorum cum*
1 *sim.* quia spoliatus illico ante omnia restituendus: *cap. 1. & cap. in literis, de rest. spol.*

Ex multis tamen credimus, assignationē prædictam sustineri, & confirmari debere: 1
& primo, nam ommissio citationis in casu nostro non facit nullitatem, eo quod sumus in actu, qui omnino, & modo etiam audita parte debebat expediri; nec pars quicquam
2 replicare poterat ex pacto clarissimo prædicto, etiam iuramento firmato, stante temporis lapsu, ex quo amplius purgationi moræ locus esse non poterat. iuxta tradi-

ta per Bart. & alios in l. si quis maior, C. de transactionibus per Bar. 5. quaest. num. 2. vbi addi. longa, & Doct. in l. si insulam, ff. de verb. oblig. quare nullitas cessat ex sent. Bar. in l. 2. §. de frumentaria, ff. de adm. rer. ad Ciuit. pertin. sequitur Abbas in cap. ex insinuatione, extr. de appell. & in cap. 1. 2. col. ex. de caus. poss. & propri. & in cap. cum olim, 6. col. ex. de re iudic. vbi late Felyn. nu. 23. & infinitos recenset Gram. dec. 36. nu. 72.

1 Sed & si nullitas per praedicta non entraretur, tamen quia ex praedictis negari non potest, quin saltim de iustitia, & rectitudine iudicij pro Illustris. conuenta, pateat aperte; adhuc talis assignatio, & tenuta erit à iudice appellationis confirmanda. Primo licet enim exceptio proprietatis, vel dolo facis non obstet spoliato à penitus priuato, quin spoliatus ante omnia non sit restituendus.

2 Hoc tamen non procedit in spoliato recte Iudicis authoritate, quamuis non rite, *glos. in cap. praesentium, 7. q. 1. notat Abb. in cap. dilectus, il primo, de rescrip. & in cap. si constiterit, ex. de accus. aperte Angel. num. 1. & Alex. num. 8. & seq. in l. si finita, in princ.*

3 *ff. de damn. infect.* Dum concludunt tenutā nulliter etiam ex defectu citationis, *prout loquitur Alex.* per iudicem concessam, esse confirmandam; quando si data non esset, fuisset concedenda, prout in casu nostro, *optime Alex. cons. 81. num. 5. lib. 7. & Castr. cons. 473. num. 4. loquentes in nullitate, ex defectu citationis*, suadet haec omnia *tex. singularis in l. fin. §. fin. ff. quod met. causa: & faciunt ad idem alia allegata per Dec. in cons. 191. num. 9. vers. 5. & 449. nu. 17. & nu. 30. & vltra Dec. per Oldra. in cons. 224. per Ias. in l. 3. §. fin. in fin. nu. 25. ff. de acquir. poss. & cons. 38. col. 3. in num. fin. 4. lib. 3.* Quae omnia tanto magis in hoc Regno procedunt, vbi sola facti veritate inspecta proceditur, *vt ponderabat Dec. d. num. 17.*

4 Praeterea, & secundo regula praedicta restitutionis spoliato etiam à priuato, nō militat, quando notorie constat de nō iure spoliati ex actis vt in casu nostro: *ita Innoc. in cap. constitutus, ex. de fili. presb. Soc. cons. 82. col. fin. lib. 3. num. 23. circa finem, vers. quin imo, Innoc. & Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propri. Rub. Alex. cons. 167. col. 3. Dec. cons. 191. num. 9. vers. 4. facit Crauet. cons. 299. ante nu. 8.*

5 Tertio, denique sufficeret nobis, quod peruenerit possessio, & tenuta praedicta ad Illustrissimam cōuentam, sine vitio resistente, prout hic certum est; nam eo casu, etiam cessat regula pro actoribus, prout consuluit *Veron. cons. 60. omissa facit. sexta col. prin. & dub. Socc. d. cons. 87.*

Quarto, & vltimo, ex abundanti non est facienda restitutio in hac causa; quia ab initio in capitulis (vt praesupponitur) praedictis Illustrissimis coniugibus, fuit concessa potestas consequendi dotes praedictas, elapso tempore quatuor annorum, super quibuscumque bonis Illustrissimorum dotantium, etiam sine licentia ipsorum, & ita propria

6 authoritate. Vnde missus in possessionem etiam si parte non citata, habens talem clausulam pro se, est in tali possessione, & tenuta manutenendus, *vt post Bar. in l. creditores, C. de pigno. nu. 26. circa medium. Apertius concludit Socc. in cons. 82. vol. 3. vers. sexta conclusio ante nu. 9. Dec. d. cons. 191. vers. 7. ante nu. 10.* Vnde ex praedictis patet non esse molestandam Illustrissimam conuentam.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Legatum minis extortū nullum redditur.
2 Persuasiones nimiae, & maxime iterata vim violentiae, & coactionis habent.
3 Legatum blandis verbis extortum, valere quomodo intelligitur.
4 Scienti, & volenti iniuriam non inferri, & quomodo, notabiliter declaratur.
5 Legatum vxori relictum propter nimiam eius importunitatem nullum.
6 Coactio, & violentia testatori illata solummodo actum, super quo illata fuit, infirmat; reliquum autem validum reputatur.
7 Protestatio testatoris dispositiua qua fit.
8 Protestatio dispositiua in his, quae à voluntate protestantis dependent, actus subsequentis contrarij valentiam impedit.
9 Legatum sola paenitentia reuocatur, idque quomodo procedat elucidatur.
10 Paenitentia de legato per duos testes probatur.

Pro Alonzo Pappacoda, cum Isabella Monsoria.

ARGVMENTVM.

Legatum blandis verbis, ac etiam minis, & molestijs mixtis extortum nō deberi, asseritur; & protestationem declaratiuam de aliquo actu à protestantis voluntate dependente, non cun-

enunciatiue factam, vim clausulæ derogatoriæ, quoad actum contrarium subsequentem habere probatur; ac tandem legatum sola pænitentia reuocati; Idque per duos testes probari posse concluditur.

CONSILIVM XXXIV.



EGATVM factum per quond. D. Franciscum Pappacodam duc. 15. m. & mobilium Dñæ Isabellæ Monforiæ eius vxori, tanquam factum à coacto, & dolosis persuasionibus vxoris; nullum debere declarari, his medijs in facto probatis, luce clarius apparebit.

Primo liquet D. Franciscum cæcum, infirmum, ferè semper in lecto iacentem, ex omni parte corporis languidum, & omni auxilio destitutum; è conuerso autem Dominā Isabellam terribilem, & de eius viro disponentem ad libitum, prohibendo etiam consanguineos viri accedere ad eius domum.

Secundo constat D. Franciscum odio prosequi eius vxorem ob suam sæuitiam, & magnopere diligere D. Alonsum fratrem, sperans ex eo propagationem suæ familiæ, ob quod sæpius illi se relicturum fore omnia bona declarauit, maxime quia D. Alonsus, dum ad bellum accessit D. Francisco fratri sua bona donauit.

Hinc, & tertio cum esset D. Franciscus Neap. cæpit vxor cōtinuis molestijs illi persuadere, vt testamentum conderet, & ipsi legaret vltra dotes, & antefatum omnia mobilia, & duc. 15. mil. satis vltra substantiam suam: quod nolens D. Franciscus exequi ea ratione, quia omnia bona relinquere volebat D. Alonso fratri; minas subsequutæ fuere: & quia nec minæ ad id virum induxerunt, iniqua vxor, eas ad effectum tribus modis exequuta fuit, etenim p quindecim dies ante testamentum in media nocte virum sic infirmum, & cæcum de lecto proiecit in terram, affirmans peiora esse facturam, si talem dispositionem non faceret; tandem prohibuit, ne staret cum lecto in cameris, sed in sala, & ne famulæ illi seruirent, & quod peius alimenta negauit; taliter, vt ne fame periret, quidam eius famulis misericordia motus, ensem, & pallium vendidit, vt illi alimenta tribuendo subueniret.

Item, & quarto ne dum minis, & metu, sed dolosis persuasionibus ob falsas causas, afferebat D. Alonsum fratrem insidiatum esse suæ vitæ, vt ipsum odio prosequeretur, ac successione priuaret, & sibi relinqueret, falso ei persuadens, D. Alonsum, etiam (*bastoelo affatturato*) vtque faciliter id faceret credendum, quandam mulierem venire curauit, cum diabolicis remedijs, & sortilegijs, prout etiam constat ex libro Dominis Iudicantibus exhibito, & in actis modestiæ causa non producto.

Cumque cæcus iste, & languidus, non posset amplius resistere, continuis molestijs vxoris sic coactus, & falso persuasus deliberauit facere testamentum, & legatum eidem omnium mobilium, & duc. 15. mil. Verum volens sibi prouidere, paulo ante testamentum coram sex testibus eius voluntatem declarando protestatus est, quod ipse non habebat voluntatem disponendi in beneficium vxoris, nec faciendi testamentum; quod si illud faceret, ex nunc prō tunc reuocabat: qua protestatione antecedente fecit postea testamentum die 15. Augusti, instituendo nomine tantum hæredem D. Alonsum fratrem, & omnia mobilia, & duc. 15. mil. legando vxori; quæ callide noluit in illa die testamenti domi morari, sed in Monasterio Sancti Gaudiosi voluit audire, quæ gesta erant. Inde D. Franciscus incontinenti, & tota illa die post testamentum, & die sequenti coram pluribus, & iteratis vicibus declarauit hanc dispositionem fecisse contra eius voluntatem, ad importunitatem vxoris, eāque velle reuocare, prout reuocabat: ideoque ad effectum prædictum Massafram terram suam in partibus longinquis Prouintiæ Hidruntinæ, in illis diebus æstiuis Augusti esse accessurum; attamen videns vxor virum iam quasi in articulo mortis hinc discessurum, procurauit secum accedere, ne reuocationem eius legati faceret; & non valens id obtinere, solus dicessit D. Franciscus die 17. Aug. sēper clamādo, & ptestādo per iter continuatum, in terra Auellini, in Abbatia Vansi, in Ciuitate Altemuræ, & per omnia loca vbi commorabatur, quod ideo illis diebus Massafram accedebat, vt reuocaret dispositionem factam in beneficium vxoris, quam ex tunc reuocabat: nec in hoc itinere defuerunt aliæ machinationes vxoris, constat enim p eius literas scripsisse viro ei persuadendo, quod nullum contractum faceret, quia sic consulebant Aduocati, inferens ex hoc ne testamentum, & legatam ei factum reuocaret. Et cum postremo D. Franciscus in Ciuitate Altemuræ esset, desiderans magnopere Massafram venire; grauatus ex itinere ob infirmitatem illis diebus desiderium suum complere nequiuit: quia in itinere non potuit

potuit amplius loqui, vt cum Massafram sic venit, illico animam efflauit, ex his enim ad nullitatem legati tres claræ conclusiones sequuntur.

1 Prima enim dispositioné hãc vti captatã à viro coacto, ex continuis persuasionibus, molestijs, & minis etiam exequutis esse nul-
2 lam, *l. 1. C si quis aliqu. test. probib.* & *vel coegerit*. Siquidem persuasiones maxime iteratæ, & frequentes cum molestia, vt fuerunt
3 istæ, habent vim coactionis, & violentiæ, *l. 1. §. persuadere, ff. de seru. corrup. Oldra. cons. 36. num. 1. in fin. Paris. 67. num. 12. vol. 3. Socc. 263. nu. 2. 3. vol.* & preces importunæ metui æquiparantur *Innoc. in cap. petitio, de iur. iur. Socc. 163. num 8. 3. vol.* Et quamuis, *l. fin. ff. & C. si quis aliq.* permittant
3 verbis posse quem allici ad relinquendum; intellige tamen quando solum blanditiæ interuenerunt, sine mixtura verborum, & minarum *Bal. ibi nu. 20. & Bened. in cap. rainuntius, 1 par. in ver. condidit, lo secondo, num. 7. fol. mihi 166 de testam.* tunc enim ne dum metus, sed dolus adest, vt hic, quia etiã per falsas suggestiones mulier, ista persuasit viro ad sibi legandum, ad iniuriam faciendã sanguini proprio. Quo casu dispositio nulla erit, *Ang. sequendo glo. ibi, in l. non est enim, ff. de inoff. testam. Dec. cons. 489. num. 6.* Eò magis quando suggestio fuit facta grauato infirmitate, in perniciem fratris, quem summe diligebat, *Abb. in cap. magne ex. de vol. Paris. refert, & sequitur cons. 67. post num. 11. & nu. 17. vol. 3.*

4 Nec dicatur volenti, & scienti non inferri iniuriam, dolumue, *l. 1. §. fin. ff. de act. emp.* nam verum est, nisi constet de molestijs, & persuasionibus callidis, istæ enim probant dolum, & compulsionem *Socc. alle. cons. 263. post nu. 2. vol. 2. sequitur Cur. iun. cons. 141. num. 17. cum seq.* & in his terminis quod le-
5 gatum vxori factum ad eius importunitatem, per virum cæcum, & infirmum stimulatum, & falso persuasum sit nullum, *vltra Afflict. decis. 69. Decianus videndus qui*
6 *Afflict. alleg. responſ. 65. vol. 2.* inde infero quod sicut quãdo cõstat quod defunctus fuit tantum coactus ad instituendum me hæredem, & nihil aliud constat de legatis; illa ex tali testamento deberi, *l. 1. §. 1. ff. si quis aliq.* & si constaret quod totam dispositionem coactè fecisset, tunc etiam legata deberentur; quia tam hæredis institutio, quam legata voluntate libera carent, *Bal. in d. l. 2. num. 7. C. si quis aliq. & Bened. in d. cap. rainuntius, in loco proxime alleg. num. 7.* sic & è contra dum constat tantum legatũ factum vxori fuisse coactè factũ, & nõ hæredis institutionem; illud tantum esse nullum: nec id erit absurdum ex post facto per sententiã Iudicis, *secundum Afflict. alleg. decis. 69. num. 9.*

Secunda erit conclusio, quod postquam D. Franciscus coram tot testibus paulo ante testamentum protestatus extitit, quod si talem dispositionem faceret, nolebat valere; si fecit, illam esse nullam: sicut enim verba derogatoria impediunt valentiam sequẽtis actus; sic protestatio dispositiua, & non
7 enunciatiua. quę protestatio dispositiua erit hoc modo, si testamentum fecero, nolo valere, *Bal. singul in l. clari, nu. 2. C. de fideicom.*
8 & cum præcedit protestatio declaratoria voluntatis alicuius actus, qui tantum depẽdet à voluntate protestantis, vt in testamenti factione; si tunc sequitur actus contrarius illi protestationi, quia factum sit testamentum, non valet; quia per protestationem antecedentem tollitur actus testamenti sequẽs *Bar. sing. in l. non solum, §. morte, nu. 13. & 17. ff de oper. no. nun. & in l. qui in alien. §. fin. ibi omnes ff. de acquir. hær. Socc 263. nu. 8. 2. vol.*

Vltima erit conclusio quod postquam D. Franciscus iteratis vicibus post testamentũ coram pluribus testibus reuocauit, legatum factum in beneficium vxoris; quod illud ope
9 exceptionis non debeatur. legatum enim reuocatur sola pænitentia testatoris, *l. fideicommissum, C. de fideicom.* & sufficit quod testator dicat pæniteo, *l militis codicillis, §. veterani, ff. de mil. testa.* & hoc verum si pænitentia fuerit initiata, & completa, *l. si iure, de leg. 3. Bal. in d. l. fideicommissum, in*
10 *princ.* & hanc pænitentiam de legato facto in testamento solemni, quod sufficit probari per duos testes, *Salic. ex mente Azon. in d. l. fideicom. in princ. & Bal. cons. 28. qui in specie loquitur 3. vol.*

Camillus de Medicis.

ADDITIO, Ad hunc tex, *vide Afflict. dec.* a *69. D. de Franchis dec. 180.* & procedit cum solæ blanditiæ intercedunt *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. casu 396. num, 42.* & redditur testamentum nullum, etiam quoad tertium institutum. *Menoch. ibidem num. 11.*

Fabius Capycius Galeota.

SVMMARIVM.

1 Renunciatio facta de hæreditate viuentis, sine eius consensu, tanquam contra bonos mores, viribus non subsistit.

2 Con-

2 *Consensus eius, de cuius hereditate agitur, requiritur permanens vsque ad mortem, vt subsistat renunciatio, quod procedit etiã in bonis feudalibus, & nu.3.*

4 *Votum captandæ mortis licet non considerstur in renunciante, consideratur in eo, cui fit renunciatio.*

5 *Renunciatio in casu prædicto non tenet, etiã si notarius stipuletur, & fratres pro absente, non sequuta ratificatione eius, de cuius agitur hæreditate.*

6 *Infans, vel is, qui natus non est, consentire non potest; etiam si notarius, vel pater pro eo stipuletur, quando expressus consensus requiritur, & nu. 7.*

8 *Renunciatio non trahitur ad incognita.*

6 *Renuncians omne ius præsens, vel futurum, comprehendit ius conditionale, quod deinde purificatur; quia cum non sit nec actu, nec habitu certum, de eo non videtur cogitatum, & numero 10.*

11 *Clausulæ generales in renunciatione apposita, scilicet (quomodocunque, & qualitercunque) non comprehendunt casum hæreditatis viuentis; operantur enim quando ius de futuro habet causam de præsenti.*

13 *Spes non est habenda in consideratione, vt quis possit succedere viuenti; & propterea renunciatio tantum non fundata in spe valida non tenet, etiam si iurata sit, & num. 14.*

15 *Renunciatio translatiua iurium feudalium nulla est deficiente regio assensu.*

16 *Dictio (etiam) extendit præcedentia.*

17 *Renuncians alteri cum facultate, vt valeat de re illa renunciata ad sui libitum disponere, dicitur renunciare translatiue.*

18 *Donans tribus vult pro tertia cuilibet acquiri, prout donans duobus cuilibet pro medietate.*

19 *Refutatio facta simpliciter iurium feudalium non omnibus fratribus prodest, sed tantum promogenito; quod si fiat translatiua contemplatione omnium fratrum, omnibus acquiritur; primo casu non fit translatio, sed tantum abdicatio à renunciante: secundo casu fit translatio, quia præsumitur præcessisse acquisitio, & deinde facta renunciatio, & nu. 20. & 21.*

22 *Renunciatio concepta sub forma pacti de nõ petendo, vim donationis, non refutationis habet; & ideo filia aliquo recepto renuncians hæreditati, illam prius acquisiuisse, & deinde donasse censetur, & nu. 23. ac contemplatione alicuius facta intelligitur, non propter meram causam abdicandi à se; & hoc casu non perpetuo exclusus renuncians intelligitur, sed persona tantum contemplata superexistente, & num. 24. & nu. 39.*

26 *Primogenitus permittens inuestiri secundo genitum, præiudicat sibi in præposteratione, non tamen vt mortuo inuestito sine filijs, non valeat succedere: & si ille est proxime successurus, renunciatio non indiget regio assensu, & nu. 27.*

28 *Refutatio, vt sine assensu subsistat, duas requirit qualitates, vt fiat proxime successuro, & quod sit pura, siue simplex, non conditionalis; & proximitas requiritur tempore, quo fit refutatio, non tempore mortis refutantis, & nu. 29.*

30 *Renunciatio facta à sorore bonorum feudalium ad beneficium aliquorum, qui non immediate sunt successuri, requirit assensũ.*

31 *Renunciatio facta ab eo, cui filij deinde superueniunt, irritatur; cum hi sint proximiores ad succedendum in feudo, & sic dispositio peruenit ad casum, à quo incipere non poterat.*

32 *Donatio bonorum allodialium valida, ipso iure per superuenientiam liberorum extinguitur, etiam si fit rei particularis, maxime notabilis æstimationis, & nu. 33.*

34 *Refutatio, vt valeat sine assensu, debet esse pura, & simplex; siue fiat de iure quæsito, siue de iure delato: tunc enim non dicitur alienatio, sed restrictio iurium refutantis, & nu. 35.*

36 *Refutatio iuris non quæsiti, nec delati, & sic iuris futuri, non dicitur pura, sed conditionalis; & propterea renunciatio facta à patre filio, ex nunc, prout ex tunc sequuta morte, requirit assensum, & num. 37.*

38 *Quietatio facta à sorore fratribus arguit renunciationem subsequentem factam contemplatione illorũ, quibus facta erat quietatio.*

40 *Refutatio facta agnato non proxime successuro assensum requirit: & renuncians non simpliciter, sed vt ille, vel ille acquirat, conditionaliter renunciare dicitur, & nu. 14.*

Pro Beatrice Pignatella, contra Io. Andream Pignatellum.

ARGVMENTVM.

Renunciatio futuræ successioni viuentis an valeat; & quid si eo consentiente, de cuius hæreditate agitur, renunciatio fæudi contemplatione fratrum an requirat assensum, & quid si renunciatio fuit tantum abdicatiua, sine

sine alicuius contemplatione, & quādo cum contemplatione an pura dicatur, vel conditionalis, si proxime successuri sunt contemplati.

CONSILIVM XXXV.



IAM fundatam habeet intentio ie n Domina Beatrix in successione terræ Martignani per obitum Io. Baptistæ Pignatelli eius nepotis, cuius est amita, & proximior in tertio gradu, excluso penitus Magnifico Io. Andrea Pignatello fratre consobrino in quarto gradu, & remotiori existente: qui licet contra eam opponat exceptionem renunciationis: tamen ex infra dicendis clarissime apparebit, non obstare.

Constat enim hoc fæudum, de quo agitur, fuisse quondā Dñæ Clementiæ de Effrem..., matris Dñæ Beatricis; quæ tempore renunciationis ab ea factæ in anno 1540. viuebat, & dum Beatrix renunciauit in beneficium fratrum hæreditati maternæ, renunciauit hæreditati matris viuentis, quæ non consentijt: & pariter dum renunciauit hæreditati fraternæ respectu Cæsaris fratris primogeniti, qui nullo modo interuenit in renunciatione, nec consensum præstitit; renunciauit
1 hæreditati viuentis: Ideoque renunciationem hanc, tanquam contra bonos mores de hæreditate viuentium citra eorum consensum esse nullam, *traditur in l. fin ubi Repet.*
2 *C. de pact.* Quando enim filius renunciat hæreditati matris viuentis, seu alterius absentis; requiritur vt renunciatio valeat, consensus illius, de cuius successione agitur, qui perseueret vsque ad mortem, alias non tenet, *Bal. in specie in cap. ad nostram lo secondo, col. 3. de iur. iur. Anch. Imol & Gemin. in cap. quamuis, de pact. in 6. idem Anchar. cons. 39. nu. 3. Calca. 33. nu. 23.* ibi tradit, quod requiritur consensus expressus, *Alex. 155. num. 9. lib. 7. vbi Additio in litera A. infinita cumulat. & in l. stipulatio hoc modo nu. 12. de verb. obligat. Dec. in l. pactum, quod dotali, 6. limit. C. de collat. Aym. 42. nu. 5. 1. vol. & 127. & 42. 2. vol Socc. 73. post nu. 1. vers. secūda conclusio, & nu. 1. & 3.* loquitur
3 de renunciatione facta bonis fæudalibus viuentis, quod non valet citra eius cōsensum, *Bertr 69. in fin. lib. 1. Aret. in l. qui superstitis, col. 4. de acq. hered. & late Cagnol. qui hanc opinionem communem esse testatur in l. fin. nu 91. & 95. C. de pact. & ibi num. 68.* vult, non sufficere tacitum consensum præsentis, & tacentis, sed requiri expressum: & ratio est euidens, quia cum renunciatur hæreditati viuentis, licet quoad renunciantem, qui renunciando iuri succedendi donauit; non consideretur votum captandæ mortis:
4 tamen respectu illius, in cuius beneficium fit renunciatio, quia eius portio per renunciationem accrescit, sollicitus erit de hæreditate viuentis, & votū captādæ mortis consideratur. nimirum si renunciatio facta hæreditati viuentis, citra eius consensum non valet, *per d. l. fin. ita Socc. subtiliter more suo considerauit in cons. 73. nu. 1. vers. secunda conclusio, lib. 3 & Alex. in d. l. stipulatio, nu. 12. de verb oblig Cagn. in d. l. fin. n. 92. vers.*
5 *sed pro defensione, C de pact.* ex his enim apparet, renunciationē Dominæ Beatricis quo ad hæreditatem matris, & fratris tunc viuētium non valere, non obstante stipulatione notarii, & aliorum fratrum recipientium renunciationem Beatricis, etiam in beneficium Cæsaris absentis; nam requirebatur subsequens ratificatio ipsius expresse cōsentientis, & acceptantis renunciationem: quæ ratificatio cum non interceſſerit, sequitur, renunciationem Beatricis, quoad hæreditatem ipsius tunc viuentis, sine eius expresso consensu, nullius esse momenti. Et si renunciatio Beatricis quoad hęreditatem Clemētiæ matris, & Cæsaris fratris, tunc viuentiū sine eorum consensu nulla fuit: Fortius erit nulla respectu successionis Io. Baptistæ filij dicti Cæsaris, de cuius successione nunc agi-
6 tur, qui tempore renunciationis, vel non erat natus, vel erat infans, qui non potuit consentire, non obstante, quod notarius, seu pater pro eo non nato, seu infante fuerit sti-
7 pulatus; cum expressus in hoc requiratur consensus, *Calca. d. cons. 33. nu. 23.*

Secundo dico, hanc renunciationem, licet sit ad iura tam de præsenti, quam de futuro; tamen non comprehendit hunc casum penitus incogitatum: non enim potuit imaginari, fæudum matris deuenire ad Cæsarem filium primogenitum, & ex persona Cæsaris ad Ioannem Baptistam eius filium, qui post annos 35. elapsos à die renunciationis debuisset mori sine filijs; & quod successioni huius fæudi, mortuo Io. Baptista nepote, Domina Beatrix eius amita voluisset renuncia-
8 re: Videmus enim renunciationem nunquā trahi ad incogitata; quia iniquum est perimi, quod cogitatum non est, *l. qui cum tutoribus, & l. cum aquiliana, ff. de transact. & in cap. 1. vbi faudista, de eo, qui fin. fle. agnat. Inde Bar. tradit in l. qui Romæ, §. duo*
9 *fratres, nu. 18. de verb. oblig.* quod in diuisione hæreditatis inter fratres, in qua vnus

alteri

alteri remisit omne ius præsens, vel futu-
rum; non comprahendi ius fideicommissi
conditionalis de futuro, quod deinde purifi-
caretur: quia de eo non fuit cogitatum: *Bar.*
ibi communiter sequuntur, & præcipuè Alex.
num. 30. qui aliam rationem assignat: nam
10 cum illud ius fideicommissi de futuro non
sit natum neque in actu, neq; in habitu, de
eo non videtur cogitatum, *idem Alex. in*
cons. 8. *nu.* 2. *vol.* 5. & licet renunciatio fiat
cum cessione omnium iurium, quæ habet,
vel habere sperat, vel habere posset, & sic de
11 futuro; non per hoc includitur casus inco-
gitatus successionis futuræ, *Bal. in cap.* 1.
col. 2. *vers. iux. hoc quæro Imperator Lotha-*
rius, & in cons. 281. *col. fin. vol.* 3. *Alex.* 189.
col. 2. *prope finem, cum seq. vol.* 2. Imo si in
ea adsint clausulæ generales, ex quibus re-
nunciatur omne ius, tam presẽs, quam futu-
rum quomodocunque, & qualitercunque:
adhuc casus iste incogitatus futuræ succes-
sionis Io. Baptistæ non erit comprahensus;
12 nam hæ clausulæ intelliguntur, quando il-
lud ius de futuro haberet causam de presen-
ti, *est tex. in l. quod seruius, vbi Bar. in fin.*
de condit. cau. dat. cau. non sequ. idem Bar.
in l. post emancipationem, §. 1. *de lib. leg. Et*
satis notanter idem Bar. in d. §. duo fratres,
q. 6. *quem ibi communiter scrib. sequuntur,*
quod in cessione facta fratri de omni iure,
quod habet, vel habere sperat etiam in futu-
rum, intelligitur de iuribus de futuro, habẽ-
tibus causam subsistentem de presenti, *Aret.*
in cons. 93. *Ias. in l. qui cum tutoribus, col.* 2.
in fin. de transact. Socc. in l. 1. *§. veteres, col.*
2. *de acqu. possess. refert, & sequitur Curt.*
iun. 101. *col.* 5. *cum seq.* loquens in fortiori-
bus terminis: quando in renunciatione dice-
retur, (quod renunciatur omnibus, quibus-
cunque iuribus quomodocũque, & qualiter-
cunque competentibus, & competituris,) &
quod illa sit, & esse debeat larga, generalis,
& generalissima, & specialis, & specialissima,
& trahatur ad penitus incognita, dissimilia,
& penitus extranea; adhuc restringi debere
ad iura futura, quæ possent competere ex
causa de præsenti, *ad idem Roma. cons.* 403.
13 *num.* 21. non enim debet haberi ratio spei,
quod quis possit alteri succedere; cum nul-
lum ius sit fundatum in personam spem ha-
bentis, viuente illo, de cuius successione agi-
tur, *Bar. in d. l. post emancipationem, §.* 1. *de*
lib. leg. & hæc omnia procedunt, etiam si
renunciatio esset iurata; quia adhuc casus
incogitatus in renunciatione non includi-
tur *cap. cum inter, vbi Abb. col. penul. de*
ren. Corn. 80. *col. fin. circa finem, vol.* 4.
Bert. 31. *col* 3. *in* 2. *vol. & Rip. in l.* 1. *nu.*
26. *C. de pact.* vnde affirmo, casum hunc suc-
cessionis Io. Baptistæ nepotis, qui tempore
renunciationis forsan non erat natus, seu in-
fans, tanquam penitus incognitum, & inco-
gitatum; in renunciatione Dominæ Beatri-
cis quantumuis generalissima non compræ-
hendi, cum nulla spes huius successionis illo
tempore poterat esse, nec in actu, nec in ha
bitu.

Vltimo ex alio hæc renunciatio, quate-
nus comprehenderet bona fæudalia, erit nul-
15 la. Ob defectum assensus, cum expræsse adsit
ipsius reuocatio, vigore *Constit. Regni*: Hæc
enim renunciatio Beatricis non processit
per modum repudiationis, seu abdicationis
iurium; sed translatiua fuit in beneficium
omnium eius fratrum: quod hoc sit verum,
considero verba renunciationis, ibi (nec nõ
libere cessit, &c. & per pactum de non petẽ-
do, siue de non succedendo etiam donauit
dictis fratribus omne ius:) prius enim cedi-
tur omne ius etiam futurum, ecce trãslatio.
demum dicitur (& etiam per pactum de non
petendo, siue de non succedendo donat:) pa-
riter ex his verbis inducitur translatio, qua-
si voluerit dicere renuncians, cedo, & etiam
augumentatiue non petendo, vel non succe-
dendo dono fratribus, vt bona ad eam quan-
doque peruentura fratres ipsi habeant. na-
16 tura enim dictionis (etiam) est extendere
præcedentia, *Dec. qui refert cætera in cons.*
466. num. 17. *in spetie Corn. videndus qui*
punctum decidit in cons. 272. 2. *col.* 4. *vol.*

Item quod sit translatiua, noto alia ver-
ba circa finem renunciationis; (ita quod li-
bere liceat dictis Dominis fratribus, iura,
successiones, & hæreditates prædictas cessas,
habere, tenere, & possidere, petere, colligere,
& consequi; & si opus fuerit, in iudicio cõ-
16 parere, agere, & omnia alia facere, quæ Do-
mina Beatrix potuisset ante præsentem con-
tractum: Promisitque dicta Domina Beatrix
quietationem, renunciationem, cessionem,
& donationem prædictam semper habere
ratam:) omnia enim verba hæc clare demõ-
strant, renunciationem continere iurium
translationem; nam non possent comparere
in iudicio fratres, in quorum beneficium fa-
cta est renunciatio ad petendum, nisi vigore
cessionis præfatæ.

Fortius, & clarius, quod sit translatiua,
apparet; quia Beatrix cessit, & donauit tri-
bus eius fratribus, eorumque heredibus om-
18 nia iura futura: quo fit, cuilibet ipsorum
fratrum, à quibus ipsa fuit dotata, voluisse
donare, & acquiri pro tertia parte; sicut
donando duobus, cuilibet pro medietate
donatio quæritur *l. reos, §. cum in tabulis,*
ff. de

ff. de duob reis: Et si omnibus fratribus donare voluit; fas erit dicere, cessionem fuisse
19 translatiuam: si .n. renunciatio fuisset abdicatiua, quia Beatrix repudiasset simpliciter, seu de medio se sustulisset; non omnibus fratribus iura feudalia, quæ in vno resident, fuissent quæsita, sed tantum primogenito, *not. in l. vnica C. quando non peten. par.* sed quoniam Beatrix non repudiauit, sed renunciando, & cedendo voluit, vt quilibet fratrũ pro tertia parte iura fæudalia quæreret: renunciatio hec translatiua erit iurium, quæ præcedentem acquisitionem, vt necessarium antecedens includit, *Socc. omnino videndus in cons. 33. num. 1. cum seq vol. 4.* longe quidem interest, renunciare per viam repudiationis, vel per viam cessionis, &
20 donationis: quia primo casu non inducitur translatio, cum acquisitio præcedens non includatur. secũdo vero casu acquisitio præcedens præsupponitur, & bona iam quæsita transferuntur, *l fuit quæstionis, ff. de acqu. hæred. Paul. in l si actionem, C. de pact. Bal. in l. pactum 8. quæst. C. de collat Socc. cons. 183. vers sed præmissis non obstantibus, lib. 2.* idque procedit, non solum in renunciatione iuris quæsiti; sed etiam in cessione iuris quærendi hæreditatis futuræ: etenim quando fit renunciatio hæreditatis deuoluendæ per cessionem, & donationem; cum deferatur
21 rur hæreditas videtur ex ea prius præcedere acquisitio in persona cedentis, & per eum deinum cessa: non enim isto casu videtur donata spes succedendi, sed bona hæreditaria iam quæsita: *subtiliter Socc. videndus in d. cons. 183. num. 1. & 2. vol. 2.*

Rursus quando renunciatur hæreditati
22 futuræ: si verba concipiuntur in formam pacti de non petendo, vt in præsenti renunciatione contingit: tunc renunciatio talis habet vim donationis, & non repudiationis, *Alex. in cons. 149. nu. 6. vol 7. & ibi nu. 7.* eradit de filia renunciante, quia vocauit se dote contenta, vel quid aliud recepit, quod non erit repudiatio, sed quædam satisfactio, *ad idem Socc. in alleg. cons. 183. num. 1. vers. & confirmo, & num. 2. lib. 1.* vult, filiam renunciantem hæreditati futuræ aliquo recepto, videri facto casu successisse, & tanquã successerit, per renunciationem exclusam;
23 & quod renunciando per donationem, & cessionem, non fit repudiatio, sed præcedens acquisitio præsupponatur: adeoquod bona hæreditaria iam quæsita post delatam hæreditatem censentur donata.

Item hæc renunciatio non est pactum de non succedendo simpliciter, sed cum casus contingerit hæreditatis deuoluendæ, renuncians cedit, & etiam nolens succedere, & petere donat. Longè enim differt, cum quis renunciat, dicat nolle succedere simpliciter:
24 quia isto casu erit mera repudiatio: sed dum quis renunciat in fauorem alterius, & facit pactum de hæreditate non petenda, vel de non succedendo, vt alij habeant, non est abdicatio, sed tacita donatio, *Bal sing. in l. fin. 3. col. ver. sed incidenter quæro, C. de pact. Corn. omnino videndus in cons. 171. 2. col. 4. vol.* ad idem, quod magna sit differentia etiam in iure quærendo, an mulier renũciet simpliciter propter se ipsam, quia nolit
25 succedere; & an successionem nolit contemplando alios, vt admittantur ad iura renunciata; *not. Paul in l. pactum quod dotali, nu. 7. in fin. vers. & contrarium, C. de collat.* ibi, posuit quæstionem de filia renunciante patri habenti filios masculos; & sic renunciatio erat de iure quærendo, erat præmortua filia, patre viuente, an eius filij admitterentur ex propria persona? & concludit, quod sic: & demum subdit, contrarium scilicet, quod renuncians, eiusque filij sint semper exclusi; procederet, quando præcedens in gradu renunciaret simpliciter propter se ipsum, abdicando se ab oneribus hæreditarijs; non quando renunciauit cõtemplatione alterius; tacite inferens, quando quis non vult succedere ad commodum alterius, non esse tunc repudiationem, sed tacitam dona-
26 tionem: Huc tendit *tex. in §. præterea, & quæ ibi Baudista, quib. mod feud. amit.* ibi traditur de fæudo delato, quod si primogenitus non vult inuestiri, sed consentit inuestiri secundum, sibi præiudicat in præpollerationesed non omnino in successione; quia si secundus moritur sine filijs, primus admitteretur, *ibi Præpos. & Tiraq. de iur. primogenit q. 26. num. 4.* & ratio est, quia hic cõsensus inducit refutationem, quæ valet in proxime successurum sine assensu: & mortuo sine filijs refutans, seu consentiens admittitur, *§. titius cum sempronio, si de feud. fue. controu.* sed si primogenitus nollet inuestiri, & consentiret inuestiri vlteriorem, non
27 posset sine assensu, *tradunt ibi Scrib.* ex quibus clare sequitur, quod quando quis non vult inuestiri, vt alius inuestiatur, & hunc consensum præstat ad beneficium alterius, in eum transfert ius suum: itaut si est proxime successurus, valeat vt refutatio sine assensu; si nõ est proxime successurus, non valet sine assensu. Quamobrem sole clarius constat, renunciationem hinc non esse per modum repudiationis, seu abdicationis; sed per modum cessionis, & translationis in beneficiũ omnium eius fratrum, ac regis assensu indi-

O guisse,

guisse, qui cum non interuenerit, nullius erit momenti.

Nec dicatur, renunciationem hanc, & si translatiua sit iurium, esse tamen refutationem, quæ permittitur in proxime successurum sine assensu, *cap.* 1. *de alien. feud. pat.*

28 nam vt refutatio in proxime successurum valeat sine assensu, duæ qualitates requiruntur, vt fiat in proxime successurum, & quod sit pura, & simplex,

Prima qualitas, quod fiat in proxime successurum, requirit, vt is, cui fit, sit immediate successor tempore, quo fit refutatio, &

29 non tempore facti casus mortis refutantis, *Camer. in cap. imperialem car.* 30. *lit. P. de prohib. feud. alien. per Feder.* & hoc voluit *Andr. in cap.* 1 *vers. & licet, de alien. feud. pat.* proferens hæc verba, hoc est, (agnatus, qui tenet, poterit dare, & alienare alij agnato scilicet, qui erat proximior, & qui debebat succedere in illo feudo post mortem suam:) ex quibus verbis colligitur proxime successurum considerari tempore refutationis, non deinde ex euentu futuro: quia inquit *Andr.* debebat succedere, & sic ex causa iam existente. si ergo immediate successor consideratur tempore refutationis, vt ea valeat sine assensu: in præsenti liquet, tempore renunciationis factæ à Beatrice, Ioannem Andream Pignatellum eius nepotem non fuisse eius immediate successorem, nec Pompeum eius patrem, & fratrem secundogenitum: sed fuisse quod. Cæsarem Pignatellum fratrem primogenitum: ideoque ex prædictis refutationem hanc Ioannis Andreę, qui tunc tempore refutationis non erat immediate successor, sine assensu non prodesse patet. profuisset autem sine assensu in beneficium Cęsaris Pignatelli fratris primogeniti, & immediate tunc successoris, si nunc viueret: sed respectu aliarum personarum, quę tunc non erant proxime successurę, & ad quarum beneficium renunciatio fiebat, sine assensu non tenet: *singulariter Io. Thomas de Minodois* loquens de renunciatione fororis, quod indigeat assensu respe-

30 ctu earum personarum, quę tempore renunciationis non sunt proxime successurę, decidit *in constit. Regni in aliquibus* 8. *notab. à num.* 10. *vsque ad num.* 11.

Præterea hęc refutatio nulla erit, quia

31 post eam nati sunt filij Dominæ Beatrici renuncianti: quo casu, quia alius proximior est natus, & res deuenit ad eum casum, à quo incipere non potuit, dispositio etiam ruit, *Bar. in l. pluribus*, §. 1. *de verb. oblig.* prætertim cū sit tale obstaculū, quod partes volentes nō possint tollere, *vt ibi per eum.*

Suadetur, quia si esset donatio rei allodialis, & ab initio valuisset, per superuenientiam liberorum reuocatur ipso iure, *l. si vn-*

32 *quam, C. de reuoc. donat.* quæ procedit etiā in donatione rei particularis; maxime quando est res notabilis æstimationis, *Scrib. in l.*

33 1. *C. de pact.* & illi legi non potest renunciari etiam cum iuramento, *Oldra. cons.* 173.

Secunda qualitas, vt refutatio valeat sine assensu, requirit, quod ea sit pura, & simplex: *Camer. in cap. imperialem, car.* 31. *lit. G.*

34 quod erit, cum fit de iure quæsito, *cap.* 1. *de alien. feud. pater.* vel cum fit de iure delato, quando primogenitus, cui feudum est delatum, non vult inuestiri, sed consentit inuestiri secundum immediate successurum, §. *præterea, quib. mo. feud. amitt.* In his enim casibus refutatio pura, simpliciter facta de iure quæsito, siue delato, vt legalis refutatio sine assensu valet: nam qui refutat hoc modo, non dicitur alienare, sed magis iura sua

35 restringere. quo fit, vt restringendo, & retrocedendo sua iura, ac tollendo se de medio; proxime successurus iure proprio capiat feudum, *Camer. in d. cap. imperialem, car* 30. *lit. O* sed refutatio, de qua nunc agimus est potius conditionalis, quia non est de iure quæsito, nec delato, sed de iure futuro:

36 quo casu non dicitur simplex, *Alex. in cons.* 108. *nu.* 6. *lib.* 6. nec dicitur pura, sed conditionalis: siquidem renunciatio hæreditatis viuentis, prout est illa, habet tacitam conditionem, si ea deferatur, *Scrib. communiter in l. qui superstitis*, *ff. de acq. hær. Capye. in decis.* 159. *num.* 14. & adeo censetur collata sub conditione, quando defertur hæreditas; quod ea delata, eo instanti censetur quæsita, & demum per renunciationem cessa, & abdicata, *Loffred. pulchre Paul. in d. l. qui superstitis, col.* 1. *circa medium*, *ff. de aeq. hared. Capye in decis.* 159. *post num.* 14. Fuit ergo hęc refutatio non simplex, non pura, sed conditionalis, seu conuentionalis de iure de futuro, sub conditione, si illud ius deferatur; in qua regis assensus omnino requiritur: cum iura feudalia refutationem tantum iuris quæsiti, delati, & pure, & simpliciter in proxime successurum sine assensu permiserint, cætera pacta non, *tradit Andr. in c.* 1. §. *& si libellum, col.* 1. *de alien. feud.*

37 *pat.* inde *Loffred.* loquens in donatione facta per patrem filio primogenito ex nunc pro tunc secuta morte, assensum esse necessarium voluit: quia exequutio ad tempus mortis confertur; & sic non pure, & simpliciter refutauit, *in cons.* 9. *post num.* 16. *cum seq.* Quare cum præsens renunciatio non fuerit pure, & simpliciter facta de iure quæsito,

Digitized by Google

ſtro, ſeu delato, ſed de iure futuro ſub conditione, ſi illud ius deferatur, & Ioannes Andreas Pignatellus concurrens tunc non fuerit immediatè ſucceſſurus; concludo, illam ſine aſſenſu nullam, & Beatrici non officere.

Camillus de Medicis.

Additio in eadem cauſa.

ET ſi D. Beatrix Pignatella quo ad caſum noſtrum renunciauit iuri deferendo: tamen vltra ea, quæ in allegationibus dicta ſunt; addo, hanc renunciationem non eſſe meram repudiationem, cum non ſit ſimpliciter facta, ex quo nolebat ſuccedere, non extendendo ſuum conſenſum vlterius: ſed renunciauit, nolens ſuccedere, contemplando fauorem tam Cæſaris primogeniti, quam trium aliorum fratrum, qui non erant proxime ſucceſſuri, vt admitterentur ad commodum renunciationis à ſe factæ. Hoc aperte ex ipſa renunciatione patet; vocat enim ſe contentã à dictis fratribus, & vltra primogenitum, eoſdem tres fratres nominatim quietat, eis, eorumque hæredibus, & ſucceſ-
38 ſoribus cedẽdo, & donando, ita quod iiſdem fratribus, & cuilibet ipſorum liceat pro iuribus à Beatrice ceſſis agere in iudicio, excipere, &c. (vt ex lectura renunciationis apparet:) Et differentia eſt in iure deferendo, an mulier renunciet ſimpliciter propter ſeipſam, quia non vult ſuccedere; & an ſucceſſionem nolit contemplando alios, vt admittantur ad iura renunciata, *notab. Paul. de Caſt. in l. pactum dotali num. 7. in fine, verſ. contrarium, C. de collatio.* qui cum ſupra propoſuiſſet quæſtionem de filia renunciante patri habenti filios maſculos, & ſic renunciatio erat de iure quærendo, atque eadem filia mortua erat adhuc patre viuente: an illius filij admitterentur ex propria perſona vna cum auunculis? & concludit admitti, tradens rationẽ *in verſ. & eſt alia,* his verbis, quia mater renunciando ſucceſſioni futuræ intelligitur renunciaſſe ſub conditione, ſi ad eam deuoluatur. Vnde ipſa præmortua adhuc viuo patre, cum hæreditas deuoluitur, non inuenitur in rerum na-
39 tura: & ſubdit, contrarium (ſcilicet quod renuncians, eiuſque filij ſemper ſint excluſi) procederet, quando præcedens in gradu renunciaret ſimpliciter, non contemplatione alicuius alterius, ſed propter ſeipſum, abdicando ſe ab oneribus hæreditarijs; quę tenenti (ait ipſe) quia ſunt ſubtilia, & veriſſima, nec ab alijs bene declarata: Quod vero *idem Paul. ibi ſub num. 8.* dicit de iure delato, vel quæſito, vt quis renunciando videatur donare, ſecus in iure deferendo, non contradicit ſuperioribus eius dictis; cum iam firmauerat differre, an quis ſimpliciter renunciet, & contemplatione alterius: quo caſu renunciatio non ſit ſimplex, ſed conditionalis, quemadmodum in caſu noſtro. Beatrix enim non vult ſuccedere, vt non ſolum Cęſar primogenitus, ſed quoque cęteri fratres, eorumque hęredes ex renunciatione vtilitatem haberent; Ergo aſſenſus in renũciatione requirebatur: Hinc *Bal. in § fin. ſi de feud. defun. milit. controuer. fuer.* loquens de pacto de non petendo à fratre fratri, inquit, idem putarem in renunciatione: nam renunciatio habet vim pacti perſonalis, quando fit contemplatione perſonæ: Accedat etiam dictum *Camerarij in cap. imperialem pag. 15. litera S. & V. de prohib. feu. alien. per Feder.* vt quamuis refutare feudũ ſit magis perſonam ſuam de medio tollere,
40 quam alienare, tamen ſi refutatio reſpiceret fauorem agnati, qui iſto tempore non ſit proxime ſucceſſurus, ea non valet ſine aſſenſu; & ſecundum has quoque regulas loquitur *Dominus Minadois alias allegatus in Conſil. Regni in aliquibus, 8. notab. nu. 10. & ſeq.* vt reſpectu aliorum fratrum, qui non erant proxime ſucceſſuri, & qui in renunciatione ſunt nominati, aſſẽſus neceſſario requiratur.

Propterea non obſtat, ſi diceretur, Beatricem renunciaſſe iuri futuro; vnde ſit repudiatio, quæ non indiget aſſenſu: tunc enim id verum eſt, quando Beatrix ſimpliciter noluiſſet acquirere (vt dictum eſt) & ad hoc poſſunt pertinere omnes deciſiones, quæ ex aduerſo forte allegarentur: a que ad idem ſpectat, quod inquit *Bar. in l. ſi poteſt num. 13. verſ. tu dic. de acqu hæred.* dum ait, quoddam eſt ius quærendi, & tunc tractamus de repudiatione, hoc eſt de non acquiſitione ergo. *Bar.* concludit ſimpliciter, repudiationem veram eſſe non acquiſitionem abſolute. Vnde cum quis non vult acquirere, vt ille, & ille cõmodũ ſentiant: tunc non eſt ſimplex, & mera repudiatio, ſed conditionalis, & diſpoſitiua (vt dictum eſt) cum renuncians vltra, quod non vult ſuccedere, diſponit, vt vtilitatem habeant alij propter ſuam renunciationem: quapropter firma fronte iuxta veros terminos concludo, Dominam Beatricem non eo modo ſimpliciter repudiaſſe, quia non vult ſuccedere: ſed non vult ſuccedere, vt ſua renũciatio tribus alijs fratribus non proxime ſucceſſuris prodeſſet. Conſequenter aſſenſu renunciatio indigebat.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facti, si faciendum semel est factum, extinguitur.*
2 *Pactis contrarijs existentibus, vltima prioribus derogant.*
3 *Nouatio inducitur etiam si non fuerit expressum, quando contractus se inuicem non compatiuntur.*
4 *Pacta nouissima attenduntur, nisi priora clausulam derogatoriam contineant.*
5 *Recedere à priori proposito quis videtur, si actum contrarium agat.*
6 *Iuris competentis remissio per contrarium actum inducitur, & num. 12.*
7 *Volũtatis mutatio in dubio nõ præsumitur.*
8 *Simulatio quomodo ex temporis intermedij præsumptione, excludatur.*
9 *Protestatio in his, quæ non à voluntate protestantis dependent, operatur, si clausulam derogatoriam se præferat.*
10 *Simulatio non præsumitur, nisi simulationis verisimilis causa probetur.*
11 *Actus sequentes dubiam intentionem præcedentem elueidant.*
13 *Liber æstimi possessionem probat.*
14 *Dominium ex recollectione fructuum præsumitur.*
15 *Confessio in forma testis in iudicio, quando in alio in principali forma obsit.*
16 *Confessio, parte absente, nõ plene præiudicat.*
17 *Liber in fauorem scribentis non probat.*
18 *Consuetudo regionis circa id, de quo agitur, attendenda.*

Pro Antonio de Leone.

ARGVMENTVM.

PActis sibi inuicem pugnantibus, quãdo nouissima attendantur; & ex quibus quis ius suum remittere videatur; simulationem ex aliquibus coniecturis excludi; dominium ex aliquibus probari; & tandem confessionem in iudicio factam, quãdo obesse dicatur.

CONSILIVM XXXVI.



ANtonium de Leone esse verum, & legitimum conductorem, & ad ipsum spectare lucra, & emolumenta Gabellæ Regalis Tertij vini, à primo Septemb. 1574. quo cæpit affictus currere, vsq; ad vltimum Augusti, anni proximi intrantis 1578. quo durat locatio; Et proinde, Nardum Andreã administratorem, & negotiorum gestorem dicti Antonij, condemnandum esse ad reddendum rationem exactorum, & administratorum dicti arrendamenti, vna cum reliquorum restitutione, non obstantibus prætensis per eundem Nardum Andream. Patet ex infrascriptis.

In facto non dubitatur, Antonium licitasse arrendamentum, sub die 23. Iulij 1574. Pro quatriennio continuo incipiendo à primo Septembris ad rationem ducatorum 37215. pro quolibet anno; quæ oblatio, dicto die fuit data Illustrissimo Protegi, præuia declaratione eo die facta per dictum Antonium, qui dictum arrendamentum faciebat ad preces Magnificorum Vincentij Pottij, & Nardi Andreæ de Leone: Propterea ex nunc, pro tunc, & è contra, liberata sibi per Regiam Curiam dicta gabella, cessit, & renunciauit dictis Vincentio, & Nardo Andreæ præsentibus &c. Hæc sunt verba contractus declarationis, & refutationis, vt patet ex instrumento, eodem die 23. Iulij celebrato.

Deinde sub die 28. Iulij 1574. & sic post quinque dies, accenditur candela in Regia Camera, & Nardus Andreas nullo alio licitante, obtulit supra oblationem dicti Antonij, ducatos octuagintaquinque, & sic ad summam ducatorum 37300. pro quolibet anno, & arrendamentum prædictum remansit dicto Nardo Andreæ; & eodem instanti, dictus Nardus Andreas declarat arrendamentum capisse, nomine Antonij, & ad eum spectare. Dicit Antonius arrendamentum stante declaratione nouissime facta per dictum Nardum Andream, esse proprium; Nã licet die 24. Iulij Antonius declarauerit affictum liberandum sibi per Regiam Curiã, spectare ad Nardum Andream, tamen cum post quinque dies, fuisset liberatum Nardo Andreæ; & sic liberato arrendamento, est satisfactum declarationi factæ ab Antonio, qui voluit, gabellam esse Nardi Andreæ, quia
1 sortita est suum affectum, & intelligitur de primo actu sequenti, *l. boue, §. hoc sermone, ff. de verb. oblig.* & cum sit simplex declaratoria, non trahitur ad actus sequentes, *vt tenet Ripa in cap. cum M. Ferrariensis, extra de consti. num.* 101. 102. ad resolutionem obligationis sufficit primum adimplementum, *l. dotis promissio, ff. de iur. dot. l. inter soecrum, §. vlt. ff. de pact. dot. cum alijs adductis per Tiraq. in rep. l. boue, §. hoc sermone, nu.* 116. *ff. de verb. sign.* Vnde cum idemmet Nardus Andreas declarauit postea cepisse

2 pisse nomine Antonij; ista vltima declaratio tanquam pactum nouissimum est attendenda, *per tex. in l. pacta nouissima, C. de pact.* maxime cum ista declaratio vltima facta à Nardo Andrea, sit de directo contraria priori declarationi factæ ab Antonio *vt procedit dicta l. pacta nouissima, quam ita declarat ibi glo. 1. & ibidem Paul. de Castr. num. 1.*
3 *Bal num. 2.* Nam quando pacta, vel contractus sunt incompatibiles, inducitur nouatio, & attenditur vltimus contractus, *ita Bal. in l. final. num. 1. vers. & quando forte, C. de noua.* quia tunc inducitur nouatio, etiam quod non sit dictum *per tex. in l. valerianus, ff. de prato. stipul. l qui vsumfructum, ff. de verb. oblig. l. omnes, ff. de noua cum alijs ibi per eum adductis,* illa enim contrarietas non potest reduci ad concordiam, & sic nouissima derogant prioribus, *Dec. in d. l. pacta nouissima, num. 5 de pact. & in cons. 195. nu. 2.* quę enim contrarietas maior inueniri potest, quam in his duabus declarationibus?

Primo enim Antonius declarauit arrendamentum se recepturum nomine Vincentij, & Nardi Andreæ; deinde post dies quinque Nardus Andreas declarat arrendamentum sibi liberatum, esse Antonij & ad ipsum spectare. Ergo ista vltima declaratio est attendenda per prædicta. Tanto magis, quia prior declaratio Antonij non habet clausulam derogatoriam ad futuras declarationes, *prout limitant communiter docto. regulam, in d. l. pacta nouissima, ad quos breuitatis causa, me remitto, & maxime ad Bal. in l. clari, C. de fideicomm. & Dec. in d. l. pacta num. 8.*

Secundo adducitur, quia per istam vltimam declarationem, factam à Nardo Andrea declarante arrendamentum cepisse
5 nomine Antonij, & ad ipsum spectare; censentur recessisse à priori conuentione facta cum Antonio quod arrendamentum declarabat capere nomine Nardi Andreæ, *per tex. in l. cum plures, §. locator borrei, ff. loca.* vbi si quis habebat propositum amplius non recipere merces in horreo, suo periculo, deinde permisit merces recondi, censetur remisisse illud prius propositum. *Facit tex. expressus in l. 2. C. de iure dom. impet.* per actum contrarium censetur ius suum quis remittere, *Bar. in l. 1. C. de bis qui spo. mun. sub. lib. 12.* vbi dicit, quod priuilegiatus ne soluat præstantias, si sponte semel soluit, sibi in futurum præiudicat; ex facto contrario, declaratur voluntas, *Dec. in cap. cum accessissent num. 17. vers. quanto, Abbas extra de const. Facit tex. in l. post diem, ff. de leg. commi. C. de pact. inter empt. & vend. l. commissoriæ, cum alijs adductis per glo. in d. l. 2. C. de iur. dom. imp. Goza. in cons. 13. num. 7. Alex. in cons. 101. in 1. vol. Dec. in*
7 *cons. 638. Craue. in cons. 54.* nec obstat, in dubio mutationem voluntatis, non præsumi; *cap. maiores, extra de Bapt.* quia illud procedit quando sumus in dubio, & alio non apparente: sed hic, ex actu contrario apparet contraria voluntas, *& ita respondet Dec. in d. l. pacta, num. 10. C. de pact.*

Tertio ponderatur, quia ista declaratio facta à Nardo Andrea fuit facta ex interuallo ab ea quæ fuit facta ab Antonio. Intercesserunt enim quinque dies, infra quos potuerunt fieri noua pacta, & recedi à prioribus, prout in terminis nostris *dicunt docto.* ad probandam simulationem contractus oportet probare, tempore contractus venditionis fuisse dictum esse pignus, & non
8 venditionẽ; & tunc, si in continenti fiat venditio, censetur simulata, secus, si ex interuallo venditio sequeretur, quia per sequentem venditionem videtur pœnituisse illius prioris protestationis, *ita Bar. per d. l. cum plures, §. locator. borrei, ff. loca, in d. l. pacta nouissima, nu. 2. quem ibi sequuntur Bal. Alex. & communiter Scrib. Bal. in l. multum interest, C. si quis sib. vel alteri, Bal. Angel. & Bart. in l. si quis cum aliter, ff. de verb. obliga. Bart. & Angel. in l. item quia, §. final. ff. de pact. l mol. in l. quoties. ff. de bare. inst. Bal. in l. cum allegat, C. de vsu. & alios adductos per Fely. in cap. si cautio.*
9 *num. 67. 68. de fid instrum.* Debet enim probare illum dixisse non intendere vt esset venditio; & si contigisset in futurum vendere, intendebat vt esset pignus, & habere clausulam derogatoriam ad futura, alias per actum contrarium, factum ex interuallo, censetur à prima testatione recessum, *Hæc sunt verba Bar. quem in d. l. pacta sequitur Alex. num. 4. qui plures allegat cotas, ad quem breuitatis causa me remitto, & quasi. 38 in 5. vol. & in cons. 122. in 2. vol num. 2. cum alijs adductis per Dec. in d. l. pacta nouissima num. 10. vers. ex prædicto intellectu,* vnde cum Antonius tempore prioris declarationis dixerat simpliciter velle recipere gabellam pro Nardo Andrea; & non dixit, quod si apparuerit Nardum Andream in futurum facere contrariam declarationem dicti affictus spectare ad Antonium, esse simulatam, ex quo fiet nomine Nardi Andreæ non obstante dicta futura contraria declaratione iudicandum est recessum à priori pacto facto ab Antonio, remanente firmo vltimo pacto, & declaratione facta à

Digitized by Google

Nardo Andrea: & tanto magis, quia cessat ratio prioris contractus facti ab Antonio, cũ Nardus Andreas ab initio, voluerit hanc declarationem, verens ab alijs licitatoribus superari; sed postquam nullus alius fuit licitator, & cum gabella remansisset libera eidem Nardo Andreæ, nõ oportuisset amplius declarare gabellam esse Antonij, postquam cessauerat prior metus, & prima causa: sed facere cautelas in eius faciem, & exercere arrendementum, *vt in simili dicit Alex. in cons. 38. in 5. vol. num. 12. vers. præterea,*

10 Non enim præsumitur simulatio, dicit ibi, nisi probetur causa verisimilis simulationis, *l. ab Anastasio, & ibi Bal. in fin. C. mand. Anchar. in cons. 127.* vnde cum hic non sit verisimilis causa simulationis, respectu vltimæ declarationis factæ à Nardo Andrea, dicendum est esse veram, & arrendamentum spectare ad Antonium. Vnde cum non possit assignari vera causa simulationis; remanet vltimus contractus firmus, & Antonius debet obtinere, *ita Bar. in proprijs terminis, in cons. 65. incip factum est tale, Petrus Nicola num. 2. 3. quem citat Paul. de Cast. in l. iurisgentium, §. dolo, num. 2. ff. de pact. & latius Fely. in cap. si cautio, de fid. instru nu. 67.* ex quibus apparet declarationem Nardi Andreæ veram, declarantem arrendamentũ esse Antonij, & consequenter Antonium verum arrendatorem.

Quartò, arrendamentum esse Antonij, suadetur, quia post declarationem factam à Nardo Andrea arrendamentum scilicet accepisse nomine Antonij, & ad ipsum Antonium spectare, actus subsequentes declarant. primo, quia ex prædicta declaratione, quod arrendamentum erat Antonij, Regia Camera iussit expediri prouisiones, vt consignetur possessio dictæ Gabellæ, seu arrendamenti in personam Antonij tanquam veri arrendatoris, sub die penultimo Augusti 1574. Inducitur etiam vigore dicti ordinis in possessionem dictæ gabellæ dictus Antonis sub die primo Septembris 1574. & sic nedum est declaratio verbalis facta à Nardo Andrea, arrendamentum esse dicti Antonij; sed etiã facti, quia Regia Camera ordinauit Antonio consignari possessionem, & Antonius cæpit possessionem sibi consignatam à Regia Curia: ergo isti actus facti subsequentes, declarant dubiam intentionem præcedentis, &

11 posterior qualitas possessionis, declarat id quod fuit intentionis dubiæ, *vt inquit tex. in l. cum fundus, ff. de leg. 2. l. seis, § tirãna, ff. de fund. instr. Mari. Frecc. in lib. 2. de subfeud. in auth. 47. num. 11. in fin. qui allegat Bal. in cons. 446.* acta enim posteriora, prioribus derogant; nam censetur Nardus Andreas, retrocessisse arrendamentum Antonio, *per tex. in l. si ea, qua, C. de dona. qui tex. à nomine allegatur, & decidit casum nostrum.*

Quintò, ad luciur, quia vltra dictos actus possessiuos Nardus Andreas curauit se creari administratorem dictæ gabellæ ab Antonio sub die 9. Septembris 1574. quo casu, si quid iuris habebat Nardus Andreas, consentiendo se creari administratorem ab Antonio,

12 tanquam domino arrendamenti; censetur Nardus Andreas donasse omne ius suum, si quod sibi competebat, dicto Antonio *per tex. in l. censualis, C. de dona & ibi dicit Bal. per illum tex.* quod si de voluntate tua rem cuã ponam in castro meo, & ita apparet scriptum in libris armarij; rem effici meam, *est tex. in l rura, C. de omni agr. desert. vbi etiam Bar.* dicit, vt si quis emit prædia, proprio nomine, & post modum patitur illa poni cũ fratribus, & communiter tributa sunt soluta; prædia efficiantur communia, *allegat d. l. censualis, idem tenet Cyn. & Bal. in l. solemnibus, C. de reiuend.* vnde cum Nardus Andreas hæc passus sit, censetur ius suum remisisse.

Sextò, considerentur omnes exactiones, & solutiones factas in dicto arrendamento à 1. Septembris, 1574. quo incæpit affictus, vsque ad diem 17. Nouemb, 1576. factas fuisse nomine Antonij, tanquam domini arrendamenti, vt patet ex fidibus præsentatis, quo casu præsumitur arrendamentum *per ea qua not. Paul de Castr. in l. scriniarios, nu.*

13 *4. C. de milit test. & ibi Bal. & Salic.* vt cum aliqua possessio reperitur scripta in extimo meo, præsumitur mea, imo cum semel fuerat cessatum à solutione, Regia Curia expediuit significatorias, & prouisiones de capiendo contra Antonium, tanquam dominium arrendamenti sub die 12. Iul j 1576. & in actis factis cum Fabritio Pontecorbo in Regia Camera Antonius ipse inscribitur arrendator in capite, & Nardus Andreas vocatur Gubernator, & demum omnia fecie vt do-

14 minus, ex quibus actibus probatur verus dominus, *per tex. in l. titia, ff. de sol. vbi Bart.* dicit eum qui recollegit fructus vt dominus, & vsus est re, vt dominus; præsumi etiã dominum, *per tex. in l. litibus, C. de agric. & censit. Bar. in l. quidam in suo, ff de cond. inst. Alex. in cons. 136. num. 5. & cons. 133. in 1. vol. & clarius, in cons. 25. nu. 8. q. in 5. vol. Socc. in cons. 215. num. 5. in 2. vol. 106. in 3. vol. num. 2. in cons. 54. num. 11. & in cons. 13. num. 15. in 4. vol. cum vulg.* ex quibus patet dominium dicti arrendamenti

esse

Digitized by Google

esse dicti Antonij, non obstante priori declaratione facta ab eodem pro Nardo Andrea, tãquam reuocata ex post facto à Nardo Andrea; nedum ex declaratione penes acta Regiæ Cameræ, qua declarauit arrendamentum esse Antonij, sed etiam ex tot actibus subsequutis.

Nec obstant adducta in cõtrarium à Nardo Andrea. Et primo, dum dicit, mediante apoca recepisse, tanquam substitutum Nardi Andreæ, *in la trafica delli Grechi*, dolia vigintì vini græci à Patritio Lancella, & Notario Petro Iacobo Palomba: quia dicta apoca fuit scripta sub die 3. Augusti 1574. quo tempore non incæperat arrendamentũ, quia currebat à primo Septembris, & sic dicta apoca non obstat.

Non obstat dum dicitur Antonium examinatum, tamquam testem in Magna Curia ad instantiam Nardi Andreæ de Leone contra Patritium super interesse doliorum octo vini greci, venditi Nardo Andreæ, & nõ consignati; deposuisse super septima exceptione, *Come Nardo Andrea, tenendo animo di vèdere più forti di vino à minuto alli magazeni in Napoli, esso Nardo Andrea se arrendare in suo nome da esso testimonio la gabella del vino, dal primo di Settembre*, vnde cum post declarationem Nardi Andreæ, Antonius fateatur cepisse gabellam nomine Nardi Andreæ; gabella est ipsius Nardi
25 Andreæ. Ad quod respondetur hanc depositionem fuisse perfunctoriè factam, in forma testis ad alium fine, & propterea ex ea non potest sequi condemnatio in alio iudicio, cum non de hoc principaliter agebatur, *ita Bald. in l. presbyteri, num. 12. C. de Episcop. & Cleri. quem refert, & sequitur Hip. in pract. in verbo constante, num. 49. Bart. in l. si confessus, num. 2. ff. de custo. reo. Bald. in l. si filium, num. 3. C. de lib. ca. ibi, quia non sunt ad hoc inducti, & est glo. not. loquens de confessione in forma testis, in cap. ex pœnitentibus, in verbo non prodidit, in fine, 50. dist. Abb. in cap. cum*
26 *super, num. 12, extra de confess.* Tanto magis, quia isthæc depositio fuit facta parte absente, quo casu non nocet, *per tex. in l. certum, §. si quis absente parte, ff. de confess. Pauor. in cap. final. de succe. ab intest. Afflict. in decis. 12. num. 2. & decis. 337. nu. 6. Paris in cons. 120. num. 4. vol. 1.* Tanto magis, quia tendit ad obligandum Antonium ad dandam gabellam Nardo Andreæ.

Non obstat, dum in libris priuatis Nardus Andreas curauit se nominari Arrendatorem quia hoc absente Antonio, & propterea sibi non præiudicat, *l. censualis, C. de dona. l. 1. & to. tit. C. res inter alios acta.* Tanto magis, quia facta inscio Antonio.

Nec obstat Nardum Andream, & Vincentium Portium fideiussisse pro arrendamẽto: quia non ex hoc infertur arrendamentum esse fideiussorum, & ita obseruatur in arrendamentis, vt vnus sit verus arrendator, & caratarij fideiubent; & ita passim, obseruatur in registro, & maxime in istis vectigali-
18 bus, & arrendamentis Regiæ Curiæ: quæ consuetudo est spectanda; & attenditur id, quod in regione frequẽtatur. *Hæc sunt formalia verba tex. in l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iur. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. l. qui semisses, ff. de vsur. l. hæredes palam, §. si quis potest, ibi ex consuetudine, vel regionis, ff. de testa. cum alijs adductis per Dec. in d. l. semper stipulationibus.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, & paragium sunt, scilicet, tertia portionis ab intestato si sunt quatuor filij; si vero quinque, dimidia pars.*

2 *Mora in dote contrahitur ipso iure post lapsum anni restitutionis; & interesse debetur.*

3 *Bonæ fidei possessor tenetur ad fructus in petitione hæreditatis, vel familiæ herciscundæ, & etiam ad interesse pecuniæ hæreditariæ, præter quam in vno casu, & quo.*

4 *Locupletior factus dicitur quis, quando consumendo fructus ab aliqua re perceptos, patrimonium sibi conseruauit, & quare.*

5 *Interesse & si non debeatur aliquando ratione moræ, tamen debetur ratione fructuũ perceptorum ex bonis, pro quibus quantitas prædicta debetur.*

6 *Legitima debita in quantitate, venit etiam interesse à die mortis patris eadem ratione.*

Pro Ferdinando de Rossis.

ARGVMENTVM.

Ad taxandam legitimam, & paragiũ, quod tempus inspiciatur, mortis, an dotationis. Bonæ fidei possessor quãdo teneatur fructus restituere, & quãdo dicatur locupletior factus.

CON-

CONSILIVM XXXVII.



PER sententiam Sacri Consilij fuit condemnatus Illustrissimus Comes Calatiæ ad soluendum Illu. Ferdinando de Rossis eius fratri ratam dotium maternarū vna cum interesse.

Pro liquidatione cuius ratæ cum esset deducendum ab omnibus bonis paternis, & maternis onus legitimæ, seu paragij competentis sororibus; fuit per Sacrum Consilium prouisum quod D. Ferdinandus pro rata bonorum ei obuenientium de bonis paternis, & maternis contribuat in integris dotibus consignatis per Comitem Calatiæ de eius proprijs bonis, communibus sororibus; & similiter contribuat D. Comes pro rata bonorum, quæ ei obuenerunt de hæreditatibus prædictis: in quibus bonis habeatur ratio de valore ciuitatis Calatiæ, ac terræ Serrarum, & fæudi Persani; deductis ex pretio dictarum terræ Serrarum, & fæudi, dotibus maternis; fuitque etiam prouisum quod committatur appretium dictorum bonorum.

Vnde facto appretio, & calculo, seruata forma dicti decreti, ac reuisione illorum; rata spectans Domino Ferdinando de dotibus maternis, habito respectu ad tempus mortis patris, quæ fuit in anno 1553. ascendit ad duc. 10626.

Et habito respectu ad tempus dotationū, tam in anno 1562. quo fuit dotata Domina Marchionissa Padulæ, quam Domina Hypolita; rata spectans D. Ferdinando ascendit ad duc. 12009.

Punctus circa hoc decidendus est. An debeat attendi tempus mortis, vel tempus dotationis; & quod debeat attendi tempus dotationis, illud est animaduertendum, quod per Sacrum Consilium fuit decisum, quod debeant deduci integræ dotes consignatæ per Comitem communibus sororibus, & sic considerauit esse attendendum tempus dotationis. Nam si tempus mortis fuisset attendendum, non integræ dotes solutæ erant deducendæ, sed legitima, aut paragium, quod regulariter est legitima, scilicet, tertia portionis ab intestato, si sunt quatuor filij, si vero quinque, dimidia pars, *iuxta auth. nouissima, vt per Isern. in cons. it. in aliquibus, in verb. quintumdecimum col. 7. vers. inde quantum est, & col. pen. vers. & si verum est Afflict. decis. 262. num. 2. post alios rel. per Camya in repet. cap. si aliquem, in verb. marita, ante num. 123. & num. 132. referunt decisum Mariconda, & Dominus de Franch. in cons. 1. §. cas autem, fol. 94. in penultima impressione.* Vndè cum legitima tantum de dictis dotibus competeret dictis duabus sororibus, quæ ascendebat ad ducatos 6600. ad medietatem quorum, & sic ad duc. 3300. tantum Dominus Ferdinandus tenebatur; illis deductis competebant dicto Domino Ferdinando duc. 13200. Et propterea quia in deductione facienda dotium solutarum sororibus in beneficium Comitis, fuit decisum debere attendi dotationis tempus cum tanta iactura D. Ferdinandi; idem tempus erit attendendum circa valorem bonorum.

Secundus punctus decidendus est circa interesse, in quo iam per Sacrum Consilium est prouisum; vt debeatur ad rationem sex, & duorum tertiorum, *seruata forma consuetudinis Neapolitanæ*, & quod pro nunc debeatur à die initi compromissi, salua prouisione facienda à die mortis communis patris: & sic illud, quod hodie tractatur, est tantum explicare prouisionem reseruatam, si dictum interesse debetur à die mortis cōmunis patris, vel ne. Et quod debeatur à die mortis, nulla potest cadere difficultas, siue attendamus dispositionem iuris, siue æquitatem, vel arbitrium iudicis; si quidem in
2 dote ipso iure mora contrahitur post lapsum anni restitutionis, & interesse debetur, *l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor, actio. vbi notat Bald. in §. cum autem, num. 4. glo. in l. si mora, ff. solut. matrim. vbi omnes, Gram. qui alios refert in decis. 103. num. 95.* & in
3 petit. hæredit. vel famil. ercifcundæ, etiam bonæ fidei possessor tenetur ad fructus, *l. nō est ambiguum, & l. cohæredibus, C. famil. ercisc.* & pariter ad interesse pecuniæ hæreditariæ, præterquam in vno casu, si otiosam pecuniam retinuisset, nec attigisset, *l. si possessor, ff. de petit. hæredit. l. si nauis, ff. de rei vend.* in casu nostro certum est Comitem hanc pecuniam non habuisse otiosam, sed vtilem; nam pro dote materna Comes pater habuit terram Serrarum, & feudum Persani, & tam ipse, quam Comes modernus post mortem patris, vsque nunc, posséderūt dictam terram Serrarum, & feudum, & ex eis
4 fructus perceperunt, & dicitur locupletior factus, ex hoc, quod patrimonium sibi conseruauit, *arg. l. in pupillo, ff. de solut.* ibi (eam hoc ipso, quod non est pauperior factus locupletior est) *& l. idem seruandum, ff. de leg. 2.* ibi (quod in corpore patrimonij retinetur.) Sed euidenter patet, quod locupletior est factus. Nam terram Serrarum, & feudum Persani, ex quorum pretio debebant

stant soluti dotes maternæ, nedum Comes nō vendidit, sed penes se retinēdo, fructus percepit, & dum tempore mortis patris erant pretij ducatorum 40. mil. nunc sunt pretij
5 ducatorum 70. mil. & vltra, & sic omni iure dictum interesse debetur, & non ratione moræ, sed ratione fructuum perceptornm, ex bonis pro quibus dicta quantitas debetur, & erit casus *l. curabit. C. de actio. empt.* ibi li-
6 cet nulla mora intercesserit. Qua etiam ratione similiter dicimus, in legitima debita in quantitate venire interesse à die mortis patris, quia illa quantitas debetur correspectiue pro bonis hæreditarijs ex quibus possessor percepit fructus, *vt per Alex. cons. 69. col. 2. vers. accedit ad confirmationem, vol. 1. refert decisum D. de Franch. in decis. 16. in fin.*

Et si æquitas vlla esset attendenda, omne arbitrium iudicis in fauorem dicti Domini Ferdinandi versari debet. Siquidem primo verum est, quod ipse Dominus Ferdinandus est filius, prout Dominus Comes. Secundo verū est, quod dictus Dominus Comes possedit omnia bona tam paterna, quam materna, & ex eis solus percepit fructus, ac si Dominus Ferdinandus non esset in mundo, qui nec obulum de dictis bonis habuit. Tertio, verum est etiam, quod tempore mortis communium parentum bona, quæ fuerunt appretiata in ducatis 94101. hodie sunt pretij vltra centum quinquaginta mille. Quarto, verum est, quod si Comes voluisset post mortem soluere D. Ferdinando ratam dotium maternarum, erat ei necesse vendere dicta bona, vel tot introitus, quæ non vendidit, sed percepit integros fructus ex bonis suis, & D. Ferdinandus non percepit fructus quos fuisset percepturus si ei fuisset soluta rata ei competens de dictis dotibus maternis. Quinto, Dominus Comes habet tantum filios masculos, nam vna fæmina (quā solam habuit) fuit nupta Domino Marchioni Layni per Ducissam Magdaloni, quæ in dies multa beneficia, & donationes in eam confert, & ipse Dominus Ferdinandus habet & filios masculos, & plures fæminas, quas non valet maritare, nisi habeat suam portionem bonorum paternorum, & maternorum cum interesse. Sexto pro hac lite dictus Dominus Ferdinandus quater venit à Ciuitate Florentiæ Neapolim, ibiq; semper moratus plures menses cum magnis sumptibus. Itaut nisi hoc interesse omni iure ipsi debitum consequatur, nullum habebit vtile huius litis. Obque id sperat Sacrum Consilium decisurum interesse esse sibi soluendū à die mortis patris, postquam ità iuris est, & omni æquitati consonum.

Item Marchionissa Padulæ soror, quæ non habet filios, & in cuius dote D. Ferdinandus contribuit, totam suam substantiam relinquit Comiti, excluso penitus D. Ferdinando.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas ex vsu, qui inoleuit, donare prohibetur Baroni.*
2 *Decreta decurionum, donationem continentia, irrita sunt.*
3 *Solutio intelligitur facta ex causa præcedenti.*
4 *Assensus, siue decretum Principis alienationes quaslibet confirmat.*
5 *Princeps causa cognita dispensans, obstaculum quodlibet remouere intelligitur, & dispensationem consulto agit in adhibendo causæ cognitionem, & nu. 6.*
7 *Lex ambitiosa, ff. de decret. ab ordine faciendis, quomodo intelligatur.*
8 *Mandatum generale Reipublicæ non importat alienationem rerum eiusdem.*
9 *Vniuersitas congregata cum toto populo, potest donare, nulla subsistente causa. ergo & multo magis propter causam recompensationis, & nu. 10.*
11 *Beneficium præsumitur tanti valoris, quanti est donatio propter illud beneficiū facta.*
12 *Assensu, & authoritate Principis interueniente in actu omnia præsumuntur solemniter acta; sieq; metus, dolus, & læsio abesse intelliguntur.*
13 *Donatio, quæ non excedit beneficij metam, non simplex, sed ob causam dicitur.*
14 *Tutores, & Prælati pupillarum, & Ecclesiæ bona alienare prohibiti, donare in remunerationem beneficiorum non prohibentur.*
15 *Ingratitudo, superuenientia liberorum, insinuatio non interueniens, simplicem donationem; non eam quæ ob causam facta, rescindere valent.*
16 *Donatio remuneratoria species permutationis est.*
17 *Compensatio ex contractu nullo ratione assensus permittitur.*
18 *Locupletari cum aliena iactura non licet.*
19 *Contractus feudalis nullus ratione assensus permittit data hinc inde repeti.*
20 *Vniuersitas magnam vtilitatē consequitur, quando in Cameram per Baronē eligitur.*
21 *Hæres qui habet facultatem eligendi, licet in eligendo liberalitate non vtatur, tamen*

in eligendo certam personam, respectu illius liberalitatem confert.

22 *Prælatus licet in collatione non conferat liberalitatem, quia ex necessitate confert beneficia; in eligendo tamen certam personã liberalitatem confert.*

23 *Auxilium præstare alicui nemo tenetur gratis, & num. 24.*

25 *Pecunia non turpiter accipitur pro beneficio, quod quis concedere non tenebatur, & ad eam consequendam actio competit.*

26 *Contraria proferens repellendus est à petitis*

27 *Facti series non narrata, decretum reddit suspectum inualiditatis.*

28 *Conditiones omnes à testatore appositæ in dispositione seruandæ sunt, alias actus corruunt.*

29 *Forma data, et nõ seruata actus statim ruit*

30 *Permissum in tempore, post tempus intelligitur esse prohibitum.*

Pro Duce Seminariæ Spinello, contra dictam Vniuersitatẽ.

ARGVMENTVM.

AN donatio facta per Vniuersitatem Baroni in recompensationem beneficiorum, valeat sine Regio assensu; & si detur illam esse inualidam, an saltim sint soluendę Baroni summæ debitæ ob gratias receptas; & quod donatio prædicta potius permutatio, quam donatio dicatur.

CONSILIVM XXXVIII.



DVM Vniuersitas Terræ Seminariæ repetit ab Ill. Duce ducatos sexdecim mille in circa eidem donatos, & solutos, ex summa ducatorum triginta vnius mille in anno 1574. donatorum; omni iure succumbit, nam etsi *Pragmatica Regni*, quam adhuc non vidi, seu vt rectius loquar, vsus, qui sic
1 inoleuit; prohibuerit Vniuersitates donare Baronibus sine Principis consensu, & de iure
2 communi decreta decurionum quando aliquid largiuntur, vt ambitiosa rescindenda sint *l. ambitiosa, ff. de decr. ab ordin. facien.* tamen in præsenti diuidendo hanc summam ducatorum sexdecimmille receptã in duas, vz. ducatos decemmille, & sexmille; de claro iure Ill. conuenti in vtraque partita apparebit. Certum est enim Vniuersitatem ab initio voluisse ducatos decemmille ex prædicta summa donata, tunc solui Ill. Duci, illosque recepisse ab Ill. Marchione Fuscaldi, cui mandauerat prædictus Dux con-
3 signari, & iam illi constat fuisse solutos, & in hanc causam, ex titulo præcedenti *l. 2. C. de acquir. poss. & l quadam mulier, ff. de rei vend.* cumque illos receperit ab Ill. Marchione, eidem vniuersitas vendidit tot introitus: & tam super donatione ducatorum sexdecimmille facta Duci, quæ non fuit simplex, sed correspectiua ad quam plures gratias à Duce concessas, quam super venditio-
4 ne introituum facta Marchioni; assensus, & decretum Illustrissimi Proregis interuenit: quo fit, & donationem, & venditionem inde sequutam perfectas, & validas remanere; cũ Principis decretum validet dispositiones, & alienationes rerum ciuitatis, *l. fin. C. de*
5 *vend. rer. ciuit. lib. 11.* etenim Princeps dispensando, & assentiendo huic donationi causa cognita, è medio sustulit vsum prohibentem Vniuersitates donare: imo videns donationem ob causam decreuit causa cognita, prohibitionem non habere locum; quoniam dominus dispensando, consulto facit adhibendo causæ cognitionem, nimirum si assensus debet esse expressus, quia decreto confirmatur, *sing. Andr. in §. commercium, allegans tex. in l. 1. ff. de confir. tut. de probib. feud. alien. per Federicum, Mari-*
6 *nus de subfeud. fol. 135. num. 4.* Vsus ergo in contrarium prohibens Vniuersitatem donare Baronibus sine assensu, cessat in p̃senti pro summa ducatorum decemmille, post-
7 quam assensus interuenit. Nec tex. *in d. l. ambitiosa* procedit, quia ille loquitur quando ordo decurionũ aliquid largitur; tunc enim vt decretum ambitiosum rescinditur: & ratio est, quia ordo decurionum mandatum habet à ciuitate administrandi eius bona; &
8 in mandato generali Reipublicæ non venit rerum suarum alienatio *l. probibere, §. plane, ibi Bar. ff. quod vi, aut clam, & l. filius fam. ff. de don.* & in præsenti non ordo decu-
9 rionum donauit, sed tota Vniuersitas, & totus populus: quo casu bene potuit, etiã simpliciter donare *Bar. in d. l. ambitiosa, num.*
10 *7.* maxime quia Princeps concessit, & donatio hæc non fuit simplex, sed ob causam; & gratiæ concessæ per Ducem respectiue ad totam summam donatam, longe magis excedunt: fuerunt enim ducati decemmille donati ab Vniuersitate loco mercedis, gratiarum à Duce concessarum, *argumento l. titius puerum. ff. de ob; equys patro. præst. bo-*
11 *nus tex. in l. si pater, §. 1. ff. de don.* & tanti

videtur

videtur Vniuersitas æstimasse gratias, pro quanto donauit *arg. l. iusta, ff. de man. vind.*
12 cumque decretum superioris, & Principis authoritas interuenit, omnia præsumuntur solemniter acta; adeo vt nec de metu, nec de dolo, nec de læsione in contrarium argui possit *Bar. in l. 1. C. de decr. decur. lib. 10. Angel. in l. 1. num. 4. C. de præd. cur. lib. 10. Aym. in cons. 5. num.* vnde in hac partita ducatorum decemmillium primo loco Duci solutorum, sole clarius apparet Vniuersitatem penitus omni iure carere.

Quo vero ad alios ducatos sexmille Duci solutos ex reliqua summa ducatorum triginta vnius mille donatorum, dicit Vniuersitas assensum non fuisse præstitum, vt sic vigeat vsus prohibens; imo tanto magis Dux fuerit in male fide, quia cum fuerit supplicatum Principi pro assensu dictæ donationis ducatorum triginta vnius mille, denegauerit mense Nouembris 1564. illum præstare, licet demum in anno 65. pro summa ducatorum decemmille tantum præstiterit. Respondetur, quod & si Princeps denegauerit assensum in anno 64. donationi iam factæ die primo eiusdem anni 64. non tamen prohibuit in futurum vniuersitatem potuisse de nouo donare, si donatio de iure subsisteret: & verum est vniuersitatem post denegatum assensum die 7. Ianuarij 1565. de nouo do-
13 nasse Duci ducatos triginta vnummille, non simplici donatione, sed ob causam aliarum quamplurium gratiarum; vltra illas correspectiuas ad ducatos decemmille, super quibus assensus fuit præstitus: quæ gratiæ æquiualentes fuerunt, non solum ducatis sexmille à Duce receptis, sed omnibus ducatis sexdecimmille; earumque obseruatio damnum Duci, & magnum beneficium vniuersitati attulit, longe magis excedens summā donatam, & solutam, vt ex facti serie liquet. Inde dico donationem non fuisse meram, & simplicem, sed ob causam *l. actilius regulus, ubi generaliter, in verb. non meram, ff. de don.* & proinde vsum prohibentem vniuersitatem donare, & *l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. faci.* annullantem ambitiosam decurionum donationem; procedere in simplici donatione, & non in donatione ob causam, in remunerationem, *ita Bar. cæterique in d. l.*
14 *ambitiosa nu. 2.* sicut dicimus Prælatum prohibitum donare res Ecclesiæ, & tutorē prohibitum donare res pupilli, posse donare remunerando benefacientes *l. iubemus, §. scientes, vbi generaliter Bar. Bal. cæteriqua, C. de sacr. san. Eccl. in l. cum plures, §. pen. ff. de admin. tut.* & iura, quæ annullant donationes ex defectu formę non seruatæ, quia
15 insinuatio non interuenit *iuxta l. sancimus, C. de donat.* vel potestatem donantibus dederunt reuocandi, vel per ingratitudinem *l. fin. C. de reuo. donat.* vel ob superuenientiam filiorum *l. si vnquam, C. eod.* procedunt in donatione simplici; secus autem in donatione remuneratoria, *d. l. actilius, & in l. si pater, §. fin. de don. congerit hæc omnia Ias. in l. ex. hoc iure, num. 52. cum seq. ff. de iusti. & iur. & latissime Tiraquellus in d. l. si vnquam, vers. donatione largitus, C.*
16 *eod. de reuoc. donat.* etenim donatio remunerando potius quodam genus permutationis existit, quam simplex donatio, *l. sed & si lege, §. consuluit, in fin. ff. de petit. hæred.* Quinimo & plus esto millies adesse defectum assensus, adhuc ex contractu nullo daretur compensatio, pro eo quod beneficiū Vniuersitas habuit, cum quantitate rece-
17 pta per Ducem; cum quis non debeat cum alieno damno fieri locupletior *l. cum hi, §.*
18 *si eidem, ff. de transact.* & in contractu rei feudalis nullo sine assensu, hinc inde dati, &
19 accepti, fit restitutio, quia res cum fructibus restituitur; & ex altera pretium cum interesse *Andr. in §. Imperator, de prob. feud. alien. per Feder.* pro quibus etiam retentio datur. *Aluarot. in cap. si vassallus il 3. fi de feud. fuer. contro. Afflict. in const. constitutio nem. col. 14. vers. sed aduerte, quia hodie, Alex. Rub. in cons. 59. vers. circa aliud, Capyc. in sua inuest. in verbo feudorum emptores, car. 181.* quare si Vniuersitas donauit ob causam gratiarum à Duce receptarum, licite potuit facere citra Principis consensum, vt saltim hinc inde dati, & recepti compensatio fiat. Nunc enim videamus quo modo gratiæ concessæ à Duce æquiualeant non solum summæ donatæ sine assensu, sed toti summæ, & cum assensu, & sine: & in hoc quæso aduertāt Domini Iudicantes, quia sic apparebit, quam iniuste Dux molestatur: Constat enim quasdam fuisse gratias concessas per Ducem, quæ magnum beneficium Vniuersitati, & magnum damnum Duci attulerunt; vt fuit in prouentibus, & in corporibus Baronalibus, Magistri Actorum, primarum, & secundarum causarum; quod damnum, & beneficium excedit longe magis summam donatam ducatorum sex mille sine assensu, vt ex facto liquet. Item aliam fuisse gratiam eligendi Vniuersitatem in eius cameram, quæ solum beneficium vniuersitati attulit ducatorum sexdecimmille; & hæc tantum æquiualeret toti summæ donatæ, nam in pecunia sensijt commodū Vniuersitas de quinque mille, & vltra, & in tot annis quibus fuit immunis ab hospitio militum grauis, & le-

uis armaturæ, quis poterit arbitrari tam magnum vtile? testes sint cæteræ Vniuersitates, quæ ob hoc continuum onus, taliter depauperatæ sunt, quod ad nihilum sunt deductæ; hanc enim gratiã Vniuersitas à Duce habuit, nam Dux tunc,& nunc plures terras habebat, eique licebat eligere in Cameram terram melius sibi visam, qua electa, & nominata Vicerex immunitatem concessit, Ducique locus erat gratificationi, *l. si quod seruum, §. si inter duos, deleg. 2. & l. si quis in graui, §. si cum omnes, ad Sillan. Bal. in l. 1. num. 31. C. de sacr. san. Eccl.* qui si elegit Vniuersitatem Seminariæ, cum potuisset eligere aliam; in hoc ei liberalitatem exercuit, quia eligere illam non cogebatur:& sic non ex necessitate, sed ex voluntate fecit, quo casu cessat regula *l. vnum ex familia, §. sed si rem, ff. de leg.* 2. imo plus,& si ex necessitate fuisset coactus Dux eligere vnam terram, licet in nominando non exercuisset liberalitatem,quia ex necessitate fecisset; tamẽ in nominando certam terrã,cũ potuisset aliam, hoc ipso liberalitatem contulit, *Socc. singul. in l. cum quidam, num. 10. ff. de rebus*
21 *dubijs*, ibi tradit de hærede,qui habet facultatem eligendi, & nominandi, quod si eligit certam personam, & si in nominando non faciat liberalitatem, quia ex necessitate fecit; erit tamen liberalitas in nominando quemquam, quia potest plures nominare: & sic respectu nominati liberalitas dicatur, cũ
22 aliam potuisset nominare. idem dicimus in prælato, qui licet ex necessitate tenetur beneficia conferre; tamen eligendo potius illũ, quam alium, ei liberalitatem confert, *glo. sing. in cap. relatum, extra de preb.*

Sentijt ergo hoc beneficium Vniuersitas à Duce; pro quo infero, Ducem licite pecuniam potuisse recipere, quia non teneor aliũ adiuuare, & beneficium conferre, *glo. in l. culpa caret, ibi Det. num. 4. de reg. iur. & in cap. quoniam, in vers. interpretamur, de senten. excom. Bald. in l. vt vim, q. 8. nu 9. ibi Ias. num. 31. de iustit. & iur.* & proinde si pro alio adiuuando pecuniam recipio, iu-
23 ste recipio, quia gratis non teneor, *est tex. in l. metum, §. sed licet vim, ibi Bald. caterique ff. quod met. causa, & ibi glo. in vers. opere,* dicit, æquum est enim, vt si habes bonum per me, ego habeam per te, huic enim donationi proxima causa est beneficium, *dicit ibi glo. in fin* huc trndit *tex. iuncta glo. in l. 4. §. fin. ff. de condit. ob turpem causam,* datum vt furem indicem, nõ repeti, quia beneficium feci, & non tenebor furem indicare, quia si tenebor gratis, *dicit glo.* turpiter reciperem: & adeo pecunia pro bene-
25 ficio iuste datur, quod non solum promissa, & soluta repeti non possunt, sed etiam ad illa soluenda actio datur, *l. solent, & l naturalis, §. quod si faciam, ff de prascrip. verb.* quis ergo nunc amplius poterit dubitare, Ducem pro pecunia recepta non esse absoluendum pro tam magno beneficio collato, & pro tot gratijs concessis cum æquiualeant? Imo, vt rectius loquar præponderant totam summã donatam.

Vltimo, non obstat, Ducem in eius vltimo testamento disposuisse, vt staretur dicto Reuerendi fratris Hieronymi, qui habita informatione de toto facto à magnifico Hieronymo Mazzapica, & habitis votis quamplurium Theologorum supra duos menses declararet si in foro poli hoc donatiuũ Dux potuerit recipere,& quod postea declarauerit, Ducem non potuisse recipere, & sic huius iudicio standum esse, *arg. l. theopompus, ff. de dote pralegata.* Nam vltra quod reperiuntur declarationes contrariæ per eum
26 factæ, & tamquam sibi contrarius esset repellendus, *l. 1. C. de furt.* tamen formam sibi traditam à testatore non obseruauit, siquidem testator non confidit absolute in hoc Reuerendo patri, sed tria pro forma voluit, vt audita relatione totius facti à magnifico Mazzapica, & habitis votis quamplurium Theologorum supra certum tempus duorũ mensium declararet: nihil horum fuit adimpletum; quia relatio Hieronymi Mazzapichæ de facto plenissime informati, non fuit
27 habita:& si factum præcedens non fuit narratum; quomodo Theologi votum poterant dare? Secundo, vota Theologorum non interuenerunt. Tertio declaratio solius patris fuit post tempus. ex his fit postquam
28 forma à testatore tradita, non fuit seruata, declarationem ipso iure esse nullam; quia cum datur forma ad esse rei in actu fiendi,& illa est talis, quæ continet sollemnitatem
29 actus; illa nõ seruata,statim actus est nullus, *Bald. in l. vniuersa, num. 2. vers. conclude, C. de precibus Imper. offer. & in l. bi qui ad ciuilia, num. 7. C. de appell.* & si ordinatum fuit, declarationem fieri supra duos menses, eaque sequuta fuit post duos menses, nullius
30 est roboris; quia permissa super certum tẽpus, post tempus censentur prohibita, *l. Imperator, ff. de postul.* ob id ergo Dux successor, sequens voluntatem patris, ac videns declarationem huius Reuerendi patris forma non seruata, adiuit Pontificem,& omnia narrando breue obtinuit directum quondã Reuerendissimo Episcopo Stabiensi, qui audita relatione magnifici Hieronymi Mazzapichæ, & habitis votis quamplurium Theologorum,

Digitized by Google

logorum, ac visis omnibus scripturis, declarauit, iuste Ducem prędecessorem recepisse pecuniam donatam; adeoquod in foro poli, & fori, sole clarius apparet Ducem licitè pecuniam donatam recepisse, & proindè absoluendum fore omni iure arbitror.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus curatorem non habens, conueniri non potest.*
2 *Citari non potest pupillus solus.*
3 *Curator non præsumitur datus, nisi probetur.*
4 *Citatio super tenore instrumenti expedita contra prodigum curatorem non habentē, est nulla.*
5 *Tempus, quo conuenitur, est inspiciendum circa qualitatem, & habilitatem personarum.*
6 *Carceratus in alia curia, quam citantis super tenore instrumenti, potest per procuratorem excusari, & supersedetur in condēnatione; alias condemnatio, & carceratio reddetur nulla, & num. 7.*
8 *Mora non dicitur contracta conditione non adimpleta, nec ante agi potest.*
9 *Pactum factum in vnam causam non extenditur ad aliam.*
10 *Mora cessante, cessat rescissio contractus.*
11 *Pupilli, & prodigi in præiudicialibus æquiparantur.*
12 *Pupillus non constituitur in mora, nisi ipse vna cum tutore, vel tutor ipse solus fuerit interpellatus; sic in prodigo cum curatore.*
13 *Pupilli, vel prodigi in mora constituti, cedendo actionem contra tutorem, vel curatorem liberantur; quia administratores fuerunt in culpa, & non pupilli, vel prodigi, qui non administrant, & nu. 14.*
14 *Mora deficit stante impotentia, & impossibilitate.*
16 *Impossibilitas, & impotentia excusant quē à periurio, & pæna, & nu. 17.*
18 *Debitor quantitatis non excusatur à mora ob difficultatem.*
19 *Impossibilitas excusat debitorem quantitatis à mora.*
20 *Debitor quantitatis ob impossibilitatem non soluendi, excusatur à pæna, & a periurio.*
21 *Ritus Magnæ Curiæ 166. non habet locum contra furiosum, vel prodigum.*
22 *Agi criminaliter via Ritus Magnæ Curiæ 166. non potest, quando cessat periurium.*
23 *Prodigus iuramento non obligatur, etiam si interueniat curatoris authoritas nu. 24. redditur ratio num. 25.*
26 *Authoritas superioris non potest supplere defectū naturalem voluntatis, & prudētiæ.*
27 *Prodigo cōpetunt omnia priuilegia minorū.*
28 *Prodigo tēpus non currit, licet secus minori.*
29 *Prodigus restituitur in integrum aduersus lapsum temporis.*
30 *Delictum in omittendo est non soluere, & promissa non adimplere.*
31 *Prodigus obligatur ex delicto, sed non ex delicto in omittendo, & 32.*
33 *Minores, & prodigi licet sint contumaces in comparendo, non tamen patiuntur bonorum venditionem.*
34 *Contumacia est delictum.*
35 *Intellectus ad l. fulcinus, §. adeo, ff. ex quibus causis in possess. eatur.*
36 *Prodigus habet restitutionem aduersus delictum in omittendo.*
37 *Restitutio in integrum non tollitur prodigo ex authoritate superioris, vel curatoris.*
38 *Restitutionis remedium nunquam censetur sublatum, nisi expressè actum sit.*

Pro Principe Bisiniani.

ARGVMENTVM.

Contra prodigū, cui bonis est interdictum vtrum possit præsentari instrumentum via ritus, vel saltim ciuiliter rescindi in iudicio ordinario. Quomodo possit dari mora in pupillo, & prodigo; & an difficultas, vel impossibilitas excusent debitorem à mora.

CONSILIVM XXXIX.



SVPPOSITIS notorijs bonorum interdictione, & carceratione Illustrissimi Principis Bisiniani, in proposita facti specie sequētur duæ iuris conclusiones, quę modicam dubitandi rationem habere dicuntur.

Prima est, quod non potuerit, neque possit contra eundem Illustrissimum Principem criminaliter agi via ritus, ꝓ rescissione contractuum censualium, per ipsum initorum ante dictam bonorum interdictionem, licet tertias, post eandem interdictionem decursas non soluerit; ob quarum tertiarum solutionis defectum, alias secundum pacta eis è contractibus incontinenti apposita, instru-

P menta

menta censualia liquidari, & criminaliter
b accusari possent, b

Secunda erit, quod minus ea documenta,
quæ post bonorum interdictionem fuerunt
celebrata, ex eadem omissione solutionis
tertiarum possint iuxta formam eiusdem
ritus criminaliter rescindi.

Et moueor ex multis medijs, cæteris, quæ
adduci possent, prætermissis.

1 Primo quia contra prodigum curatore
carentem agi non potest, *Sebast. Vant. late
in tract. de nullit. in tit. de nullitat. sent. ex
defect. inhab. persona comparent. num. 23. &
est bonus tex. & ibi Scrib. in l. fulcinius, §.
adeo, iunct. vers. idemque, ff. quib. ex cau.
in poss. eat. Bal. videndus in l. qui neque, ff.
de reb. eor. & in l. properandum, ad fin. C. de
2 iud.* sicuti pupillus solus non potest citari, *vt
post alios firmat Ias. in l. si pupillus, col. 1. vers.
sed dic melius, ff. de verb. oblig.*

At certum est, Illustrissimum Principem
alijs bonis formaliter interdictum, curatore
3 carere, & caruisse; & ei qui dicit contrariū,
onus probandi incumbere, *ad notata in l.
sciendum, ff. de verb. oblig.*

Igitur contra ipsum agi non potuit, neq;
4 potest; & citatio contra ipsum decreta super
tenore instrumentorum, nulla declaranda
est, *ex traditis per Vant. vbi supra, & sub.
nu. 35. & d. §. adeo, & Ias. dictis in locis.*

5 Nec obstat, quod tempore, quo contraxit,
erat habilis; quia attenditur qualitas per-
sonæ in tempore, quo conuenitur, existens,
*Alex. in l. nemo potest, sub nu. 32. ff. de leg. 1.
quem in proposito ex regnicolis defendit no-
uiter Addit. ad Franciscum Antonium de
Iud. Robert. in tract. super eod. ritu, de liqui.
instru. consid. 4. sub num. 71.*

Insuper quia modo cessat omnis mora,
super qua fundatur prætēsa rescissio, vt infra
comprobabitur.

6 Secundo quia certum est. quod qn̄ quis est
carceratus in alia curia, quam citantis, po-
test per procuratorem excusari, & docto de
carceratione (quæ in proposito est notoria)
decerni debet, quod supersedeatur in con-
demnatione debitoris carcerati, *ita in ter-
minis ritus firmat Franciscus Antonius d.
tract. & conc. 4. num. 21.* alias (dicit ipse)
7 condemnatio, & contumatia esset nulla *l.
quæsitum, ff. de re iud. Castr. post Bart. in l.
2. §. 2. & ibi Alex. ff. si quis caut. & apertius
idem Alex. in l. 2. n. 6. ff. de in ius voca. sentit
Angel. cons. 65. ad fin. à prædicta opinione
non dissensit Carau. d. rit. 166. nu. 15. vers.
primus est, & rit. 269. nu. 14.*

Cum itaque liqueat notorie de carcera-
tione Illustris. Principis in ciuitate Caietæ
certum est, quod contra ipsum non potest
criminaliter præcipue agi.

Tertio quoniam, vt ad dictum actum li-
quidationis deuenire possit, mora in soluen-
do opus est in proposito; super ea enim fun-
datur rescissio, vt in citationibus.

Cæterum, in Illustrissimo Principe omnis
mora cessat, vt infra aperte declarabitur,
igitur non potest agi de rescissione, etiam
ciuiliter; quia certum est, quod ex contractu
8 conditionali agi non potest, conditione
non adimpleta, quæ conditio in proposito
est mora, *l. cedere diem, & ibi Alciat. ff. de
verb. sign cum adductis per Menoch. de arb.
iud. cons. 15. nu. 3. & in terminis ritus sentit
Bernard. Fand. sup. eod. rit. part. 3. declar.
9 & Mari. Frecc. par. 8. q. 3. nu. 171.*

Nec mirum, quia generaliter proditum
9 est, quod pactum factum in vnam causam
non extenditur ad aliam, *l. si vnus, §. ante
omnia, ff. de pact. & pact. & facit vulg. reg.
l. quicquid adstringenda, ff. de verb. oblig.*

In casu enim moræ, & retardatæ solutio-
nis factum fuit pactum rescissorium. ergo
10 cessante mora, cessat rescissio, *cap. cum ces-
sante, de appel. cum vulgar.*

Quod autem mora deficiat, probatur ex
pluribus, &

11 Primo, quia pupillus, & consequenter pro-
digus, (qui illi in infantili ætate constituto,
in præiuditialibus æquiparantur, vt habetur
in l. is cui bonis, de verb. oblig. Caret enim
voluntate tunc, & sic iudicio, ac discretione
12 *l. furiosi, ff. de reg. iur.*) nunquam constitui-
tur in mora, nisi ipse vna cum tutore, vel ipse
tutor solus fuerit interpellatus, *tex. est in l.
sed si ex stipulatu, ff. de verb. oblig. glo. in l.
si dictum, §. fin. ff. de euict. Ias. in l. si ex le-
gati causa, quam legit vna cum d. l. sed si ex
stipulatu, num. 8. ff. eod. & in l. si pupillus, col.
1. ff. eod.*

13 Immo quādo esset legitime in mora con-
stitutus, cedendo pupillus, & pari ratione
prodigus actionem contra tutorem, & con-
sequenter administratores, liberaretur; quia
14 ipse tutor, & consequenter administratores
in culpa fuissent, & non pupillus, & prodigus
qui non administrant, *Ias. in d. l. si ex legati
sub num. 9. per not. in l. fin. C. de admin. tut
& facit d. §. adeo.*

Sed non constat, quod Illustrissimus Prin-
ceps, & minus eius legitimus curator, quo
caruit, & caret (vt dictum est) fuerit legiti-
me interpellatus: igitur non est tractandum
de mora, & consequenter, quod ratione illius
possint contractus censuales rescindi, &
multo minus criminaliter instrumenta eorū
accusari.

Se-

15 Secundo mora deficit ſtante impotētia, & impoſſibilitate, in qua notoriè reperitur Illu. Princeps ſoluendi dictas tertias; tum quia fuit, & eſt carceratus, tum quoniam fuit omnibus bonis, & eorum adminiſtratione pænitus priuatus: ex quibus ratio naturalis dictat, & omnis æquitas exclamat, vt
16 à mora & multo magis, à periurio, & pæna excuſetur, *in terminis ritus incertus author. tract. de præſent inſtru. ad formam rit. limit. 11. ad fin. quod inter cætera comprobatur ex traditis per Alex. in conſ. 92. perſpectis, col. 6. verſ. per hoc bene facit glo. lib. 1.* &
17 quod impoſſibilitas excuſet, à periurio, *eſt tex. in cap. breui, de iure iuran. late doct. in l. quod te, vbi Rip. num. 38. & 55. ff. ſi cert. pet. Iacob. Menoch. d. tract. cap. 220. num. 47. eſt tex. in l. ſed & ſi, ff. de vſur.*
18 Et ſi diceretur, quod in debitore quanti-
b tatis, difficultas non excuſat, à mora [b] *Bar. in d. l. quod te, num. 14. Iaſ. nu. 32. & Rip. nu. 52. cum adductis per Ant. Gabriel. comu. concluſ. in tit. de ſolutio. concluſ. 9. nu. 24.*
19 Reſpondetur, quod non de difficultate, ſed de impoſſibilitate, & impotentia agitur, & impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſi-*
20 *bilium, ff. de reg. iur. cum ibi not.* quæ impotentia ſoluendi excuſat à pœna, & periurio, *Bal. in cap. 1. §. porro, ſub num. 5. qua fuit prim. cau. beneſ. amitt. quem refert, & ſequitur Afflict. de iur. protomiſ. §. 2. ſub. num. 16. ver. facit illud, & habetur per doctores l. ſi quis maior, vbi late Cag. ſub nu. 186. & ſeq. & paſſim conſulentes repetunt.*
21 Poſtremo dicitur pro comprobatione principalis concluſionis, quod ritus diſpoſitio non habet locum contra furioſum, & prodigum, *ita in terminis tradit Bernard. Pand. d. tract. part. 2. concluſ. 19.*

Quatenus verò attinet ad ſecundam propoſitionem, breuiter reſpondetur, nequaquā potuiſſe agi aduerſus Illuſtriſſimum Principem pro reſciſſione dictorum contractuum etiam ciuiliter, ceſſante mora, vt ſupra; & minus criminaliter etiam ſi mora opus non eſſet, per vltimum fundamentum, & inſuper
22 Quoniam ceſſat periurium, ſuper quo ad agendum criminaliter ritus diſpoſitio fundatur, *Frecc. in d. tract. multis in locis, præſertim par. 11. q. 5. 7. 8 & 9. & latius par. 6. in princ.* vbi dicit, quod ritus inhæret criminalitati propter iuramentum, pœnam, & periurium.
23 At prodigus iuramento non obligatur, *vt habetur in d. l. is cui bonis, vbi ſupra Rip. num. 58. & eſt communis opinio, de qua late Franc. Cur. de comu. opin. opin. 183. & Alex. in cap. cum contingat, num. 132. de iure iur. & Emanuel Suarez in theſaur. recept. ſent. litera P. nu. 327.*
24 Etiā ſi interueniat curatoris authoritas, *ita in ſpecie Bal. in cap. pen. num. 3. de conſuet. Alex. in d. l. is cui bonis, nu. 27. & ibi Franc. Curt. in addit. ad eum*, & ratio eſt, quia cum prodigus careat voluntate, & iudicio, *vt habetur in d. l. furioſi, & docto.*
25 *vbi ſupra*, & in iuramento requirantur iudicium, veritas, & iuſtitia, *c. & ſi Chriſtus, de iure iur.* ceſſat iuramentū ceſſante volūtate, & inſuper quia iuramentū eſt quid ſpirituale, ligans animam, quo caſu non curatur de authoritate curatoris, *ita Bal. vbi ſupra.*

Igitur non poterit agi criminaliter via ritus, etiam ſtante mora, & facta prouiſione de curatore eidem Illuſtriſſimo Principi.

Ex quibus tollitur, quod adduci poſſet de regia diſpenſatione ad contrahendum, quia licet extaret deficiente iudicio non ſe extenderet ad iuramentum, tanquam ſpirituale;
26 non enim ſuperioris authoritas poteſt ſupplere defectum naturalem voluntatis, & prudentiæ, quæ immutabilia ſunt, *teſte Bal. in rub. num. 4. C. de rer. permut.*

Præterea, cum deficiat perſona legitima, cum qua iudicium fundandum eſſet, & Principalis carceratio, ac mora, vt ſupra comprobatum eſt; ſequitur quod neque etiam tractari poſſit de reſciſſione ciuiliter intentanda, cū adhuc non fuerit purificata conditio, ſub qua contractus reſcindi poſſet, nēpe mora in ſolutione tertiarum, vt viſum eſt.

Inſuper etiam quod adeſſet mora, & temporis lapſus: huic interdicto bonis, cum
27 competunt omnia priuilegia minoribus cōceſſa à iure, vt ſupra comprobatum eſt, *ex theorica Bal. in l. qui neque, ad fin. ff. de reb. cor. Alex. & Iacob. de Sancto Georg. in l. ſi curatorē habens, C. de in inte. reſt. min. Alex. & Iaſ. in l. imperatoris, ff. de re iud. Anto. Gomez de contract. cap. 14. num. 30. & nouiter Bologn. in rub. ff. ſi cert. pet. nu. 6.* immo
28 prodigo, tēpus nō currit; licet minori, ſecus, *Alex. poſt alios d. l. ſi curatorem, ſub num. 4. verſ. & quod prodigus* eſſet ſuccurrendum
29 per remediū reſtitutionis in integrum, cum & illud minoribus aduerſus temporis lapſū, & moram cōpetat, & eo ipſo dicerentur læſi, quo tempus lapſum eſt, *late Gram. deciſ. 52. per totam, & maxime in propoſito ad fin. Afflict. deciſ. 370. num. 5.*

Immo etiam ſi efficaciter eſſet obligatus iuramento illuſtriſſimus Princeps, etiam ſi fuiſſet in mora, & eius perſona cum curato-
30 ris datione eſſet legitimata; cum non ſoluere, & promiſſa non adimplere ſit delictum in omittēdo, vt de ſe patet, & *poſt modernos*

Pap. in l. si quis maior, *C. de transf. Cagnol. sub nu* 11. *verf. & quanta*, non teneretur
31 de periurio, quia licet prodigus obligetur ex delicto, *vt tradunt in d. l. is cui, Cagnol. in d. l. furiosi, num.* 13 *ff. de reg. iur. & de communi postea Clar. in pract. crim. q.* 60. *verf.*
32 *vlterius quero*, non tamen obligatur ex delicto in omittendo, *ita Ias. in d. l. is cui, nu.* 16. *verf. limita, post Angel. in d. §. adeo, l. fulcinius, Tiraquel. de pan. cau.* 44. *nu.* 46. *qui alios allegat, & de communi attestatur.*

Et est *tex. in d. l. fulcinius, §. adeo, iuncto*
33 *verf. seq.* vbi habetur quod minores, & prodigi licet latitent, & sint contumaces in comparendo, non patiuntur bonorum ven-
34 ditionem, licet contumacia delictum sit, *Bar. in l. minor etiam, ff. de mir. l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re mil. glo. in l.* 1. *§. fin. vbi Alex. nu.* 17. *& Ias. nu.* 39. *ff. si quis ius dic. non obtemp. Menoch. d. tract. ca.* 153. *n.* 1.

35 Et ex ratione in *tex. alleg. ibi, quia suus non est, iunct. glos. ibi, in versic. suus*, volens, quod plenum iudicium requiratur in delicto in omittendo *vt versicul. idem*, volens, quod qui indiget alieno auxilio in rebus suis administrandis, non dicatur latitare; & est ratio, quia non dicitur delinquere, & esse in dolo, qui non satisfacit, ex quo de suis bonis non potest libere disponere, & est ratio ad sensum patens.

Immò et si mero iure ex delicto in omit-
36 tendo obligaretur prodigus, haberet restitutionem in integrum aduersus dolum, & delictum in omittendo de praeterito *facit glo. in l. si mora, ff. solut. mat. post Tiraquel. late de panis, cau.* 44. *num.* 24. *& seq.* & in terminis, quod restituatur aduersus delictum in omittendo *tenet Tiraq. d. cauf.* 44. *num.* 43. *qui alios allegat, vt Bart. in l. auxilium, ff. de minor. Afflict. d. decis.* 370. *sub nu.* 5. *verf. & posito, & faciunt late tradita decis. Pedem.* 71. *num.* 37. *& seq.*

37 Nec per authoritatem superioris, & curatoris prodigo tollitur beneficium restitutionis in integrum, *Alex. d. l. si curatorem, sub num.* 4. Quod remedium nunquam censetur sublatum, nisi expraesse actum sit, *Dec. d. cons.* 556. *ad finem*, minusque Principis dispensatio, *ad tradita per Dec. cons.* 403. *quã uis, in* 3. *dubio.*

Concludo itaque ex praedictis, quod absq; haesitatione instrumenta censualia praedicta neque criminaliter, neque ciuiliter possint rescindi.

Camillus de Medicin

a ADDITIO. Vide in hac materia *decis. D. de Franch. postea aditam in* 4. *vol. sub nu.* 672.
b Vide *D. de Franch. decis.* 624. *nu.* 3. *&* 4.

SVMMARIVM.

1 *AVia materna succedit nepoti simulcum fratre defuncti, ex dispositione auth. defuncto, C. ad Tertull.*
2 *Clausula codicillaris operatur, vt venientes ab intestato censeantur rogati restituere scripto haeredi.*
3 *Haeres adiens haereditatem ex testamento eligendo viam directam, non potest ex eadem scriptura variare ad obliquam, habendo haereditatem, vt ex codicillis, & num.* 34. 35. 36. 38. *&* 43.
4 *Clausula codicillaris in materia tex. in l. fin. C. de codicill. idem operatur, si concipiatur (si non valet iure testamenti, vel codicillorum) vel si concepta fuerit, si non valet iure testamenti, &c. de communi.*
5 *Variatio d. l. fin. C. de codicill. permittitur ascendentibus, & descendentibus tm, non in transuersalibus, de communi sententia.*
6 *Electio haeredis adeundi ex testamento tollit sibi facultatem adeundi ex codicillis, cum sint iura contraria, in quibus per electionẽ vnius aliud perimitur; quinimmo ante electionem nullum ius competit, quia ipsorum vnum est producibile num.* 13. *&* 14. *etiam in foemina num.* 16.
7 *Electione vnius ex actionibus contrarijs, in electione alterius praeiudicat, & num.* 15. *&* 46. 47. *&* 48.
8 *Electiones duas habens de se in aliqua Ecclesia, vnam faciendo, alteri renunciare censetur.*
9 *Electione vnius ex iuribus cõtrarijs censetur alteri renũciatũ, ne dũ in iuribus cõtrarijs origine, & effectu; sed effectu tm: & etiam in iuribus non contrarijs, sed diuersis ad idem tendentibus, & nu.* 10. *&* 11. *& nu.* 25. 26. *&* 28.
12 *Actio vna ex pluribus, quando eligenda, distinguitur inter certum, & incertum: & in incerto, inter incertum ex proprio errore, vel aduersarij.*
17 *Haeres eligendo viam testamenti nulli, ob praeteritionem filia, non potest variare ad viam codicillarem, etiam re integra ante acceptationẽ, & ratio assignatur, & n.* 18.
19 *Haeres facta electione, etiam per errorem iuris, non potest variare, & ratio redditur num.* 20. *&* 41.
21 *L. fin. C. de codicill. locum habet in tribus casibus.*
22 *Error facti probabilis non nocet, non tamẽ conseruat errantem ipso iure, sed ope restitutionis, num.* 23. *&* 31.
24 *Eligens viam omnino incompetentem quando*

do ad alteram redire possit, & num. 25. 26. & 27.

29 *Eligens causam testati, quando possit redire ad causam intestati, distinguitur inter volentem adire iure obliquo, & ex eadem scriptura, vel diuersa, & nu. 30. & 42.*

31 *Tex. in l. mater, in fin. ff. de inoff. testamen. declaratur.*

32 *Reus potest opponere plures exceptiones, etiā contrarias, & num. 44.*

33 *Reus, qui semel opposuit exceptionem testamenti nulli, poterit postea opponere vtilem exceptionem codicillorum contrariam, ex decis. Afflict. 134. qua tamen declaratur num. 43. in fine, & 51.*

37 *Exceptio rei iudicatæ non inducitur ex diuersitate causæ.*

39 *Electio vnius ex cōtrarijs parat in alio præiudicium propter contrarietatem, etiam si eligens vellet cedere liti, & denuò eligere.*

40 *Hæres institutus ex duplici testamento, & adiens ex posteriori inualido, quando primo valido censeatur renuntiasse, traditur verus sensus, l. Clodius, ff. de acquirend. hæred.*

43 *Preambulum non dicitur proprie iuditium, sed potius liquida probatio aditionis hæreditatis.*

49 *Ius semel peremptum, & extinctum amplius non reuiuiscit tam agendo, quam excipiēdo, & num. 50.*

51 *Testamentum præteritis ascendentibus, etiā si per eos non dicatur, est ipso iure nullum.*

53 *Testamentum præteritis ascendentibus est ipso iure nullum.*

54 *Testamentum peccat in forma, vbi sunt præteriti ascendentes, vel descendentes.*

55 *Emphiteuta non soluens canonem tempore congruo cadit à iure suo, ita tamen si Dominus voluerit.*

56 *Clausula codicillaris non operatur in testamento nullo propter præteritionem.*

57 *Mater, & auia excluduntur à successione bonorum obuentorum ex linea patris.*

58 *Eligens ius incompetens per errorem facti, potest redire ad ius competens.*

59 *Errare in facto quis dicatur.*

60 *Intellectus ad l. Clodius, ff. de acquirend. hæred.*

61 *Dolus per quam libet causam excluditur, etiam iniustam; qua tamen probanda est.*

62 *Magnatum mos quid sit.*

63 *Eligens ius incompetens quādo redire possit ad competens.*

64 *Ignorantia supina pro scientia habetur.*

65 *Scientia ibi maior præsumitur, vbi maior est sanguinis coniunctio.*

66 *Scientia præsumitur ex nimia familiaritate.*

67 *Scientia præsumitur inter patrem, & filium.*

68 *Scientia præsumitur in facto notabili.*

69 *Tex. in l. fin. C. de codicillis procedit etiam si tentatum sit agere.*

Pro D. Felice Vrsina Columna cum Principe Hostiliani.

ARGVMENTVM.

DE adeunte hæreditatem ex testamento iure directo, quando possit variare, & petere hæreditatem iure obliquo, vt ex codicillis; ex eadem scriptura, vel ex alia; scienter, vel ignoranter; per errorem iuris, vel facti: quid in reo eligente, & an idem in electione extraiuditiali, & in genere: de electione vnius ex iuribus contrarijs, vel diuersis, quando per illam sit præclusus aditus ad alia; declarantur tex. in l. fin. C. de Codic. l. hæreditas, C. de petit. hæred. l. mater, ff. de inoff. testam. l. Clodius, ff. de acquir. hæred. & decisio Afflict. 143. & plura de nullitate testamēti ex causa præteritionis ascendentium.

CONSILIVM XXXX.



MARCVS Antonius Carrafa in eius testamento, clausulam solitam codicillarem continente, præterita Felice Vrsina eius auia materna, instituit hæredē Principem Hostiliani fratrem ex vtroq; parente; qui mediante præambulo Magnæ Curiæ, fuit declaratus hæres ex testamento dicti Marci Antonij, & tanquam talis hæres in Regia Camera in sui personam describēdas curauit functiones fiscales in hæreditate repertas, illasq; demum retrouendidit pretium recipiendo.

Felix Vrsina auia, stante nullitate testa-
2 menti, ob ipsius præteritionem, a quod clarum est; dicit medietatem hæreditatis dicti Marci Antonij ad se spectare ab intestato, vna cum fructibus, & alteram ad dictum
1 Principem fratrem, *ex dispositione auth. defuncto, C. ad Tertull.*

Princeps excipit, & si testamentum sit

 nullum

nullum ob præteritionem auiæ; quia in illo
2 adest clausula codicillaris, ex qua venientes ab intestato censentur grauati restituere hęreditatem, hæredi scripto, *ad not. in auth. ex causa, C. de lib. præter.* Fęlix auia illam tenetur restituere Principi hæredi scripto, retenta legitima tantum, quæ sibi debebitur.

Sed auia replicat Principem non posse iuuari clausula codicillari, & benè dicit. Nã
3 cum adiuerit hæreditatem ex testamento, eligendo viam directam; non potest ex eadẽ scriptura variare ad obliquam, habendo hęreditatem vt ex codicillis: cum vnius electione, alterius sibi aditum præcluserit, ca-
b sus est apertus *in l. fin. C. de codic.* b qui
4 *tex.* intelligitur siue in testamento sit clausula codicillaris, quod valeat iure testamenti, vel codicillorum, quo casu propriè cadit electio: siue sit vt si non valeat iure testamẽti, valeat iure codicillorum, *glo. ibi, in verſ. valere, communiter per Scribentes approbata,* & limitatio in illo *textu* tradita, variationem
5 permitti in agnatis, & cognatis, per lineam ascendentẽ vel descendentem; quod procedat in ascendentibus, & descendentibus, ex linea paterna, vel materna; non autem in transuersalibus, vt in præsenti *Scrib omnes in d. l. fin. affirmant, & de communi testatur Rom. in conſ. 125. in fin.*

Ratio illius legis est manifesta, quia hæc iura adeundi, ex testamento, vel ex codicillis, sunt contraria, cum per vnum reducitur hæreditas ad causam testati, per alterum ad
6 causam intestati; idcirco per electionem vnius, alterum perimitur, & ad illud tanquam renuntiatum amplius non datur regressus, *glo. ibi in verſ. præclusisse, Bar. Bal. cæterique in principio, ad idem in l. 1. C. de*
7 *fur.* vbi vnam ex actionibus contrarijs quis debet eligere, nec postea variat; sed electione sibi præiudicat: similiter *in cap. vt quis*
8 *duas, de elect. in 6.* habens duas electiones de se in aliqua Ecclesia, vnam debet eligere, & per vnius electionem, alteri renunciat, *dicit glo. ibi in verſ. renunciare*, quia actiones sunt contrariæ, *allegando l. 1. C. de furt. & l. fin. C. de codicill. concordat cap. si quis sacerdotum, iuncta glo. in verſ. cogatur, 81. distinct.* vt per electionem, vel renunciationem intelligatur alteri renunciatum.

Hæcenim regula vt per electionem vnius, ex iuribus contrarijs, alteri sit renunciatum;
9 procedit non solum in iuribus contrarijs in origine, & effectu, vt sunt iura testamenti, & & codicillorum, quæ sunt contraria in origi ne, quia simul non nascuntur, vt infra; & in effectu, quia vnum reddit hæreditatem ad ad causam testati, alterum ad causam intestati, *Salic. in l. 1. post num. 12. C. de furt.*
10 & in iuribus contrarijs non in origine, sed effectu, *vt in d. l. 1. C. de fur.* vbi actiones mandati, & furti ob factum serui, & si non sint contrariæ in origine, quia simul nascuntur; sunt tamen contrariæ in effectu, quia eligens dominus actionem mandati, approbat factum serui; eligens vero actionem fur-
11 ti, improbat *Salic. ibi num. 31.* verum etiam in iuribus non contrarijs, sed diuersis ad idẽ tendentibus, quia vnum debet eligi, & vnius electione, ad alterum non datur regressus *l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de trib. act. & l. cum filius, §. varijs, de leg. 2. Salic. in d. l.*
12 *1. num. 8. C. de furt.* quando enim quis est certus, quæ actio competat, vnam eligere debet: si incertus aut per iuris imperitiam, & eligere debet, quia peritiores debet consulere; aut per errorem facti, & si est proprium, intolerabilis est ignorantia; si est error facti aduersarij, & non tenetur *l. 1. §. quod autem, ff. quorum leg. glo. sic distinguit, in d c. vt qui duas in verſ. eligere, de elect. in 6*

Quinimo *in d. l. fin.* adeo iura testamenti, & codicillorum sunt contraria in origine,
13 & in effectu; vt ante electionem nullum ius competat eligenti, quia nullum erat in esse productum, sed ipsorum alterum erat in esse
14 producibile: vtrumq; enim non põt produci, propter contrarietatem, & incompatibilitatem, cum illorum productio oriatur à voluntate hæredis ex præcepto testatoris, qui illi dedit electionem, an vellet vt valeret iure testamenti, vel iure codicillorum. Cum ergo hæres eligit vnum, statim illud producit in esse; & alterum postea illi contrarium, ac oppositum priuatiue non potest in esse producere, quia priuatus est potestate per productionem in esse; ideo incompetenti electo qui per electionem fit competens, sibi præ-
15 iudicat in alio semper incompetente, ad quod non datur regressus *Salic. hãc theoricã tradit in d. l. 1. post num. 12. C. de furt.* ex qua infertur, quod dum Princeps elegit viam incompetentem testamenti nulli, ad viam cõpetentem codicillorum ab initio, sed factam omni tempore incompetentem per electionem; amplius non habet regressum, *Rom.*
16 *videndus* idem concludit, in fortiori casu .f. in muliere eligente, *in alleg. conſ. 125. per totum,* qui vltra rationem iurium cõtrariorum, vt per electionem vnius, alteri sit renunciatum; considerat facta electione ab hærede testamenti nulli (& loquitur in nullitate testamenti ob præteritionem filiæ) quæsitum esse ius successoribus ab intesta-
17 to, in quorum præiudicium non potest variare ad viam codicillarem *ex l. fin. ff. de pact.*

pact. & l. si post mortem, §. fin. de bonor. poss. contratab. Et ego augendo rationem *Rom.*
addo, vt facta electione ab hærede viæ dire-
ctæ testamenti; taliter renunciauerit viæ
18 codicillari, vt etiam re integra ante acce-
ptationem non posset hanc renunciationem
reuocare, quia statim ad successores ab in-
testato incepit pertinere *l. 1. §. quod semel,*
ff. de suce. edict. Tiraquel. de iur. primog. q.
28. & de retrat. legna. in fi. 8. quast. ergo in
eorum præiudicium variatio denegatur.

Insuper dispositio *d. l. fin.* procedit, non
solum in hærede scienter eligente viam te-
stamenti nulli; sed etiam in eligente per er-
19 rorem iuris, credens testamentum esse vali-
dum; quia paria sunt scire, vel scire debere;
20 & error iuris non prodest in lucro captando
l. iuris ignorantia, ff. de iur. & fact. ignoran-
tia, communiter Scrib. in d. l. fin. sic volunt
Bal. nu. 26. Angel. nu. 6. Paul. nu. 5. Alex.
col. 3. in glo. in vers. valere, Bar. in l. clodius,
nu. 1. ff de acquir. hared. Rom. in d. cons. 125.
col. 1. Imo Salic. in d. l. fin. post nu. 7. & ibi
21 *Bald. num. 2.* dixerunt dictam legem locum
habere in tribus casibus, quando quis eligit
scienter; quando eligit, & errat in iure; &
qñ errat in facto, & supine; secus si probabi-
22 liter, quia probabilis error facti, non nocet,
l. mater decedens, in fin. ff. de inoff. testamen.
23 & quando electio contingit per errorem
facti, & si non noceat; non tamen ipso iure,
sed per restitutionem, *voluit Bar. in d. l. fin.*
num. 4. quod Salic. ibi reliquit cogitandum.

Et sic facta electione vnius ex remedijs
contrarijs, siue sit facta scienter, siue per iu-
ris errorem; semper alteri est renuntiatum.
Vndè Princeps vel scienter adiuit, eligendo
viam testamenti; vel per iuris errorem: &
vtroq; casu, quia remedio codicillorũ renun-
tiauit, ad illud amplius redire non poterit.
Et ex his, omnia cõtraria funditus tollũtur.

Non obstant *l. eum qui, & l. contra maio-*
24 *res, C. de inoff. testam.* in quibus statuitur,
succumbentem in quærela inofficiosi testa-
menti posse mouere quæstionem falsi, & cõ-
25 tra. Nam ibi quis elegit viam omnino in-
competentem, quia vnum ius tantum com-
petebat; quo fit non posse considerari ele-
ctionem, quæ inter plura cadit, *l. eum illud,*
aut illud, ff. quando dies leg. ced. & etiam
quia inofficiosum, & falsum testamentum,
quamuis sint iura contratia in origine; quia
inofficiosum est aliquid, falsum vero nullum:
26 sunt tamen cõsonantia in effectu, quia vtrũq;
reducit rem ad causam intestati. nimirum
si electa via penitus incompetente, fit tran-
situs ad viam competentem. Sed in *d. l. fin.*
hæres elegerat viam testamenti competen-
27 tem, licet inutiliter, cum potuisset eligere
viam codicillorum vtiliter competentem;
28 & illa iura testamenti, & codicillorum sunt
contraria in origine, & in effectu, vt supra.
Proinde electa via testamenti competente
inutiliter non datur regressus ad viam con-
trariam vtiliter competentem codicillo-
rum, *Salic. in d. l. 1. nu. 12. C. de furt.*

Secundo, non refragatur *tex. in d. l. si hæ-*
reditas, C. de pet. har. vbi electa causa te-
stamenti nõ prohibetur deueniri ad causam
intestati; quia distinguendo veritas elucescit,
29 si. n. petij hereditatẽ iure directo, ex testamẽ-
to, & succubui; si ab intestato illam petere
volo iure directo, & possum *d. l. hæreditas, l.*
mater, ff de inoff. testa. & l. legitimam, ff. de
pet. har. sin autem volo iure obliquo, quasi
ex codicillis, & tunc vel ex diuersa scriptu-
ra, & dispositione, & possum *l. aurelius, §.*
30 *fin. ff. de lib. leg.* vel ex eadem scriptura, &
non possum, *& procedit d. l. fin. ita glo. ibi*
in vers. praclusisse distinguit, quam Salic. nu.
7. & communiter Scrib. sequitur Bar. sing. d.
l. Clodius, ff de acqui. hared. & ibi Cum. n. 4.

Tertio nõ facit *l. mater in fi. ff. de inoff. test.*
quæ vult patronũ agnoscentẽ falsa opinione
legatũ liberti; nõ per hoc repudiasse bonorũ
possessionem cõtra tabulas, respectu quartæ
sibi debitæ. [Quia] *sm glo. ibi in vers. cõpetere, et*
Bar. post n. 4. patronus probabiliter errauit
in facto, ignorans legatũ fuisse ademptum in
codicillis, secus si errasset in iure, *allegando*
l. si patronus, ff. si quid in fraud. patro.

Postremo si diceretur *textum in d. l. fin.*
habere locum in actore, quia hæres qui ha-
bebat vtramque viam testamenti, & codicil-
lorum, egerat contra possessores bonorum
31 ex testamento; qui si succubuerit, quia testa-
mentum nullum, non poterit vti remedio
codicillorum: secus autem in reo, vt nunc est
Princeps Hostiliani, cui lex permittit plures
posse proponere exceptiones etiam contra-
rias *l. nemo, ff. de except. & in cap. nullus*
plurib. de reg. iur. in 6. ea ratione, quia fa-
uorabilior est reus, quam actor *l. fauorabi-*
liores, ff. de reg. iur. Salic. in d. l. 1. num. 7.
C. de furt. & in terminis *d. l. fin.* vt reus, qui
semel opposuit exceptionem testamenti
nulli, potuerit postea opponere vtilem exce-
33 ptionem contrariam codicillorum, *Afflict.*
refert Sacrum Consil. sic iudicasse in dec. 134
34 Respondetur *in d. l. fin.* casum ita conti-
gisse, hæredem scilicet eligentẽ viam testa-
menti egisse contra possessores bonorum, &
non fuit vis, quod in iudicio hæres tanquam
actor elegerit viam testamenti, ex hoc re-
nuntiasse iuri codicilorum: sed vis fuit ratio
generalis ibi tradita, vt eligens vnum ius
con-

contrarium, in altero sibi aditum præclusе-
rit; quæ ratio generalis restringens, & am-
plians dictum *l. eum pater, §. dulcissimis, de
leg. 2.* militat, siue hæres elegerit viam testa-
menti in iudicio, vel extra iudicium; cum id
opereter ratio contrariorum, per ea quæ su-
perius dicta sunt: ad quod probandum, *Bar.*
36 *in d. l fin. in princ.* dicit, quod non potest
quis petere hæreditatem, vt ex testamento,
& vt ex codicillis, quia istæ viæ electione
tolluntur; & postea tollendo oppositionem,
37 quod diuersa causa non patit exceptionem
rei iudicatæ. Respondet in his remedijs con-
trarijs non obstare exceptionem rei iudica-
38 tæ, sed contrarietatis: clare sentiens, non
fieri vim si electio iuris contrarij sit facta
in iudicio; sed quocunque loco, & qualiter-
cumque sit facta, vel in iudicio vel extra, ra-
tione contrarietatis alteri sit renunciatum.
clarius Bald. ibi nu. 3. tradit, quod ibi non
præiudicat sententia, sed electio, & hoc facit
ratio contrariorum: imo quod etiam ante
sententiam est ei præindicinm, adeoque si
vellet cedere liti, & denuo eligete nō posset.
39 igitur electio est illa, quæ parat præiudiciū,
quæ si fiat in iudicio, vel extra, sempet pro-
pter contrarietatem operatur ex vnius ele-
40 ctione, in altero aditum esse præclusum. Et
quod hæc sit pura veritas, *tex. in l. clodius,
ff. de acqu. har.* id clarissime decidit, ibi enim
idem hæres fuerat institutus ab eodem ex
duplici testamēto, ex primo valido, & ex po-
sterinre innalido, adiuit hæres ex posteriore
inualido; fuerit dubitatum, si primo valido
videtur tenuntiasse *Papin. sic, Paul. non*
cuius opinio prævaluit, *Bar. ibi* iniquit *Paul.*
bene dixisse, si tamen intelligimus hæredem
errasse in facto, *d. l. mater, ff. de inoff. test.*
sed si ponimus errasse in iure, est dubium;
41 tamen subdit, quod glo. distinxit, quando
errans in iure sibi præiudicet, aut tractatur
de perdendo debito, aut de perdendo lucro;
licet alij velint an potuerit consulere peri-
tiores, vel non, *l. in bonorum, ff. de bon. poss.*
ipse autem residet, an pet ignorantiam iuris
quis petdat lucrum, & tunc si illud perditur
voluntate, hoc est repudiatione præsumpta,
& vno casu perditur .s. quādo quis extraneus
vult vti contrarijs modis ex eadem scriptu-
ra, vt si primo petij, vt ex testamento, nunc
ex codicillis, vel contra, *allegando d. l. fin.
C. de codic.* sed si ex diuersis scripturis, vel
dispositionibus, non induceretur repudiatio,
l. legitimam, ff. de petit. hared. Quamobrem
*secundum dictam l. Clodius, iuncta Bart.
theorica,* vis est in electione, quæ oritur ex
42 aditione, quod adiens hæreditatem ex vna
via contraria, altera sit priuatus quando illæ
oriuntur ex eadem scriptura, *vt in d. l. fin.*
secus tamen si ex diuersis scripturis, & di-
spositionibus, *vt in d. l. Clodius, idem con-
cludit Rom. in alleg. cons.* 125. vbi tegulam
43 generalem ponit, quod eligens viam testa-
menti non variat ad codicillarem, *& magis
in specie legatur, add. ad Bart. in auth. ex
causa, col. fin. litera E. C. de lib. praterit.* per
hæc verba, quod institutus, qui elegit viam
testamenti, adeundo sit priuatus via fideicō-
missi, *& alleg. d. l. fin. C. de codic.*

Inde etiam non obstat penitus *allegata
decisio Afflict.* 134. nam in illo casu semper
fuit reus, qui prius opposuerat exceptionem
testamenti nulli, & postea exceptionem co-
dicillorum; & fuit permissum, quia reus po-
44 test proponere plures exceptiones contra-
rias: at in præsenti, Princeps Hostiliani an-
tequam esset reus, fuit prius actot in Magna
Curia, dum mediante præambulo fecit se
declarare hæredem Marci Antonij ex testa-
mento; & licet hoc non sit verè iudicinm,
quod ex iudice, actore, & reo constat, sed
45 sit potius liquida probatio aditionis hære-
ditatis ex testamento: tamen cum postea
in Camera obtinuerit functiones fiscales in
hæreditate Marci Antonij repertas, in eius
personam tamquam hæredem ex testamen-
to describi, actor fuit in iuditio; cum illud
vltra ipsum actorem, habuit iudicem, & fi-
scum reum. proinde si tamquam actor elegit
viam testamenti, iam renuntiauit remedio
contrario codicillari, *ex d. l. fin.* Quinimmo
& plus esto millies, Principem nunquam vt
actorem in iudicio egisse viam testamenti
eligendo; sat est, vt antequam fuerit con-
uentus, extra iudicium adiuerit hæreditatem
eligendo viam testamenti; quia statim ex
illa aditione, & electione renunciauit iuri
contrario codicillorum, vt supra: idq; iuris
necessitate facere tenebatur, quia habens
46 duo iura contraria, vnum eligete debet, &
facta vnius electione, ad alterum non vatiat,
*d. l. 1. C. de furt. & l. quod in haredem, §.
eligere, ff. de tribu. actio. And. in cap. 1. num.
11. de contin. inter Dom. & fid.* & si ex ele-
ctione vnius iuris cōtrarij alterum repudia-
47 tur, imo perimitur *secundum Baldum in
d. l. fin. in princ.* ius semel renunciatum, &
extinctum nullo modo potest proponi: tum
48 quia remittentibus actiones suas non datur
regressus, *l. quaritur, §. si venditor, ff. de
adil. edict.* tum etiam quia ius peremptum,
& extinctum amplius non teuiuiscit, *l. quod
49 res, §. aream ff. de solut.* idq: procedet, tam
agendo, quam excipiendo, *l. amplius non pe-
titum, ibi Bart. post num. 3. ff. rem rat. hab.*
50 Quare si Princeps pet multos annos, ante-
quam

quam fuisset conuentus, adeundo hæreditatem Marci Antonij ex testamento; renunciauit remedio codicillorum: nunc conuentus per Fęlicem Vrsinam, illo iam renunciato, & extincto excipiendo iuuari non p.te-
51 rit, cum casus *decisionis Afflict.* multum à præsenti distet. Ideoque medietatem hæreditatis Marci Antonij ab intestato cum fructibus spectare ad Fęlicem auiam, decernendum fore iuris esse censeo.

52 ADDO, sicut testamentum præteritis descendentibus, est ipso iure nullum; etiam si per eos non dicatur nullum, *vt post Ias. Dec. & alios, tradit Vinc de Anna alleg. 19. num. 2. & late Rym. iunior in l. posthumo. num 547 & seq. de bonor. possess contrat. & communem, dicit Emanuel Suarez. recept. sent. vers. præteritio num. 233. & Iul. Clar. § 3. §. testamentū, q. 43. vers successiue quaero Vasquez de success, creat. lib. 1. § num. 109. fol 665 & nouissi. Galli in tract de test. nunc adito nu. 352. vers. ad contrarium pag. 385.*
53 ita è contra testamentum præteritis ascendentibus est ipso iure nullum *§. sancimus, auth. vt cum de app. cog Bar. in l filio præterito, num. 21. de iniust. rup. testa. Boer. in dec. 96. Alua. Valas. in conclus. 61. num. 2. fol. mihi 100. Ioseph. Gonsalos var. quæst. lib. 2. cap. 10 nu. 5 pag. 156.*

Et ratio est solidissima, nam forma fuit tradita à lege vt descendens, vel ascendens hæres instituatur, vel exhæredetur; & ob id
54 si fuerint præteriti quia testamentum peccat in forma, est ipso iure nullum, *Ias. in d. l. posthumo nu. 25. vers. sed respondeo,* dicens non solum esse ipso iure nullum ob filij fauorem, sed etiam in odium disponentis, non seruantis formam à lege traditam: idemque dicitur in testamento, in quo est præteritus ascendens ex linea materna, quod defectus sit in substantialibus, *tradit in specie Bar. in dicta l. filio præterito, num. 21.*
55 Et ex his tollitur illud dictum de emphiteota non soluente canonem tempore congruo, quod cadat à iure suo, intelligi si dominus directus voluerit *glo. in l. 2, si ager vectig.* nam id non fuit traditum pro forma, sicut fuit traditum pro forma, vt descendens instituatur hęres, vel exhæredetur; qui si sunt præteriti, tum quia forma non fuit seruata, tum et quia ob fauorem ipsorum, & in odiū disponentium, qui non seruauerunt formam à lege traditam, testamentum est ipso iure nullum *ita Ias. in d. l. posthumo, nu. 24.*
56 *& 25. C de contrat.* & adeo testamentum ob præteritionem est nullum, quod ipsa scriptura est nulla; nec illa conualidatur per clausulam codicillarem, quando militaret prout in præsenti nō militat; quia per claus. codicillarem, sunt tantum grauati venientes ab intestato restituere hæreditatem hæredi scripto, sed non ex hoc saluatur scriptura testamenti, *ita Zucc. videndus in d. l. posthumo, num 80. alias 107. C. de contrat. quem sequitur Anna in d. alleg. 19. num. 11.* igitur clara, & cōmunis est conclusio testamentum Marci Antonij ob præteritionem Fęlicis auię maternę, ipso iure fuisse nullum, etiam quod à principio Fælix auia non dixisset nullum.

Non obstat, quod ex aduerso dicitur Principem qui adiuit hæreditatem ex testamento dicti Marci Antonij ipso iure nullo, vt supra, errasse in facto; quia credidit matrimonium inter eius parentes, fuisse contractum secundum morem Capuanæ, & Nidi, secun-
57 dum quem mater, & auia materna excluduntur à successione bonorum obuentorum ex linea patris, *Afflict. in decis. 237.* Ideoq; motus Princeps hac credulitate adiuit hæreditatem ex testamento Marci Antonij; q fuisset validum, si matrimonium parentum fuisset contractum secundum dictum morem Capuanæ, & Nidi, quia Fęlix auia exclusa, & si præterita, nihil potuisset prætendere; &
58 quando quis eligit ius incompetens per errorem facti, potest redire ad ius competens, *ex l. mater in fine, ff. de inoff. testam.* idque non ipso iure, sed per restitutionem in integrum. *dicit Bart. in d. l. fin. num. 4. C. de codicill.*

Respondetur hoc motiuum esse sine fundamento, & proinde illud tollitur tribus modis.
59 Primo, ad hoc enim, vt quis dicatur errare in facto, requiritur, quod sit factum, sed illud ignoretur, *l. 1. ff. de iur. & facti ignor.* & in terminis *d. l. fin. de cod. quando Bart. & cæteri scrib.* ibi dicunt, quod eligens ius incompetens per errorem facti, potest redire ad ius competens, allegant dictam *l. si mater in fine, de inoff. testam.* vbi apparet, quod si patronus falsa opinione agnouit legatum ex testamento, quod in codicillis fuit ademptum; non per hoc, quod agnouit ex testamento, ignorans codicillos; renunciauit iuri quartę *secundum Bar. ibi n. 4.* quia errauit in facto, ignorans legatum ademptum in codicillis; secus si in iure errasset, *dicit ibi glo. allegando tex. in l. si patronus, ff. si quid in frau. pat.* quo casu, quia patronus errauit in facto, ignorans legatum ademptum in codicillis; non obstante, quod illud agnouit ex testamento, non renunciauit iuri quartæ; & sic per electionem iuris incompetentis patronus

Digitized by Google

tronus redit ad ius competens, quia electio fuit per errorem facti, quod factum aderat, sed patronus ignorabat.

60 Item Scribentes ponunt exemplum *d. l. Clodius, de acquir. hæred.* vbi idem institutus erat in primo testamento valido, & in secũdo inualido; si adiuit ex secundo ignorans primum validum, potest ex primo valido iterum adire; quia *secundum Bart. & alios* hæres errauit in facto, ignorando primum testamentum validum, adeoquod factum aderat, sed ignorabatur.

At in præsenti allegare, quod Princeps credidit matrimonium parentum fuisse contractum secundum morem Capuanæ, & Nidi; quod non est, quia fuit contractum secũdum morem magnatum: non potest dici error facti, quia illud non est, sed est potius quædam fatua credulitas, quæ probanda es-

61 set; nam licet quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo, *l. igitur, de lib. causa, cum similibus*, tamen causa siue iusta, siue iniusta allegata est probanda; nec sufficeret illam allegare, prout nec sufficit allegare ignorantiam iuris, nam eadem est ratio, alias fere semper quis excusaretur cum quilibet possit allegare aliquam causam, *ita Corn. in cons. 280. col. 2. in ver. nec possunt lib. 4.*

Insuper fatua fuisset hæc credulitas, credere matrimonium horum magnatum, qui sunt ex primis huius regni, fuisse contractũ secundum morem Capuani, & Nidi, & non

62 secundum morem magnatum; postquam mos magnatum est quædam consuetudo, siue forma viuendi, inducta inter Barones Regni, imo ipsorum solita, & peculiaris forma contrahendi, *dixit Minad. in consil. in aliquibus, in 4 not n. 4. fo.* 128. Inde Princeps debuit credere veritatem, prout credidisse credendũ est matrimoniũ fuisse contractum secũdũ morẽ magnatũ, sm quẽ fuit cõtractũ; & non secundũ morẽ Capuanæ, & Nidi, sm quem non cõtrahunt magnates, sed priuati.

Secundo esto millies, quod hæc credulitas esset error facti, prout non est; non esset error facti iusti, vel probabilis, sed supini, & in terminis *dicta l. fin. C. de cod.* eli-

63 gens ius incompetens per errorem facti, tunc potest redire ad ius competens, quando error est iustus, *tradit ibi Bar. nu. 4.* vel error facti probabilis *Bal. ibi col. 2. vers. si autem, Ias. num. 1. vers. 2. limita Salic. nu. 7. Iacob. n.* 15. & tunc succurritur, non ipso iure, sed remedio restitutionis in integrum, *dicit ibi Bar.* secus autem quando contingit error in facto supino; prout esset istud, de quo agitur: quia sicut eligens per iuris errorem ius incompetens, non variat ad ius cõpetens; sic etiam eligens per errorem facti supini, *ita Bal. in d. l. fin. 2. col. vers. vnde lex nostra, & Salic. num. 7. decidunt*; etenim supina, vel multum fatua ignorantia, pro scientia habetur *vt post Bal. Rom. & alios Bursat. cons.* 118. *num.* 13. *vol.* 1.

Tertio matrimonium parentum fuisse contractum secundum morem magnatum, & non secundum morem Capuanæ, & Nidi, fuit factum patris, & matris, cuius Princeps, & Marcus Antonius filij non præsumuntur habere ignorantiã; ex regula iuris quod coniunctus præsumitur scire facta coniuncti, &

65 vbi maior est coniunctio, ibi maior scientiæ præsumptio oritur, *leg. Octaui, ff. vnde cog.*

66 *& cap. quosdam, de præsumpt.* & hoc maxime procedit, vbi familiariter simul habitassent *Alex. cons.* 213. *col. penul. vol.* 2. *Ancar.*

67 171. *col.* 2. *Aym.* 151. *num.* 24. & in filio, & patre simul habitantibus, quod præsumatur scientia gestorum ab altero, *Socc.* 264. *col.* 5. *in fine, lib.* 2. *quem sequitur Roland. cons.* 19. *num.* 40. *lib.* 1. Pater enim, & filius vna eademque persona censetur *l. fin. de impub. & alijs subflit.* proterea factum alterius, factum proprium censetur, cuius scientia præsumitur *l fin. ff. pro suo Bal. in l. post diuisionem,* 4. *not. C. de iur. & fac. ign. Menoch. cons.* 91. *num.* 14. *lib.* 1. eoque magis scientia præsumitur, quando factum est notabile *Rolan. cons.* 19. *n.* 47. *lib.* 1. *Bursat.*

68 *d. cons.* 118. *& num.* 10. *in fine*, & quilibet scire præsumitur, quæ in domo sua geruntur *Aym. cons.* 271. *num.* 8. *vers.* 7. *vol.* 2. intantum quod Princeps sciuit matrimonium parentum fuisse contractum secundum morem magnatum, & contrarium nunc allegare est potius chimera aduocatorum.

Quare vel Princeps adiuit ex testamento nullo per iuris errorem credẽs esse validum, & non potest variare ad clausulam codicillarem; vel per errorem facti, & supini, & pariter non potest variare: & sic vtroque casu res est in tuto, ex cõmuni schola scribẽtium.

69 Maxime quia *tex. in l. fin.* procedit, non solum in agente iudicialiter ex testamento nullo; sed ẽt si tentauerit, vel proposuerit agere *glos. ibi in vers. ex more, & in vers. petierit*, quæ declarat petierit, idest proposuerit petere: vltra quod etiam si adiuerit extra iudicium, ex testamento nullo, quod non possit adire ex codicillis, quia remedia sunt contraria, & vno electo, aliud est extinctum, & peremptum. late probatum est in prioribus allegationibus.

Camillus de Medicis.

ADDITIO. De nullitate testamenti ex præteritio

a ritione auiæ maternæ in iſtamet cauſa latè poſtea ſcripſit *Conſ. de Anna alleg.* 130. 2. *lib.* vbi etiam tractat an legitima debita aſcendentibus ſit aucta ad inſtar legitimæ deſcendentium.

b Cuius *tex.* deciſionis rationes affert *Roman. conſ.* 125. amplians etiam in muliere, quæ errore iuris ducta ignoranter hoc admiſerit; vt non excuſetur, nec admittatur variatio etiam ante litis conteſtationem in ipſo litis exordio, *Boer. deciſ.* 33 *num.* 13. quin imo etiam ſi tentauerit vel propoſuerit agere, *vt poſt glo. in d. l. fin. notat ibi, Iaſ. nu.* 4. *& alij relati à Conſ. de Anna conſ.* 103. *nu.* 20. qui ſuper hac eadē cauſa adhuc non deciſa conſuluit.

Fabius Capitius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Auia præterita, teſtamentum eſt nullum.*
2 *Clauſula codicillaris cenſetur appoſita, etiam ſi in teſtamento non apponatur.*
3 *Eligens viam ex teſtamento non poteſt eligere viam ex clauſula codicillari.*
4 *Afflicti deciſio* 53. *quomodo procedat.*
5 *Tex. in l. fin. C. de codicillis, num procedat in reo.*
6 *Afflicti Deciſio* 134. *declaratur.*
7 *Iura contraria habens, vnum eligere debet, & facta electione non variat.*
8 *Ius peremptum, & extinctum amplius non reuiuiſcit.*
9 *Legitima matris eſt tertia totius.*
10 *Inclusio quando operatur diminutionem.*
11 *Legitima parētum eſt aucta, ſicut liberorū.*
12 *Legitima vnius filij eſt triens totius hæreditatis.*
13 *Aequiparatio debet eſſet in caſu, de quo quæritur.*
14 *Filius nil aliud conſequitur niſi legitimam in bonis patris, qui eam minus relinquit.*
15 *Veniens contra teſtamentum num ſit melioris conditionis eo, qui venit ex teſtamento?*
16 *Sententia lata contra maiorem in duplo numerum Doctorum reſcinditur ex l. 2. C. de reſcind. vend.*
17 *Deciſio de Franch.* 63. *quomodo procedat.*

Pro D. Don Philippo Columna, contra Principem Hoſtiliani.

ARGVMENTVM.

ELigens viam ex teſtamento quando poſſit eligere ex clauſula codicillari, declaratur deciſio Affli. 53. & 134. & de Franchis 63. legitima matris an ſit tertia tertiæ, vel tertia totius.

CONSILIVM XXXXI.



DON Marcus Antonius Carafa deceſſit ſuperſtitibus D. Aloyſio fratre, hærede inſtituto; & D. Fœlice auia materna præterita, cuius nomine Excellentiſs. Don Philippus Columna nūc Magnus Regni Comeſtabulus, petijt aſſignari ei portionem,
1 quæ magis de iure debetur: & quia præterita auia teſtamentum eſt nullum, *§. aliud quoque capitulum, & §. ſiue igitur, Auth. vt cum de appell. cognoſc. iuncto etiam tex. in l. nam & ſi parentibus, ff. de inoff. teſt.* res reducitur ad cauſam inteſtati; quo caſu fratre vno ſuperſtite, & auia, quæ matre non exiſtente, eius locum tenet, *glo. in authent. defuncto, C. ad Tertull.* Medietas eſt ipſius auiæ, quæ in virilem ſuccedit cum fratre, *Authent. defuncto, vbi omnes, C. ad Tertull.*

Et licet D. Princeps frater excipiat teſtamentum ſuſtineri per clauſulam codicillarem, cuius virtute intelliguntur hæredes ab inteſtato grauati reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, *l. ex teſtamento, C.*
2 *de fideicom. vbi glo. notab.* & clauſula prædicta cenſetur appoſita, etiam ſi in teſtamento non apponatur, *l. 3. ff. de milit. teſtam.*

Replicatio pro parte hæredum D. Fœlicis eſt prompta; fecit enim ſe declarare hæredē ex teſtamento, & ita in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum ſe immittere fecit, & immiſit; nō petendo bona de manibus D. Fœlicis, quæ pro medietate erat hæres ab inteſtato, vt dictum eſt, cum hoc importet fideicommiſſum ex clauſula codicillari, *vt ex alleg. tex. in l. ex teſtamento, cum ſua gloſ. C. de fideicom. elicitur, & ex tex. in l. non dubium, C. de legatis, iuncto tex. in l. 1. ff de leg. 1. & in l. 1. & 2. C. communia de legatis, l. 1. §. ſi hæres pereepto; & l. ille à quo, §. ſi de teſtamento; & §. tempeſtiuum, & l. nam quod, cum alijs penè infinitis, ff. ad Senatus*
3 *Conſul. trebell.* igitur præiudicauit ſibi Princeps, vt non non poſſit ſe tueri codicillorum appoſita clauſula, *tex. ad literam loquens in proprijs terminis in l. fin. C. de codicill.* ibi, aditum præcluſiſſe; & paulò poſt, aut certè mitti ſe in poſſeſſionem, ex more petierit, ſtatim inter ipſa iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanet: quod *glo. melius* de-

declarans in verbo praeclusisse, inquit, si verò directò primo peto ex testamento, & postea peto ex fideicommisso; propter idem testamentum ex eadem scriptura, & eiusdem testatoris, reducendo illud testamentum ad codicillos, non possum, siue testator non expresserit, vt pro codicillis valeret, siue expresserit, & in hoc concordã: *Bar. Bal. Paulus, & quoquot sunt Scribentes*, literis claris docentes *post glos.* etiam hoc casu eligentes ius sibi incõpetens, & succũbentes, non posse redire ad viã sibi ipsis cõpetentem, propter vnitates scripturę, in qua & testamẽtũ, & codicilli permanent; ex quorũ doctrina declaratur *tex. in l. mater decedens, & in l. contra maiores*, C. *de inoff. testam.* per quæ iura fuit decisum in Sac. Conſ. agentes ex testamento, quod iure non subsistebat, posse petere ab intestato hæreditatem; *vt refert Afflict.*

4 *decis.* 53. nam iura illa procedunt quando competens, & incompetens non prouenit ex eadem scriptura, prout in casu nostro, *ex doctrinis supra allegatis*.

5 Postremò si diceretur *tex. in d. l. fin.* habere locum in actore; quia hæres qui habebat vtramq; viam testamenti, & codicillorũ, egerat contra possessores bonorum ex testamento; quod si succubuerit, quia testamentum nullum, non poterit vti remedio codicillorum: quod secus erit in reo; vt nunc est Princeps Hostiliani, cui lex permittit plures posse proponere exceptiones etiam contrarias, *l. nemo, ff. de except. & in cap. nullus pluribus, de reg. iur. in 6.* ea ratione, quia fauorabilior est reus, quam actor *l fauorabiliores, ff de reg iu. Salt. in d. l. 1 n. 7. C. de fur.* & in terminis *d. l. fin.* quod reus, qui semel opposuit exceptionem testamenti nulli, poterit postea opponere vtilem exceptionem contrariam codicillorum, *Afflict. refert Sacrum Consilium sic iudicasse in decis.* 134.

6 Non obstat penitus *alleg. decis. Afflict.* 134. Nam in illo casu semper fuit reus, qui prius opposuerat exceptionem testamenti nulli, & postea exceptionem codicillorum; & fuit permissum, quia reus potest proponere plures exceptiones contrarias: at in præsenti Princeps Hostiliani, antequã esset reus, fuit prius actor in Magna Curia, dum mediante præambulo fecit se declarare hæredẽ Marci Antonij ex testamento. & licet hoc non sit vere iudicium, quod ex iudice, actore, & reo consistat, sed sit potius liquida probatio aditionis hæreditatis ex testamento; tamen cum postea in Camera obtinuerit functiones fiscales in hæreditate Marci Antonij repertas, in eius personam, tanquam hæredis ex testamento describi, actor fuit in iudicio, cum illud, vltra ipsum actorem habuit iudicem, & fiscum reum; proinde si tanquam actor elegit viam testamenti, iam renunciauit remedio contrario codicillari *ex d. l. fin.* Quinimo & plus, esto millies, quod Princeps numquam vt actor in iudicio egerit, viã testamenti eligẽdo; sat est, quod antequã fuerit conuentus extra iudicium adiuerit hæreditatem, eligendo viam testamentis quia statim ex illa aditione, & electione, renunciauit iuri contrario codicillorum, vt supra; idque iuris necessitate facere tenebatur, quia habens duo iura contraria, vnum

7 eligere debet, & facta vnius electione, ad aliud non variat *d. l. 1. C. de furt & l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de trib. actio. And. in c. 1. n. 11. de controuersia inuest.* & si ex electione vnius iuris contrarij, aliud repudiatur, immo perimitur *secundum Bal. in d. l. fin. in princip.* ius semel renunciatum, & extinctum nullo modo potest proponi, tum quia remittentibus actiones suas non datur. regressus *l. quæritur, §. si venditor, ff de adil. edict.* tum etiam quia ius peremptum, & ex-

8 tinctum amplius non reuiuiscit, *l. qui res, § aream, ff de solut.* idque procede ,tam agendo, quam excipiendo *l. amplius non peti, & ibi Bar. post num. 3. ff. rem ratam hab* Quare si Princeps per multos annos antequam fuisset conuentus, adeundo hæreditatem Marci Antonij ex testamento, renunciauit remedio codicillorum, nunc conuentus per Felicem Vrsinam illo iam renunciato, & extincto, excipiendo iuuari non poterit, cum casus *decis. Afflict.* multum à præsenti distet. Ideoque medietatem hæreditatis Marci Antonij ab intestato cum fructibus spectare ad Felicem auiam, decernendum fore.

9 Sed dato quod sustineatur eius testamẽtum ex clausula codicillari, petit legitimam; & dubitatur quanta esse debeat: & quod sit tertia totius his rationibus concluditur, iam quod authoritates pro hac opinione non deficiunt, sed triginta vnius Doctorum fulcitur consensu, quos sigillatim recenset *Conſ. Fab. de Anna conſ.* 130. & licet referat *Præs. de Franchis* contrarium fuisse iudicatum in *decis.* 63. tamen pro hac opinione non desunt aliæ decisiones S.C. vt refert *D. Regens de Ponte*, vt est videre in eius *conſ.* 68. vbi referuntur tres sententiæ latæ pro hac opinione, adeò quod, & Doctorum numero, *vt D. Fabius de Anna d. conſ.* 130. & sententiarum, & sic communis obseruantiæ stylo, *vt D. de Ponte sup. alleg. conſ.* frequentior est. Nec *decisio Præsidis* tangit articulum, vt aduertit *D. de Ponte*. deest solum addere rationes validas, & refellere contrarias; &

sen-

sententia erit certa pro hæredibus D. Felicis, si vt speratur sapientissimi iudicantes, & commun uni opinioni, & obseruantiæ, ac rationibus; quæ magis impellere solent iudicātes; animum applicabunt, quas breuiter attingam.

Et pro clara intelligentia præsupponitur, quod quando defunctus relinquit eos, qui habituri sunt legitimam, ab initio deducitur tertia, vel semis, diuidenda deinde inter ascēdentes, vel descendentes pro numero eorum §. 1. *in auth. de trient. & semiss.* ibi & triunciam diuidunt solum: & ibi, & si vnius est filij pater, vel mater, vt duorum, vel triū, &c. pro numero quidem eorum non superstitum solum, sed descendentium, *l. non pro numero, C. ad Orfic.* qui *tex.* est summè notandus, & vtrumq; differit, *D. Regens de Ponte, qui præter alios latè scribit sup. alleg. cons.* 68.

Item diuiditur triens, vel semis pro numero succedentium eodem iure, non iure diuerso. nam quemadmodum inter hos non verificatur ius accrescendi, quando alter ex his excluditur, *l. sed cum patruo, ff. de bonor. posess.* & auia diuerso iure succedit in bonis defuncti, quam succedunt fratres illius defuncti; si quidem illa contra testamentum, *§. aliud quoque capitulum, & §. siue igitur, authent. vt cum de appellat. cognos.* isti non nisi ab intestato, *l. fratres, C. de inoff. testam.* prout vtrumq; asserit *Bart. contraria sententiæ author in repet. l. pater filium, ff. de inoff. testam. vt benè perpendit eum Thesaurus dec.* 172. *& ante eum Præses de Franchis decis.* 63. ergo sicut frater hic defuncti .s. D. Aloysius si esset exclusus, in eius portione non successisset Fælix; ita eius portio non debet minui ex eo q fuit inclusus in successione

10 D. Aloysius cum non possit inclusio operari diminutionem, si exclusio non operatur augmentum, *l. si ex toto, ff. de leg.* 1 *l. fin. §. fin. ff. de leg.* 3. *l. eum qui, ff. de iure iur. cum concord. quas adducit glo. in d. l. si ex toto*, quæ patitur fluxum legum ad demonstrandum euidentiam huius regulæ.

Sed quando auia fuisset præterita, nō existente aliquo fratre; tertia totius hæreditatis esset legitima: ergo etiam illo existente, & succedente diuerso iure, minui non potest

11 legitimas sumptū non inficiatur, quia aucta est portio parentum, prout liberorum, *vt omnes communiter scribunt in authent. nouissima, teste Ias. ibi num.* 36. *quem refert D.*

12 *de Ponte d. cons.* 68. sed vnius filij portio, triens totius hæreditatis est, *§. 1. authent. de trient. & semiss. supra relato.* igitur, & vnius auiæ superstitis triens esse debet.

Et vt clarius ista ratio procedat, non potest verificari casus, vt in legitima concurrant auia, & fratres defuncti; quia ab intestato in tota hæreditate, non in legitima succedunt; ex testamento, & contra testamentum non possunt fratres habere legitimam *d l fratres*, etiam si haberent nō tertiam, sed quartam *vt est decis. S.C.* 204 igitur non militat obiectio; ab intestato auia non haberet tantam portionem, si succederet cum fratribus: ergo nec tunc tantam legitimam. hoc enim

13 argumentum non valet, quia æquiparatio debet esse in casu, de quo quæritur, non in alijs *l. fin. C de collat. l. in delictis, §. extraneus, ff. de noxal. action. & l. Titius, ff. de milit. testam.* Sed sic est quod in legitima nunquam concurrunt auia, & fratres defuncti: igitur licet per eos diminuatur portio totius hæreditatis, in qua concurrunt; non diminuitur portio legitimæ, in qua minime concurrunt: & hoc vltimum considerauit *Regens de Ponte num.* 17. qui expresse firmat in terminis casus nostri non considerari fratrem admissum ex testamento ibi, vel possent esse ipsi instituti, quod nihil esset respectu maternæ legitimæ: & hæc ratio firmat intentionem actoris retorquendo in contrarium rationem, quæ satis valida apparebat pro parte contraria.

Item dato, quod considerato casu successionis ab intestato (q negatur) diminueretur legitima auiæ per fratres defuncti; nō est cōtra iuris dispositionē, vt nunc auia, q̄ habet legitimam contra testamentū nepotis magis consequatur; & hoc deciditur *ex tex. in l. parentibus, C. de inoff. testam.* vbi quando

14 pater, vel is qui debet legitimam relinquere, illam reliquit, vel aliquid pro ea licet minus *l. omnimodo, C. inoff. testam.* quo casu excusatur si propter mortis turbationem vires sui patrimonij non rectè expēdit *l. hac consultissima, l. vt cum humana fragilitas, C. de testam.* filius, vel parens nihil aliud consequitur, nisi legitimam; vt quando prætereuntur in odium testantis totam hæreditatem consequntur annullato testamento in totum *§. 1. inst. de exhæred. liber.* nisi quoad legata, quæ substinentur. *authent. ex causa, C. de lib. præt.* & sic euanescit alia ratio per

15 *Bar.* adducta, q non pōt esse melioris cōditionis is q venit cōtra testamentū, eo qui ex testamento succedit, nā oppositū est probatum per supradicta: si quidem ex testamento quis contentus esse debet legitima; contra vero testamentum totam hæreditatem consequitur. & sic fundamentum quod tutissimum ex *Bartoli* opinione. & ex multorum placitis retulit *Thesaurus alleg. decis.* 172. iam euanescit, imo retorquetur in contrarium

rium per supradicta; nec mirari parum libet quomodo *Bart.* diuinum fere ingenium, & illius sequacium in hoc debilitatum fuerit.

Et *Thesaurus* qui casu quartu pro arduo ponit, ita quod non fuerit propter difficultatem decisus in senatu; & sunt termini casus nostri, vbi fuit vnus frater in vniuersum institutus;& mater,quę cadem est cum auia, quando hæc non præceditur in gradu ab illa *authent. defuncto, vbi glo. in verb. in gradu proximis, C. ad Senat. Conf. Tertull.* fuit inquam præterita, vt Donnæ Fælici contigit; & inquit vltimo loco referendo opinionem, quam defendimus, & quam *Thesaur.* sequi videtur,vt notatur *in l. qui filium, in §. sabinus, ff ad trebell.* & tãto magis si rationẽ supradictam aduertisset, maiorem partem Senator nũ hanc inclinasse; quæ maior pars computata in numero aliorum opinantium pro matre, seu auia, excedit in duplo numerum opinantium pro contraria parte, non solum pro dimidia: vnde si facta esset senten-
16 tia contra eum rescindenda veniret, ex capite læsionis, *iuxta l. 2. C. de rescind. vend.* ergo tanto magis re integra debet pro ea sententia proferri, *l. 1. C. quando liceat ab emptione disced.* Et licet *Thesaurus dicat in 4 casu*, alios præter institutum adfuisse fratres, non mutat terminos casus nostri; nã inquit alios præter vnum institutum, fuisse exclusos tanquam non vocatos in testamento; ergo ac si non fuissent in rerum natura, *l. si post mortem, §. si liberi, ff. de bonorum possess. contra tab, per quem tex, ita communiter teneri dixit D. de Ponte alleg. cons. num. 14.* Non
17 ommittendo aduertere, quod in *decis. 63.* non fuit hic articulus decisus, vt *D. de Ponte* considerat. Et ex supradicta consideratione apparet esse diuersum casum nostrum ab eo, in quo *Bart* receptam esse sententiam ex *Gabriellio refert Thesau. d. decis. 172. s.* cum parens vocatur vna cum fratribus à testatore; nam tunc seruatur eius voluntas, quia non delinquit in prætereundo testator: sed in casu nostro, quia deliquit prætereundo, debet præteritæ illa maior portio assignari, in odium delinquentis, quæ considerari posset, per supradicta.

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Mora inducitur per interpellationem legalem, scilicet lapsum diei, prout per hominis interpellationem.*

2 *Priuilegia stipulationis nouatæ transeunt in stipulationem nouantem, facta iurium reseruatione.*

3 *Taciturnitas inducit remissionem vsurarũ, & quod silentium requiratur.*

4 *Actus subsequuti demonstrant animum de præterito.*

5 *Mora remissa intelligitur per subsequentẽ stipulationem.*

6 *Stipulatio subsequens valida omnem morã præcedentem extinguit.*

7 *Creditor debet ire ad domum debitoris ad euitandam moram; fallit si sunt diuersi domicilij debitor & creditor, & num. 8. Item fallit si debitor, sit persona notabilis conditionis, & num 9.*

10 *Interpellatio facta procuratori debitoris inducit moram quando habebat mandatum soluendi, & recipiendi quietationem; alias secus.*

11 *Interpellatio cessionarij, vel hæredis creditoris non nocet, si non ostendatur instrumentum cessionis, vel hæreditatis.*

12 *Interpellatio facta tutori nõ nocet, si instrumentum crediti non ostendatur.*

Pro Marchione Vasti, & Duce Montis alti, cum Imperatis.

ARGVMENTVM.

Stipulatio subsequens valida extinguit moram præcedentem; & per silentium diuturnum inducitur remissio vsurarum; ad moram extinguendum, debitor cogitur ire ad domum creditoris, & offerre, quod declaratur duobus modis: & de interpellatione facta procuratori, vel tutori, quando noceat domino, vel pupillo.

CONSILIVM XXXXII.



Vt sciatur id, de quo dubitatur in hac causa Magn. de Imperato cum Illu. Marchione Vasti; scire oportet originem horum contractuum, quorum vigore Imperati prætendunt duc. 1320. deberi vna cum interesse ipsorum ob retardatam solutionem ex contractu anni 1532. 18. Iunij; quo anno, & die Ill. Principissa Franeaui læ promisit

promisit soluere Mag. Gabrieli Imperato duc. 2265. infra quatuor proximos menses; Hæc quantitas dependet à contractu anni 1501. Post hæc in anno 1518. eadem domina Principissa cognoscens teneri in annuis duc. 15. non solutis ab anno 1501. & in ducatis septingentis ex alijs diuersis causis, quæ simul iunctæ faciunt summã duc. 2205. illos promisit soluere eidẽ Nicolao Anello.

Et insuper in anno 1522. factis computis pro ducatis duobus mille Domina Principissa dedit in solutum annuos ducatos 200. super quibusdam introitibus, & membris feudalibus, super Ciuitatem Belcastri cum pacto redimendi; & post istud tempus fuerunt datæ sententiæ, & expeditæ literæ exequutoriales.

Et re sic existente fuit celebratus contractus prædictus anni 1532.

Item post hæc deuenerunt ad aliam conuentionem in anno 1534. in qua similiter facto computo remansit debitrix Principissa in ducatis 2520. In quorum satisfactionem pro duc. 1200. vendidit ius luendi illos introitus super terra Francauillæ, olim assignatos cum pacto redimendi; remanente debitrice domina Principissa in duc. 1320. de quibus in isto vltimo contractu nihil dicitur, sed fuerunt dumtaxat reseruata iura; præsente ibi Illustriss. Machione Vasti seniore, & suum consensum præstante illi contractui, forte quia eo tempore habuerat donationem ab Illustriss. Principissa.

His peractis in anno 1544. Imperati petierunt assistentiam super introitibus, & dohana Francauillæ, & alijs bonis, vt possessis ab Ill. Duce Montis Alti: quæ petitio vna cum instrumento anni 1532. fuit intimata Illustriss. Marchionissæ Vasti, Dominis Don Petro, & Don Antonio de Aragona. Item Domino Duci Magdaloni, eiusque procuratori, & in anno 1570. porrexerunt aliam supplicationem, quæ fuit intimata procuratori Illustriss. Marchionissæ Piscariæ, fuerũt producta instrumenta anni 1534. & assensus Regij; & obtinuerunt sententiam, qua fuit præstita assistentia vna cum omnibus damnibus damnis, expensis, & interesse; super quibus interesse quatenus tanguntur feudalia, non habent in spetie assensum: agitur modo de liquidatione interesse in sententia contentorum; pars fundat se in instrumento anni 1532. in quo Domina Principissa se debitricem constituit in prædicta summa, quã promisit soluere infra menses quatuor à die celebrati contractus.

Et quod ad sit dies certa, qua erat faciẽda solutio, & pœna; & sic, quod per interpel-

1 lationem legalem, fuerat constituta in mora, *l. traiectitie, §. de illo. ff. de actio. & obliga. l. quoties in diem. & l. in diem, ff. de verb. oblig. l magnam, cum materia sua, C. de contrah. & comitt. stipul* Et ex hoc pars prætendat deberi hoc interesse, ex mora, solutione non facta, ab anno 1532. post lapsũ terminum quatuor mensium, non obstante, quod in anno 1534. per alium contractum in partem sit satisfactũ, quoniã pro restantibus duc. 1320. non est præiudicatum, nec derogatum instrumento de anno 1532. propter reseruationes in eo factas, quæ faciunt, vt etiam in stipulationẽ nouantem trãseant priuilegia, & maximè quando voluntariè vt

2 hic, *ad tex. in l. aliam, & in l. quoties, & vbiq; per Bart. ff. de noua.*

Sed profectò quocunq; instrumento pars agat ad interesse petitum. In hac facti spetie dicimus non deberi, nec ex mora legali, nec ex mora per interpellationem hominis iudicialiter factam in anno 1544.

Quo ad primum considerandum est (Domini) omnes contractus fuisse initos in Ciuitate Yscle inter Ill. Dominam Principissã debitricem, & Nicolaum Anellum, & eius filios creditores: & de consuetudine ab anno 1501. vsque ad annum 1534. per quæ tẽpora fuerunt gesti nonnulli contractus; non fuit habita ratio de interesse, nisi tantum fuerunt calculatæ tertiæ annuorum ducatorum quindecim, & deinde à die dationis insolutum annuorum duc. 200. & nihil dictum de interesse ob pecunias non solutas in tempore. Hoc explicitè dicitur in contractu anni 1532. & magis clare in contractu anni 1534. Ex his colligitur intentio creditoris

3 remictendi illas, *ad tex. in l. qui semisses, ff. de vsur.* vbi *glo.* dicit esse mirabilem præsumptionem de non petẽdis vsuris, quando per longum tempus non fuerunt exactæ, sed remissæ, *ad tex. in l. cum quidam, §. diuus, ff. de vsur. l. aduersus, & l. quamuis, C. eod. vbi Bal. in d. l. aduersus, dicit,* quod isto casu magis operatur remissio tacita, quam expræssa; & habet locum, siue sint vsuræ promissæ, siue non: Ponit exemplum in administratoribus ciuitatis, quæ remissio præsumitur, aut spatio decem annorum, aut secundum opinionem *glos. in d. §. diuus*, spatio trium, vel quinque annorum, in odium vsurarum, *hoc idem glo. in d. l. aduersus*, sed vt cumque sit in re præsenti per tota ista tempora ab anno 1501. fuit hoc inter contrahentes actum; & ex his, quæ tacite, & expræsse gesta sunt, præsumitur qualitas animi de

4 præterito in præsenti. *cap. semel malus, de reg. iur. in 6. cap. scribam, extra de præsumpt.*

per qua iura, & alia ita arguit Afflict. decis.
16. in 6. coniectura, ad interpretationem, l.
procula, ff. de probatio. Istud comprobatur,
nedum ex contractu anni 1532. sed ex con-
tractu anni 1534. In quo nihil est promissũ,
certa die dari, & post lapsum diei adiectæ in
anno 1532. fuit facta datio insolutum in sa-
tisfactionem duc. mille, & ducentum; & pro
restantibus duc. 1320. promissis solui non
apponitur dies certa, itaut quod ex subse-
quenti contractu præcedens mora sit remis-
5 sa, & purgata. Nec amplius potest pars iu-
uari ex mora præcedenti ad consequendas
vsuras, quia semel remissa tacite, & expresse
per supra considerata, & per subsequentem
stipulationem mora præcedens purgata est,
voluerunt communiter Scrib. in l. scire de-
bemus, §. fin. ff. de verb. oblig. vbi Raph. Cu-
ma. dicit, quod purgatur mora etiam per se-
cundam stipulationem inualidam, *alleg. ca-*
sum legis in l. si sticchum, ff. de nouat. Et licet
Paul. de Cast. Alex. & Iaso. reprehendant
Cuman. tamen nullus *Doct. ibi* contradicit,
quod per stipulationem validam purgetur
6 omnis mora præcedens, & maxime in odium
vsurarum ad euitandum pœnam, & isto casu
parificãtur, cum non debentur ex stipulatu,
sed propter moram, *voluit Bart. in l. qui*
sine, ff. de nego. gest. Floria in l. ex vulgo, ff.
de vsur. Atque in re præsenti non potest con-
siderari mora; & si esset consideranda, est
purgata per contractum anni 1534. ergo se-
quitur, quod non debentur vsuræ, & sic ex
quocunque contractu pars agat, non debet
obtinere quo ad petitum interesse, nulla præ-
cedente mora legali, vt dictum est.

Præterea dixi hos contractus fuisse in
ciuitate Iselæ celebratos; nec fuit expræssus
locus à contrahentibus vbi erat facienda
solutio, etiam attenta forma contractus an-
ni 1532. & licet in dubio debitor debeat of-
ferre creditori congruo loco, & tempore, &
7 ire ad domum creditoris, *Not. per Bart. &*
communiter Scrib. in l. item illa ff. de const.
pecu. & in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio.
empt. Per tex. in l. fin. C. de cond. insert. Di-
cit Innoc. in cap. significante, de pigno. Bal.
in l. acceptam, 12. quæst. C. de vsur. Hoc ta-
men procedit quando reus, & actor sunt
eiusdem domicilij, sed quando sunt diuersi
domicilij, vt in re præsenti, quia domina
Principissa faciebat moram in ciuitate Isclę,
& creditores Neapoli; tunc non procedunt
decis. allegatæ, sed creditor debet ire ad do-
mum debitoris, & perquirere ipsum in ciui-
8 tate, vt constituatur in mora, *Notatur per*
glo. & Bar. in d. l. item illa, ff. de const pecu.
Hoc idem Bal. in præalleg. l. acceptam, q. 12.
& in d. l. item illa, vbi Salic. dixit maxime
procedere, quando creditor vult ex hoc cõ-
stituere in mora debitorem, vt in hac facti
specie, *hãc opinionem sequitur Abb. & Imol.*
in d. cap. significante, de pigno. Isto modo in-
telligendo Innoc. ibi, & postquam ex processu
non apparet, actores ad locum destinatum,
vz ad ciuitatem Isclæ, congruo tempore
adijsse, vt reciperent solutionem à domina
Principissa. succedit, quod ex parte ipsius nõ
dicitur fuisse in mora soluendi per supradi-
cta, quia euentus diei, & termini in contra-
ctu illo appositi non constituit debitorem in
mora, si creditor non venit ad locum, *dixit*
Floria in l. fin. ad fin. ff. de naut. fæno.

Rursus, Domini, in re præsenti considerã-
dum est Dominam Principissam vti magnam
Dominam, & Illustrissimam sanguine non
debuisse domum creditoris accedere; quo
casu limitatur conclusio etiam in casu quo
debitor deberet accedere domũ creditoris,
9 *ita Bal. in d. l. fin. C. de cond. insert. per tex.*
in l. sed si susceperit, §. 1. ff. de iud. & Bar. in
d. l. item illa, facit glo. notab. in l. penul. in
glo. fin. ff. de cond. & demo consuluit Nat-
ta cons. 513. vltimo vol. quod incipit, cum
vendidisset Illustrissimus Princeps, & sic
concludendo dicendum est, non posse per
veros iuris tramites partem prætendere
petitum interesse, ab Illustrissimis Mar-
chione Vasti, & Duce Montis Alti, ex inter-
pellatione legali, quocunque instrumento
agat.

Secundo vero casu principali de interpel-
latione facta in anno 1544 iudicialiter, ad-
huc dicendum est, non fuisse constitutum in
mora Illustrissimum Marchionem Vasti, vt
ipsius domini hæredes teneantur, nec etiam
Illustrissimum Ducem: cum respectu Domi-
ni Marchionis non fuerit facta interpellatio
procuratori, qui haberet facultatem soluen-
10 di, & recipiendi quietationem, *voluit Bart.*
in l. inficiatus, ff. depos. idem Bart. in l. quod
te, ff. si cert pet. qui intelligit tex. in l. si ex
legati causa, cum l. seq. ff. de verb. oblig. quæ
l. l. volunt, vt per interpellationem consti-
tuatur in mora; vt procedant, quando inter-
pellatio est facta ei, qui potest soluere, & in-
telligit se debere: & quatenus supplicatio
fuisset intimata Illustrissimæ quond. Mar-
chionissæ Vasti, non tamen fuit interpella-
ta, vti procuratrix Domini Marchionis, vt
ex processu constat: & ideo quoad Illustris-
simum Marchionem Vasti res procedit absq;
dubietate; & tanto fortius, quia instrumenta
sunt producta de anno 1572. & hac ratione
potest defendi ab alia interpellatione facta
anno 1570. Quimmo illa habet maiores de-
fectus,

Digitized by Google

fectus, si pars venit vt hæres, & vt cessionarius, nec demonstrauit per instrumenta se esse talem, *& ita proprie loquitur Bart in d. l. inficiatus; & idem Bar. & Ioa. de Imol. in l. de pupillo, §. qui procuratorio, ff. de nou. oper. nunc.*

Et prædicta à fortiori procedunt, quo ad Ill. Ducem, qui tunc fuit interpellatus nulliter, quia erat pupillus, & intimatio facta tutori non præiudicauit absq; instrumento, cuius vigore pars prætendit quantitatem sibi debitam, vt ea die constitueretur in mora per interpellationem factã tutori, *ad tex.*
12 *in d l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. & ibi Doct. volut satis notab. Salyc. in l. mora, ff. de vsur.* vbi dilucidat istam materiam interpellationis. Et sic ex omni capite demõstratum est, non teneri istos Ill. Dominos ad interesse, quod dependet à debito sic inueterato ex causa venditionis frumentorum. Cætera pro iustitia Dominorum conuentorum suppleant Domini Iudicantes.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis occupatio, cum plures prætendunt hæreditatem alterius, valde prodest occupanti, quia efficietur conuentus, & non probata intentione per alium prætendentem, absoluitur, & remanet hæres.*

2 *Testes de auditu non probant, verum ad antiqua parentela probationem recipiuntur.*

3 *Res antiqua ea est, quæ metam centum annorum excedit.*

4 *Testes dè auditu in probanda antiqua consanguinitate, non prosunt, nisi fuerint personæ graues, & ab huiusmodi, & antiquioribus personis deposuerint audiuisse.*

5 *Testes de auditu, vt probent consanguinitatem, concorditer ab ijsdem personis debent deponere audiuisse; secus si vnus à quibusdam, alter ab alijs.*

6 *Agens vt talis non auditur, nisi probet se talem.*

7 *Agnatio, vt rectè probetur; patere prius debet matrimonia præcessisse, vnde agnati origenem repetunt.*

8 *Agnati ij dicuntur, qui per virilis sexus cognationem coniuncti sunt.*

9 *Filius, vt se filium legitimum, & naturalem ostendat, debet docere de matrimonio eius parentum, & se in eius constantia natum, & ab eisdem, vt filium existimatum.*

10 *Modus articulandæ filiationis.*

11 *Filiatio legitima probari nequit, nisi de parentum nuptijs filius rectè docuerit.*

12 *Filiationis quasi possessio in decisorijs minimè sufficit, licet in præparatorijs secus sit.*

13 *Probatio non concludens minimè releuat.*

14 *Filij naturales tantum, neq; de familia, neque de patris agnatione sunt; & legitimis non succedunt, nec ipsi eis.*

15 *Statutum de agnatis disponens, naturales tantum non comprabendit.*

16 *Probatio per possibile, & non per necesse concludens, erronea est.*

17 *Probatio in genere facta non releuat, cum qualibet species eundem effectum non consequitur.*

18 *Consuetudo Neapolitana, si quis, vel si qua, de bonis extra districtum non disponit.*

19 *Filij in matris antefato, vti patris hæredes succedunt, idq; quomodo sit intelligendum.*

20 *Filio proximiores ex parte matris, in matris antefato Neap. succedunt.*

21 *Causa immediata quando cum mediata cõcurrit, immediata inspicitur.*

22 *Subingressio in linea transuersali de iure consuetudinario datur in infinitum, ita quod successio fit semper in stirpem.*

23 *Lex generaliter, & indistinctè loquens, generaliter, & indistinctè est intelligenda.*

24 *Exempla regulam generalem minimè restringunt.*

25 *Subingressio, quamuis de iure consuetudinario obseruetur in infinitum; tamen procedit in linea collaterali æquali, non autem in linea collaterali ascendenti, in qua seruatur ius commune.*

26 *Extensio de casu ad casum in statutis probibetur.*

27 *Extensio per viam comprahen sionis etiam in statutis de casu ad casum iuridicè fit.*

28 *Id, quod virtualiter inest, extendi non dicitur.*

29 *Masculus in subingressione in linea transuersali fæminam expellit.*

30 *Fæmina dotata, & non masculiatæ de iure consuetudinario excluduntur à masculis in eodem gradu concurrentibus.*

31 *Mulier nuptui tradita dotata præsumitur.*

Pro Roberto Marchesio.

ARGVMENTVM.

Ad probationem agnationis, siue cognationis inter aliquos, necessaria est præambula probatio matrimonij

inter parentes ipsorum. De filiationis quoq; probatione;& quomodo subingressio permittatur de iure consuetudinario in linea collaterali, etiam fauore masculorum, ad exclusionem fœminarum.

CONSILIVM XXXXIII.



IN successione Fabij de Lẽbo a Robertus Marchesius cæteris concurrentibus de Lembo, vt in gradu proximior hæres præferendus est:probauit etenim se fratrem consobrinum in quarto gradu existentem, i sque per ciuilem computationem graduum, testes distingunt, *iuxta cap. licet ex quadam, vbi omnes, de testib.* & vt proximior ipsius, hæreditatem adiuit, ac bonorum possessionem apprehendit; quã cepisse satis
1 interfuit, nam cum plures prætendunt hæreditatem alterius, consilium est prius occupare possessionem; fiet enim tunc conuentus ob magnum commodum possessionis, & si alter prætendens eius intentionem non fundauerit, absoluetur *Innoc. pulchrè in cap. in præsentia, de probatio. sequitur Paul. in l. fin. 1. col. C. de edict. diu. Adri.* idem fit, postquam concurrentes de Lembo eorum gradũ agnationis non probauerint vt infra, Magnificum Robertum Marchesium possessorem, ac proximiorem, ex linea matris cognatum, eius gradu plenissime probato, hæredem in vniuersum ius defuncti declarandũ esse explorati iuris erit.

Plures fuit prætendentes hæreditatem Fabij Lembo, figurantes esse de Lemborum familia, vt. Ioan. Paulus, & Marina Lembo, asserentes se sobrinos in 6. gradu, Robertus in 8. & alij in 7. vt in arbore constat, vigore *consuetudinis Neap.* vt proximiores ex parte patris in bonis omnibus, sitis in districtu, præterquam in obuentis ex linea materna *iuxta consuetudinem si quis, vel si qua* successionem prætendere possent: & si vere, hi essent de genere, & familia Lemborum, ac gradum probassent; res esset in claris.

Sed audiant Domini Iudicãtes, quomodo isti Celentani concurrentes, quos nunquam defunctus, eius Neapolitanus, vt consanguineos, nec illos vnquam vidit, nec cognouit; in probatione gradus deficiunt: dum volunt probare gradum, ponunt quon. Petrillum, & Alfonsum Lembo fuisse germanos fratres, filios quond. Ioannis Lembo: ex Petrillo descẽdere actores : ex Alfonso natum Salustiũ: & ex Salustio Fabium, de cuius successione nunc agitur. Petrillum, & Alfonsum Lembo fuisse fratres, ac filios Ioannis; quatuor testes deponunt, duo de auditu, & duo de visu; testes de visu deponunt illos fratres, sed nesciunt patrem; testes de auditu, dicunt fratres, ac filios Ioannis: Salustium fuisse filium Alfonsi, vnus de visu, & duo de auditu; hæc enim probatio, tanquam non plena nullo modo concludit; nam duo testes de visu deponentes, Alfonsum, & Petrillum esse fratres, non dicunt esse natos ex legitimo matrimonio, prout de iure requiritur vt infra. Idcirco plene non probant: vnus testis de visu deponens, Salustium filium Alfonsi, non dicit filium legitimum, & naturalem; taliter quod nec semiplene probat, & falsum deponit, nam dicit quod tempore mortis Alfonsi, testis erit annorum quinque; quomodo ergo scire poterat Salustium tractari, vt filium Alfonsi, certe inuerisimile est, imò falsitatis
2 imago. nec testes de auditu similiter quicquã probant *not. in l testium, C. de testib. & in l. 2. §. idem labeo, vbi glos. de aqu plu. arcen.* & quamuis testes de auditu a im tranteursin probando parentelam *d. cap licet ex quadã,*
3 *de test.* tamen in præsenti non fumus in antiquis, si quidem quantum ad propositum attinet, res antiqua dicitur, quæ excedit metam centum annorum, *Alex. in l. cum aliquis, C. de iur. delib. & in cons.* 207. *lib. 2. & cõmunis est hæc opinio, refert Dec. in cons.* 321. *num.* 11. tanto magis quia etiam in antiquis in probando consanguinitatem, non recipiuntur testes simpliciter, vt hic producuntur; sed debent esse personæ graues, & debent deponere se ab antiquioribus, & fide dignis, & omni exceptione maioribus audiuisse, *vt dicitur in tex d. c licet ex quadã,* & istæ qualitates debent articulari, & probari *secundum Alex. in cons.* 8 2. *col.* 2 *lib.* 1. &
5 debent similiter testes de auditu maiorum, vt probent consanguinitatem, deponere concorditer audiuisse ab eisdem personis; secus si vnus à quibusdam audiuit, alius ab alijs, quia vt singulares non probarent, *cap. licet causam, de probatio. Alex. not. in d. cons.* 82. *quem refert, & sequitur Detius in cons.* 321. *post num.* 11. *ver. præterea;* quæ omnia cum in præsenti deficiant, fit gradum agnationis per testes non bene probatum; qui
6 enim agit vti agnatus, petendo hæreditatẽ, debet probare agnationem; sicut filius, qui agit vt filius, filiationem fundamentum suæ intentionis probare debet, *Ang. dicit in l. liberorum, in princ. per glo. de his, qui not. infam.* nec debet quis admitti, vt talis, nisi probet se talem, *l. non ignorat, vbi Bar. C. qui accus.*

accus. non poss. vt in l. falsus tutor, ff. quod cum falso tuto. Praeterea, & si plene per testes probatum esset, prout non est ex praedictis, Petrillum, & Alfonsum Lembo fuisse fratres, ac filios Ioannis, & Salustium filium Alfonsi; adhuc probatio non concluderet, quoniam nullus testis deponit, Alfonsum, & Petrillum fuisse filios legitimos Ioannis, & Salustium filium legitimum Alfonsi, nec fuit articulatum matrimonium Ioannis, ex quo Alfonsus, & Petrillus; nec matrimonium Alfonsi, ex quo Salustius. taliter, quod agnatio inter
7 istos non potest considerari, non probato, matrimonia legitima praecessisse, vnde actores, & defunctus descendant; cum agnati dicantur cognati per virilis sexus, cognatione
8 coniuncti, quasi à patre coniuncti, *inst. de leg. agnat. tut in princ. & l. 1. §. fin. de iur. immuni.* fuisset enim necesse probare, quondam Alfonsum, & Petrillum fuisse filios legitimos, & naturales, quond. Ioannis, & Salustium filium legitimum Alfonsi, eo modo, quo lex requirit: siquidem in probando filiationem,
9 quod quis sit filius legitimus, & naturalis, probari oportet matrimonium legitimè cõtractum inter tales; quod eorũ filius ex coniugibus sit natus, & vt filius ab illis tractatus, *hanc practicam docet Bart. in l. filium, sumptam ex illa lege, de his, qui sui, vel alien iur. & in l. 1. C. quorum bonorum, Lanfran in cap. quoniam contra, in ver. testium, pen col. vers. subsequentur quaeritur, de probat.* &
10 cauti aduocati faciũt tres articulos in probando filiationem, matrimonium contractũ inter coniuges, ex quibus natus est talis: secundo quod ille filius sit in quasi possessione filiationis: tertio, quod communi opinione reputatur, vt filius, *ita Butrig. in l. quidam de probatio. quem sequitur Iacob in l. quoties, num. 5. eod. tit. de probatio*

Et quamuis omnia relata *per Bar. in d. l. filium*, in probando filiationem, non requirantur copulatiuè probari, sed sufficiat alterum ipsorum, *secundum Alex. in cons. 51. num. 1. & Iacob in l. quidam, de probation.* & probari sufficiat, quasi possessionem filiationis ex solo tractatu parentum, *vt idem Bart. tradit in l. 1. §. ad quaestionem, de quaestio. & l. quod senatus, & idem per contrariũ, in fin. de lib. agnos.* tamen *Bart. & omnes* praesupponunt probatum fuisse matrimoniũ inter coniuges; tunc enim si nõ potest pro-
11 bari talẽ ex coniugibus natum, ex solo parentum tractatu, filiatio probatur; nec aliter potest probari filiatio legitima, quod quis sit filius legitimus, & naturalis, nisi probetur matrimonium parentum contractum, *in specie Bal. vltra Bar. in d. l. filium, col.*

de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & in cõs. 180 lib. 3. & Lanfran in d. cap quoniam contra
12 Nec quasi possessio filiationis, quae hic nequaquam fuit probata, sufficit in decisorijs, quamuis in praeparatorijs contrarium esset; nisi probetur illum verè filium legitimum, & naturalem. *Bald. in cap. per tuas, 3. col. de testam. Ias. in l. neque professio, C. de test, not. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & Alcia. qui alios refert in tract. praesumptio. reg. 3. praesump. 38. num. 6. & seq. vbi ostendit male dixisse Deti. in cons. 54. communem opinionem esse in oppositum*, sit ex his, cum testes non depo iant matrimonium parentũ contractum, nec Salustium filium legitimũ Alfonsi, nec Petrillum, & Alfonsum filios le-
13 timos Ioannis; probationem tamquam non concludentem, non releuare, *l. non hoc, C. vnde legi. ita in specie Deti. in cons. 54. à*
14 *num. 1.* nam possunt esse filij naturales tantum, cum quibus non datur agnatio, ex quo non sunt de genere, & familia, *Bar. Bal. & omnes in l vlt. C. de verb. sign.* & hac ratione, naturales non succedunt legitimis, nec è contra, *not. Ang. in §. vulgo, in 1. col. inst. de succ. cogna. facit l. si spurius, ff vnde cogn. & Cott in suis memor. in verb. bastardi non*
15 *succedunt*, nec proximiores ex parte naturalium tantum vigore cõsuetudinis, possunt succedere, eu non sint agnati *in specie decidit Neapod. in alleg. consuet si quis, vel si qua, nu. 169.* probatio enim debet esse cer-
16 ta, & concludens, & debet concludere per necesse, non per possibile, *cap in praesentia, vbi omnes, de probatio. & ibi Fely. num. 19.*
17 quod probatio in genere facta non prodest, quando quaelibet species generis non consequitur eumdem effectum, quia tunc, vt aequiuoca reijcitur, *glo. in l. prima, C. de vsuris* sic in proposito, probatio generalis aliquem esse filium talis, non esse certam, nec concludere, cum posset esse filius legitimus, & filius naturalis tantum; qua propter quaelibet species generis non consequitur eundẽ effectum, & non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. *l. neque natales, C. de probatio. & l. non hoc, C. vnde cognati* agnatione ergo non probata, si verum amamus, fateri oportet, concurrentes istos non esse de Lemborum familia: saepius enim Fabius, & eius pater Salustius Lembo declarauerũt neminem de Lemborum genere habere cõsanguineum; quomodo nunc comparentes isti Gelentani, fingẽtes se de progenie Lemborum posint, agnatione non probata, haereditatem Fabij defuncti, qui nunquam illos cognouit, praetendere. equidem illos à limine iudicij repellendos fore, omnis rigor, &

aequi-

æquitas fuadent; & in prædictis (quæso) aduertatur, cum in his tantū cardo huius causæ consistat.

Sed quando actores isti probassent agnationem, & gradum, prout non fundauerunt, adhuc, vt clienti morem geram, nō quod sit necesse, cum primus allegatus punctus deci-
18 dat quæstionem; præsens causa esset terminanda, *vigore consuetudinis Neapolitanæ, si*
b *quis, vel si qua*, b quæ in bonis sitis extra districtum non procedit, nam cum consuetudo statuat super rebus expresse, non intelligitur nisi super rebus positis in districtu, *Neapod. in prohemio consuet. circa fin. in ver. districtum, in consuetudine si quis, vel si qua, in ver. in omnibus, de successionibus ab inte. latius in consuetudine pupillus, in ver. bona, & in consuetudine si moriatur, in verbo facultates, Calderi. in cons. 17. tit. de consti. & in cons. 34. tit. de testa. Curtius iunior in cons. 9. & Capicius in decis. 159. num. 1.* In bonis ergo extra districtum seruata dispositione iuris communis, Magn. Robertus Marchesius, vt proximior sine dubio præferri debet; in bonis vero, sitis in districtu ipsi, vt proximiori ex linea materna, aperto iure competunt omnia bona defuncto obuenta ex linea materna *iuxta præfatam consuetudinem, si quis, vel si qua*, inter quæ vltra dotes, & alia, aggregari debet antefatum defuncto obuentum propter matrē, non obstante, quod illud mater quæsierit extantibus filijs, quo ad vsumfructum tantum,
19 reseruata proprietate filijs; nam etsi in antefato filij succedant, vt hæredes patris *secundum Neapoda. in consuetudine, quartam autem, in verbo fructus*, cuius opinio à sapiētibus nostris approbata, nunc præualet *contra Afflict. in decis. 314.* tamen id procedit in beneficium creditorum, cum proprietas nunquam à bonis patris recesserit: nimirū, si illud filij, vt hæredes capiunt, ne creditores eorum iuribus frustrarentur: sed diuersum puto quis in antefato præferri debet proximior ex parte matris, vel patris; inte-
20 teresse creditorum nunc non consideratur, & non potest negari, quin antefatum filij, quæsierint à matre, tanquam à causa proxima, licet illud à patre processerit, tanquam
21 à causa remota: & dum concurrunt causa proxima, seu immediata, & causa remota, seu mediata; causa proxima, & immediata inspicitur, *l. si mulier, vbi Bal. rerum amotarum*, & in his terminis, quod attendatur obuentio immediata ex causa matris, vt proximiores ex ipsius parte præferantur, *Neapodanus in allegata consuet. si quis, vel si qua, in verbo materna nu. 242.* & in antefato in specie *videatur Afflict. sic decidens in decis. 127.*

Deductis ergo à bonis sitis in districtu omnibus illis obuentis defuncto ex linea materna: in cæteris videamus, qui sunt cōparentes, & quarum portionem prætendere possunt. Quinq; sunt, cum quibus processus est instructus, licet alij numero decem comparuerint, & à lite destiterint; actores sunt v3, Paulus Lembo, Marina Lembo in sexto gradu, Robertus Lembo in octauo, Scipio, & Hieronymus in septimo, vt in arbore est videre: omnes isti masculi, præter Marinam mulierem, vt infra; quam cæteri, qui à lite destiterunt, in bonis sitis in districtu iure subingressionis, in stirpē succedere possunt.
22 Idcirco maximam veram præmitto, in linea transuersali, *secundum ius consuetudinis* dari subingressionem vsque ad infinitum, *dicta consuet. si quis, vel si qua, ver. sed si morienti*, qui versiculus loquitur in fratribus carnalibus, vt vno mortuo, altero viuente, & filijs alterius fratris, vel nepotibus, vel pronepotibus, vsq; ad infinitum extantibus; omnes in stirpem succedunt, non seruata gradus prærogatiua: Et quia poterat dubitari si dicta subingressio permitteretur in fratribus, existentibus in vlterioribus gradibus; ideo sequens versiculus dictæ consuetudinis, incipiens, *quod autem*, id expresse ampliando declarat, (quod autem dictum est in fratribus carnalibus, & nepotibus dari subingressionem; id eis non extantibus, intelligēdum esse de alijs in vlterioribus gradibus existentibus) taliter quod expresse consuetudo disponit, subingressionem dari, nedum in fratribus carnalibus, sed etiam in fratribus consobrinis, qui sunt in quarto gradu; in fratribus sobrinis, qui sunt in sexto; & in cæteris in vlterioribus gradibus existētibus, cum id clare consuetudo disponat, à cuius verbis aliter non est recedendum, *l. constitutionibus, ff. ad municipales, & l. non aliter, de lega. 3.* generaliter loquitur consuetudo de omnibus fratribus, sistentibus in vlterio-
23 ribus gradibus; ideo generaliter intelligenda, & quod nō distinguit, nec nos distinguere debemus. quapropter nedum Io. Paulus, & Marina fratres sobrini defuncti in 6. gradu existentes, eorum ratam successionis prætendere possunt; verum etiam cæteri in septimo, & octauo gradu per viam subingressionis, in stirpem concurrere possunt. Nec fortè obstat, quod *Neapodanus* exemplificando dixerit *in dicto vers. quod autem*, illū procedere in duobus fratribus consobrinis, & *vers. sed si morienti*, procedere in fratribus carnalibus; & idem dicit *in consuetudine si quis,*

quis, vel si qua, post num. 134. *vers. sed tu opponas, & in d. vers. sed si morienti.* quo fit cum de sobrinis fratribus, vt in præsenti occurrit *consuet.* non loquatur, tamquam correctoria iuris communis, in illis subingressionem non dari. nam *Neapod. in ver. quod autem,* exemplificat *tex.* loquentem in fratribus in vlterioribus gradibus existẽtibus, in fratribus consobrinis; non negando subingressionem in alijs fratribus sobrinis, si-
24 stentibus in vlteriori gradu: exempla enim regulam generalem non restringunt, & si de fratribus consobrinis exemplum tradidit, id fecit ratione frequentiæ, cum raro casus successionis inter sobrinos eueniat. & ita similiter gratia exempli dicit *Neapod. in d. vers. sed si morienti,* non enim limitat *d. vers. quod autem,* habere tantum locum in fratribus consobrinis, & non in sobrinis fratribus; sed exemplificando, dicit procedere in fratribus patruelibus, amitinis, & consobrinis; nec hanc intentionem habuit *Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua post num.* 137. *ver.*
25 *sed tu oppones,* ibi enim *num.* 136. ponit casum consuetudinis in linea collaterali ascẽdenti, si habeat locum prærogatiua gradus, puta si decesserit quis relictis patruo, vel amita, magno patruo, vel magna amita; dicit patruum, vel amitam præferri, gradus, prærogatiua seruata magno patruo, & magnæ amitæ; & similiter patruus excludit filios alterius patrui, *à num.* 137. opponit *Neapod.* non ne in linea tranuersali habet locum subingressio, vsque ad infinitum, *vers. sed si morienti,* & sic patruus, & magnus patruus, vel filij patrui, omnes deberent admitti gradus prærogatiua non seruata: respondet *vers. sed si morienti* loquitur in fratre carnali ipsius defuncti superstite, & filijs, seu descendentibus alterius fratris; *& seq. vers. quod autem* loquitur in fratre cõsobrino superstite, & filijs alterius fratris consobrini; sed quæstio præposita loquitur in patruo, & filijs alterius patrui, in quibus non datur per *consuet.* subingressio: quasi vult dicere *Neapod.* in linea transuersali æquali datur subingressio, sed non in linea transuersali ascendenti; dum *Neap.* dicit *vers. quod autem* loquitur in fratribus consobrinis, & *vers. sed si morienti* in fratribus carnalibus, non limitat, *vers. quod autem*, taliter procedere in fratribus consobrinis, quod non procedat etiam in fratribus sobrinis, & alijs vlterioribus; immo intra dentes sentit subingressionẽ dari in linea transuersali æquali, omnes fratres in quocunque gradu existentes includendo, sed non in linea collaterali ascendenti, ita idem sentit *num.* 154. inquit *vers. sed si morienti,* loquitur quando descendentes ex fratribus in infinitum volũt succedere cum fratre defuncti; non autem loquitur, quando volunt succedere cum patre, vel auo defuncti, quo casu habent locum iura communia: semper sentiendo *Neap.* in linea transuersali æquali dari subingressionem descendentibus alterius fratris, vt æqualentur cum altero fratre superstite. Et quod hæc sit vera intentio *Neapod.* clarissime ex casibus figuratis per ipsum *in d. consuet. si quis, vel si qua,* colligitur, postquam posuit casum in linea descendenti *in princ.* & in linea ascendenti *num.* 129. quando inter ipsos haberet locum bonorum distintio, & gradus prærogatiua *à num.* 136. idem in linea transuersali ascendenti, concludit: demum *à num.* 140. ponit casum in linea transuersali descendenti, vt in fratribus, & filijs fratrum, & in consobrinis, & filius alterius fratris consobrini; dicit post *nu.* 146. licet inter ipsos cesset prærogatiua gradus, *vers. sed si morienti, & consuet. sequenti,* non tamen cessat distinctio bonorum: taliter ꝙ prærogatiua gradus, secundum eum consideratur in linea transuersali ascendenti vt supra *vers. vero, sed si morienti, & vers quod autem* in linea transuersali, æquali tollit prærogatiuã gradus, promittendo subingressionem, vsque ad infinitum. in tantum quod *secundum Neapod.* dum *consuet. si quis, vel si qua* admittit proximitatem gradus cum distinctione bonorum, intelligitur de proximioribus lineę descend. lineę ascend. & lineę transuers. ascendentis, sed non de proximioribus lineę transuersalis descendentis, in quibus proximitas non datur propter subingressionem in infinitum; & sic proximiores lineę collateralis descendentis, non includuntur; nec de illis *consuet. si quis, vel si qua* loquitur ad hunc finem, considerata inter ipsos prærogatiua gradus, licet illos includat, vt in eis bonorum distinctio procedat. idem sentit *Neapod in vers. sed si morienti in pri. & in vers. in infinitũ* inquit, hęc consuetudo loquitur in linea transuersali, quasi quod subingressio detur in collaterali linea ęquali tantum, & sic tam in fratribus carnalibus, quam in fratribus consobrinis, quam in fratribus sobrinis, vt in præsenti accidit: intentio æquidem *Neapod.* fuit in omnibus locis excludere subingressiones in linea trãsuersali ascendenti, & illam generaliter permittit in linea transuersali æquali. Et si dixit *vers. quod autem* loqui in fratribus consobrinis, gratia exempli, non limitando, sed vt excluderet in linea transuersali ascendenti subingressionem, & ratione frequentię dixit,

cum

cũ raro, & quasi nunquã, pro vt nunc in fratribus sobrinis in 6. gradu, successio contingat. Et qui vult tenere aliam intentionem habuisse *Neapod.* contrariatur verbis generalibus *d. vers. quod autem*, quæ clarissima sunt permittentia subingressionem in fratribus sistẽtibus in vlterioribus gradibus, apta comprehendere ne dum consobrinos, sed fratres sobrinos, & alios in vlteriori sistentes; & si legislator non distinxit, quare nos debemus distinguere? nunc enim non fit extensio de casu ad casum, vt prætenditur, nã si *consuetudo* loqueretur de duobus carnalibus, & duobus consobrinis tantum, exten-
26 sio fieret si diceretur illum procedere, etiã in fratribus sobrinis, quæ in statutis non admittitur *ad Bart. in l. omnes populi, nu. 60. vbi omnes, de iusti & iur.* sed consuetudo dat subingressionem in omnibus fratribus in vlterioribus gradibus existentibus, taliter q in sobrinis propter sui generalitatem, & in specie casus iste est prouisus, immo ex men-
27 te legislatoris comprehensus; quo casu extensio etiam ex mente comprehensiua permitteretur in materia, quantumuis stricta, *l. 1. §. is qui nam, de exercit. act. Aret. in l. cum lege, detesta, & Alex. cons. 75. lib. 5.*
28 quod enim virtualiter comprehenditur, nõ dicitur extendi, nec excluditur, sed includitur, *glo. est sing. in cap. 1. de temp. ord. in 6. quam ibi Gemin. commendat.* Iacto ergo hoc fundamento subingressionis, Marina Lembo
29 nil potest prætendere, ex quo Robertus Lẽbo eius pronepos ex fratre carnali, ipsam per viam subingressionis excludit; quoniam in subingressione in linea transuersali, masculus excludit fœminam, sic dicitur *in d. vers.*
30 *consuetud. quod autem* inquit, & in præmissis appellatione fratris, soror non continetur; quasi quod fœminæ à masculis in eodem
31 gradu excludantur, dummodo fuerint dotatæ, & non masculiatæ, & *Neapodan. in d. vers. sed si morienti in vers. in gradu, in vers. filia, & in vers. neptes*, maritata fuit ista mulier, & præsumitur dotata, nemo illam ducturus in vxorem sine dote, *l. pure, in fin.*
32 *de doli except.* & semper quod mulier reperitur maritata, quamuis non constet fuisse dotatam, à fratris successione repellitur, ex quo ipsa deberet probare se masculiatam, & interpellasse fratres, vt ipsam maritarent, *vt in d. vers. quod autem, vbi Moderni sic referunt alias fuisse decisum*. Marina ergo exclusa per masculum, cæteri numero duodecim cum illis, qui litem non fuerunt prosequuti, omnes per subingressionem succedere possent; de his quatuor sunt actores, astis quatuor octaua pars pro quolibet competeret; & Magnificus Robertus Marchesius possessor bonorum à cæteris partibus absoluetur, præstita cautione respectu aliorum qui litem non fuerunt sequuti, cum quibus instructo processu stabit iuri in tantum quod si gradus agnationis esset probatus Roberto Marchesio vt proximiori ex linea matris, compererent bona extra districtum: in bonis intra, omnia obuenta de pretio ex linea materna, connumerato antefato, actores quatuor exclusa Marina, octauam partem de residuo consequentur. Hæc ex abundanti volui dixisse, cum vere nec agnatio, nec gradus fuerint probati, ideoq; Robertum Marchesium in omnibus hæredem declarandum fore, & amplius non molestandum Iuridice sentio.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO In hac eadem causa fuit facta decisio per *D. Præsid. de Franch. nu. 24. p. 1.*
b Et ita fuisse iudicatum in hac causa refert *D. de Franch. dec. 93. nu. 11. in isto puncto.*

SVMMARIVM.

1 Mens talis est, qualem verbum demonstrant.
2 *Mens ex præcedentibus, & subsequentibus arguitur.*
3 *Prouidens in vno casu, videtur sibi in alio non expresso velle contrariam dispositionẽ habere locum.*
4 *Dictiones (in eum casum, & tunc) sunt taxatiua, & limitant dispositionem; earumque natura est restringere dispositionẽ, vt non comprehendant alios casus, qui alias comprehenderentur.*
5 *Casus ommissus remanet sub dispositione iuris.*
6 *Nemo præsumitur iactare suum.*
7 *Dotans si in certis casibus paciscatur sibi dotẽ restitui, in alys omisis censetur donasse, quando tamen ex mente contrahentium id colligi potest.*
8 *Extraneus, quod simpliciter soluit pro dote mulieris, donare videtur.*

Pro Diana Carrafa.

ARGVMENTVM.

Qualiter, & ex quibus verbis mens contrahentium cognoscatur; & an ex prouisione facta in vno casu, con-

contrarium arguatur in alio non expresso; Numque simpliciter solutum per extraneum pro dote mulieris, cēseatur donatum.

CONSILIVM XXXXIV.



Ominus Io. Cæsar Carrafa in an. o 1532. non habens masculum nuptui tradens Fœminam Dianam Carrafam eius primogenitam, Io. Augustino de Francisco filio Domini Hieronymi, promisit in dotem integrum eius statum magni valoris: ex quo cum deberentur dotes de paragio Dominæ Donatæ, & Dominæ Alfonsinæ Carrafæ filiabus secundo, & tertio genitis; prædicti Augustinus, & Hieronymus, vt statum à dicto onere liberarent, habentes oculos, vt liber in eorum familia remaneret, promiserunt donare in contantibus duc. 18. mil. Domino Io. Cæsari, pro dotibus prædictarū Donatæ, & Alfonsinæ, verum in tribus casibus voluerunt illos sibi restitui; qui omnes respiciunt illum finem, quando status non remaneret in familia de Francisco.

Primus, si Io. Cæsar masculum procrearet, quo casu, quia status tunc fuisset in domo Carrafeorum, & non datus in dotem, & dos tunc erat constituta in duc. 12000. fuit conuentum dictos duc. 18.m. esse restituendos, & pro eis assignabantur tot annui introitus, ad sex pro centenario. Secundus si matrimonium contractum inter Augustinū, & Dianam dissolueretur sine filijs; tunc enim quia status in dotem datus, non remanebat in familia de Francisco, sed reuertebatur ad familiam de Carrafa, fuit actum dictos duc. 18. mil. esse restituendos.

Tertius si ex Diana, & Augustino fuissent procreatæ fœminæ, & Diana per mortem Augustini transiret ad secundum virum, ex quo masculum procreasset; quia ille statum habuisset, & sic non remansisset in familia de Francisco, pariter in eum casum dicta pecunia erit restituenda.

Ex hac enim pactione dotali, vnum clare colligitur, Dominos de Francisco voluisse donare ducatos 18 mil. Domino Io. Cæsari pro dotibus eius filiarum, vt statum in dotem datum, remansurum in familia de Francisco exonerarent. Verum hæc donatio resolueretur, quando status non remaneret in familia de Francisco, quod eueniebat in prędictis casibus; hęc enim fuit voluntas contrahentium, sic declarata per verba, dum Hieronymus, & Augustinus promiserunt donare dictos duc. 18. mil. etenim hæc verba clara,

8 sunt donandi, & talis erit mens, qualem verba demonstrant, *l. labeo, circa fin. ff. de supp. leg. Parys. cons. 84. num. 34. lib. 2.* & cum vir soluit pro vxore, an fecerit animo donandi, verba indicant *l. uxor, §. fin. ibi Bar. de leg. 3. Alex. cæterique in l. à Titio, de verb. oblig.* ideo imputandum est illi, qui verbo donare vsus est, *in alio casu tradit Roman. cons. 136.* fuit enim hęc donatio pura, resoluenda tamen in dictis casibus, *ad notata in l. 2. ff. de in diem ad:ectione*, vel restitutio pecunię fuit promissa Dominis de Frācisco sub conditione, si alter ex dictis casibus successerit, quasi sub contraria conditione censeatur actum non esse restituendam *l. si pecunia, ff. si cert. petat.* cumque neuter casuum prędictorum acciderit, & status iam remansit in familia de Francisco; donatio pura remansit, & inter eos actum, pecuniam non esse restituendam.

Et quod hęc fuerit aperta voluntas contrahentium; apparet ex alia capitulatione precedenti, subscripta per Dominos de Frācisco tantum, qui dum posuerunt capitulum duc. 18 mil. per eos soluendorum, illud subscripserunt per alia verba videlicet, promittunt dare, & soluere in contantis duc. 18. m. quos in omnem casum voluerunt esse restituendos; quam capitulationem noluit subscribere Io. Cęsar, volens illos sibi expresse donari, restituendos tamen in dictis casibus; & hoc modo alia capitulatio sequens fuit conclusa reformata sub verbo donationis, & per omnes subscripta, & est illa cuius te-

1 norem in principio narraui: mens enim ex præcedentibus, & subsequentibus arguitur *l. si seruus plurium, de leg. 1.* Quinimo, & fortius si verba donandi non fuissent expræssa, sed simpliciter fuissent soluti duc. 18. mil. restituendi in dictis casibus, quando status non remaneret in familia de Frācisco quod à contrario sensu, cum status remaneret in eorum familia fit inducta renunciatio, & donatio, vt restitutioni locus non sit in contractu dotis *est tex. in l. cum inter, §. cum inter, de iur. dot.* ibi traditur dotem fuisse datam genero restituendam tamen, si absq; liberis decesserit; si cum liberis moritur à contrario censetur actum, non esse restituē-dam: sic in proposito Augustinus, & Hieronimus soluerunt pro dotibus Donatæ, & Alfonsinæ duc. 18000. voluerunt eis restitui, quando ex Augustino, & Diana filij non nascerentur: ergo filijs natis à contrario fuisse

3 actum, non esse restituendos; qui enim sibi prouidit in vno casu, in alio non expresso videtur potius se contrariam dispositionem

loc. in

locum vendicare, *l. maritus, C. de procurat. & l. cum prætor, de iud. Alex. 156. post nu. 9. lib. 6.* Huc tendit considerare illa verba posita in capitulatione (quod quando Ioan. Cæsar masculum procrearet, vel Diana, & Augustinus filios non haberent. In eum casum restituantur duc. 18000 & ex nunc pro tunc assignantur tot introitus ad sex pro
4 centenario) illę enim dictiones (in eum casum, & tunc) taxant, & limitant dispositionem, *Dec. in cons. 315. nu. 5.* immo earum natura est restringere dispositionem, vt non comprehendat alios casus, qui alias comprehenderentur, *idem Dec. cons. 89.* quasi fuerit dictum in dictis casibus tantum fiat restitutio, & si neuter eorum contigerit, perpetua retentio fiat.

Nec obstat obiectio partis, fuit actum pecuniam in dictis casibus esse restituendã,
5 in cæteris casum fuisse ommissum, & sic remanere in dispositione iuris communis, *l. si extraneus, ff. de condit. ob caus.* cumque ius
6 non præsumat donationem, quia nemo pręsumitur iactare suum, *l. cum in debito, ff. de probat.* videtur in alijs casibus nõ esse inductam donationem. Nã ex prędictis clarissima datur responsio, non enim nunc tractamus de casu ommisso, sed prouisio fuit facta per contrahentes in omnẽ casum: fuit enim facta donatio pecuniæ purę, sed resoluenda in illis casibus; quorum cum neuter contigerit, donatio pura remansit.
7 Item etsi non fuisset expressa donatio (prout fuit) quando in certis casibus in dote danda quis paciscitur eam sibi restitui, & alij casus essent ommissi; in illis ommissis censetur facta renunciatio, & donatio, quando ex mente contrahentium id colligi potest, *glo. in l. si eum dotem, in vers. mulieri, ff. solut. matrim. ibi Alber. videndus, col. 1. vers. item fallit.* In præsenti de mente constat, ex capitulatione pręcedenti, vbi noluit Io. Cæsar, pecuniam esse restituendam in omnem casum, sed tantum in illis casibus voluit in sequenti capitulatione. Adeo quod de voluntate non erit amplius dubitandum inter eos fuisse actũ, extra illos casus nullo pacto esse restituendam.

Insuper, licet casus fuerit ommissus, quod nunquam fundari poterit; adhuc in casu de
8 quo agitur, inducta esset donatio. Siquidem cum extraneus simpliciter soluerit pro dote mulieris, donatio præsumitur, *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. actio.* Vnde si in certis casibus cauit sibi restitui, in alijs, quamuis casus esset ommissus, inducta esset donatio, quia pro dote lex illam præsumit, *dicto §. accedit.*

Vltimo non video quomodo creditores Dominorum de Francisco aliquid possint prætendere super hoc statu possesso per Dominam Dianam pro dicta summa duc. 18. m. Nam esto millies, quod Domini de Francisco non donasent prædictos ducatos 18. m. Sed illos simpliciter soluissent pro Domino Io. Cæsare, vt liberarent statum à paragijs debitis eius filiabus; nil aliud acquisiuissent, nisi actionem personalem, contra Io. Cæsarem, eiusque hæredes, quia vtile gesserunt negotium ipsius; & hæc non daretur contra Dianam possidentem fæudum, cum actio personalis fæudum nõ sequatur. Et quid amplius moror? hæc omnia causa cognita decisa sunt; fuit enim Domina Diana absoluta à solutione duc. 18. mil. petitorum per Petrum Hieronymum de Francisco in pecunia numerata: & tunc fuit diffinita tantum causa conuentionis dictorum duc. 18. mil. petitorum, & non deffinita causa reconuentionis motæ per Dominam Dianam; eam etiam esse absoluendam ab annuis duc. 1080. pro dicta summa lite pendente, assignatis, quæ nunc erit explicanda. Si enim Diana non tenetur ad solutionem duc. 18000, & ab eis fuit absoluta; pariter, & eodem iure ad annuos reditos duc. 6. pro centenario, pro dicta summa non tenebitur: quia tunc ipsa est obligata ad annuos redditus, quando tenetur soluere duc. 18000. vt ex capitulatione legitur, ad illos non tenetur, & ab eis fuit absoluta, eadem ratione ab annuis redditibus, nunc erit absoluenda, & ita indubitatè sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *HÆres ostendens testamentum non abolitum, nec cancellatum, statim in possessionem rerum hæreditariarum immittitur.*
2 *Coniectura locus non est, vbi clara voluntas apparet contrahentium.*
3 *Subrogatum naturam retinet eius, in cuius locum subrogatur, & res subrogata possessa dicitur propria res possideri, & num. 4.*
5 *Creditor per precarium, & constitutum veram retinet possessionem; ideoque ei interdictum non solum contra debitorem, sed contra quemcumque alium spoliantem competit, ac si realem possessionem haberet, & num. 6.*
7 *Possidenti ciuiliter tantum competit interdictum recuperandæ.*

8 Re-

Remedium l. fin. C. de adicto diui Adriani competit pro nominibus debitorum cum hypotheca, quæ rem afficit, & eam cum onere eodem in alium transfert, & n. 9.

10 *Interdictum datur non solum, quando spoliatur quis sua possessione, sed cum mutatur status suus, vt in pristinum statum reducatur.*

11 *Possessorium datur pro debito quocunque occasione rei.*

Pro sacro Hospitali S. Mariæ de Populo, contra Ducissam Seminariæ.

ARGVMENTVM.

Remedium l. fin. C. de ædicto diui Adriani, quod est inuentum pro rebus corporalibus; an extendatur ad nomina debitorum, in quibus adest hypotheca; & quid in nominibus debitorum sola personali actione obligatorum.

CONSILIVM XXXXV.



SACRVM Hospitale Incurabilium, hæredem D. Isabellæ de Toledo, Ducissæ Castrouillarum, vigore *legis fin. C. de adicto diui Adriani tollendo*, deberi immitti in possessionem annuorum ducatorum duorum mille, & centum eidem D. Isabellæ assignatorum per Donnam Francescã filiam, in excambium Terræ Paulæ; & aliorum bonorum ipsi D. Isabellæ donatorum per Ducem Castrouillari eius virum, sub lege, vt eius hæredes tunc potuissent recuperare bona prædicta ab hæredibus dictæ Isabellæ, quando eisdem soluerent scuta sexdecim mille solis, ex infrascriptis demonstrabitur.

Primum liquet enim fuisse institutum hæredem vniuersalem, per D. Isabellam, in
1 eius testamento non abolito, nec cancellato; cuius vigore, ad solam ipsius ostensionẽ, quod debeat mitti in possessionem dictorum introituum, remansorum in eius hereditate, casus est apertus *in d. l. fin. C. de adict. diu. Adri. toll.* quodque dicti introitus remanserint in eius hæreditate, patet nã, etsi fuerint assignati, per D. Francescam Spinellam, D. Isabellæ eius vita durante; talis assignatio non fuit simpliciter, sed sub ea lege, quod eius hæredi per D. Francescam, soluerentur scuta sexdecem mille solis, & tunc in casu dictæ solutionis recuperarentur, & assignatio extinguerentur per ipsius obitum: verum non facta hac solutione, in eius hæreditate dicti introitus remanebant; illi etenim fuetunt expresse subrogati, cum eisdem qualitatibus in locum Terræ Castrouillarum permutatæ, & Terrę Paulę, ac functionum fiscalium per prius D. Isabellę donatorum, quę ab hęrede D. Isabellę tunc poterant recuperari, quando ei per Dominam Francescam dicta scuta sexdecim mille fuissent soluta. Adeo quod sicut dicta bona, remanebant in hęreditate, D. Isabellæ non facta tali solutione; sic hi introitus, eorum loco, & cum eadem lege, specifice subrogati; hęc enim
2 adeo liquida sunt, ex verbis contractuum, & voluntate contrahentium quod coniecturæ locus non superest. Quinimmo dum introitus isti simpliciter fuissent subrogati in locum prędictorum bonorum, & nihil esset
3 dictum; idem esset ex regula iuris subrogatum assumere naturam eius, in cuius locum subrogatur *l. si eum, §. iniuriam, ff. si quis caut.* ideoque dictum in creatione, habere locum in subrogatione, *dixit Bal. in l. cum furiosus, §. sin autem curator, C. de curat.*
4 *furios.* & quod res subrogata loco alterius, dicatur possideri, ac si res ipsa, propria possideretur, *Afflict. in decis. 395. num. 10. allegat tex. in l. item si fundum, §. seminariois, ff. de vsufr.*

Secundum iam constat dictos introitus in specie fuisse obligatos per Donnam Francescam Donnæ Isabellæ pro dispositione, & consequtione dictorum scutorum sexdecim mille, cum præcario, & constituto: vnde statim de illis facta dispositione, per Donnã Isabellam, in beneficium Sacri Hospitalis eius hæredis; possessio dictorum introituum vera, & realis in ipsam transiuit vigore dicti præcarij, & constituti, licet per actum fictum *l. quod meo, & in l. interdum, vbi omnes, ff. de acquir. possess. per l. certe, §. 1. ff. de precar.*
5 & ob id sicut creditor contra debitorem precario possidentem, si denegat restituere, quia ipsum spoliare videtur; poterit contra eum agere remedijs contra spoliatores cõpetentibus *l. fin. vers. & contra, vbi Bar. ff. de precar. Afflict. decis. 40. num. 14. Tiraq. de const. fol. mihi 34. num. 69.* sic idem creditur, possidens vigore precarij, & constituti, si à quocunque alio fuerit spoliatus poterit intentare remedium recuperandæ pos-
6 sessionis, non minus quam si plęnam, & rea-

R lem

lem possessionem haberet *ex l. vltima, C. de acquir. possess. Bal. in rub. num. 16 C. de*
7 *contra. empt.* nam & alias possidenti ciuiliter tantum competit interdictum, vnde vi *l. 1. §. deiicitur, ff. de vi, & arm. Guid. Pap. decis. 356. vers. quartus est, Tiraquell. de constit. 11. amplist.* igitur si remedia possessoria, habent locum in fauorem possessoris, mediante præcario, & constituto; remedium *l. fin. C. de adict. Diu. Adria. toll.* quod est adipiscendæ *secundum Scribentes ibi*, in his introitibus possessis per Donnam Isabellam vigore precarij, & constituti, & in eius hæreditate remansis, omni iure militabit; & quod in bonis possessis mediante precario competat remedium *l. fin. Paul. ibi num. 6. expresse decidit.*

Vltimum, esto millies, quod dicti introitus non remanserint in hæreditate Donnæ Isabellæ, prout vere remanserunt; non potest negari, quin prædicta Donna Francesca, non sit liquida debitrix Sacri Hospitalis, hæredis Donnę Isabellę in dictis scutis sexdecimmille: & non debitrix tantum in actione personali, verum etiam cum hypotheca generali, omnium eius bonorum, & speciali dictorum introituum. Inde infertur, quod & si remediũ *d. l. fin.* detur in rebus corporalibus remansis in hæreditate defuncti *glo. ibi in vers. legitimo, circa medium*, & non detur in iuribus in corporalibus, & sic contra debitores hæreditarios, ad instar interdicti quorum bonorum *l. fin. ff. quorum bonor.* tamen ibi *Cyn. num. 14. Salic. post num. 21. Alex. num. 23. Alber. Bal. num. 48. Paul. num. 15.* & communiter omnes voluerunt quod in illis iuribus incorporalibus non datur
8 illud remedium, in quibus non cadit quasi possessio; vt in iuribus personalium actionum, & sic in nominibus debitorum obligatorum actione personali, quæ personæ cohærent: sed in iuribus, quæ rebus cohærent, vt in seruitutibus, quia quasi possidentur *l. quoties, ff. de seruit.* illud remedium competit. In præsenti nos non tractamus de nomine debitoris, in actione personali tantum, quod personæ coheret; verum etiam cum hypotheca generali, & speciali: & sic hoc ius nominis, & si sit incorporale, quia propter hypothecam generalem, & specialem, rei cohæret; in illo remedium *d. l. fin.* secundum præfatos Doctores operabitur: taliter enim
9 hypotheca, rei inest, & rem afficit, quod te in alium translata, transit affecta, onere hypothecę; & quando hypothecaria, agitur non persona, sed reipsa conuenitur *l. denique, ff. de iur. fisci,* nimirum si hoc ius nominis, mediante hypotheca, rei cohærens, sub dicto remedio comprehendetur.

Item *Cyn. ibi nu. 14. & Alber.* postquam dixerunt, in iuribus personalium actionum non dari illud remedium; subiunxerunt, licet *Canonistæ* teneant etiam in personalibus actionibus dari possessorium, *vt dixerunt in l. si certis annis, in fin. C. de pact.* & verum est quod *Canonista in cap. querelam, de elect. vbi Abb. Butr. cæterique* dixerunt in obligatis personali actione, si non datur possessorium, datur quidam status. *& Abb. in*
10 *specie* dicit, quod non solum cum quis spoliatur possessione, vel quasi potest agere ad restitutionem; sed etiam cum mutatur status suus iniuste, & violenter, potest agere, vt restituatur ad pristinum statum, & hanc opinionem *Canonistarum*, sacrum consilium approbauit, *secundum Afflictum decis. 395.* eo magis quia prestatio scutorum sexdecim mille est debita per Donnam Francescam occasione recuperandi, prius terram Paulę, postea terram Castrouillarum eius loco subrogatam; & demum hos introitus, eorum loco subrogatos. & proinde, cum sit debitũ,
11 occasione rei, tam Doctores iuris ciuilis, quam canonici in hoc concordant dari possessorium, *Afflict. decis. 395. nu. 8.*

Quare, si opinio *Canonistarum* est vera, & approbata in nominibus debitorum, in actione personali dari possessorium, seu statum, & concordant etiam *Ciuilistæ* quando occasione rei debetur; per necesse oportet fateri remedium *l. fin.* in hoc nomine debitoris, locum habere; etiam quia occasione rei debetur. Hæc ex abundanti sunt dicta, cum constet introitus prędictos remansisse in hæreditate dictæ d. Isabellę, super quibus in fauorem Sacri Hospitalis omnino missio fiet.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti quæ subsequitur promissioni dotis, præiudicat ipsi marito, & eius creditoribus, & num. 2.*

2 *Apoca recognita per testes deponentes notã habere manum debitoris, præcedente comparatione, plenè probat contra debitorem, & num. 6.*

4 *Comparatio debet fieri ex scriptura publica, nec est necesse quod testes, qui deponunt, fuerint præsentes confectioni apocæ, & num. 5.*

7 *Apoca dicitur liquidata, & recognita sine comparatione, quando testes deponunt se*

vidisse

vidisse apocham scribi.

8 *Comparatio aliquando sine testibus comprobat apocham.*

9 *Dotis fauore apocha in sola comparatione, sine testium adiutorio, receptionem dotis probat, praecedente tamen promissione.*

10 *Rebelli ius competens transfertur in fiscum.*

11 *Debitor creditori succedens, debitum confusione extinctum non soluit; nec ei soluitur quando est creditor, & debitori succedit.*

12 *Testamentum sine testibus, & alijs sollemnitatibus nihil operatur, & nullum estimatur.*

13 *Sorores defuncti simul cum patre succedunt.*

14 *Sententia declaratoria rebellionis requiritur, quando non est notoria rebellio, & num. 17.*

15 *Principi asserenti quem esse rebellem creditur, & ideo multo magis creditur ei asserenti quem non esse rebellem, & nu. 16.*

18 *Rebellio non requirit sententiam, iuxta capitula Regni apud Tranum, si notoria, vel iudice pro tribunali sedente declarata sit, alias secus.*

19 *Rebellis ipso iure perdit administrationem suorum bonorum, non autem dominium, & ideo illud non transit in fiscum, & numero 20.*

21 *Rebellis tamquam incapax nec ex testamento, nec ab intestato succedere potest, sed venientibus ab intestato successio defertur, & num. 23. & 25. indigno autem fiscus aufert haereditatem, & num. 24.*

22 *Persona, quae non potest obligari, nec potest adire haereditatem.*

26 *Aditio haereditatis factum continet, & ideo probanda est; nec delata, & non adita haereditas ad fiscum defertur, cum iura quaesita, non quaerenda ei deferantur, & num. 27.*

28 *Haereditas non adita non transmittitur ad extraneum, & ideo nec ad fiscum, qui eius locum obtinet, & num. 29.*

30 *Ius reuocandi donationem reseruatum perdonantem, in fiscum non transit.*

31 *Ius conditionale ex contractu quaesitum passiue transit in fiscum.*

32 *Lex inter socerum, §. fin. ff. de pactis dotal. declaratur.*

33 *Pater expresse donans actionem de dote, vel stipulans sibi ad beneficium filiae, ei donare intelligitur, eaque donatio dotis fauore inter patrem, & filiam subsistit, & numero 36.*

37 *Haereditas rebellis, tamquam incapacis, socijs accrescit, vel sequentibus in gradu defertur.*

38 *Actio personalis per successionem, siue haereditatis aditionem, confunditur, non autem hypothecaria.*

39 *Restitutio etiam iura confusa, & extincta restituit, ac si actus ablationis non interuenisset, & num. 40 & ac si delictum non esset commissum, & num. 41. ideoque ius dotis confusione extinctum reuiuiscere facit, & num. 42.*

43 *Restitutio non trahitur ad bona alteri quaesita, intelligitur quando acquisitio est facta ministerio hominis, secus si iuris dispositione, & num. 44.*

45 *Ius patronatus extinctum deportatione, restitutione recuperatur.*

46 *Legi siue libertus, ff. de iure patronatus, vera intelligentia traditur.*

47 *Verbum (recipere) significat de nouo accipere.*

48 *Filius secundogenitus, qui per rebellionem vitam, & militiam amittit, per restitutionẽ eam recuperat.*

49 *Ius ciuile aliud ciuile tollit.*

50 *Restitutio in integrum seruitutem lapsu temporis extinctam reuiuiscere facit.*

51 *Spes reuiuiscendi operatur, quod actio extincta valeat reuiuiscere, quod confert ad intelligentiam tex. in l. qui res, §. aream, ff. de solut.*

52 *Restitutio, quae non trahitur ad bona alienata, producit effectum consentiente possessore; is enim consentiendo sua iura perdit, & aliena roborat, & num. 53.*

55 *Nomina debitorum exacta dicuntur, si realiter facta est solutio; exigere enim realem importat solutionem, & nu. 55.*

56 *Vxor relicta vsufructuaria, donec caste vixerit, & dotes exegerit; per cessionem iurium dotalium, aut illorum venditionẽ, vsufructum non amittit.*

57 *Fisco vendente, possessor post quatriennium molestari non potest, nisi apposita sit in venditione clausula iuribus alienis saluis, & num. 58.*

Pro Ducissa Trahetti, contra Ducem Montisalti.

ARGVMENTVM.

Confessio de dote recepta, praecedẽte promissione facta viro; an sicut ipsi, ita quoque creditoribus praeiudicet. Dos restitui promissa patri stipulanti, & filiae absenti; vtrum fauo-

re dotis ad beneficium filię intelligatur: & si sit restituenda patri rebelli, & proinde incapaci, an fisco, vel venientibus ab intestato quæratur. Rebellio non notoria, an requirat sententiam. De restitutione concessa ad omnia, etiam alijs quæsita. Et tandem an in fiscum transeant ea, quę ad hæredes extraneos peruenire non possunt.

CONSILIVM XXXXVI.



IAM fundatam habent intentionem actrices super petita asistentia contra Duc em Montis alti, exterosque pessessores, pro dotibus quondam Portię Zurulæ earum sororis, & vxoris quõdam Petri Stendardi pro summa ducatorum 2900. cum interesse, quos liquido constat Petro fuisse solutos, cum omnia extrema huius iudicij adsint. Constat enim de mense Iulij 1516. Ioa. Bernardinum Zurulum, & Isabellam Carrafam coniuges in capitulis matrimonialibus, pro dotibus Portiæ eorũ filię promisisse Petro Stendardo ducatos 5000. de quibus tunc tempore matrimonij promiserant ducatos duos mille, restantes vero tres mille infra sex annos. Tandem die 12. Septembris 1516. Petrus Stendardus mediante instrumento dotali confitetur recepisse totam dotem. & eodem die fit, instrumentum mutui dependentis ex dotibus in summa ducatorum trium mille soluendorum infra sex annos. Ex his scripturis clarissime liquet, quod postquam instrumentum mutui fit in summa ducatorum triũ mille, ducatos duos
1 mille absque dubio fuisse solutos; nam cum procedit promissio, & sequitur confessio dotis receptę per virum, dos soluta censetur, & isto casu nedum cõfessio prejudicat marito, *l. in contractibus, §. 1. vbi omnes, C. de non*
2 *num. pecu.* sed etiam creditoribus, *Soc. & aly in l. 1. solut. matr. & late Afflict. decis.* 402. Similiter constat per tres apocas in anno 20. & 22. Petrum Stendardum in computum restantium ducatorum trium mille
3 recepisse ducatos 900. in tribus vicibus; has enim apochas fuisse scriptas manu Petri, quamplures testes deponentes habere notã eius manũ, affirmant; & precepto iudicis facta comparatione cum scriptura publica, vt cũ capitulis matrimonialibus stipulatis, & subscriptis per eundem Petrum, refertur eadem manum: quo fit, plenam ex his pro-
4 bationem induci. Siquidem vt comparatio probet, requiritur, vt scriptura, ex qua fit comparatio, sit publica, vt ex ea resultet literarum similitudo; & quod testes deponant, notam eis esse scribentis manum, *glo. in §. si quis igitur, in verf. faciamus, autb. de instrum. caut.* quæ concludit ex testibus deponentibus notam manum, & comparatione apocam scriptam in secreto plene probari illam sequitur ibi *Bar. & in autb. at si contractius, nu. 6. vbi Iacob. Butrig. C. de fid. instrum. Bal. in autb. sed nouo iure, num. 4. C. si cer. pet. Alex. 181. num. 2. vol. 2. Abb. in cap. 2. num. 3. vbi Dec. num. 7. extra de*
5 *fid. instrum.* & cum sit comparatio, sufficit, quod testes dicant habere notam manum, vt plena probatio inducatur; licet non deponant fuisse præsentes quãdo apoca fuit scripta: quia hoc modo *glo. & Bar.* loquuntur, dum dicunt, quod soli testes non sufficiunt, quia de facili possunt errare; pro firmo te-
6 nentes, quod sufficiat testes deponere habere notam manum cum comparatione, vt plena probatio oriatur: maxime quia *glo.* loquitur de apoca scripta in secreto, quæ à
7 testibus non potuit videri: quando enim testes deponerent vidisse apocam scribere, de per se, sine alia comparatione probarent, *Imol. in l. nuda, col. fin C. de dona. & in c. 2. vbi Dec. nu. 7. de fide instrum.* concludẽtes opinionem *glo. & Bar.* ex comparatione, & testibus plenã probationẽ oriri debere; intelligi, quando testes tantum deponunt habere
8 notam manum: & quãdoq; sine testibus, tãta põt esse vis cõparationis, ꝙ plene probaret, *glos. & Bar. in l. admonendi, num. 25. verf. dicam tamen, ff. de iur. iur. Abb. in d. cap. 2. num. 4. vbi Antonius de Butreo, de fide instrum. & ibi Fel. nu. 15. & Alex. d. consf. 181. num. 4. vol. 2.* vbi ait, hoc esse satis ar-
9 bitrarium: eo magis quia nunc loquimur in apoca dotis receptæ, præcedente promissione, in qua fauore dotis, si dubitaretur, forte comparatio, & sola apoca sine testium adiutorio probaret. *est tex.* loquens de rebus parafernalibus *in l. si ego, §. dotis, in glos. in verf. retinet, ff. de iure dot. quem Bal. allegat in l. 2. num. 3. in fin. C. ne vxor pro marito, refert, & sequitur Add. ad Abb. in d. cap. 2. num. 6. lit. B. de fide instrum. & ad Bar. in d. l. admonendi, nu. 25. circa finem, litera D.* Ex his enim plenissime appa et, fuisse Petro Stẽdardo solutos ducatos duos mille nongentum in computum dotium Portiæ eius vxoris, pro quibus asistentia cum interesse recte procedit.

Superest nunc, vt exceptionem patris, seu Regij

Regij Fisci penitus excludam. Prætenditur Portiam Zurulam in anno 28. in eius testamento reliquisse hæredem Io. Berardinum
10 Zurulum eius patrem, qui cum fuerit rebellis, hoc ius dotium Portiæ ex persona Ioa. Berardini fuisse translatum in fiscum, & pariter Petrum Stendardum maritum Portiæ, & debitorem dictarum dotium, fuisse rebellem, ex cuius persona in fiscum tale onus esse translatum, *l. 2. C. ad l. iul. de vi pub.*
11 vnde si fiscus, vt successor Petri rebellis erat debitor dictarum dotium, & vt successor Io. Berardini hæredis Portię erat creditor; iure confusionis hoc ius petendi dotes videri sublatum, *l. vranius, ff. de fideiussoribus cum similibus.* Sed audiant circumspecti iudicantes, quoniam ex pluribus hęc exceptio funditus reijcitur.

Primo non apparet testamentum sollemne prędictę Portię, in quo instituisset hęredē
12 Io. Berardinum patrem. Cartula quędam testamenti producitur sine testibus, iudice, & non reperta in protocollo; ideoque de ea deficientibus omnibus sollemnitatibus testamenti, nulla ratio habenda erit: & si testamentum est, Portia ab intestato decessit,
13 cui actrices, vti sorores simul cum patre, qui non potuit succedere, quia incapax vt infra, successerunt *auth. defuncto, C. ad tertul.*

Secundo dato, quod testamentum esset sollemne, prout non est, quis dicit Io. Berar-
14 dinum patrem fuisse rebellem; sententia declaratoria non apparet. Immo in translatione facta cum curia, expręsse dicitur Io. Berardinum non commisisse tale crimen, imponendo perpetuum silentium Regio Fisco, qui memoriam Io. Berardini condem-
15 nare volebat. Si enim creditur Principi asserenti aliquem esse rebellem cum subscriptione quęstoris *Andr. in cap. 1. qui success. ten. & in cap. 1. in fin. de contro. feud. apud*
16 *par. termi.* quanto magis illi est credendum, si declarat aliquem non fuisse rebellem; cum fauorabilior sit hęc pars excludens delictum *l. merito ff. pro socio.* Immo si Io. Berardinus fuisset rebellis, prout non fuit, adhuc sententia declaratoria require-
17 batur, quando rebellio non est notoria, *Andreas in cap. sancimus el 2. quo temp. mil. Luc. in l. cum allegas, ver. vt omnium dicta saluentur, C. de re milit. lib. 12. Alex. in cons. 124. & 102. nu. 22. vol. 1. Cap. decis. 69. n. 38.*
18 *& Gram. decis. 15.* si enim rebellio fuisset notoria facti permanentis, seu iudice pro tribunali sedente, in his duobus casibus sententia non requireretur; & *capitula Regni nuper apud tranum, cum alijs* contra notorios rebelles, in his duobus casibus loquuntur *Andr. in d. cap. sancimus Luc. in l. quisquis, de pet. bon. subla. & in add. ad dictum cap. nuper apud tranum, Gram. decis. 105. num. 15.* inde fit quod postquam sententia declaratoria non apparet, licet fuisset commissum crimen per Io. Berardinum; quod
19 ante sententiam dominium bonorum, & iurium in fiscum aliter non fuit translatum, nec incorporatum *Bar. in l imperator, ff. de iure fisci,* vbi in hoc crimine dicit, ipso iure perdi administrationē bonorū cōmisso cri-
20 mine, sed non transire dominiū in fiscū ante sententiā, *Aret & Paul. in l. qui à latronibus §. 1. ff. de test. Fab. in §. 1. inst. quibus alien. non licet, & alij quamplures Doctores hanc opinionem sequuntur, quos ad id cumulat, & sequitur Gig. de crim. læsæ maiest. in tit. de pæn. comm. crim. læsæ maiest. q. 25. post nu. 3 & num. 5. pro qua opinione clarum tex. allegat, cui non pōt respōderi in l. quæsitū, qui, & à quibus* ibi tex. loquitur de reo criminis læsæ maiest. si potuerit manumittere, quia ante damnationem dominus erat; & sic clare ibi deciditur ante sententiam dominium remanere in reo criminis læsæ maiest. & ob id in fiscum non transire.

Tertio licet testamentum esset sollemne, & Io. Berardinus fuisset declaratus rebellis; quod neutrum apparet, & negatur. si Portia in eius testamento faciat hæredem Io. Berardinum patrem; vel illo tempore erat rebellis, vt ex aduerso prętenditur, & tanquā
21 rebellis, & incapax non poterat adire hęreditatem, nec ex testamento, nec ab intestato *l. 1. C. de hered. instit. & l. quisquis, C. ad l. iul. maiest.* vbi si filij rebellium sint incapaces successionum, & hęreditatum; multo magis comittentes crimen erunt incapaces, quia statim commisso hoc crimine in-
22 terdicitur eis administratio; & qui non potest obligari, non potest adire, *l. more, & l. mutum, & ibi glo. ff. de acqu. hered.* quamobrem si Ioan. Berardinus vt rebellis erat incapax successionis filię, hęreditas hæc non transibit in fiscum ex persona Io. Berardini,
23 sed fit locus cęteris successoribus ab intestato, *l. si quis mihi bona, §. si quis plane, ff. de acquir. hered.* & hæc est communis Scribentium opinio, quod quando quis est incapax hęreditatis, tunc illa non aufertur à fisco, tanquam ab indigno; sed remanet pęnes alios successores ab intestato: secus tamen
24 si sumus in indigno qui quęrit, sed ab eo fiscus aufert, *ita Bar. Bal. Angel. Paul. Ias. cæterique, C. de hered. instit. & pulchre Socc. loquens in rebelle incapace in cons. 22. num. 13. 1. vol. Gigas de crimine læsæ maiestatis, in rub. de pæn. committ. crim. læsæ maiest. q. 14. fol. mihi 292.* quādo enim quis vt incapax

non potest capere, non est locus fisco, sed relictum efficitur pro non scripto, & fit locus alijs successoribus; quod enim non potest acquiri, non potest auferri *l. decem, de verb. obligationibus, Bal. dixit l. 1. C. de secundis nuptijs.*

Vel tempore mortis Portiç Io. Berardinus non erat rebellis, sed capax, & demum effectus rebellis, vt sic ex eius persona ius hoc in fiscum transiuerit, & similiter nihil erit; nam non apparet Ioãnem Berardinum adi-
26 uisse hęreditatem Portiç; actus enim aditionis tanquam actus facti debet probari, *l. gerit, & l. pro hærede, de acquir. hæredit.* & si non apparet adiuisse, hæreditas licet delata, non tamen adita, in fiscum non transit,
27 quia in eum iura quæsita tantum transeunt, non iura quærenda; sicut dicimus in domino, & seruo *in l. cum proponas. C. de hæred. inst.* etenim ius adeundi nemini quæritur, adeo,
28 quod hęreditas non adita non transmittitur in extraneum, *l. vnica, §. in nouissimo, C. de cadu. tollen.* & si in hæredem extraneum non
29 transit, minus in fiscum, qui loco hæredis extranei habetur; cum illa tantum transeant in fiscum, quæ hæredi extraneo quæruntur, *l. iura liber. ff. de bonis liber. his, & alijs rationibus ita firmat Nellus in trac. banni. par. 1. secundi temporis, quæst. 30. Gigas in alleg. loco, quæst. 8. & Loffred. in cons. 5. num.*
30 loquens de iure reuocandi reseruato in donatione per donantem, in fiscum non transire. Nec obstat si dicatur in capitulis matrimonialibus Petrum Stendardum virum Portiæ, promisisse restituere dotem Portiæ, eiusque hæredi, seu Io. Bernardino dotanti, cui videtur ius quæsitum mortua Portia sine filijs ex stipulatione, licet conditionali; &
31 constat ius conditionale ex contractu quæsitum passiue transire in fiscum, *l. inter socerum, §. fin. ff. de pact. dotal.* Nam *tex.* ille procedit, quando pater stipulatus erat sibi reddi dotem, non habens animum donandi dotem filię, & actionem de dote ei in totum appropriare; nimirũ si patre damnato actionem patri quæsitam ex stipulatione, licet conditionali, in fiscum transire: sed casus noster contrarius est, pater enim stipulatus est dotem reddi Portiæ filiæ, eiusque hæredi, vel
33 sibi, in beneficium Portię: quando enim quis stipulatur dotem reddi filiæ, vel sibi dotanti, fauore dotis vtilis actio quæritur filiæ
34 *l. Caius, ff. sol. matrim.* etiam si filia fuerit absens, cum pater possit stipulari pro filio absente, *l. quodcunque, §. 1. & l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Bal. nouell. de don. 6. par. vlt. spet. post num. 1.* & ex hac stipula-
35 tione clare patet, patrem dotãtem voluisse donare dotem filiæ, eique in totum actionem de dote appropriare, postquam ei principaliter stipulatur, vel sibi in beneficium filiæ; quo casu donatio oritur, quæ inter patrem,
36 & filiam fauore dotis substinetur, *l. Pomponius Filadelphus, ff. famil. hercis. ita Ias. ex mente Din. in l. post dotem, num. 64. ff. sol. matr. & ita communiter teneri per Scribentes, refert, & sequitur Bal. nouell. de dot. 6. par. vlt. spet.* Vnde si dos hæc fuit donata Portiæ filiæ, & eidem actio de dote quæsita, & non Io. Bernardino patri; sequitur in fiscum ex persona Io. Bernardini nihil translatum, sed mortua Portia intestata actrices eius sorores cum patre, si fuisset capax, simul successissent, *auth. defuncto, C. ad Tertull.*
37 sed pater nõ potuit succedere pro portione sua, quia rebellis, & incapax, per superius allegata; nimirum si integra successio eius sororibus fuit acquisita.

Quarto, esto millies, prout numquam fundari poterit, hoc ius petendi dotem fuisse quæsitum Io. Bernardino vt hæredi Portiæ; seu ex stipulatione, & ex persona Io. Bernardini rebellis, fuisse translatum in fiscum; qui cum ex persona Petri Stendardi debitoris, & ex persona Io. Berardini creditoris euaserint debitor, & creditor, iure confusionis sublatum videbatur: nam dum debitor succedit
38 creditori, vel è contra, actio tantum personalis confunditur, *l. debitori, C. de pact.* illa ratione, quia actio, & passio non possunt stare in eodem subiecto, *l. vxor tua, C. de bon. auth. iud. poss.* sed actio hypothecaria, qua nunc actrices agunt, non confunditur, quia cessat allegata ratio, cum sit actio realis, *Bald. in d. l. si vxor tua, Alex. in d. l. debitori, 3. limita. Paul. in l. cum quis, §. fin. ff. de solut.* & licet teneremus etiam actionem hypothecariam confundi, & hoc ius petendi dotes in fiscum translatum, iure confusionis extinctum; adhuc actrices habent intentum: siquidem habent à Curia plenissimam
39 restitutionẽ nõ solum ad honores, & dignitates, verum etiam ad omnia bona, iura, & nomina, non exacta, nec alijs concessa, nec translata: hæc enim restitutio ad omnia bona, iura, & nomina etiam extincta trahitur, cum sui natura omnia reponat in pristinum statum, *l. 2. §. fin. ne quid in loco publico, & l. videamus, vers. in fauiana, ff. de vsuris.* vbi
40 reus restitutus pro non facto habetur, *Bal. in l. imperialis, §. 1. C. de nupt.* illa enim æquiparatur fictioni post liminij, & retro-
41 trahitur, perinde ac si numquam delictum fuisset commissum, *l. si quis filio, § penul. ff. de iniust. rup. testam. Angel. & Imola in l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hæred. instit.*

si ergo

si ergo restitutio omnia reponit in pristinũ, *l. 1. C. de senten. pass. & l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor* operabitur in præsen-
42 ti, vt hoc ius dotium iure cõfusionis extinctum, non fit extinctum, vigore restitutionis, quæ reducit causam ad non causam, *secundum Angelum in l. si pater filium, circa medium, ff. de adoptio. melius Bald. in l. final. num. 5. C. de senten. pass.* Et quamuis *Doctores in l. fin. C. de senten. pass. & in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* voluerint rebellem restitutum recuperare omnia bona, & iura, nisi essent alijs concessa, seu penitus sublata *ad c. quamuis, de rescriptis in 6.* vt sic ex aduerso dicatur, postquam
43 hoc ius petendi dotes in fiscum translatum iure confusionis sit sublatum, & ad illud iam extinctum restitutio non trahatur. respondetur, quod prædicta communis opinio procedit, quando bona, vel iura sunt alienata, seu sublata facto hominis, seu fisci, qui alteri bona, seu iura rebellis sibi deuoluta conces-
44 serit: secus tamen quando sine facto hominis iura essent extincta ministerio iuris, vel bona alijs essẽt acquisita immediate per rebellionem, vel damnationem; adeoquod ius quæsitum tertio immediate traheret causam ab ipsa rebellione, seu condemnatione; quia tunc restitutus recuperat bona alijs quæsita, & iura iam extincta ministerio iuris sine facto hominis, *ita sing. ex mente Cyn. tradiderunt Bald. in d. §. quid si tantum, post nu. 3. col. pen. circa medium, vers. & inducitur hac glo. ibi Alex. num. 19. Ias. num. 74. Aret. col. 10. vers. in ea glo. Bal. in d. l. fin. nu. 5. C. de senten. pass. & l. sed si, §. si per pœnam, in fin. ff. de in ius voc. & Ang. in d. l. si pater filium, ff. de adoptio.* idque lucidissime probatur *in l. siue libertus, ff. de iure patro.* quam prædicti *DD.* allegant, ibi dicitur, quod si patronus est deportatus, ius patronatus ipso iure extinguitur, & libertus fit exemptus, quia in heredem extranei non transit ius patronatus, *l. si operarum, ff. de oper. liber.* & tamen si patronus fuerit restitutus, reuiuiscit
45 ius patronatus amissum, illudque licet extinctum, vi restitutionis recuperat; quia non facto hominis, sed immediate ex deportatione ipso iure fuit amissum: quidquid aliter dixerit *solus Imola in d. §. & quid si*
46 *tantum,* ideo *in d. l. siue libertus* patronum restitutum recuperare ius patronatus, quod illud non erat extinctum, sed erat in suspenso. quia hæc sua opinio est contra omnes allegatos *Doctores,* qui contrarium tenent, & in specie *per Alex. ibi à num. 19.* reprehenditur; omnes enim concludunt, ibi ius patronatus esse extinctum: quod luce clarius constat ex verbis illius legis, dum dicitur amissi patronatus Ius recipitur. nota verbum (amissi) quod denotat perdere, & consequẽter si est perditũ, & nemini quæsitũ. ergo extinctũ.
47 & nota verbum (recipitur) quod significat retro, seu noniter accipere, similis tex. de reuiuiscentia bonorum possessionis *in l. 1. in fin. ff. de bon. poss. contra tab. quem glo. allegat in d. l. vel libertus, ad idem tex. in l. fin. C. de sent. pass.* ibi restitutus pater ius patriæ potestatis amissum recuperat? quia ius existentiæ sui iuris in filium immediate per deportationem, & sine facto hominis erat ei quæsitum. Inde sing. ad propositum decidit *Afflict. in lege regia comitibus nu.* 8. loquens
48 de secundogenito rebelli, qui vitam, & militiam medij temporis, quo fuit rebellis amiserat; quod si fuerit restitutus, illam recuperabit, & licet extinctam reuiuiscere, quia immediate pro rebellione ipso iure erat extincta; quinimmo cum quid extinguitur ipso iure per dispositionem iuris immediatam, Princeps lex animata restituens euitat
49 legis dispositionem, quia vnum ius ciuile tollit aliud *Afflict. in c. 1. nu. 12. de vassal. de crep. ætat.* Et hunc tendunt omnia *Iser. dicta in cap. 1. in fin. de vassal. de crep. ætat.* &
50 similiter quod restitutio iura iam extincta ministerio iuris reuiuiscat, *vide l. si socius, ff. quemadmo. seruit. amitt.* ibi ager impetu fluuij erat occupatus, dicitur, quod si id tẽpus præterierit, vt seruitus amittatur, reuocare eam cogendus est, inquit *glo.* in verbo reuocare; & hoc per restitutionem in integrum, quæ seruitutem lapsu temporis extinctam reuiuiscit, *ad idem l. attilicinius, iuncta glo. in verbo restitui, ff. de seruit. rustico. prædio.* Et ex his apparet non obstare *tex. in l. quis res, §. aream, ff. de solutio.* obligationem semel extinctam, amplius non reuiuiscere; nam *glo.* ibi varios enumerat casus, quibus obligatio extincta reuiuiscit: & in casu nostro non procedit, quia, per superius allegata, restitutio Principis iura iam extincta re-
51 uiuiscit. quinimmo in secũdo casu *d. §. areã,* vbi potest esse spes aliqua obligationis reuiuiscendæ, obligatio reuiuiscit, quod si nauẽ, quam promisisti, dominus dissoluerit, eamq; demum eisdem tabulis compegerit, te teneri: rationem assignant, ibi *Paul. Bal. cæterique,* quia erat spes reficiendæ nauis, cuius respectu obligatio reuiuiscit. sic in rebelle dicimus, quod in eo spes aliqua consideratur, quod possit restitui, vt iura extincta recuperet, *Afflict. singulariter in dicta constitutione Regni Comitibus, num. 8. in fin. allegat Bart. in l. is potest, ff. de acquir. hæred. qui sub num. 15.* loquitur de hac spe, quæ est in

in consideratione in fauorem alicuius; sicut fauor est rebellis habere spem, vt restituatur, qui tandem restitutus vi restitutionis iura iam extincta recuperat, *Affli. in alleg. const. Comitibus, & in cap. 1. 6. notab. nu. 10. hic finitur lex.* In præsenti quid aliud prætenditur, nisi quod fiscus ex persona Petri Stendardi sit debitor dotium, & ex persona Ioa. Berardini Zuruli creditor; ideoque per confusionem hoc ius dotium esse sublatum, *d. l. Vranius, ff. de fideiussor.* id enim non procedit facto fisci, seu hominis, sed ministerio iuris ex legum constitutionibus, *l. grege, §. 1. de pignor. clarus tex. in l. in omnibus, vbi glo. de solut. & Bart. in l. Vranius, num. 5. ff. de fideiussor.* quapropter si clarum est, hoc ius dotium iure confusionis, non facto hominis, sed ministerio iuris esse sublatum; sequitur rebellem restitutū hoc ius licet amissum recuperare; & per restitutionem hoc ius amissum non facto hominis, sed ipso iure reuiniscere: sicut in rebelle restituto, qui amiserat vitam, & militiam medij tēporis ipso iure extinctam, illam recuperare dixit *Affli. in alleg. constit. Regni Comitibus, n. 8.* tanto
52 magis, quia licet restitutio non trahitur ad bona alijs alienata, si tamen consenserit possessor bonorum, restitutio illa comprehēdit *Afflict. in cap. 1. num. 12. de vassal. decrep.*
53 *ætat.* nam possessor consentiendo sua iura perdit, & aliena fortificat, *l. cum quædam, C. de administ. tutor.* sic ergo dicamus in fisco, in posse cuius hoc ius dotium erat trāslatum, quia restituendo rebellem consentit quod iura, & bona sibi quæsita in eum restitutum reuertantur, & omnia primeua iura recuperet.

Nec dicatur restitutionem hanc fuisse limitatam v3. ad omnia bona, iura, & nomina, præter quam ad exacta, seu alijs translata, & concessa; quodque hoc ius dotium confusione sublatū videatur quoquomodo exactum, *in l. si ei qui, ff. de euict.* Nam si fiscus dum in restitutione excepit iura, & nomina per eum exacta, voluit denotare iura, & no-
54 mina realiter per actum facti exacta, & non extincta ministerio iuris; quinimmo verbum (exactum) multum differt ab extincto, cum exigere actum facti solutionis denotet, & est ab initio extorquere, *l. fideicommissa, §. si rem, de leg. 3. l. pupi. ff. quæ in fraud. credito. singularis glo. in si pacto, in verbo sollemnem, in fine, C. de pact. Bald. in l. falsus, nu. 5, vers. tertij dicunt, C. de fur.* Ait procuratorem ad exigendū non posse confiteri, quia
55 exigere realem solutionem demonstrat, & eadem ratione non posse nouare, *l. non abstulit, vbi Bal. C. de nouatio.* Huc tendit singularis *decis. Bar. in aut. hoc locum, n. 14. C. si secundo nupserit.* Ibi quærit si maritus re-
56 liquit vxorem vsufructuariam donec vidua permanserit, & dotes non exegerit. Si vxor cessit, seu aliter vendiderit iura dotalia, quod non per hoc priuatur vsufructu, quia exigere dotes importat reale factum solutionis inter eam, & viri hæreditatem; in quo inquit vidisse magnos peritos dubios, *Bar. refert, & sequitur Iason in l. non solum num. 12. & 13. sol. matr.* si enim verbum (exigere) denotat reale factum exactionis, & est quid diuersum à verbo (extinguere) clarissime sequitur, dum fiscus in restitutione excepit iura, & nomina per eum exacta, non voluisse includere iurium confusionem, sed tantum nomina per actum facti realiter exacta voluisse comprehendere.

Vltimo & sit finis non refragatur, si forte
57 possessores habentes causam à fisco opponerent elapso quatriennio non posse molestari priuilegio, *l. bene à Zenone, C. de quatrien. præscrip.* quia dum fiscus fecit prædictas cōcessiones, in illis clausulam apponi solitam
58 adiecit (iuribus alienis semper saluis) quæ priuilegium *d. l.* excludit *And. in c. 1. vers. & bona committentium, num. 78. circa medium, & circa finem, vbi Afflict. nu. 59 quæ sint regal. & in cap. 1. de l. corradi, Felyn. in cap. inter monasterium, num. 3. de re iud. & Petrus Duena in regula 138. vlt. limit.* eo magis quia nunc loquimur in dote consequenda, contra quam priuilegium dictæ legis non procedit, *Bal. in cons. 359. num. 3. vol. 3. Iason. in l. 1. nu. 9. in fin. 11. limit.* quibus additis, & omnibus dubijs clarissime resolutis, postquam constat dotem Portiæ fuisse Petro solutam in summa ducatorum duorum mille noningentum; nec appareat Io Berardinum patrem Portiæ fuisse rebellem, nec Portiæ hæredem; & si hæredem incapacem, ita vt ius successionibus actricibus legitimis successoribus remanserit, & non in fiscum translatum; & si translatum non extinctum; & si extinctum per restitutionem reuiuitum: intrepide, & absque dubio concludo sentētiam ex nouiter adductis pro religione Iudicantium esse reuocandam; & assistentiam petitam pro dicta summa soluta, vna cum interesse præstandam fore Iuridice sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 F*Æudum receptum pro se, & hæredibus quibuscunque, quilibet etiam non vocatus dum.*

Digitized by Google

dummodo sit hæres admittitur.

2 *Magna Cur. cognoscit de feudo quaternato.*

3 *Princeps Salerni, & eius Officiales habuerunt potestatem cognoscendi de feudis quaternatis.*

4 *Subfeudum habens vassallos dicitur feudum quaternatum.*

5 *Assensus tam domini mediati, quam immediati requiritur in alienatione subfeudi habitati, quaternati.*

6 *Sen tentia contra ius litigatoris non dicitur nulla, & transit in rem iudicatam.*

7 *Inuestitura pro se, & hæredibus quibuscumque, æquiperatur inuestitura pro te, & cui dederis, declara. nu. 9.*

8 *Feudum concessum pro te, & cui dederis, potest alteri concedi sine nouo assensu.*

10 *Successor singularis dicitur etiam per contractum.*

11 *Confirmatio operatur vt omnia sint concessa, quæ in concessione continentur.*

12 *Assensus nouus non requiritur in concessione, & alienatione feudi dati cum potestate vendendi, & alienandi.*

13 *Assensus non requiritur in alienatione subfeudi, pro quo soluitur, quando alienatur quartaria.*

14 *Assensus quare requiritur domini mediati, & immediati in alienatione subfeudi habitati, & quaternati nu. 16.*

15 *Subfeudum quaternatum cui deuoluitur, domino mediato, vel immediato*

17 *Assensus solius Baronis requiritur in alienatione feudi plani, & de tabula, & quare.*

18 *Extensio non dicitur fieri in eo, quod comprehenditur in dispositione ex mente concedentis.*

Pro Horatio Antinoro.

ARGVMENTVM.

De feudo concesso pro se, & hæredibus quibuscumque, qui succedant in eo, & de eius natura. An Princeps Salerni habuerit potestatem cognoscendi de feudis. in alienatione subfeudi quaternati, an vtriusque domini requiratur assensus; & in quo subfeudo solius Baronis immediati domini, assensus sufficiat.

CONSILIVM XXXXVII.



IAM liquet Magnificũ Horatium Antinorum legitime possidere Casale Ciuranorum, cuius titulum (fisco instante) nunc cogitur ostendere. siquidem Scipio Antinorus eius auus mediante sententia in anno 1530. vt infra, illud habuit à Magnifico Matthæo Mordente, qui per successionem illud habuit ab eius antecessoribus: & in persona Primi de domo Mordente apparet priuilegium Regis Ladislai in anno 1400. dictans, hoc subfeudum teneri in capite à Principe Salerni, & illi de domo Mordente concessum pro se, suisque hæred. succ. vniuersalibus, & particularibus quibuscunq; Quo fit titulum iustum apparere ad excludendum fisci prætensionem.

Subintrauit deinde in hac lite Magnifica Camilla Curialis, & vt soror consobrina, & hæres quond. Magnifici Matthæi Mordentis vltimi possessoris de illa familia, prætendit
1 ad se spectare dictum subfeudum ex tenore inuestituræ pro se, & hæred. quibuscunque, quæ operatur, vt quilibet hæres etiam non vocatus, dummodo sit hæres, admittatur, *ad Bald. quem communiter Feudistæ sequuntur in cap. Imperialem, de prohib. feud. alie. per Fede.* & in hoc concordamus, inuestituram esse pro hær. & succ. vniuersalibus, & particularibus quibuscunque; & si quond. Magn. Scipio Antinorus pro dotibus duc. 1600. Cassandræ de Antinoro eius filiæ præmortuæ, & vxoris dicti quond. Matthæi, qui obligauerat omnia bona feudalia cum assensu Principis Salerni, obtinuit assistentiam cum adiudicatione in forma coram officialibus dicti Principis in anno 1530. super isto casali per sententiam transactam in rem iudicatam. Replicat Magnifica Camilla, illam fuisse nullam subscriptis duabus nullitatibus.

2 Prima quia de hoc subfeudo quaternato non poterant cognoscere officiales Principis Salerni, sed sola Magna Curia *vt in const. Iustitiarij, & consit. statuimus, not. And.*
3 *in cap. 1. de controuers. feud.* Sed hæc nullitas nihil est, nam Princeps Salerni habet facultatem cognoscendi, & determinandi de feudis quaternatis, vt notorium est, *& refert Marin. in suo tract. in 7. autho. in fin. fol. mihi 104.*

Secunda figurata nullitas prætenditur, quia in obligatione bonorũ feudalium facta per Matthæum in beneficium Scipionis, interuenit assensus Principis tantum, & non
4 assensus Regis; & clarum fit hoc subfeudum tanquam castrum habens vassallos esse feudum quaternatum, *glo. & Andr. in consti. Iustitiarij, nomen, & normam*; ac in alie-
5 natione subfeudi quaternati assensum requiri tam domini mediati, quam domini immediati, vt tã Baronis, quã Regis, *And. in cap. imperialem, 5. col. post num. 8. de prohib. f. al. alien. per Fede.* Quamobrem adiudicatio-

nem huius casalis ob defectum Regis assensus, vt pars allegat, fuisse nullam: verum vtraquod hęc non sit nullitas actorum, patens,
6 ex quibus sententia nulla redderetur; sed potius sit allegare, sententiam latam contra ius litigatoris: quæ & si ita esset, prout non fuit, adhuc per tantum tempus transiuit in rem iudicatam, *cap. cum inter vos, extra de sent. & re iud.* idque tantum sufficeret ad excludendum actricem, tamen bene considerando sententia illa rite, & recte fuit lata; quoniam in hoc subfæudo, & si quaternato, nec assensus Regis, nec Principis Salerni requirebatur duplici capite.

Primo quia originalis inuestitura huius subfęudi existit (pro hęr. succ. vniuersalibus, & particularibus quibuscunque, vt superius
7 dictum est;) & constat, inuestituram hoc modo conceptam ęquiperari inuestiturę pro te, & cui dederis, *Curt. iun. in cons. 4. num. 3. & 4. ex mente Bald. in l. 1. 34. q. de rer. diuis. Rip. in l. 4. §. si quis cum tutor, num.*
8 *5. de priuil. credit.* quando enim inuestitura est pro te, & cui dederis; potest ille alij concedere sine nouo assensu *cap. 1. de feu. non hab. & cap. feudum ea. l. si de feu. defunt. mil.* ergo idem dicamus, quando inuestitura est pro hær. & succ. vniuersalibus, & particularibus quibuscunque, cum illi æqui-
9 paretur. Et licet *Camer. in cap. imperialem, car. 29. litera T.* dicat inuestituram pro hæred. quibuscunque simpliciter, sine illis verbis adiunctis (successoribus vniuersalibus, & particularibus) comprehendere tantum tria genera hæredum, de quibus *inst. hæred, qual. & diffe.* & non extenditur ad alienationem per contractum inter viuos: tamen ipsemet *in eod. loco litera F.* tradit, quod quando inuestitura esset pro success. quibuscumque, quia illa vox (successor) ita potest intelligi iure hæreditario, sicut per contractum; quod isto casu trahitur ad alienationem inter viuos: in pręsenti apparet inuestitura tempore Ladislai cum pleniori formula verborum, videlicet, pro hęr. & succ. vniuersalibus, & singularibus quibuscũque:
10 singularis enim successor intelligitur etiam per contractum, *not. in l. si in rem, ff. de iure iur.* vt emptor, & similes, *glo. in const. Regni violentiam, in vers. successor.*

Secundo in cõcessione prædicta tempore Ladislai, adsunt verba pręgnantia, cum clausula ad alienandum, donandum, vendendum; & Rex Ladislaus per eius assensum, & priuilegium confirmauit omnia, & singula con-
11 tenta in concessione prędicta. Quo fit, confirmationem operari, vt omnia sint cõcessa, quę in instrumento continentur, *Alex. cons. 17. 3. vol. in princ. Came. in d. cap. imperia-*
12 *lem, fol. 46. litera O.* & cum data est hęc generalis potestas ad vendendum, & alienandum; sine alio assensu, poterit fieri alienatio, seu obligatio, *Idem Came. qui de communi testatur in allegato fol. 45. litera C.* quibus fit, quond, Matthæum Mordentem habentẽ hoc subfęudum pro se, & succ. vniuersalibus, & singularibus quibuscunq; & cum potestate aliena[illegible]di, & obligandi; illud potuisse obliga[illegible]cipioni de Antinoro vigore primi assensu[illegible]ine alio nouo assensu; & proinde
13 sententi[illegible]ecte fuit lata: addendo quod de hoc subfęudo quando alienatur, quartaria soluitur, quo casu assensus non requiritur, *Andr. in cap. 1. §. illud quoque in 2. col. de prob. feud. alien. per Feder. sequitur Frecc. in limit. 27. ad const. diua memoria.*

Insuper & si prædicta non militarent, pro vt vere militant, adhuc obtinemus: etenim verum est, in obligatione bonorum fęudaliũ facta per Matthæum Mordentem in beneficium Scipionis, assensum Principis Salerni immediati domini interuenisse; & ille solum requirebatur, sine alio Regis assensu. nam & si in subfæudo quaternato vtriusque domini mediati, & immediati consensus requiratur, *And. cap. imperialem, post nu. 8. & Marin. de subfeu. fol. mihi 101.* illud est ea ratione,
14 quia de vtriusque interesse agitur, scilicet Baronis, à quo immediate tenetur; & Regis domini mediati, cuius interest in eum casum
15 in quẽ deuoluitur fęudum; ad eũ .n. deuoluitur, qui tenetur conferre, tenendũ à Barone; *And. c. 1. in add. 2. post n. 12. de cap corr. & in l regni post mortẽ, Camer. car. 68. à t. & 69.* & sic q̃ omnes tangit, ab omnibus approbari debet, *l. quod omnes, de reg. iur.* At in subfęudo, de quo nunc agitur, Rex nullum habet interesse, quia in Principẽ Salerni transtulit potestatem faciendi nouas inuestituras, etiã de fęudis quaternatis: adeoquod illud ius deuolutionis, quod Rex habebat, quando fęudum deuolui apparebat; à se abdicauit, & in Baronem transtulit: qui solus hoc fęudum
16 conferet, & sibi soli aperietur; vt sic dicamus nullum considerari interesse Regis in hoc subfęudo, & proinde eius assensum non fuisse
17 necessarium: sicut dicimus in fæudis planis alienandis, solius Baronis assensus requiritur sine Regis assensu, quia ipse solus confert, & sibi soli aperiuntur, *d. const. post mortem, & in cap. Papa Honorij, incip. si contingat, quod ego habeo. Afflict. decis. 243.* dum enim Rex facultatem dedit Principi faciendi nouas inuestituras de fæudis quaternatis, & q̃ sibi aperiantur; virtualiter voluit, vt si solus possit conferre, solus possit assentire;

& quod

b & quod virtualiter comprehenditur sub assensu, ab eo non excluditur, *Andr. in cap. imperialem* in exemplo per eũ posito, de licentia data vendendi, quod possit hęres licet non nominatus, qui comprehensus ex legis
18 dispositione; Hoc enim ex mente concedentis comprehenditur, ideoque non dicitur extendi, nec excluditur, sed includitur, *glo. sing. in cap. 1. quam ibi commendat Geminianus de tempori. ordi. in 6. Abb. in cap. cum dilecti, de confir. vtil. vel inut. Soc.* 30. 1. *vol.* ergo si solus Princeps potest conferre, solus potuit assentire: & ob id Magn. conuentum à Fisco, & à Magn. Camilla absoluendum fore indubitate sentio.

Camillus de Medicis.

ADDITIO. *Iser.* hoc firmat proprie *nu.* 9. *vers.*
a *verius putamus, vbi Episc. Nicot. in add. incip. vtriusque citat concord.* & probat intelligentiam *Parid. D. Capyc. & Frec. contra Affl. decis.* 243. *vers. fuit igitur, decisum* vt *Iser.* voluerit requiri vtriusque assensum in alienatione fęudi quaternati secundum quid, quod aliter fęudum quaternatum improprie appellat *Menoch. cons.* 226. *num.* 170. *lib.* 3. *vbi num.* 171. probat opin. *Iser.* vt verius sit vtriusque assensum requiri, ex infinitis tam regnicolis, quã externis scriptoribus.
b Hoc in specie comprobat *Episc. Nicot ad Iser. in d. cap. imper. num.* 9. *littera l. in add. incip. vtriusque post medium vers. boc tamen* ego limitarem, sed an data potestate subinfęudandi in regno, vassallus subinfęudatus dicatur vassallus Regis, vel Baronis, *vide Frecc. lib.* 1. *tit. de orig. feg. baro. post. num.* 45. *vers. sed quaero, cum seq. car.* 14. *in nouis,* tenentem quod sit vassallus Regis, verum contra *Marin. insurgit Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 200.

Fabius Capitius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio debitoris volentis eum, qui pro ipso soluit, non pati damnum; trabitur ad tempus, in quo cepit pati damnũ is, qui soluit.*
2 *Declaratio debitoris insimul cum debito manasse intelligitur.*
3 *Declaratio nihil addit, sed actum factum explicat.*
4 *Soluens pro alio sortem, & vsuras, potest petere vsuras etiam vsurarum; quia quoad soluentem dicuntur sors principalis, & nu. 6. ideoque fideiussor etiam vsurarum solutarum, vsuras rectè petit, & num. 5.*
7 *Debitor soluens partem debiti sine expressione sortis, vel vsurarum; prius in vsuras, quam in sortem soluere dicitur.*
8 *Creditor partem crediti non tenetur recipere, nec quoad sortem, nec quoad vsuras; ideo recipiens debet releuari, vt solutio in vsuras prius cedat, quam in sortem, & n. 9.*
10 *Solutio non potest cedere prius in causam sortis, quam vsurarum, etiam quod exprimat debitor.*
11 *Actus semper intelligitur fieri conformis iuris dispositioni; & ideo cedit solutio in vsuras prius, etiam secundum voluntatẽ debitoris non exprimentis, & num. 12.*
13 *Solutio non potest cedere in vsuras non declaratas deberi.*

Pro D. Garsia à Toledo.

ARGVMENTVM.

Solutio partis debiti facta per debitorem, sine expressione in quam causam; quod primo loco cedat in vsuras, postea si quid superest in sortem; quod si vsurae declaratae non sint deberi, cedit solutio in sortem; & soluẽs vsuras, & sortem pro alio, vsuras etiã vsurarum petere potest.

CONSILIVM XXXXVIII.



VT mutuaret Illustrissimus D. Garsias in anno 1558. suae Maiestati ducatos quinquaginta mille, in illã tam vrgenti necessitate Belli, tunc imminentis in Comitatu Flandriae; vendidit tot introitus ad rationem nouem per centum, qui adhuc soluũtur. Id S. M. considerans declarauit in annõ 1564. & per alias litteras in anno 68. Don. Garsiae, ne damnum sentiret, à die mutui praedicti interesse deberi ad eandem rationẽ
1 nouem per centum; haec enim declaratiõ iam retrotrahitur ad tempus mutui, ab illo die interesse deberi *l. haeredes palam, § sed &*
2 *notam, vbi Paul. num.* 4. *de testam.* & taliter illi adhaeret, quod vna cum eo mansisse videtur *Ioannes Andreas in add. ad Specul. tit. de de teste, § nunc videndum, vers hoc not. Rom. in cons.* 65. 1. *col. & cons.* 480. *col. fin.* Qui enim declarat nihil noui facit, sed quod factum est detegit *d. § sed si notam, & l. adeo,*
3 *§. cum quis, de acqu. possess.* fingitur ergo decla-

clarationem factam per S. M. interesse deberi, fuisse tempore mutui emanatam.

In anno 68. de mense Aprelis ordinauit S. M. vendi libere terras Ferrandinę, & Montis Albani Don Garsiæ, si maior oblatio illa, quam fecerat Don Garsias, non reperiatur; & pretium excomputaretur eidem in ducatis sexaginta mille, pro quibus in pignus dictas terras tenebat, & in scutis sexgintaquinque mille illi debitis vigore gratię obtemptę. nec non mandauit sua Maiestas, quod functiones fiscales ducatorum trium mille quigentum consignarētur eidem Don Garsiæ, in compotum eius, quod sibi debetur, ratione dicti mutui.

Die 8. Martij 1569. Regia Camera interposuit decretum, dominium dictarum terrarum, earumque introituum esse translatum in beneficium Don Garsię. est facta nunc liquidatio introituum dictarum terrarum, & non ascendit ad ducatos centumsexdecimmille in circa; qui non sufficiunt in extinctionem duarum primarum partitarum, videlicet ducatorum sexaginta mille pignoris, & aliorum scutorum sexaginta quinque mille gratiæ obtemptæ. remanet creditor D. Garsias die 8. Martij 69. residui dictarum duarum partitarum, nec non mutui ducatorum triginta sex millium ad complementū ducatorum quinquaginta millium; ex quo alios ducatos quatuordecim mille bonos fecit in pretio tenentię Monferratę per ipsū in anno 1560. à Regia Curia emptæ; & aliorum ducatorum triginta septem millium pro tertijs liquidatorum.

Prætendit nunc fiscus facere consignationem functionum fiscalium Don Garsię, quæ intelligatur facta die 8. Martij 1569. quo tempore translatum fuit dominium terrarum, & introituum in Don Garsiam; & dicta consignatio cedat in compotum capitalis mutui ducatorum quinquaginta millium, & non in compotum tertiarum vsque tunc decursarum; ne amplius ab inde tertiæ in damnum Regiæ Curię currant. idque fortasse vult prętendere duobus medijs.

Primo ex verbis litterarum suę Maiestatis, dum ordinat functiones fiscales cōsignati in compotum eius, quod debetur ratione mutui ducatorum quinquaginta mille; & sic forte in fortem, & non in tertias.

Secundo, quod idem punctus alias fuit decisus in fauorem Regij Fisci, contra Don Garsiam; nam cum ipse esset debitor Regię Curiæ in ducatis quatuordecim mille 1. Septembris 1560. pro pretio tenentiæ Monferratæ, illos Secretarius Errassus in anno 1564. in calculo dicto *carta cuenta* excomputauit à sorte ducatos quinquaginta mille, & non ab interesse vsque tunc decurso, & ita tandem Regia Camera decreuit.

Sed audiant Domini Iudicantes, quomodo fiscus indubie in hac prætensione nullum ius fouet, & quam sit diuersus iste punctus ab illo, qui fuit decisus. pro cuius dilucidatione præsuppono, quod tam ducati trigintasex mille debiti Don Garsiæ die 8. Martij 1569. quam ducati triginta septem mille pro tertijs decursis, respectu Don Garsiæ omnes iudicantur vt sors, sine distinctione capitalis,
4 & tertiarum: siquidem Don Garsias, vt mutuaret ducatos quinquaginta mille S. Maiest. quos iam mutuauit; vtile gerendo negotiū, soluit vsuras annuorum ducatorum quatuor mille quingentum; nimirum si quoad eum
5 totum est sors, & proinde etiam vsurarum vsuræ deberentur, *glo. singul. ita decidit in l. sciendum, §. si prior, in verf. gessit, ff. qui pot. in pig.* & per illam *glo.* tradit *ibi Alberi-*
6 *cus*, quod si fideiussor soluit pro principali sortem, & vsuras, quod etiam vsurarum vsuras potest petere; quia quoad soluentem totum est sors, *idem latius Albericus dixit in l. 1. C. de dolo.* Fit ex his quod si totum est sors; vanum est disputare in quam causam functiones fiscales cedant, cum ex vtraque partita interesse deberentur.

Sed respondendo particulariter obiectionibus Regij fisci, posito quod ducati triginta sex mille essent capitalis, & ducati triginta septem essent interesse decursorum: adhuc intrepide dico, functiones fiscales cedere prius in causam vsurarum; cum Rex in eius litteris non dicat expresse in quam causam, sed tantum dicit in cōputum eius, quod debetur ratione ducatorum quinquaginta millium: quod enim debetur ratione ducatorum quinquaginta millium sunt sors,
7 & interesse ipsius; cum debitum sortis, & vsurarum sit ita vnitum, & connexum, quod vnicum debitum reputatur, *l. tutor, in §. lutius, de vsur.* & in dubio clarum est solutionem prius in vsuras, tandem in sortem cedere, *l. 1. C. de solu. & l. si vsuras, C. de vsuris, melior tex. in l. in bis, §. imperator, & §. fin. ff. de solut.* & ratio est, quia debitum sortis, & vsurarum est ita vnitum, quod creditor vnum sine alio recipere non tenetur, *in l. acceptam, C. de vsur. & dicto §. lutius*, &
8 creditor recipiendo particularem solutionē debet in hoc releuari, vt in vsuras prius, quā in sortem solutio cedat, *ita Cyn. Alber. Salyc. & alij in l. 1. C. de solut.* Et quia solitum est prius in vsuras, quam in sortem solutionem cedere, *l ex pluribus, §. fin. ibi (ex vsu esse) de solut. pulchre Imol. in l. 1. post nu. 3.*

verf.

10 verf. ideo potes dicere, ff. de solut. fit inde ꝙ si debitor vellet soluere in causam sortis, & non vsurarum, non audiretur, in spetie videatur tex. in l. cum ex sortis, ff. de pignor. act. ea ratione quia solutio non esset integra, d. l. tutor, §. lutius, de vsur. Cum ergo Rex in eius literis non dicat expræsse consignationem fieri in causam sortis; nec posset de iure dicere, cum ad id non audiretur d. l. cum ex sortis, maxime quia nunc sumus in contractu, ex quo Princeps obligatur cap. 1. vbi
11 omnes, de prob. videtur se omnino conformare cum dispositione iuris communis, l. digna
12 vox, C. de leg. eiusque verba in literis expræssa ciuili modo intelligenda sunt, prout ius intelligit l. si cui, de seruit. & l. quamquam, de ritu nuptiarum ad Andr. qui ita arguit in voluntate Regis in cap. 1. post num. 8. qui suc. tenea. tit. 1. igitur si verba Regis intelligenda sunt, vt ius intelligit; dum voluit consignationem fieri in compotũ eius, ꝙ debetur ratione mutui: certe clarissimũ erit consignationem hanc prius cedere in vsuras, quam in sortem; etiam seruata forma voluntatis Catholici Regis, qui cum dispositione iuris cõformare semper præsumitur.

Nec obstat quod punctus iste alias fuit decisus contra D. Garsiam, nam punctus iste à deciso differt, sicut cælum à terra; punctus decisus fuit, D. Garsias erat debitor Regiæ Curię in ducatis quatuordecim mille 1. Septembris 1560. pro prætio tenentiæ Mon-
13 ferratæ, illo die non erat declaratum per suã Maiestatem interesse deberi Don Garsiæ de mutuo per ipsum facto in anno 1558. cum hæc declaratio fuerat facta in anno 1568. dum dominus Erassus in calculo dicto carta euenta, facto in anno 1564. liquidauit quantitates debitas Don Garsię, excomputauit ducatos quatuordecim mille debitos per eundem Regię Curię die 1. Septembris 1560 à ducatis quinquaginta mille, quia illo primo die Septembris non erat declaratum interesse Don Garsię deberi; ideoque Regia Camera sequendo calculum Domini Erassi hac ratione ita decreuit: at in præsenti iam declaratum est interesse deberi Don Garsię, & certum est in anno 1569. die 8. Martij esse creditorem ducatorum trigintasex millium sortis, & aliorum ducatorum triginta septem millium tertiarum. quare omni iure, & sine scrupulo consignatio functionum fiscalium debet prius extinguere vsuras, deinde si quid remanet, sortem, & ita iuridice sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quilibet, qui inter feudatarium, & immediate successurum sequitur de feudo, resoluitur in vim refutationis; & proinde tanquam fulcitus assensu legis, non indiget assensu hominis.*
2 *Rex concedendo feudum, non solum dat illud primo feudatario, sed omnibus ab eo descendentibus; & proinde successor succedendo, de nouo non acquirit feudum, sed acquisitum per primã inuestituram capit.*
3 *Patre inuestito de feudo, censetur inuestitus filius*
4 *Feudorum alienationes sine assensu domini, quare prohibeantur.*
5 *Refutatio debet cadere in elegans nomen donandi, vel vendendi.*
6 *Refutationis effectus qualis sit.*
7 *Refutatio dicitur alienatio impropriè.*
8 *Feudatarius non potest refutando sibi reseruare ius aliquod in feudo, & quare; & si fuerit facta reseruatio, corruit refutatio nec ne, an ipsa reseruatio.*
9 *Actus non potest operari vltra intentionem agentis.*
10 *Voluntas est indiuidua, in vna, eademq; re.*
11 *Pacta facta de feudo in fraudẽ constitutionis constitutionem diuæ memoriæ, sunt nulla.*
12 *Pacta apposita in cõtractu nullo, nulla sunt.*

Pro Diana Carafa.

ARGVMENTVM.

Contractus celebrati inter fæudatarium, & immediate successurum de fæudo, an resoluantur in vim refutationis; eiusque effectus qualis sit; & num dicatur alienatio: & an fæudatarius refutando possit sibi ius aliquod reseruare in fæudo.

CONSILIVM IL.



QVOD donatio insolutum per Dominam Dianam Carafam Domino Petro Hyeronimo de Francisco factam terræ Calandæ non subsistat: aduerto primo, quod ex pacto apposito in instrumento dictæ dationis insolutum resoluitur scilicet, quod in casu, quo domina Diana fuisset molestata à domina Donara Carafa; ꝙ tali casu licetet eidem dominæ Dianę recuperare dictam

terram Calandæ, solutis ducatis 18 mil. Cumque hic casus iam euenit, postquam nedum domina Donata molestauit dominã Dianam, sed quod plus est contra eam executionem fecit; sequitur, quod omni iure recuperabit dictam terram Calãdæ: etiam quia Sacrum Consilium condemnauit dominam Dianam vt loco dictorum duc. 18. mil. soluat annuos duc. mille, & octuaginta, & circa hanc aduertentiam, cum in facto consistat, non est vlterius insistendum.

At dico, quod dicta datio insolutum deficit ex defectu assensus, & quod proinde licuit dominæ Dianæ Carafæ vigore *const. constitutionem Diuæ Memoriæ* illam reuo-
1 care. licet enim vera sit conclusio, quod omnis contractus, qui inter feudatarium, & pro-
2 xime, 2 immediate successurum sequitur de fæudo, resoluatur in vim refutationis; & proinde cum assensu legis fulciatur, non indiget assensu hominis, *vt colligitur ex doctri. Bal. in cap.* 1. *de alienatio fæud. patern.* vbi notanter loquitur, & probat *tex. in cap.* 1. *§. sed etiam res, per quos fiat inuestit.* qui de contractu venditionis loquitur, & *tex. in cap.* 1. *§. sed si libellus, de alien. fæud. pater.* qui de contractu libelli loquitur. *cap.* 1. *de eo, qui finem fecit agnatis,* qui loquitur quando fæudatarius cedit locum *cap.* 1. *de vassall. de crep. ætat.* nimirum, nam *vt dicit Bal. vbi supra,* non spectamus modum alienationis, sed personam cui alienatur *d. cap.* 1. *§. sed etiam res, & cap.* 1. *de vassallo, qui contra const.* cum enim à principio quis acquisiuerit fæudum siue illud pro se, & hæredibus, siue pro se, & liberis, siue pro se simpliciter; & lex subaudit, & hæred. siue pro se, & filijs, & alijs modis, de quibus *per Andr. in cap.* 1. *de*
3 *success. fæud.* semper Rex concedendo nedũ primo fæudatario dat fæudum, sed omnibus ab eo descendentibus, vt proinde successor succedendo de nouo non acquirit feudũ, sed acquisitũ per primã inuestituram capit, *vt notabiliter dixit glo. in cap.* 1. *de fæud. cog.* quod dictum tanquam sapidum, *& notab. signat ibi Bal. num.* 5. Hinc emanauit illud,
3 quod patre inuestito, inuestitus censetur fi-
4 lius *cap.* 1. *de fæud. Marchia.* Modo aduertendum ad causas prohibitiuas alienationes fæud. sine assensu domini v3. nè mutetur vassallus Regi sine eius voluntate, *arg. tex. in l. fin. de vsu, & habit.* vt proinde nec melior vassallus eo inuito eligi possit, *Andr. in cap.* 1. *§. præterea, de cap. conr.* Ex hoc sequitur, quod quando fæudum alienatur proxime, & immediate successuro, quia iam est inclusus in successione fæudi ex prima inuestitura, non censetur nouus fæudatarius, cum de sanguine acquirentis sit; nec de nouo acquirit feudũ, sed acquisitũ capit *d. gl. in c.* 1. *de fæud. cognit.* ideo in hac translatione fæudi ad personam, quibus concedendo fæudum Rex in prima concessione, tanquam descendentibus concessit; non indigemus nouo assensu domini: & proinde infertur, quod in personam istius successoris, cui feudum alienatur, non dicitur fæudum nouum; sed remanet antiquum, ac si successisset *in c.* 1. *de vassallo decrep. ætatis, vbi hæc notat Afflict. num.* 21. *sequitur Frecc. in tract. diff. fæud. ex pacto, & prouidentia, & fæud. hæred. diff.* 26. *& est tex. in cap.* 1. *de eo, qui finem fecit agnat.*

Dico igitur, quod ista datio insolutum facta per dominam Dianam Petro Hyeronimo filio, in quantum est datio insolutum simpliciter non indiget assensu, quia resol-
5 uitur in vim refutationis, & hoc dixit *Andr. in cap.* 1. *§. & si libellus, de alien. fæud. pater.* quod refutatio debet cadere in elegans no-
6 men (dono, vel vendo) sed est aduertendum, quod effectus refutationis est, quod præsupponitur, quod fæudatarius refutando cedat locum suum, quasi enim refutet directo domino fæudum, & à directo domino reconcedatur successori, & occultatur primus actus, *ita notabiliter declarat Bald. in d. cap.* 1. *de alien. fæud. pater. num.* 15. *ex reg. tex. in l.* 2. *§. sciendum, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. singularia, ff. si cert. pet.* & refutando fæudatarius tollit se de medio *cap.* 1. *d. l. qui finẽ fecit agnatis.* Quasi restringendo iura sua, & tollẽdo eius personã de medio præmature cõsignando successionem feudorum successori, *iuxta tex. in l. cert. §. si totum, ff. de seru. rusticor. præd. Quem ad hoc citat Andr. in constit. constit. Diuæ Memoriæ, & in d. §.*
7 *& si libellum,* & ideo improprie dicitur alie-
8 natio, *vt ibi per Andr. num.* 8. Ex his omnibus infertur, quod fæudatarius non potest, refutando cedere locum, & remanere in loco reseruando sibi ius aliquod in fæudo; incompatibile est enim vt in eodem feudo sint duo fæudatarij, v3. refutans, & refutatarius; & ideo ratione istarum reseruationum, quæ in refutatione fiunt, corruit refutatio; hoc est, quod voluit in effectu *Andr. in cap.* 1. *§. & si libellus, de alien. fæud. pater. & in const. constitutionem Diuæ Memoriæ,* vbi valet refutatio, alia pacta non, *quod ibi interpetratur Loffred. in parafr. & latius in cons.* 3. vt vtrũque corruat, nam licet refutatio valeat quãdo fit proxime, & immediate successuro; nihilominus si in refutatione apponuntur alia pacta, ista pacta non valent, ex rationibus supra notatis. ex quo sequitur, quod si pacta

non

non valent ex defectu assensus; refutatio non valet, ex defectu voluntaris; quia sine illis
9 pactis refutans non refutasset, nec actus agentium vltra eorum intentionem operari possunt *ex reg. tex. in l. non omnis, ff si cert. pet. proprie de hoc est tex. in l. si in te, C. de pact. inter emptorem, & venditorem*, & hæc *Loffredi* declaratio semper in iuditijs præualuit *Freccia in 17. limitatione ad constit. constitutionem Diua Memoria, Io. Vincentius de Anna allegatione* 3. & fuit iudicatum in causa Illu. Marchionis Sancti Liciti, vt proinde Regnum impetrauerit à Rege per capitulum particulare, quod contemplatione matrimonij liceat parentibus refutare
b retento vsufructu. b

His præcognitis aduerto in facto, namdum domina Diana donat insolutum, reseruat sibi annuos ducatos ducentum quadraginta duos cum eorum dominio. Item ius patronatus, item non nulla nemora, & territoria, & non nulla alia, quæ ex lectura instrumenti facile colligi poterunt, ex quibus apparet, quod libere non cessit locum, & non refutatur simpliciter seruata forma *tex. in d. §. & si libellum eod §. sed & res, & cap. 1. de eo, qui finem fecit agnatis*. Vnde istę reseruationes factæ super fæudo non valent ex defectu assensus *l. 1. de probib. feud. alien. per Feder.* donatio ante temp. insolutum non valet ex defectu voluntatis; intantum enim voluit donare insolutum, inquantum dictæ reseruationes subsistunt. Itaque illis non subsistentibus corruit donatio.
10 voluntas enim est indiuidua *vt dicit Bar in l. greee, §. illud, ff de fideiuss.* proinde si non habet effectum in reseruationibus, non substinetur in donatione insolutum *d. l. eum te, C. de pactis inter emptor. & venditor.*

Nec obstat vltimum pactum, quod promisit domina Diana in casu quo impedierit assensum, refutare, prout ex nunc refutat: quasi ex eo quod reuocauit contractum, impedierit impetrationem assensus, & ex hoc sit factus secundus contractus simplicis refutationis. nam solutio est, quod ista pacta sunt nulla, & in fraudem *constitutionis constitutionem Diua Memoria*, & ideo non tenent *ita in spetie Afflict. in dicta constitut. constitutionem Diua Memoria num.* 54. vbi dicit hoc procedere in pactis appositis in eisdem instrumentis, secus si ex interuallo fuerint; qui tamen in hoc reprehenditur à *Freccia in limitationibus dictæ constitutionis in 8. limitat.* in casu autem nostro non adest difficultas cum euidenter appareat dictum pactum appositum in fraudem constitutionis,
11 vnde quia adijcitur in cōtractu nullo, & ipsū nullum est, *ita Bal. in l. petens. vlt col C de pact, & in l penul. §. mulier. ff solut. matre* & quod vna via denegatur, alia permitti non debet: sic ergo reuocando ne dum reuocat donationem insolutum, sed omnia pacta in ea apposita, tanquam accessoria. *l. seuis, & angerius, ff. ad l. falcid l. fin. ff. de const pecu. Angel. in l vsuras, ff. de vsuris, cum simil. ad hoc allegatis per Afflict. vbi supra. vbi multas alias rationes ad hoc cumulat, quas non transcribo.* Ex quibus omnibus recolligo conclusionem, quod de ista donatione insolutum nulla debet haberi ratio, vt proinde debet domina Diana recuperare terrā Calandæ, & remanet, debitrix ducatorum decem, & octomillium, pro quibus ducatis 18. mil. iam Sacrum Consilium decreuit, quod debeat correspōdere de annuis ducatis mille, & octuaginta, & hæc attigisse sufficiant pro decisione causæ.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. De materia huius alleg. *Camer. in cap. imper. fol. 30. litera O. eum seq. Anna in rub. de vassal. decrep. atat. num. 150. & alleg. 35.* vbi dicit valere refutationem retento vsufructu si idem refutans illum remittat. Et quid si refectuatur tantum annua præstatio in pecunia, vel in fructibus *Loffre. consl. 3. num. 39.* concludit valere, sed *Camer. fol. 33. literis F. G.* tenuit contrarium iuxta cuius opin. fuit iudicatum iunctis aulis in S.C. de anno 85. referente D. Theodoro, in causa D. Io. Angeli Batrilis, cum Francesco filio, & creditoribus, quæ acta sunt hodie in Reg. Cam. in banca Terrusij, & hodie per *cap. Regni anni 1539. insertum inter Prag. cap. 7. sub tit. de feudis* permittitur refutatio retento vsufructu, solum in donationibus, quæ fiunt liberis, contemplatione matrimonij, de quo meminit *Episc. Nicol. ad l ser. in §. & si libellum, litera B. in ver. alia pacta non, de alien. feudi pater. quamuis corrupte alleget cap. anni 56.* & in Regno Siciliæ vltra sarum huiusmodi refutatio indistincte permittitur, *vt refert Cons. de Anna cons. 131. lib. 2.* & in hac materia videndæ sunt etiam *Prag. 5. in quinto casu, Prag. 15. 16. & 21. de feudis.*

b Quod *cap.* est insertum hodie *inter Prag. cap. 7. sub tit. de feudis.*

c Vide *D. de Ponte in tract. nouis. edito de potesta. Proregis, tit. de refut. feud. §. 3.*

Fabius Capitius Galiota.

SVMMARIVM.

1 VAssalli viuentes sub immediato dominio Regis, maximam libertatem consequuntur.

2 *Ius vindicandi libertatem cuilibet ex ciuibus in solidum competit, sicut cuilibet ex socijs etiam cæteris inuitis.*

3 *Iuri cuilibet ex ciuibus, vt singulis in solidum competenti, nec tota vniuersitas, nec maior pars, potest ex quocunque actu præiudicare.*

4 *Pars maior in illis, quæ sunt ad libertatem, nec minori, seu minimæ parti præiudicare potest.*

5 *Lis aliud est, quam causa.*

6 *Renunciatio non porrigitur vltra specificata.*

7 *Populi partes duæ interuenire debent, cum tractatur de re libertatis, & seruitutis.*

8 *Gesta per alios non præiudicant illis, qui contradicere non possunt.*

9 *Relatione Principi facienda pendente, tempus non currit, & quare.*

10 *Lis dicitur capta in Consistorio Principis per preces illi oblatas cum intimatione partis, & eo casu non currunt tempora.*

11 *Libellus Principi datus cum rescripto sequuto parit effectum litis contestationis, quoad duo tantum, & quæ; secus autem libellus datus Præfecto prætorio, & n. 12.*

13 *Dispositio generalis idem operatur quoad comprabensa sub genere, quod operatur specialis quoad comprabensa sub specie.*

14 *Legis est, non solum quod ex verbis legis, sed etiam quod ex sententia legis oritur.*

15 *Seruus datus in solutum à domino pro noxa, sicut offerendo pretium posset se liberare, & idem filius a patre venditus, ita & vassalli venditi possunt pro eodem pretio se reasmere.*

16 *Tempus anni datum vassallis ad se redimendum, est statutum à lege, non ex consuetudine.*

Pro Vniuersitate Atinæ, in causa demanij.

ARGVMENTVM.

IVS vindicandi libertatem an cuilibet ex ciuibus competat, & an maior vniuersitatis pars sufficiat, cum tractatur de præiuditio libertatis, ac seruitutis; & quonam modo lis dicatur cępta in consistorio Principis, & contestata, ita, vt impediatur cursus anni vassallis dati ad se redimendum; & vtrum annus prędictus sit statutus à lege, vel ex consuetudine.

CONSILIVM L.

MAGNVM est temporibus nostris videre Magn. Leonettum. Pessulanum, Ciuẽ Vniuersitatis Atinæ ad idẽ etiã consentiẽtis, suis sumptibus liberare Patriam à dominio Baronis, vt in antiquum demanium

1 reuertatur. Hoc enim de iure a statutũ erat,

2 postquam hic retractus operatur, vt vassalli viuentes sub immediato dominio Regis, maximam libertatem consequantur, *auth. de ber. & sal. in principio, Angel. in l. pen. ad fin. ff. de serust rustic. prædio. Aym. cons.* 241.

2 *num.* 18. Inde ius vindicandi libertatem cuilibet ex ciuibus in solidum competere, sicut cuilibet ex socijs, traditur *in l. 1. §. præterea, ff. de arb. ced.* Cæterisq; inuitis, *l. 2. & 3. ff. de liber. caus.* Ideoq; in vulgata illa causa demanij *del Zirò*, ad petitionem solius ciuis Ioa. Baptistæ Spoletini, Vniuersitate contradicente, fuisse decisum esse proceden-

3 dum liquet. Et si hoc ius cuilibet ex ciuibus, vt singulis in solidum competit: nec tota Vniuersitas, nec maior pars posset ex quocunque actu præiudicare, *l per fundum, ff. de seruit. rustic. prædio. Loffred. cons.* 51. *nu.* 5.

4 Quinimmo in his, quæ sunt ad libertatem, maior pars, nec minori, seu minimę præiudicare potest, *l si quis hac, §. pen. ff. qui, & à quib. Rom. in rubr. de arb. Ias. qui aliàs recenset in l. iurisgentium, §. hodie* 13. *limit. ff. de pact.* Quare si in anno 1571. tempore venditionis totius terræ, illico ciuis iste cõparuit petendo demanium, quod nunc adimplet; quicunque actus, tunc per Vniuersitatem gestus, illi non præiudicauit. Et sic conclusio Vniuersitatis dimittendi Aduocatos, tunc per paucos ciues facta, parti non iuuat; maxime quia non fuit renunciandi causa demanio, sed tantum dimittere Aduocatos, & procuratores, quasi tunc noluissent litigare,

5 quoniam aliud est lis, quæ est illa disceptatio fori, aliud causa, & ius ipsius, *cap. forus,*

6 *§. lis, & §. causa, de verb. signific.* Nimirum si ex renũtiatione, vnius ad aliud nõ infertur, cũ renuntiatio vltrà specificata nõ porrigatur, *l. sed & si quis, §. quæsitũ, ff. si quis cautio.*

Item in prætensa conclusione Vniuersitatis vix fuerunt triginta, quorum aliqui contradixerunt, instantes conuocari totã Vniuersitatem plenam hominum mille; & ad

7 minus in re tam graui libertatis, & seruitutis certo modo, quarum nihil in mundo maius, cum nulla detur æstimatio, duæ partes populi interuenire debebant, *Bart. in l. omnes populi, num.* 16. *ff. de iust. & iur & l. nulli,*

nulli, ff. quod cuius vni. Et cum fuerit vi Baronis extorta, qui etiam protestationem conseruatiuam demanij lacerauerat, alios in carcerem ponendo, vt ex memoriali porre-
8 cto, tunc per Pessulanum legitur; Ciues non habebant liberam voluntatem: & proinde conuocati, qui non audebant impugnare factum Baronis, non fuerunt in contumatia, si non venerunt; & gesta per alios non praeiudicant, *Neuiz. in cons.* 12. *num.* 117. Et ex his actio per ciuem hunc illico proposita post venditionem, recte, & infra tempus processit.

Non obstat à die actionis propositae per memoriale oblatum Viceregi, qui mandauit relationem fieri in Collaterali consilio; esse elapsum non solum annum, sed quinquen-
9 nium, & vltra. Nam pendente relatione facienda Principi adhuc non facta, quae nunc fiet, tempus non currit, Iudicis officio conquiescente, *l. fin. C. de relat.*
10 Amplius per preces Principi oblatas cum intimatione partis lis cepta fuit in Cõsistorio Principis, quo casu tempora nõ currunt, *auth. sed, & lis, C. de temp. appell.*
11 Denique libellus Principi datus cum rescripto sequto, parit effectum litis contestationis, quoad hoc, vt actio detur in haeredes, actiue, & passiue; & vt actio annalis perpetuetur, vsque ad triginta annos, *est tex. in d. l.* 1. *&* 2. *ibi Strib. omnes*, C. *quando lib. Princ. offer.* verum quoad praedicta tantum parit effectum litis contestationis: sed amplius in causa necessarium est fieri veram litis contestationem, *ita Fulg. in d. l.* 1. Et sic non potest dici instãtiam fuisse peremptã, quia in causa non fuit sequuta vera litis cõtestatio per dationem termini, qui non fuit datus.
12 Nec dicatur *tex. in d. l.* 1. *&* 2. limitari non procedere in libello dato Praefecto Praetorio, quia illic non parit effectum litis contestationis, nec actionem annalem perpetuat, *l.* 1. *C. de offic. praefect. praetor. illi. & ori.* Ideoque tanto minus habere locum in libello dato Viceregi; qui non solum non aequi petatur Praefecto Praetorio, sed Proconsuli, & Legato, qui minorem potestatem habent, quam Praefectus Praetorij *Capic. in cap. imperialem.* Nam miror quomodo id discepetur, si quidem nos non tractamus quam potestatem ex effectu iuris habeat noster Prorex, *vt Capicius loquitur*: sed de potestate, quam habet vigore commissionis, quam à Rege tenet; etenim ex ea Rex noster Catholicus est repraesentatus in isto Regno per nostrum Viceregem, qui in commissionibus Vicarius, & alter nos appellatur. Quinimo Viceregi in commissionibus potestas tribuitur gerendi omnia ea, quae posset Rex si personaliter interesset, etiam si mandatũ speciale requirerent, illa tamen quae sunt in augmentum, & cõseruationem Regni: adeo quod & si in indiuiduo non fuit concessum Viceregi, quod libellus ei oblatus perpetuet actionem annalem; attamẽ ex praedictis verbis generalibus, & amplis, omnia iura supraema Regis fuerunt concessa, inter quae ius illud perpetuandi actionem ex libello dato
13 compraehenditur; cum idem operetur dispositio generalis quoad comprehensa sub genere, quantum specialis quoad comprehensa sub specie, *l. iure militari, ff. de milit. testa. l. si duo, in fine, ibi Bar. ff. de admin. tut.* & clarum sit, demanium, quod nunc tractatur esse in augumentum Regni.

Pariter non obstat quod ex aduerso audio allegari, hunc retractum infra annum competentem esse ex cõsuetudine, quo casu actio perpetuetur per litis contestationem inductam, ex precibus Principis datis, perpetuari per alium annum, *secundum Tiraquell. de retractu lignag.* §. 1. *glo.* 10. *num.* 84.

Nam vltra quod *Tiraquell.* nihil allegat, dicit contrarium fuisse decisum, & seruari, & contrarium tenere ferro. Item loquitur in illo retractu consanguinitatis odioso ex statuto inducto contra ius, & tempus anni datum, esse contra ius: At nos loquimũs in retractu fauorabili, per quem prouocatur ad libertatem, & non est inductus ex statuto, seu consuetudine; sed ex mera iuris disposi-
14 tione; id enim ex lege est non solum quod ex verbis, sed etiam quod ex sententia legis oritur, *l. nominis, & rei, ff. de verb. signif.*
15 aperta erat lex si dominus seruum pro noxa dabat insolutum; posset seruus pretium offerre, & se redimere, *§. si dominus, instit. de noxal.* & filius à patre venditus offerendo pretium se liberare, *l.* 2. *C. de patr. qui fil. distr.* Sapientes nostri ex ratione harum legum dixerunt idem disponi in vassallis venditis, pro eodem pretio posse se redimere,
16 *ad Neuiz. in alleg. cons.* 12. & sic tempus anni fuit statutum, non ex consuetudine, sed ex tex. *cap. titius, vers. quid si titius, si de feud. fuer. contr.* vbi sicut proximiori agnato pro eodem pretio dabatur retractus, feudo vendito, vlteriori agnato infra annum: sic vassallis pro eodem pretio volentibus se redimere, infra annum retractus detur; in tantũ quod noster retractus est fauorabilis, & de iure, sicut tempus anni: & quando retractus est de iure, & actio de iure prodita est. *Idem Tiraquell. ibi num.* 76. tenet per libellum Principi datum fieri perpetuationem actio-

nis annalis vsq;ad annos triginta, adeoquod vndique res est in tuto.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. Vide in materia demanij late tradita per *D. Reg. De Curte in prima par. diuers. faud. cap.* 3. *à num.* 39. & quæ scripsit hic *author alleg. pro terra Mariliani.*

SVMMARIVM.

1 *Augmentum functionum fiscalium concessarum, cum clausula (debitis, & debendis) spectat ad concessionarium, non ad fiscum; & ita decisum testatur: & idem si in specie cum augmento, & num.* 2.

3 *Augmentum functionum fiscalium concessarum ad limitatam summam, vel cum dictione (hactenus) spectat ad fiscum, & non ad concessionarium; & ita decisum, & num.* 4.

5 *Augmentum functionum fiscalium, quæ fuerunt concessa indefinite, nempe cum iuribus, &c. ad quem spectat ad fiscum, vel concessionarium, & qualiter, deciditur num.* 10. 11. 12. & 13.

6 *Decretum Regiæ Cameræ Summariæ erroneum circa obseruantiam augmenti functionum fiscalium detegitur, & inconuenientia sequuta, num.* 8. & 9.

7 *Ioan. Antonius Muscettula fuit Præsidens Regiæ Cameræ.*

14 *Concessio limitata nō extenditur extra suos fines.*

15 *Concessio indefinite, & nullis constitutis limitibus facta, quidquid acceditur, sub ea comprahenditur, & augetur.*

16 *Votum fundatum in falsa causa, est nullum.*

17 *Consuetudo tribunalis, vel obseruantia sic iudicandi, an possit oriri ex sententijs nullis exequutis.*

18 *Consuetudo tribunalis, ad hoc vt possit induci, quæ requirantur.*

19 *Consuetudo non potest dici inducta, quando non deuenit in notitiam populi.*

20 *Consuetudo, vt tollatur per contrariam consuetudinem, requiruntur tot actus contrarij, quot sufficiunt ad nouam inducendam, cum cursu longi temporis.*

21 *Consuetudo quamuis per vnicum actum non tollatur, tollitur tamen quando actus fit collegialiter, & scienter contra consuetudinem.*

22 *Obseruantia tribunalis in decisionibus causarum non est alleganda.*

23 *Obseruantia vltima est attendenda.*

24 *Augmentum rei legatæ spectat ad legatariū, & quando.*

25 *Populus semper idem est, quamuis personæ mutentur.*

26 *Legatum liberationis comprahendit debitū vsurarum post testamentum decursarum, tanquam accessorium.*

27 *Augmentum extrinsecum adiectum rei cōcessæ, ad concessionarium spectat.*

28 *Augmentum sequens non est quid separatū; sed tanquam accedens rei concessæ, eadem res fit.*

29 *Concessio indefinite facta, comprahendit futura.*

30 *Dispositio eadem non debet diuerso iure censeri.*

31 *Damnum debet pertinere ad quem pertinet vtilitas.*

32 *Dispositio, quæ per tractum potest afferre commodum, & incommodum, ad futura trahitur.*

33 *Participia resoluuntur in verbum, & relatiuum.*

34 *Dispositio qualibet, an & quando ad futura trahatur, & num.* 35. & 36.

37 *Priuilegia indefinite concessa, nempe (cum iuribus, &c.) augmentum & diminutionē recipiunt, quia illa verba denotant Vniuersitatem.*

38 *Concessio alicuius rei particularis in totum spectat ad concessionarium cum augmento futuro.*

39 *Dispositio indefinita concernens rem aliquā non trahitur ad futura, si est multum præiudicialis; secus tamen est in priuilegijs, vbi tractatur de præiudicio concedentis tantum, & num.* 40.

41 *Immunitas concessa per Regem alicui castro, si postea castrum creuerit, & fuerit effecta Ciuitas, erit etiam immunis.*

42 *Immunitas concessa in bonis, trahitur etiam ad postea quæsita.*

43 *Augmentum vassallorum reseruatorum per Regem ad quem spectat, ad concessionariū, nempe Baronem, vel ad Regem.*

44 *Afflicti opinio in Constit. Regni dignum, reicitur, & refutatur.*

45 *Intellectus ad tex. in l. cum stipulamur, de verb. oblig.*

46 *Intellectus ad doctrinam Iser. in cap. moribus, si de feud. defun. milit.*

48 *Feudi cōcessi vti vacui per mortem vassalli, & re uera alio modo vacabat, non valet concessio.*

48 *Priuilegium concessum Monasterio, & cappellanis, non extenditur ad cappellas postea quæsitas, & quare.*

49 *Intellectus ad tex. in l. si mauius, §. non idem,*

idem, ff. de leg. 2.

50 *Intellectus ad tex. in l. si ita, de aur. & arg. legat. late agitur, & num. 51.*

51 *Augmentum rei vendita, accedens post emptionem facto venditoris, nō ad emptorem, sed ad venditorem pertinet, & quando, & num. 53.*

54 *Decisio pro Fisco contra Bellissarium Duc. Neritonis, examinatur.*

55 *Sententia, vt vere sententia dicatur, qua requirantur.*

56 *Sententia sine lecta lata, an habeat vim sententia, & faciat ius.*

57 *Votum nullum qualiter in vim taciti pacti censeatur approbatum.*

58 *Lecta lata, quare sit in sententijs.*

59 *Dominij titulus non est multiplicabilis ex pluribus causis, qualiter id intelligatur, vide num. 60.*

61 *Dominium non amictit conducens, vel recipiens rem suam ignoranter.*

62 *Error iuris in re amictenda non nocet.*

63 *Dominium non amictit recipiens rem suam tanquam dantis.*

64 *Dominium non amictit is, qui etiam scienter receperit, vel conduxerit rem suam, & quare.*

65 *Dominium transfertur per verum titulum, & traditionem, vel per verum titulum, & fictam traditionem; sed non per fictum titulum, & fictam traditionem, & numero 66.*

67 *Nullum quod est, nullum producit effectum.*

68 *Priuilegium fundatum super voto, exprimente falsam causam, tanquam erroneum non valet.*

69 *Diuisio bonorum paternorum inter fratres facta, cum pacto de non contraueniendo in ampla forma, non nocet, quin si postea detegatur, bona illa ad alterum tantum fratrem pertinere, non possit diuisioni contrauenire.*

Pro Ducibus Neritonis, & Andriæ.

ARGVMENTVM.

Fvnctionibus fiscalibus indefinite concessis, augmentum proueniens ex numero fumantium aucto, an sit concedentis, vel pertineat ad concessionarium. Consuetudo tribunalis, stilus, siue obseruantia ex quibus, & quomodo desumantur; an tollantur ex actibus contrarijs, & quid in vno actu collegialiter facto, etiam ad finem eneruandi contrariam consuetudinem. Sententia fundata, in falsa causa, aut non lecta, nec publicata, vtrum viribus subsistat, & an ignorātia sententiæ præsumatur.

CONSILIVM LI.



PRO Ducibus Neritonis, & Andriæ iustè dicentibus ad eos, & non ad Fiscum, augmentum functionum fiscalis spectare, ex infrascripta facti serie, & resolutis dubijs inde sequendis, id erit clarum.

In anno 1509. præcedente numeratione focculariorum Regni, anni 1508. Fiscus generaliter contra omnes habentes functiones fiscales, prætensionem habuit, earum augmentum in illa numeratione ad ipsum spectare, ita liquet in scripturis Fisci nouiter præsentatis.

Et quia priuilegia functionum fiscalium concessarum, erant sub diuersis tenoribus, ex tunc differentes decisiones secutæ fuerunt,

1 1. Vna forma priuilegiorum erat, 2 fuisse concessas functiones fiscales impositas, & imponendas, vel debitas, & debendas. Et isto casu earum augmentum fuisse declaratū, non ad Fiscum, sed ad concessionarios spectare, sic apparet fuisse decisum in quinque decisionibus, in anno 1509. pro Ducissa Milani, in Terra Modunei, & alijs Terris. In anno 1516. mediante priuilegio anni 1462. pro Principe Bisiniani in Terra Bisiniani. In anno 1523. mediante priuilegio anni 1460. pro Mattheo Piscicello in Terra Roccæ Piemontis. In anno 1523. vigore priuilegij Ferdinandi Primi, pro Duce Termularum, in Terra Gamatesç. Et in anno 1546. pro Marchione Vallis, in Statu Rendæ.

2 Secunda Forma priuilegiorum, erat functiones fiscales in specie fuisse concessas, cū earum augmento. Et hæc forma fuit procurata post dictum tempus, anni 1509. ad tollendum hoc dubium, illo tempore per fiscum intentatum. Et isto casu augmentum fuisse declaratum spectare ad concessionarios, sic liquet in quinque concessionibus, & decisionibus indè secutis.

In anno 1516. Duci Soræ fuit in specie concessum augmentum in Statu Sorç; in anno 1521.

1521. Io. Baptistæ Spinello in terra Castrouillarum, in anno 1523. Marchioni Atripaldæ, & Duci Termularum. Et in anno 1526. Principi Sulmonis, in quorum beneficium augmentum fuit declaratum deberi.

3 Tertia forma priuilegiorũ erat sub limitatis cõcessionibus. Duplici modo, vel erant functiones concessæ ad certam summam, vel concessæ cum dictione (hactenus) cum functionibus hactenus impositis: & istis casibus augmentum fuisse declaratum deberi Regię Curiæ. Ita constat in quinque decisionibus factis. In tribus ad certam summam, & in duabus cum dictione (hactenus) In tribus ad certam summam. In anno 1509. contra Ducem Sancti Petri, qui dictam terram cum alijs habuerat ad annuum redditum ducatorum mille, & octingentum.

4 In anno 1516. contra Magnum Capitaneum in terra Montis Fusculi, quam cum alijs habuerat ad annuum redditum ducatorum 10. mil. In anno 1573. contra Ducem Suessę in quampluribus terris concessis ad anu. redditum ducatorum sex mille. In duobus cum dictione (hactenus) apparet in anno 1509. & 1512. contra Ducem Sancti Petri in terra Galiani concessa, cum functionibus fiscalibus hactenus vt præfertur. In anno 1519. contra Ducẽ Ferrãdinæ, in statu Cupertini, cõcessi cũ functionibus hactenus impositis. In quibus casibus limitatis, augmentum fuit declaratum spectare ad Curiã.

5 Quarta forma priuilegiorum erat, functionum indefinite concessarum, cum iuribus, prout sunt istæ Ducum Neritonis, & Andriæ: & isto casu in anno 1509. instantibus illis concessionarijs, qui id petierunt; augmentum fuit eis datum, & per ipsos legitur fuisse exactum, ab anno 1509. citrà: Regina Ioanna neptis Baronissa multarum Terrarum, cum iuribus functionum indefinitè concessis, augmentum illius numerationis in omnibus illis Terris cõtinuò exegit in scripturis nostris. Et Comes Triuenti antecessor Ducis Andriæ, habens Terram Ruborum cũ iuribus functionum, indefinitè concessarum, pariter augmentum exegit. Et pro Duce Neritonis, qui in anno 1509. non multum institit, Camera videns augmentum non spectare ad Curiam, interim prouidit, quod Fiscus non exigeret; ea ratione, quia ad eum non spectabat: nec exigeret Dux, quia non instabat; sed ramaneret superfessum, in posse vniuersitatum, Signum euidens, non spectare ad fiscũ: si enim ad fiscum spectauisset, decidisset per Curiam debuisse exigi, sicut generaliter decreuerat in functionibus limitatè concessis: sed quia in functionibus indefinitè concessis iam Camera cognouerat augmentum exigi per concessionarios, tunc comparentes; nimirum si respectu Ducis, tunc non cõparentis, illud superfedere fecit.

6 In anno 1523. de mense Decembris, quia hoc augmentum functionum in Ciuitate Neritonis per prius fuerat superfessum in posse Vniuersitatis. In anno 1509. dubitauit Rationalis Cameræ, qui tunc computa Perceptoris videbat, quid esset de illo exequendum. Idcirco notauit esse verbum faciendum in Camera; signum euidens non fuisse de hoc factum processum (vt fiscus allegat) & statim facto verbo in Camera, duo Præsidentes non Doctores, primi in votando, falsò asseruerunt adesse obseruantiam Cameræ, & declarationem factam in similibus, augmentum spectare ad Curiam. Et

7 dum tertio votum daret Ioa. Antonius Muscettula Præsidens Doctor, qui iura sciebat, dixit, si obseruantia non adesset, multa sibi de iure occurrent; aperte significans, si obseruantia non adesset, contrarium de iure decidisset. Quia tractabatur de priuilegio indefinito. Hoc enim votum anni 1523. contra Ducem Neritonis habet causam expressam, non veram; quia fundatum fuit in obseruantia Cameræ antecedente, & declaratione in similibus facta: idq; verum non erat, quia obseruantia antecedens erat in priuilegijs limitatè concessis, prout erat votum anni 1519. contra Ducem Ferrandinæ, fundatũ in priuilegio cũ functionibus hactenus impositis; & in obseruãtia antecedẽte, quę erat in priuilegijs taxatis ad certam summam, & limitatis cum dictione (hactenus) prout in terra Montis Fusculi in anno 1516. In terra Gagliani anni 1512. & in terra Sancti Petri, & Gagliani anni 1509. vt supra dictum est. Quinimo in priuilegijs indeffinite concessis non solum non aderat ante annum 1523. obseruantia decidendi pro fisco, sed contraria. Quia in anno 1509. Regina Ioanna tunc Baronissa, & Comes Triuenti antecessor Ducis Andrię habentes priuilegia indefinita, augumentum illius numerationis eis tunc datum semper exegerunt.

8 Ergo dictum votum anni 1523. fundatum in falsa causa expressa fuit nullum; & non mirum, quia huius erroris causa fuerũt, vota illorum Præsidentium non Doctorum, qui cum literas ignorarent, nesciebant differentiam inter priuilegia limitata, & indiffinite concessa. Et quia ipsi viderant dictas decisiones antecedentes, quæ erant in priuegijs taxatis; credentes generaliter id esse obseruandum in omnibus priuilegijs, non aduertentes ad priuilegium Ducis Neritonis

nis, quod non erat limitatū, sed indefinitum; in hunc supinum errorem incurrerunt. Sed Deus veritatis amator, aperuit eis labia exprimendi causam in voto non veram, vt omni tempore de veritate liqueret.

8 In anno 1524. de mense Ianuarij, & Februarij, quia falsum fundamentum erat factū in voto antecedente, contra Ducem Neritonis anni 1523. idem votum protulerunt contra Ducem Suessæ, tam in priuilegijs taxatis ad certam summam, quam indefinite concessis.

9 Hinc tertius error alterius voti contingit, in anno 1535. contra Marchionem Rendæ habentem priuilegium indefinitum: & denique quartus error alterius voti sequitur in anno 1536. contra Ciuitatem Massæ habentem etiam priuilegium indefinitum.

Hæc enim quatuor erronea vota, fundata super falsa causa expressa, non reducta in formam sententiæ, nec aliter partibus notificata; tanquam nullius vigoris fuerunt postea causa cognita, & formatis processibus contra fiscum, annullata, & reuocata; & sententiæ inde secutæ fuerunt, augumentum spectare ad concessionarios, conformes dispositioni iuris, & decisionibus antiquis, ante annum 1523. quo tempore fuit prædictum votum erroneum, contra Ducem Neritonis: & sic coniunctis extremis temporibus medium erroneum, sublatum fuit.

10 In anno 1569. Io. Thomas Caraceiolus habens priuilegium indefinitum, institit sibi deberi augmentum, & formato processu cōtra fiscum, ac visis omnibus antiquis notamentis; referente Clarissimo Regente Cutinario tunc Cameræ Præsidente, illud pro præterito, & in futurum obtinuit. Verum in expensis numerationum fisco contribueret.

11 In anno 1573. Dux Suessæ habens functiones fiscales in certis terris ad certam summam ann. ducatorum sex mille, & in certis alijs indefinitis; pro omnibus petijt augmentum, & Fiscus contra ipsum opposuit exceptionem rei iudicatæ, vigore dicti voti contra ipsum lati in anno 1524. & amplius allegauit consuetudinem Tribunalis sic iudicādi pro fisco, instando videri librum notamentorum Cameræ. Et ex aduerso, Dux dicebat, votum illud nullum, non publicatum, nec in forma iudicij, & contrarium fuisse de iure, & obseruari debere: super quibus factis diligentijs, & visis omnibus antiquis decisionibus, & discusso negotio per tramites iuris; tunc fuit cognitum, antiquos Patres decreuisse in anno 1519. 1516 1512. & 1509. in priuilegijs taxatis, augmentum spectare ad Curiam, & in priuilegijs indefinitis augmentum esse Baronum, quod erat conforme iuris dispositioni: ob quod referente meritissimo nunc Regente Ribera cum prædicta distinctione sic fuit decisum, augmentum illarum terrarum ad certam summam concessarum, spectare ad fiscum. Augmentum vero illarum, in quibus functiones indefinite fuerunt concessę, spectare ad Ducem; & sic votum anni 1524. contra Ducem latum fuit confirmatum in priuilegio taxato, & fuit annullatum in priuilegio indefinito.

12 In anno 1575. Baro Gioyæ habens etiam priuilegiū indefinitum, similiter petijt augmentum, & formato processu contra fiscum, dum eruditissimus Regens Moles tunc Cōmissarius causæ ceperit illam referre, dixit Fisci Patrono si aliquid occurreret, qui respondit, quod iam Camera deciderat punctum pro Duce Suessæ, in qua decisione interuenerat prædictus D. Moles, quod fieret iustitia: quæ omnia audiens D. Stinca Præsidēs non Doctor, dixit esse faciendas aliquas diligentias pro fisco, & ob id causæ expeditio per duos menses fuit protelata: & factis diligentijs, nil de nouo fuit repertum, sed tantum id, quod fuerat deductum in processu Ducis Suessæ, consistens in prædictis votis, de quibus, sicut in illa, sic in ista non fuit habita ratio. Hæc omnia ex auditu tunc Dominorum Iudicantium, & referente eodē D. Moles prædictum augmentum dicto Baroni fuit traditum.

In anno 1577. idem augmentum fuit datum ciuitati Massæ habenti priuilegium indefinitum, referente eodem D. Moles cum illis Iudicibus, qui votauerunt in causa Ducis Suessæ, inter quos erant Domini Regentes Dauid, & Ribera; & fuit cum hac decisione annullatum votum latum contra eandem Ciuitatem in anno 1536. de quo iam tunc Domini Iudicantes notitiā habuerunt, postquam omnia viderant in causa Ducis Suessæ, & Baronis Ioiæ.

13 In anno 1578. idem augmentum fuit datum Marchioni Vasti habenti priuilegium indefinitum, referente oculatissimo D. Regente Dauid, tunc Commissario, qui prius interuenerat in allegatis decisionibus.

In anno 1580. referēte doctissimo D. Marthos, idem augmentum fuit datum Duci Neritonis habenti priuilegium indefinitum; & successiue reuocatum fuit votum contra eum latum in anno 1523. postquam in hac decisione interuenerunt D. Dauid, & Ribera, qui cum habuissēt notitiam de dicto voto, & alijs illius temporis, & illis non obstantibus pro Duce Suessæ decreuerant: fas est

dicere

dicere in ista decisione pro Duce Neritonis non fuisse habitam rationem de dicto voto eis bene cognito.

Ex hac enim facti serie quatuor erunt discutienda.

Primum, quæ nam fuerit obseruantia Cameræ ab anno 1509. citrà, iudicandi circa dictum augmentum, & si nouiter per Iudicantes sequenda sit.

Secundum, citra obseruantiam, si postquã prædicti Duces nitũtur priuilegijs anni 1491 in quibus Rex Federicus eorum prædecessoribus cõcesserat Ciuitates Neritonis, & Ruborum cum iuribus focvlariorum, & salis exigendis indefinitè, cum clausulis (transferens omne ius, & nihil iuris sibi reseruans) de iure earum augmentum ad ipsos pertineat, & hæc duo respiciunt causas vtriusque Ducis.

Tertium, respectu Ducis Neritonis, contra quem votum anni 1523. super eius particulari facto dicti augmenti asseritur, si ex illo exceptio rei iudicatæ ipsi obstat.

Quartum, si priuilegium anni 1530. in quo Carolus V. tamquam rem propriam Ioanni Bernardino Duci Neritonis propter eius merita augmentum prædictum sua vita durante concesserat; aliquod præiudicium attulerit perpetuo iuri, quod ex præcedenti titulo anni 1497. Bellisario Duci, eius patri super augmento prædicto quæsitum fuerat. Et in omnibus Fiscum nullo iure penitus niti, ex dicendis liquido apparebit.

Ad primum constat obseruantiam Cameræ fuisse dandi augmentum Fisco in priuilegijs taxatis, & limitatis, & in priuilegijs indefinitis dandi concessionarijs: si quidem votum anni 1519. contra Ducem Ferrandinæ, inquit, *Visa obseruantia Cameræ, & discussis verbis priuilegij*, priuilegium Ducis erat limitatum cum functionibus hactenus impositis; & dum in eo fiebat mentio de obseruãtia antecedente, illa erat in priuilegijs taxatis ad certam summam, vel limitatis cũ dictione (hactenus) in priuilegijs vero indefinitis augmentum fuit datum concessionarijs comparentibus, per quos fuit exactum: & in Duce Neritonis, tunc non instante fuit supersessum, in posse Vniuersitatis. Signum clarum ad Fiscum non spectare. & cum prædictis antiquis decisionibus, modernis temporibus cum prædicta distinctione sic pro Duce Suessæ, & alijs fuit decisum. Hæc enim obseruantia processit, per veros

14 terminos iuris: nam quando concessio est limitata, prout est etiam, quando fit certis constitutis limitibus; tunc quidquid extra limites illos accederet, non comprænderetur, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. non modus, ibi Bald. C. de seruit. & l. Rutilia polla, ff. de contrab. empt.* Sed quando

15 nullis constitutis limitibus, nec vllo modo limitata procedit concessio; quidquid accedit sub re concessa comprænenditur, *l. cum fundus, ibi Bald. de leg. 2. Couar. legendus pract. quæst. cap. 2. col. 1.* Quando verò sequitur in anno 1523. aliud votum contra Ducem Neritonis, habentem non priuilegium taxatum, nec limitatum, sed indefinitum; illud habet causam expressam non verã, quia in eo traditur. *Visa obseruantia Cameræ, & declaratione in similibus facta*, obseruantia, & declaratio antecedens erant in priuilegijs taxatis, & limitatis. Et sic declaratio antecedens erat, non in similibus, sed in dissimilibus. Quinimmo in priuilegijs indefinitis erat totum contrarium, vt supra

16 dictum fuit. Ergo si dictum votum anni 1523. contra Ducem Neritonis est fundatũ in falsa causa, nullum fuit, *l. cum vero, §. subuentum, ff. de fideicom. libert.* Inde dum postea lata fuerunt alia tria vota in priuilegijs indefinitis contra Ducem Suessæ, contra Marchionem Rendæ, & contra Ciuitatem Massæ; ex præallegata falsa causa in voto Ducis Neritonis inserta, orta fuerunt: nimirum si omnia dicta vota nullius sũt vigoris, prout omnia demum reuocata fuerunt, vt in nota facti antecedente legitur.

17 Et ex his non obstat, quod fiscus dicit ex prædictis votis, & si nullis, quia secum exequtionem duxerunt, vel consuetudinem sic iudicandi fuisse inductam, sicut ex sententijs nullis exequtis consuetudo oritur, *secundum Bart. in l. de quibus, post nu. 17. de legib.* vel saltim obseruantiam, quæ cum sit facti, concernens vsum tribunalis, & declarans ius dubium, *l. si de interpretatione, ff. de leg.* sufficit, quod ita sit per aliquos actus obseruata, arbitrio tamen Iudicis, *Roec. in rubr. de*

18 *consuetudine num. 23.* Nam consuetudo non potuit induci, quia ad esse illius requiritur, quod præcedant sententiæ diffinitiuæ, quod sint publicatæ, quod bis hoc modo sit iudicatum, longum tempus adsit, & in notitiam Populi deuenerint, *Alber. in rub. qua sit long. consuet. num. 22. verb. si autem ille actus, Petr. de Rauenn. de consuetudin. num. 114. Rebuff. de consuet. act. 2. glo. 3. nu. 10.* Quæ omnia, nec alterum quidem ipsorum, in præsenti applicari possunt. Hæc enim vota non fuerunt in formam sententiarum, vt requiritur, *l. 1. & 3. C. de senten. ex breu. recit.* non fuerunt publicata, nec hi contra quos talia vota fuerunt prolata, nec etiam Populus ignorans tolerauerunt, postquam de illis

non

Digitized by Google

non publicatis scientiam non habuerunt; sit ex his consuetudinem non fuisse inductam. Item non potest dici prædicta vota fuisse exequta, postquam augmentum functionum anni 1522. non possidebatur per Duces, itá quod ab eis fuerit augmentum ablatum. Priuatio enim præsupponit habitum, *l. detem, ff. de verb. oblig.* Sed Rationali referente, qui tunc dubitabat, Camera voluit, quod fiscus continuaret suam exactionem, & quatenus essent eo modo exequta, quia erant nulla, tamquam lata ex falsa causa, & non fuit seruata forma legum, *C. de senten. ex*
19 *breuic. recit.* & in notitiam partium, & Populi non deuenerint; nullo modo consuetudinem fuisse inductam, tradit *Bald. in d. l. de quibus, num. 17, vers. perseuerans populi, ff. de leg.*

Pariter obseruantia ex dictis votis non fuit inducta, quia obseruantia consideratur ad declarandum ius dubium, vt supra. Sed de iure clarum erat, augmentum spectare ad concessionarios, vt infra dicam. Item prædicta vota erant fundata in obseruantia antecedente, quæ erat in priuilegijs taxatis tantum, pro fisco; sed in priuilegijs indefinitis obseruantia erat contra fiscum: ergo si constat de veritate obseruantiæ antecedentis, in qua vota fundata sunt; obseruantia antecedens, quæ est pro nobis, attendenda erit.

Insuper omnia dicta vota iuditialiter fuerunt annullata, & sicut fiscus ex illis vult fundare obseruantiam pro se: & ego dico, ab anno 1546. vsque ad annum 80. septem diffinitiuæ sententiæ fuerunt recitatæ contra fiscum in priuilegijs indefinitis, reuocantes dicta vota; ex quibus orta fuit contraria obseruantia, (vel vt rectius loquar) obseruantia conformis antiquæ obseruantiæ ante an-
20 num 1523. & iuris dispositioni; Quinimmo consuetudo solemnis sit indicandi inductæ si quidem ad inducendum nouam consuetudinem, seu obseruantiam contrariam primæ, tot actus contrarij debent interuenire, quot sufficiunt ad nouam inducendam, cum vsu longi temporis; & tunc contraria inducta, prima est sublata, *glo. in l. nemo alieno, §. temporaria, ff. de reg. iur. Abb. in cap. fin. de consuet. num. 19. ibi Butr. nu. 34. Gozad. cons. 8. num. 31.* Sicut enim consuetudo contraria, primam tollit; sic obseruantia contraria priorem eneruat.

Et si forte fisci patronus opponeret, quandò tot sententiæ fuerunt latæ contra fiscum, iudices non habuerunt notitiam dictorum votorum; & sic non data scientia illius obseruantiæ, non posse prætendi illam ex contratijs decisionibus, fuisse sublatam. Respondetur in processu Ducis Suessæ anni 1573. Fiscus produxit vota anni 1524. contra Ducem lata; & amplius allegauit consuetudinem Tribunalis instando per DD. videri oculatim librum notamentorum, qui dum fuit visus, & lectus, omnia dicta vota oportuit vidisse, ex quibus consuetudo allegata per fiscum oriebatur: Et nihilominus vterq; Senatus Supræmus, & Regia Camera non obstantibus dictis votis, & consuetudine ex illis allegata, sententialiter iudicauit in priuilegijs indefinitis augmentum spectare ad
21 Ducem; qua de re, & si consuetudo per vnicum actum contrarium non tollatur, tollitur tamen, quando actus fit collegialiter, & scienter contra consuetudinem, *Abb. videndus in cap. pro illorum, nu. 5. de preb. Fely. in cap. cum accessissent, nu. 54. de constitutio. Dec. d. l. nemo, §. temporaria, num. 2. de reg. iur.* Ex quibus infero, quod dum Scribentes dixerunt ad inducendum nouam cōsuetudinem contrariam primæ tot actus, & tantum tempus requiri, quot, & quantum in prima interuenere; non requiri scientiam primæ, clare sentierunt, si cum scientia, & vnico tantum actu contrario, priori consuetudini derogatum esse affirmant.

Ex his colligimus, quod si obseruantia esset attendenda, obseruantia antiqua ante annum 1523, & recens est pro nobis, contra fiscum; & illa, quam fiscus allegat medij temporis ab anno 1523. quo tempo fuit votum Ducis Neritonis, vnde tria alia vota sequta fuerunt, est fundata in obseruantia antecedenti, quæ est pro nobis. Idcirco quocunque fiscus se vertit, in laqueum incidit.

23 Sed quam vanum sit in decisionibus causarum, allegare obseruantiam Tribunalis legatur *Alberi. in suo Dictionario in verbo. curia Romana*, tradens Curia Romana sæpe mutat obseruantias suas, propter mutationes Pontificum, Auditorum, & Aduocatorum: inferens nō esse necessarium argumentum sic seruat Curia, vel sic seruauit; nisi hoc appareat per modum cōstitutionis procedere: clare decidens, de obseruantia non esse habendam rationem, *refert, & sequitur Fely. in cap. 1. vers. stylus, nu. 18. de rescrip.*
23 & si forte aliqua ratio de ea esset habenda, vltima obseruantia esset attendenda, *Bal. in d. l. binor, num. 4. C. de aduoc. diuers. Iud.* quæ cum sit pro nobis, & conformis iuri communi, illa erit omnino sequenda.

Ad secundum augmentum dictarum functionū indefinite concessarum, ad prædictos Duces pertinere, iuribus, rationibus, authoritatibus, & decisionibus indubitatum erit, Iuribus,

Digitized by Google

Iuribus, liquet, etenim, quodcunque augmentum sequens intrinsecum, siue extrinsecum, quod rei concessæ accedit, ad concessionarium spectat in quacunque dispositione, siue per nomen collectiuum, siue particulare de intrinseco constat; in dispositione
24 per nomen collectiuum, vt in grege legato, si grex augetur, quia idem grex subcrescit, ad legatarium spectat augmentum, *l. grege, de leg. 1. l. peculium, de leg. 2. & l. grege de pignorib.* sic in functionibus, quæ debentur
25 ex focularibus Regni, si illa augentur, quia idem Populus est *l. cum proponebatur, ff. de*
26 *iudicijs*, ad concessionarios spectant. & in dispositione particulari legatum liberationis compræhendere etiam debitum vsurarum, post testamentum decursarum, tanquam accessorium, *l. fin. §. fin. ff. deliberat.*
27 *lega.* & de augmento extrinseco, quod rei concessæ postea vnitum, & adiectum fuerit, quod in dispositione iam facta compræhendatur, *l. si ex toto, & in l. quod in rerum, §. si quis post, de leg. 1. & l. cum fundus de leg.*
28 2. augmentum enim sequens non est quid separatum, sed tanquam accedens rei concessæ eadem res fit, *l. inter, §. cum inter, ff. de pact. dot. & l. etiam, C. de iur. dot.* quod magis procedit in augmento intrinseco latente, vt per alluuionem, quod noua appræhensione non indiget, quia eadem res est. *Bart. in tract. de alluuio. in verb. acquiritur in princip.*

29 Et in priuilegijs indefinite concessis, quod futura compræhendantur, etiam quod sint penitus separata, & rei concessæ non accedant, quod est fortius, quia concedens potuit excipere, & non excepit; & in beneficijs larga fiat interpretatio, & ne eadem res diuerso iure censeatur: videatur *tex.* ad literã qui causam decidit *in cap. quia circa, extra de priuileg.* ibi fuerat facta remissio decimarum Episcopalium indefinite, dubitabatur, si illa intelligeretur respectu possessionum illius temporis, vel possessionum de nouo acquirendarum; deciditur illam compræhendere non solum possessiones illius temporis, sed etiam futuri.

Rationibus clarum est, ciuitates Roborũ, & Neritonis sub vnica oratione fuisse concessas cum earum introitibus, vassallis, & functionibus fiscalibus; & nulli dubium est, augmentum introituum Baronalium, & vassallorum spectare ad Duces. ergo pariter, &
30 augmentum functionum fiscalium; ne eadẽ dispositio diuerso iure censeatur, & eadem determinatio pari formiter non determinetur *contra vulgares regulas l. eum, qui ædes, ff. de vsucap. & l. iam hoc iure, ff. de vulga. & pupill. & d. cap. quia circa, extra, de priuileg.*

31 Rursus si diminutio tam introituum Baronalium, quam functionum fiscalium contingisset, sicut damno dictorum Ducum cessisset; ita è contra eorum augmentum ipsorum lucro cedere debet, *ex regula secundum naturam, ff. de reg. iur. & l. si ex toto, ff. de leg. 1.*

32 Inde dispositio, quæ per tractum ad futura potest afferre commodum, & incommodum; ad futura trahitur, vt in societate traditur *in l. 1. in fin. & l. si quis societatem, ff. pro socio, per quæ iura Bart. in l. si ita col. 1. ver. oppono, ff. de aur. & arg. leg.*

Denique concessiones horum Ducum sunt, per verba futuri temporis, considerando illa verba (cum iuribus focularioru m, &
33 salis exigendis, & assignandis.) Quæ verba cum sint participia, resoluuntur in verbum, & relatiuum, vt fructus assignandi, id est qui assignandi erunt. *Alex. in conf. 119. col. penult. verb. Hoc enim importat lib. 1.* & in participio fiendi, quod importat futurum, *idem Alex. 193. col. penult. verb prætereà concessionis lib. 2.* Ergo si sunt per verba futuri temporis, futura compræhendunt, *l. filiam, ff. de aur. & arg. leg. Bart. in d. l. si ita, 1. opposi.*

34 Authoritatibus etiam Doctorum prædicta firmantur, & recurrendo ad Theoricam *Bart. in l. si ita, ff. de aur. & arg. lega.* quando dispositio futura compræhendat, distinguit duos casus.

35 Primus quando oratio profertur per verba præsentis temporis, & non à lege, sed à homine, si continet, quod non dependet ex voluntate mera disponentis; & tunc si variatio in futuro consistit circa eandem rem, vel quæ habetur loco eiusdem rei; & porrigitur ad futura, *l. fin. §. fin. de liber. lega.* Aut contingit circa res separatas, & tractatur de magno præiudicio; & futura non veniunt *l. si à colono, ff. de verb. oblig.*

36 Secundus casus, quando oratio profertur sine tempore, aut oratio est generalis, vel vniuersalis, vel indefinita, vel particularis, quando est generalis, quia ponitur nomen collectiuum vt grex, peculium, & similia; & futura veniunt, *d. l. grege, de leg. 1. & l. grege, ff. de pigno.* si oratio est vniuersalis, vt lego omnes res meas, quæ sunt in tali loco; & futuræ non veniunt, *l. fin. §. 1. ff. de leg. 2.* Si oratio est particularis, & fit dispositio de tota re; veniunt quæ ipsi accedunt, vel si aliquid adiungatur, *l. quod in rerum, §. 2. ff. de leg. 2.* Si vero oratio est indefinita, & tractatur de magno præiudicio; tunc aut per disponentem potuerunt præuideri futura om-

nia,

nia, & futura comprehenduntur, *l. si seruitus, ff. de seruit. urban. prad.* Si vero non potuerunt prauideri futura, & tunc nō veniūt, *d. l. si ita*. Hæc ex *Bart. doctrina, Bald. post alios in l. non modus, ante num. 2. C. de seruit. & aq.* tradit in dispositione indefinita, si disponens potuit taxare, & non taxauit, & veniunt futura, quia indefinita æquipollet vniuersali, *allegando d. l. si seruitus, ff. de seruit. vrb prad. Angel. in d. l. si seruitus, Alex. in l. grege, de leg. 1. Nat. cons. 160. num. 24. cum seq. vol. 2. Alciat. in l. verbum erit, ff. de verb signific.*

In præsenti, si priuilegia horum Ducum essent per verba præsentis temporis, prout non sunt, quia continent, quod non dependet ex mera voluntate disponentis; & variatio in futuro non contigit circa res separatas, sed circa eandem rem, scilicet functiones fiscales, eorumq; augmentum, quod accedit ipsi rei; & futurum augmentum veniret, *per d. l. fin. ff de libe. lega.* iuxta primum casum.

37 Item quia priuilegia horum Ducum cum iuribus focnlariorum, & salis exigendis fuerunt siue tempore; & oratio fuit generalis per nōmen collectiuum, considerando illa verba (eum iuribus) quæ Vniuersitatem denotant, augmentum, & deminutionem recipiunt. *Bart. videndus in cons. 59. num. 8. lib. 1 refert, & sequitur Loffred. in parafr. de controuer. inuest. §. quod autem.* Nimirum si sub his priuilegijs futurum augmentū venit. Sicut enim grege, vel peculio legato, quæ sunt nomina collectiua, & vniuersalia recipientia augmentum, & diminutionem; si grex augetur, & peculium crescit, quia idem grex est, & peculium; augmentum spectat ad concessionarios, *d. l. grege*. sic augmentum iurium functionum, subcrescens ex eisdem vassallis, quia idē Populus est, *l. eum proponebatur, ff. de iudic.* ad hos Duces spectare debet iuxta dicta in secundo casu.

38 Item, si priuilegia horum Ducum essent non per nomen collectiuum, sed particulare, quia dispositio fuit de tota re functionum fiscalium, & augmentū futurum accedit rei concessæ; similiter sub illis, comprahenderetur, *l. quod in rerum, §. si quis post, de leg. 2.* iuxta dicta in tertio casu.

Deniq; si hæc priuilegia essēt p verba indefinita, prout sunt, & nō cōtinerent nomen collectiuū, put continent; adhuc futurū augmētū q potuit p dispositionē puideri, cōprehendunt. Rex .n. poterat prauidere focularia posse augeri, & quia potuit taxare, & non taxauit, futurum augmētū sub illis venit *iuxta dicta in 2. casu*, adeo q vndiq; res est in tuto.

39 Prædictis accedat singularis decisio *Abbatis in d. cap. quia circa. num. 5. de priuileg.* tradens, si dispositio indefinita cōcernit rem ipsam, si est multum præiudicialis non tra-

40 hitur ad futura, *d. l. si ita*, fallit quando dispositio esset indefinita in priuileg js, & præiudicaret concedenti tantum, licet graue esset piæiudicium, extenditur ad futura Ergo si nūc tractamus de priuilegijs indefinitis, & e piudicio cōcedētis tm agitur; tāto magis sumus in tuto, augmentū absq; dubio venire.

41 Inde si Rex exemerit Castrum, quod postea ereuerit, & efficiatur Ciuitas; quod totum illud erit exemptum, *Bald. in l. cum fundus, de leg. 2. Couar. legendus pract. qq. c. 2. per totum*, & concedendo iurisdictionem

42 in loco, ad territoriū postea auctū extendi, *Bar. in l. si cōuenerit, § si nuda, ff. de pign. act. Suar. alleg 6. n. 8.* pariterq; immunitate eō cessa ad bona postea q̄sita trahi, *Bar. cons. 59. n. 4. vol. 1. Ale. 178. n. 17. vol. 2, Senat Pedem. decis. 136.* & concedendo gabellam absq; vlla reseruatione, augmentum sequens ex nouo facto concedentis, q sit concessionarij, *Ang. & Bal. in l. vtrum, ff. de petit. hæredit.*

Et magis ad rem, videatur *Bald. in §. si quis de manso, num. 7. de controuers. inuest.*

43 inquit, si dominus infeudauit castrum, reseruatis sibi quibusdam vassallis; & demum illud est multiplicatum, in hominibus, & magnitudine: ad quem pertinebit illud incrementum. Respondit, familias distingue, & vnde processerunt; quia progenitores suos suffecti, sequi debent, & sic augmentum contingens in vassallis reseruatis, erit domini infeudantis: augmentum vero in vassallis concessis, erit concessionarij. Ad propositum Rex Federicus concessera: his nostris Ducibus, Ciuitates Neritonis, & Roborum, eum omnibus vassallis, & iuribus functionum, nihil sibi reseruans, nec in vassallis, nec in iuribus functionum fiscalium; si focularia demum aucta sunt, & suffecti debēt sequi suos progenitores: sicut illi fuerunt translati in concessionarios, sic & isti suffecti, *Bald. sequitur Capic. in sua inuest. in verb. faudorū augmenta, verb. vassallorum augmenta fol. 85.* Et ex nostris, in proprijs terminis augmentum functionum fiscalium ob focularia aucta spectare ad concessionarios, *Loffr. latè in §. q autem, de controu. inuest. Ioar. Vinc. Ann. inc. 1. n. 265. de vassal. decrep. atat.*

44 Nec aliter habenda est ratio de his, quæ dicit *Afflict. in constit. Regni dignum*, dicens tunc DD. de Camera inclinasse in contrariā partem, quia recentiores Periti Domini cōtrarium deciderunt; & eneruando funditus rationes *Afflict.* erroneè fuisse loquutum, apparebit. Primo ipse allegat *Andr. in cap.*

1. *in fin. de vassal. decrep. aetat.* quod restitutio facta alicui non extenditur ad bona alienata tertio, & postea in fiscum re peruenta; cum restitutio intelligatur de bonis, quę tūc erant fisci, & non de futuris. Respondetur, quod hi termini ad propositum non sunt applicabiles; quando enim fit restitutio, Fiscus censetur restituisse ad bona, quæ habet ex præsenti, non quoad illa, quæ habiturus est in futurum, ex nouo iure, & ex noua causa: sed augmentum functionum nō venit ex noua causa, sed subcrescit ex eadem re cōcessa q de sui natura cū sit facta per nomen collectiuum, recipit augmentū, & decrementum.

45 Nec secundo obstat *tex. in l. cum stipulamur, ff. de verb. oblig.* quod in contractibus non veniunt futura: quia verbum (præsens) non trahitur ad futurum; sed quando dispositio est facta per nomen collectiuum, vt est fundus, grex, & similia, benè trahitur, *Ang. in l. si seruitus, num. 8. ff. de seruit. vrb. præd. Bar. in l. si ita, nu. 4. ff. de aur. & arg. lega.*

46 Nec tertio nocet *Isern. in cap. si moribus, si de feud. defunct. milit.* vbi concessio feudi, vt deuoluti non tenet, si est deuoluendū; & sic gratia non trahitur ad futura. Respondetur, quod termini non sunt æquales; ibi sumus in cōcessione, quæ fuit facta per verba præteriti tēporis: at in casu nostro cōcessio est facta per verba pñtis tēporis, & indefinitè; præterea illud habet aliam rationem, quia .s. debet exprimi verus modus vacationis, *cap. susceptum, de rescriptis in 6.* Et propterea si Rex concedat feudum Titij credens eum mortuum, & sic esse deuolutum; non operatur concessio, etiam si postea moriatur: &

47 si concedat vti vacatum per mortem, & re vera alio modo vacauit; non valet concessio *d. cap. susceptum, Loffred. late in d. cap. moribus*, qui limitat non procedere in concessione facta motu proprio.

48 Nec quarto obstat, quod priuilegium concessum Monasterio, & Cappellanis non extenditur ad Cappellas postea quæsitas, *iuxta notata in cap. capella, de priuil.* Nam respondetur. Primo, quod ibi disponens non fuit loquutus per nomen vniuersale, seu collectiuum. Secundo, quod ibi loquitur in priuilegio, quod cōcernit præiudicium tertij, scilicet, ordinarij; hic tantum de præiudicio concedentis agitur, *ita respondit Alex. cons. 178. n. 22. col. fin. vol. 2. afferens duas responsiones, &* hoc modo ad omnia similia per *Afflict.* adducta, facile responderi potest.

49 Postremo idem *Afflict.* allegat tex. *in l. si mauius, §. non idem, ff. de leg. 2.* quasi probet, quod legato homine, non venit futurus homo. Illa enim lex dicit, quod si legetur à duobus Stichus alicui, si Stichus est datus legatario ab vno hærede, sicque factus est suus; non potest ab alio hærede solui, licet legatarius illum alienauerit: idem enim ab illo hærede solui non potest, cum frustra soluitur illi, cuius dominium legatarius est adeptus, licet postea dominus esse desierit. Non obstat *hic tex.* quia habet particularem rationem. Primo, quia duæ causæ lucratiuæ in eodem concurrere non possunt. Secundo ibi ille nouus homo cecidit à dominio legatarij post legatum, & post testamentum, & ex noua occasione. Tertio, in legatis fit stricta interpretatio, *Dec. in l. in testamentis, nu. 3. de reg. iur.* secus in concessionibus Principis, *l. si quando, C. de bon. vacant. lib. 10. l. fin. ff. de constit. Princip.* Propterea non licet arguere. Et ex his quisque videt *Afflict.* tunc senio confectum, nihil boni dixisse.

Non obstant duo, quæ Fiscus dicit.

50 Primo dicit sub legato vestis, comprehendi vestem tempore testamenti, non vestē futuram post testamentum, *vt d. l. si ita, ff. de aur. & arg. leg.* Et ob id in donatione omnium bonorum, futura non comprehendi *glo. in l. fin. C. quæ res pignori.* quia de magno præiudicio donantis agitur.

51 Respondetur, clarissimè *d. l. si ita, cum glo. desuper alleg.* procedere in re, sufutura separata, quæ de per se est principalis, non accedens rei prius concessæ; illa non comprehenditur, vt est vestis futura, quæ non accedit primæ. Sed nos tractamus de futuris non separatis, nec de per se; sed accessorijs ad rē primam, immò accedentibus rei primæ concessæ. Quimmò subcrescentibus ex re prima, nimirum si istud augmentum venit; & procedit *l. si ex toto, ff. de leg. 1.* ita distinguit, & respondet singulariter, *Bal. in l. cum fundus, de leg. 2. & Bar. in l. si ita, n. 3. & Couar. alleg. loco pract. qq. c. 2. vers. 10. ante n. 6.*

Secundo, Fiscus dicit, hoc augmentum procedere facto Regis, post concessiones, dum iussit fieri numerationes focülariorum

52 Regni: & sicut augmentum rei venditæ accedens post emptionem facto venditoris, nō ad emptorem, sed ad venditorem pertinere, *Alex. post alios, in l. si ex toto, ff. de leg. 1.* sic augmentum istud contingens facto Regis, ad ipsum spectare debere. Respondetur prædi-

53 cta procedere, quando factum venditoris principaliter, & directo tenderet in augmētum rei venditæ: at quando principaliter respicceret vtilitatem publicam, & accidentaliter, & accessoriè sequeretur augmentum alterius; non consideratur, quod venit in consequentiam, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. Dec. videndus in cons. 4. post nu. 3. vers.* a. non

2. *non obstat*. In præsenti numerationes foculariorum, quæ fiunt in Regno, respiciunt publicam vtilitatem, ne Vniuersitates grauentur soluere plus debito; si ex illis accidentaliter, & accessoriè augmentum contingit, non quod accessoriè, sed quod principaliter fit, est attendendum.

Decisionibus tandem prædicta sunt confirmata, postquam ab anno 1546. vsque ad annum 1580. septem diffinitiuæ sententiæ latæ sunt contra fiscum, pro Baronibus; & sic articulus iste, augmentum spectare ad Duces, iuribus, rationibus, authoritatibus, & decisionibus, enucleatus remanet.

54 Ad tertium votum anni 1523. pro fisco, contra Bellisarium Ducem Neritonis, quo fuit dictum ad Curiam spectare augmentũ; non parere exceptionem rei iudicatæ moderno Dnci successori, ex allegatis veritas
55 apparuit. Quoniam votum prædictum sententię vim non habet; cum ad esse sententiæ requiratur, quod post votum emissum, sententia in scriptis formetur, & partibus legatur, *l. 2. C. de senten. ex peric. recit.* alias sententiæ nomen non meretur, & ex integro iudicium faciendum est, *l. 1. & 2. C. eod. tit.*
56 Ex quibus iuribus inferunt, quod licet, & fortius, fuerit formata sentẽtia manu actuarij; si non apparet fuisse lectam, & sententialiter promulgatam, quamuis reperiatur in archiuio publico, vim sententiæ non habet; Ideoque vsus inoleuit in sententijs poni illa verba lecta lata, *Bar. Bal. in d. l. 3. C. de sent. ex peric. recit. Socc. cons.* 80 *n. 6. vol. 1. & Affl. in dec.* 303. dicit oĩbus de Cõsilio visũ fuisse, vota effectũ sentẽtiæ nõ operari: q benè notũ est dño Fisci Patrono, qui in his causis Fisci partes tuetur. Et si votũ hoc non habet vim sentẽtiæ, exceptionẽ rei iudicatæ nõ pducit. Eo magis, qa votũ prædictũ est fundatum in falsa causa, vt supra. & proinde nullũ fuit, *d. l. cũ vero, §. fubuentũ, ff. de fideicom. libert.* & sicut in causa Ducis Suessæ anni 1573. similiter votum contra eum latum anni 1524. & per fiscum productum in vim exceptionis rei iudicatæ; vti nullius vigoris, & notoriè iniustum fuit reiectum: sic & pariter istud Ducis Neritonis, de quo scientiam Iudicantes habebant, proferendo sententiam, in anno 1580. pro dicto Duce Neritonis annullauerunt, & reiecerunt. & quãdo fiscus dicit pdictũ votũ fuit exequutũ cõtra Ducẽ Bellisariũ, non benè dicit; quia Dux Bellisarius numquã possedit dictũ augmẽtũ, ita q vigore dicti voti ab eo fiscus quicquã abstulerit.

Quinimmò, & plus, in causa Ducis Suessæ, & si Dux ipse, aliquo tempore possedisset dictum augmentum; & demũ ab anno 1524. prolato voto, fiscus ab eo illud abstulerit, ita quod eius respectu poterat dici votum fuisse exequutum: nihilominus non obstante dicto voto nullo, & notoriè iniusto, celebres illi Viri decreuerunt, augmentũ spectare ad d. Ducẽ: & sic ex dicto voto etiã annullato, in fauorem Ducis Neritonis, ei non obstare rei iudicatæ exceptionem, sole clarius liquet.

Ad quartum, quod priuilegiũ anni 1530. in quo Dux Io. Bernardinus recepit dictum augmentum vita durante, successori non præiudicauerit; breuiter resoluendo Fisci oppositiones id apparebit. Ex hoc enim priuilegio, duo fiscus infert.

Primum, quod postquam in anno 1523. votum Cameræ fuerat latum contra Ducem Bellisarium patrem, & in eo fuerat dictum, consuli deberi Illustrissimum Proregem, stantibus eius seruitijs, & oblatione pecunię, quam tunc pro occurrentijs Curiæ fecerat: ob id fiscus coniecturando asserit, consultationem prædictam præcessisse, & de prędictis voto, & consultatione Ducem Io. Bernardinum filium habuisse notitiam; qui cum scię
57 ter receperit augmentum vita durante, cõsensum præstiterit: quod si votum illud fuerit nullum, saltim in vim taciti pacti, esset approbatum, *l. 2. C. comm. vtriusque Iudic.* Aduertatur, quod in prædictis Ducibus Bellisario, & Io. Bernardino, nec verè, nec præsumptiuè, scientia aliqua dicti voti, ex subscriptis apparere potest. Primo nam facta maxima diligentia per fiscum in libris consultationum; prædicta præsumpta consultatio, pro Duce Bellisario, tanquam non facta, reperiri non potuit. Secundo votum illud non fuit intimatum, immò nec publicatum, ergo illius ignorantia præsumitur. Ad hunc
58 enim finem lecta lata debet in sententijs inseri, vt partibus innotescant, *d. l. 2. & 3. C. de sent. ex breuit. recit.* Tertio illud votum fuit tempore Ducis Bellisarij, qui si illud ignorauit; tanto magis prædictus Ioa. Bernardinus successor, & absens illud ignorasse præsumitur, etiam ex regula iuris, in successore ignorantiam præsumi, maximè in his, quæ facti sunt. Vltimo, & fortius dum in anno 30. Imperator motu proprio Io. Bernardino Duci, eius vita durãte, propter eius merita, & non ad ipsius instantiam, priuilegium concessit: si voluisset remunerare seruitia Bellisarij patris, iuxta assertam consultationem Cameræ; de ea, si facta fuisset, & de seruitijs ipsius mentionem fecisset. Sed quia Imperator in anno 1530. de gestis in Camera in anno 1523. nullam habebat notitiam, sicut nec etiam Dux Io. Bernardinus; & eiusdem Io. Bernardini seruitia in proxima ex-

peditione vigebant; sicut Imperator alios benemeritos remunerauit, & de eodem augmento Ducem Amalfiæ remunerauerat: sic eodem iure Ioa. Bernardinum gratificando, augmentum non Neritonis tantum, de quo in dicto voto, sed totius Status in eum sua vita durante contulit. ergò si Dux Ioa. Bernardinus nullam scientiam habuit dicti voti, absque suo consensu non potest prætendi illud approbasse.

59 Secundum, quod ex dicto priuilegio fiscus infert, est, quod postquam titulus dominij non est multiplicabilis ex pluribus causis, *l. non vt ex pluribus. ff. de reg iur. l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poss.* si Dux Io. Bernardinus ex hoc secundo priuilegio recepit augmentum vita durante, quod erat suum, & perpetuum, ex primo priuilegio præiudiciū sibi attulerit, *glo. in l. si aliquam rem, ff. de acquir poss.*

60 Sed resoluendo difficultatem, considero verum esse dominium nō posse quæri ex pluribus titulis *d. §. ex pluribus*. Quia dominium est quid perfectum, & semel dominus effectus, non potest ex alio titulo amplius effici dominus, *§ sic itaque, instit. de actio.* Attamen si post dominium iam quæsitum superueniat postea nouus titulus, ille esset inutilis, & inefficax, *l. cumres, C. de contrab. empt. Ias. d. § ex pluribus, num. 14. & 22.* Et ob id suæ rei emptio, siuè scienter, siuè ignoranter, non valet, *l. sua rei, ff. de contrab. emptio.* & qui rem suam conducit, vel patitur apud se deponi, nec conductio, nec depositum valet, *l. qui rem, C. locati, & l. qui rem. ff. depos.* Indè scribentes communiter *in l. si aliquam, ff. de acquiren. possess.* Quando conducens, vel quocunque alio titulo recipiens rem suam ab alio, in dominio sibi præiudicauerit. Tres casus ponunt.

61 Primus, si dominus rem suam ignoranter conducit, & recipit; non amittit dominium: quia ignorans non videtur perdere, *l. mater,*

62 *ff. de inoff. testam.* etiam si esset error iuris, qui in re ammittenda non nocet, *l. error, in fine, C. de iur. & fact. ignor. Alex. in d. l. si aliquam, nu. 6. & 7.*

63 Secundus, si scienter dominus recipit rē suam, si non tamquam suam, sed tamquam dantis; & tunc etiam dominium non perditur, *communis est opinio relata per Alex. in d. l. si aliquam, post num. 10. glo. —— tit. 1. glo. 5. num. 22. & 23.* Et quomodo cognoscatur si recipio rem meam, vt meam, vel vt dantis, *Bart. ibi num. 8.* tradit ex scriptura id apparere, si fortè concedens dixerit rem, quam ad se spectat, concedere.

64 Tertius, recipiens scienter rem suam tamquam suam; adhuc non perdit dominiū, quia nullus est titulus rei suæ scienter, siuè ignoranter, *d. l. sua rei. ff. de contrab. empt.*

65 & licet verus titulus, & vera traditio trāsferant dominium, *l. traditionibus, C. de pact.* & verus titulus, & ficta traditio, pariter trāsferant dominium; vt si vendo rem, eam à te conductio, fictè trado, transit dominium, *l. quadam mulier, ff. de rei vendic.* Idemque fictus titulus, & vera traditio transferunt dominium; vt in soluente scienter indebitū, qui fictè donat, & verè tradit, dominium transfertur, *l. cuius per errorem, ff. de reg iur.*

66 tamen quando vtrumque est fictum, vt fictus titulus, & ficta traditio, numquam transfertur dominium, *l. ei, à quo, ff. de vsucap.* quod resultat quando recipio rem meam scienter vt meam; videor fictè donare, & tradere. Idcirco dominium non transit, *communis est opinio relata per Alex in d. l. si aliquam, num. 18. contra Addentem ibi.* Ideoq; *Bar. ibi nu. 9.* cōsuluit, *& omnes sequuti sunt eum*, quod si nobilis habens Podere proprium, illud recipit in emphiteosim à monasterio, & nobilis vendidit inrequisito monasterio, monasterium volebat vendicare ab emptore; quod non possit, quia fictus titulus, & ficta traditio, in monasterium dominium non transiuit.

Et ex his concludo, si Dux Io. Bernardinus ignoranter recepit hoc augmentum tēporaliter, quod erat suum, & perpetuum, ignorans non perdit dominium, iuxta primum casum: si scienter illud recepisset, quia recepit, non tamquam suum, sed tamquam rem spectantem ad Imperatorem, vt in priuilegio clarè colligitur; & nequaquam dominium perdidit, iuxta secundum casum. Quinimmo, & plus, & si scienter illud recepisset, vt suum, quod non est in præsenti; & nec etiam dominium amisisset, iuxta tertiū casum, adeoquod vndique res est in tuto.

Et si Fiscus dicit, res mea, quæ desijt esse mea, ex noua causa potest effici mea. votum anni 1523. declarauit augmentum spectare ad Curiam, illud desijt esse Ducis, potuit postea ex nouo titulo in anno 1530. illud temporaliter recipere. Respondetur, quod nunquam desijt esse Ducis: quia votum anni

67 1523. non fuit sententia, non fuit intimatū, vt supra dixi; & ex inde tanquam nullius vigoris, nullum effectum producit, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Et si numquam desijt esse res sua, non poterat amplius effici sua, & secundus titulus Ducis superueniens fuit inutilis, & inefficax, *d. l. cū res, C. de contrab. empt.*

Postremò dato millies, quod Imperator, & Io.

& Io. Bernardinus sciuissent dictum votum, quinimmò & plus, si illud fuisset insertum in dicto priuilegio; adhuc non præiudicaret attenta veritate, & voluntate Imperatoris concedentis, & Ioa. Bernardini recipientis. Si enim dictum votum fuit fundatum in falsa causa, vt supra, & successiuè nullum fuit; quando priuilegium sequitur habens oculos ad dictum votum, similiter nullum erit, vt in regula. Ex eo etenim in tantum voluit Imperator concedere Io. Bernardino vita durante dictum augmentum, in quantum credidit illi voto enuncianti obseruantiam, & declarationem alias factas in similibus, augmentum spectare ad Curiam; & sic Imperator,& Io.Berdinus putabant ad Curiam

68 spectare. Cumque nunc liqueat causam in voto expressam, fuisse falsam, & de veritate in contrarium constat, priuilegium super voto fundatum, tamquam erroneum, non obstat. *Casus est in l. cum falsa, & l. si post diuisionem, C. de iur. & facti ignora.* Ad idē legatur *l. edicto. in fin ff. de iur. fisc.* ibi deferens asserutt se incapacem, cum re vera capax esset; ei errorem non nocere, tradi-

69 tur. Quinimmo in contractu diuisionis factæ inter fratres bonorum paternorum, & fraternorū, & promisissent in ampla forma, non cōtrauenire; si posteà veritas apparuit, bona fraterna ad alterum tantum fratrem ex vtroque latere cōiunctum spectare, quod illud pactum, per errorem positum, non debet præiudicare, quo minus possit cōtrauenire, *Paul. per illum tex. in l. fin. §. idem quæsiuit, ff. de condict. indebi. Dec. cons. 206. num. 1.*

Quare si de veritate nunc liquet, & Deus est veritatis amator; ac iura clamant, veritatem esse sequendam; & oppositiones Fisci, nullum habent fundamentum: in re tam clara, & toties decisa, pro istis Ducibus esse decernendum, ad eos augmentum spectare, indubitate concludo.

Camillus de Medicis.

2 ADDITIO. Post hæc scripta in eadē quoq; causa allegauit *Consiliarius de Anna authoris nostri discipulus in cons. 61.* fere per easdem semitas: & super articulo aliquid tradit *D. Regens de Curte meus Auunculus, in 1. par. sui diuers. feud. cap. 16. num. 21. & latiss. iterum cap. 19. num. 34 & 35. vsque ad fin.* vbi inseruit eius alleg. pro Fisco, & refert in fin. decis. & alibi, is etiam meminit de Baronibus prætendentibus participare in donatiuis subrogatis loco generalis Regij numerationis, tamquam per ea excluderentur ab augmento verisimili focul triorum quod ex numeratione de facili cōtigisset; quos tamen fuisse exclusos ipse refert *a par. 1. cap 9 num. 18.* & conferunt in materia huius alleg. tradita per *D. Cons. de Georgio alleg. 4.*

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum focalariorum de nouo auctorum pertinet ad Baronem, cui concessa sunt functiones fiscales, secundum Loffredum, & num. 11.*

2 *Immunitas concessa à functionibus fiscalibus, porrigitur ad focularia postea aucta, etiam si in concessione non fuerit adiectum futurum tempus, nu. 3. sic seruauit semper Regia Camera, nu. 5.*

4 *Immunitas decimarum comprehendit decimas possessionum acquisitarum post concessionem.*

6 *Augmentum focularum postea superueniens, an includatur concessis functionibus fiscalibus; distinguuntur tres species concessionum, & referuntur decisiones Regiæ Cameræ, nu. 7. 8. 10. & de tertia nu. 12.*

9 *Relatum est in referente cum substantia, & qualitatibus suis, & nu. 10.*

13 *Legatum factum de aliqua re, intelligitur factum de re, quæ erat testatoris tempore testamenti, non postea quæsita.*

14 *Interpretatio lata sit in vltimis volūtatibus.*

15 *Verba præsentis temporis nunquam comprehendunt futura, idque procedit etiam in legato, num. 19.*

16 *Alienatio functionum fiscalium est magni præiudicij, & dicuntur patrimonium Regis, nu. 20.*

17 *Concessio functionum fiscalium facta alicui in terris suis, spectantium ad Regiam Curiam, vel Regiæ Curiæ debitarum; intelligitur facta secundum iuris dispositionem, & idem in quacumque concessione, rescriptis, & in materia pœnali num. 18.*

21 *Verba præsentis temporis nunquam comprehendunt futura in præiudicialibus.*

22 *Legatum dicitur de re certa in specie, tam si legauerim centum quæ habeo in tali arca, quam si dixerim legare pecuniam, quam habeo in tali arca.*

23 *Sententia condemnans Titium ad quantitatem contentam in testamento, dicitur certa per relationem.*

24 *Concessio functionum fiscalium terrarum Titij, dicitur certa per relationem ad numerum*

merum focularium, & per taxam Regia Camera.
35 *Cap quia circa. de priuileg. declaratur.*
36 *Decima debentur ex fructibus.*

Consilium Regentis Reuerterij in eadem materia pro Regio Fisco.

ARGVMENTVM.

VTrum concessis functionibus fiscalibus vnius terræ alicui Baroni, compræhendatur quoque augmentum focularium, postea perueniens ex noua numeratione; distinguuntur plures casus, & in dubio concluditur pro Fisco contra opinionem Loffredi.

CONSILIVM LII.

QVIA sunt multi Barones in Regno, qui ex Regis priuilegio habent functiones fiscales suarum terrarum: fuit dubitatum in Regia Camera in ista noua numeratione, in qua in dictis terris fuerunt aug-
1 mentata focularia; an huiusmodi augmentũ focularium sit dictorum Baronum, an vero sit Regiæ Curiæ. *Dominus Loffr. in sua paraf. in cap.* 1. *§. quæritur, de controuer. inuest. nu.* 7. arguit ad partes, & tenet, quod augmentum sit Baronis, & non Regiæ Curiæ. Pro intelligentia huius articuli considera duos casus. primus, quando Rex concessit immunitatem functionum fiscalium
2 ordinariarum, & extraordinariarum aliquibus Regni Ciuitatibus debitarum, & debendarum, vt est Amanteæ, Gaetæ, Tarenti, & similium: hoc casu illæ ciuitates habuerunt immunitatem functionum fiscalium, etiam si focularia in illis terris fuerint augmentata, *vt est tex. in cap. quia circa, de priuileg.* quod capitulum loquitur, etiam si immunitas fuisset concessa indiffinitè, absque expræssione verbi futuri temporis; & ideo Regia Camera semper obseruauit immunes dictas ciuitates, & terras, etiam pro focularibus augmẽtatis: quia *d. cap. quia circa*, loquitur in his
3 terminis, quando Papa siue Episcopus concedit alicui Monasterio immunitatem decimarum, intelligitur concessa nedum de possessionibus, quæ erant monasterij tempore concessæ immunitatis, sed etiam acquisitis post, & sic talis immunitas comprahendit futura; & ita in hac noua vltima numeratio-
4 ne fuit obseruatum in terra Amendoleæ, & in omnibus aliis terris habentibus similes immunitates functionum fiscalium.

Secundus casus principalis est, quando Rex donat alicui functiones fiscales sui Status, seu suarum terrarum; & tunc distinguendi sunt tres casus. Primus, quando Rex ex-
5 presse concedit augmentum focularium vel per verba æquipollentia, vt est in Statu Reginæ Poloniæ, & erat in Statu Arcis, & Soræ, quando Cæsarea Maiestas illos Status concesserat Domino de Præbes, & post eius mortem, Marchioni de Ariscoth: & iste casus non habet dubium, quia veniunt; potuit enim rem suam dare Rex, quomodo vult, *l. in re mandata, C. mand.* Secundus casus est, quando Rex alicui concedit fun-
6 ctiones fiscales sui Status per verba futuri temporis, puta quæ competunt Regiæ Curiæ, & competere possunt; vel concedit functiones fiscales debitas, & debendas, & per alia similia verba: hoc etiam casu, dico, quod in concessione venit augmentum focularium nouæ numerationis *arg tex. in l. filiam, ff. de aur. & arg leg. & in l. ex hoc adicto, §. 1. ff. de alien. iudic. muta. cau. fac. Bart. l si ita, ff. de auro, & arg leg est casus, in l. si stipulatus fuerim, §. 1, in vltima parte tex. & in l si à colono in fin. ff. de verb. oblig. & in dictis locis hoc not. omnes Doctores*, & ita
7 etiam hoc secundo casu contra Fiscum indistinctè obseruat Regia Camera; & ita fuit nunc iudicatum in causa Illu. Marchionis Rendæ, cui fuit per suam Maiestatem Cæsaream concessum scilicet, Domino D. Ferdinando de Alarcon, Status Rendæ cum suis functionibus fiscalibus, prout illas tenebat, & possidebat quondam Isabella Adorna, Comitissa Rendæ, quæ tenebat functiones fiscales cum verbis futuri temporis, per quæ verba, alias Regia Camera declarauit augmentum focularium dicti Status ad eam spectare; eo modo nunc me referente declarauit Regia Camera in fauorem dicti Illu. Marchionis, cui (vt supra retuli) fuerunt concessæ functiones fiscales eo modo, & forma, prout illas tenuit, & possedit dicta Isa-
9 bella, & sic illa scriptura relata censetur esse in referente *vt in l. asse toto, ff. de hared. instit. l si ita scripsero, vbi Bart. ff. de cond. & demonstr. & l. ait prætor, §. si iudex, vbi*
10 *Alex. de re iud.* & talis relatio censetur tacta cum substantia, & qualitatibus suis, *optime per Aret. in l. titia, §. idem respondit. &*

l. pla

l. pluribus, in princip. ff. de verb. oblig. idem
fuit decisum in fauorem Ducis Soræ, & idem
in fauorem Ill. Ducissæ Castrouillaris, vtilis
Dominæ Roccæ Pimontis, quæ etiam emit
functiones fiscales, quas cum augmento te-
nebat, & possidebat Matthæus Piscicellus, &
postea Hector eius filius vtiles domini dictæ
Roccæ Pimontis.

Tertius casus, & dubius est, quando est
facta concessio per verba præsentis tempo-
ris, vt puta, si dico (concedo Titio functio-
nes fiscales, quas Regia Curia habet in suis
terris) etiam si loquatur vniuersaliter: iste
casus est dubius, *Dominus Loffredus in loco
citato* disputat ad partes, & tandem tenet
11 contra Curiam, quod etiam in hoc casu in
tali concessione veniat augmentum focula-
riorum, & sit Baronis, & non Regiæ Curiæ;
tamen Regia Camera indistincte in hoc casu
12 obseruauit contrarium, & semper declara-
uit augmentum fore Regiæ Curiæ, quando
concessio est facta per verba præsentis tem-
poris, vel indiffinite *pro ista opinione, est tex.
in l. si ita, ff. de aur. & arg. lega. & l. si ita
scripsisset; ff. de leg. 2.* quæ iura expræsse di-
13 cunt quod si lego titio argentum meum,
intelligitur de argento, quod erat meum
tempore testamenti, & non quod postea
acquisiui; & tamen illa iura loquuntur in vl-
timis voluntatibus, in quibus fit lata inter-
pretatio, *cap. cum dilecti, extra de donat. ad
idem tex in l. cum stipulatus fuerim, §. 1. in
1. parte, & in d. l. si à colono, ff. de verb. obli.*
14 semper illa iura, & similia volunt, quod ver-
ba præsentis temporis nunquam compræ-
hendũt futura: & hoc expræsse declarat *Bar.
in d. l. si ita,* in sua distinctione, dum primo
ponit, quod si concessio est facta per verbũ
præsentis temporis, tunc si agitur de magno
præiudicio, & id, quod est futurum, non de-
pendet ex mera voluntate disponentis; tunc
nunquam veniunt futura, *vt iuribus supra
allegat. quæ Bar. ibi allegat.* & prout est in
casu nostro; quia alienare functiones fisca-
15 les est magni præiudicij, quia res in alium
transfertur, *vt dicit Bart. & alij omnes in l.
stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obli.*
quod secus est in sola hypotheca, vel bono.
oblig. *l. fin. quæ res pig. oblig. poss.* & in casu
nostro, quod in futurum augeantur fiscales
functiones non est ex mera potestate Regis,
sed ex euentu futuro, *idemque cum Bart. te-
net, Ant. de Butr. qui refert distinctionem
Bartoli in d. cap. quia circa, Bar. Paul. de
Castr. Alex. & Ias in d. l. stipulatus fuerim,
§. 1.* hæc enim conclusio est verissima, & ab
omnibus tenetur, quando non indefinite
concessit, sed quando est facta per verba
præsentis temporis; scilicet si Rex dicit,
16 concedo tibi functiones fiscales ad Regiam
Curiam spectantes in terris suis, vel Regiæ
Curiæ debitas; quod procedit secundum
ius, vt *in l. 3. §. illud quoque, ff. quod quis-
que Iu.* in omni materia puta in materia
17 pœnali, in publicatione bonorum, in rescri-
ptis, in priuilegijs, in iuramento, in vendi-
tione, in materia fauorabili, vt in vltimis vo-
luntatibus, *vt ibi per Ias. qui ad hoc allegat
iura supradicta fundãtia,* & ideo dicit *Paul.
de Castr. in l. cum stipulamur, ff. de verb.
oblig. & Doct. ibi quos sequitur Ias. in d. §.
illud quoque.* si testator iussit, solui omnibus
creditoribus suis super mõte Florentiæ, & si
quid restaret, legat hospitali; si tempore te-
stamenti solutis debitis restabant in monte
Florentiæ mille, & tempore mortis restabãt
decem millia: solum in legato venient mille
18 quia legatum erat factum per verba præsen-
tis temporis, quæ non porriguntur ad futu-
ra; & tamen ibi eramus in materia valdè fa-
uorabili, scilicet, in vltimis voluntatibus, &
in legato ad pias causas: tantomagis hoc
procedit, quia in casu nostro sumus in ma-
teria valdè præiudiciali, quia tractatur de
19 alienatione functionum fiscalium, quæ sunt
proprium patrimonium Regis, ex quibus
Regnum tuetur; & si reperiuntur alienatæ,
Regnum, & subditi grauantur, quia postea
ob necessitatem noua onera imponuntur; &
hoc considerant valdè *Bart. & alij in d. l. si
ita,* quod numquam veniunt futura, quando
20 sumus in præiudicialibus, & verba sunt pro-
lata per tempus præsens, & hæc concessio
videtur etiam certa, & specialis, ac si quan-
titas esset expressa: ita enim in iure æquipa-
rantur, lego tibi centum, quę habeo in tali
arca, vel si dico, lego tibi pecuniam, quam
in tali arca habeo; quia vtroque casu erit
certum, & in specie, & non erit legatum in
genere, *vt est tex in l. talis scriptura, in
princip. In ver. item si legetur pecunia, & l.
planè, §. sed hoc in fine, ff. de leg. 2. & in l.
in ratione, §. diligenter, vers. certis, ff. ad l.
fal. facit l. certum ff. si cert. pet optime textus
ad propositũ in l. ait prætor, §. 1. ff. de re iud.*
vbi idem est dicere peto condemnari Titiũ
22 ad quantitatem contentam in testamento
in actis producto, vbi est certa quantitas; ac
dicere, condemno Titium ad centum, quia
vtroque casu est certa sententia: ita in casu
nostro tantum est, dicere, concedo Titio
functiones fiscales suarum terrarum ad Re-
giam Curiam debitas; ac si dicerem, conce-
do Titio ducatos mille functionum fiscaliũ
ad nostram Curiam spectantium, quia hoc
23 casu quantitas est certa per numerum fo-
cula-

Digitized by Google

cularioru, & per taxam certam, quæ ha-
14 betur in cedularijs Regiæ Cameræ. Ad *cap. quia circa, de priuileg.* potest responderi, primo, quod non loquitur in casu nostro;sed in primo casu supra adducto, quando concessa est immunitas functionum fiscalium alicui Terræ: quo casu habet locum etiam in futuris, vt ibi nos loquimur, quando alicui iura focularioru conceduntur. Secundo quod in casu *cap. quia circa*, dispositio illa
15 erat incerta, quia decimæ debentur ex fructibus, prout fructus sunt, & prout recolliguntur, *vt per tot. tit. extra de deci.* & quia incertum est, quod nascantur, *l. interdum, ff. de verb. oblig.* In casu autem nostro, vt supra dixi, dispositio erat certa, & quantitas certa, & ideo restricta. Potest vltimo responderi, secundum quod optime respondit, & declarat *Antonius de Butrio in d. cap. quia circa, col. 1. in vers. si vero ius in re non est diuiduum.* Et per prædicta tolluntur motiua *Loffredi vbi supra.*

Reuertarius.

SVMMARIVM.

1 *Spolium re ipsa quando probatum dicatur.*
2 *Possessorium recuperandæ etiam in feudalibus locum habet.*
3 *Dominus vassallum feudo, iuris ordine non seruato spolians, tenetur illud restituere, etiam non docto de titulo.*
4 *Dominus non tenetur restituere feudum vassallo inhabili ad tenendum feudum.*
5 *Exceptio proprietatis in possessorio recuperandæ, etiam quod eius probatio inconti-nenti offeratur, non admittitur.*
6 *Possessio etiam ex titulo inhabili in feudalibus quæritur.*
7 *Possessorium recuperandæ admittitur, licet dominij acquisitio de iure impediatur.*
8 *Mala fides in possessorio recuperandæ non obest.*
9 *Assensus à concessione difformis quando diiudicetur.*
10 *Concessio in allodium, & non in feudum ex quibus verbis perpendatur.*
11 *Baro de Feudo potest allodium facere, Rege assentiente.*
12 *Tex. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. in Baronibus huius Regni non procedit.*
13 *Infeudatio Baronibus Regni huius prohibetur.*

Pro Musitano, contra Ducissam Castrouillaris.

ARGVMENTVM.

Spolium re ipsa apparet, possessionem penes actorem fuisse, & nunc penes conuentum esse probato: nec in iudicio spolij proprietatis exceptio agitari potest, etiam si incontinenti spolians illam probare paratus esset; & assensus quando à concessione difformis dicatur; & quod Barones in Regno infæudare non possint, notabiliter declaratur.

CONSILIVM LIII.



NON est dubitandum de iure Mag. Musitanũ spoliatum officio Portulanię à D. Ducissa Castrouillarum, ad illud esse reintegrãdum vna cum fructibus: extrema si quidem huius possessorij fundatissima sunt,
1 nam probatum est possessionem fuisse penes actorem, & nunc esse penes conuentam; quo casu de spolio re ipsa apparet *dixit Bal. in l. vlt. C. si à non competenti iudice, allegat l. si coloni, C. de agr. & cens. Alex. in cons. 6. 3. vol.* & in tantum est hoc verum, quod si ago possessorio, non est necesse probare spolium, sed satis erit me antea possedisse, & te nunc possidere *secundum Innocentium, & Io. Andream in nouel. in cap. post electionem, in fine, de concessione præbendæ, quos refert, & sequitur Alex. in l. naturaliter, in §. nihil commune, num. 16. de acqu. poss.* & maxime id procedit quando officio iudicis petitur restitutio possessionis; nam sufficit tantum probare de possessione *Innoc. in d. cap. post electionem, & Afflict.*
2 *in decis. 327. num. 3.* Hoc enim possessorium habere locum in fæudalibus, vt vassallus iniuste spoliatus de fæudo à Domino, statim ad illud restituatur, *est tex. in cap. 1. §. si vero, de milit. vassal. qui contu. est, vbi late Andreas, cæteriq; Feudistæ:* vbicunque enim dñus spoliat vassallum malo animo, & iuris ordine non seruato, tenetur ex lege fæudo: si possessionem restituere, *Andr. latissime in l. Regni violentias. per tex. in d. §. si vero,* qui habet concomitantiam cum iure communi, volenti spoliato de facto esse restituendam posses-

possessionem *l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub. cum vulgaribus, Afflict. in dicta constit. violen. sub nu. 20. vers. ad idem,*
3 & fit restitutio feudi vasallo spoliato à domino, etiam non docto de titulo, *discurrit ad longum And. in cap imperialem, in §. illud, num. 68. & 71. de prohib. feud. alien. per Federicum, Loffred. in cons. 5. num. 38. & Petrus de Ancb. in cons. 310 & ibi Andr.* quod non haber locum *cap. ad decimas de*
4 *restitu. poss.* nisi agens esset inhabilis ad tenendum feudum, vt furdus, vel mutus *inquit Andr. in d. loco post num. 69. Afflict. refert in decis. 324. num. 3. cum sequentibus:* quod non est in præsenti, cum actor habilissimus sit, vt feudum tenere possit. inde sequitur actorem hunc, vt spoliatum ante omnia esse restituendum *d. l. si quis ad se fundum.* nec opus est tractare exceptionem proprietatis, si titulus cum assensu præsentatus ad colorandum possessionem sit validus, si, vel ne;
5 cum in possessorio recuperandæ exceptio proprietatis non possit opponi *cap. 1. de resti. spoliatorum, & cap. cum dilectus, de ordine cogni.* etiam si conuentus veller illam in continenti probare *notat Paul. cæterique in l. si de vi, ff. de iudic. & in l. 2. C. de adi. Diui Adr. tollendo:* & hoc pro regula traditur
6 *Capicius decis. sua 121. num. 27.* nam dato quod titulus præsentatus ad colorandam possessionē esset inhabilis (prout non est) ex illo tamen possessio transit in concessionarium *l. 1. §. si vir vxori, de acquirenda poss. Bar. in l. iubemus, §. sane, lo 2. num. 2. C. de*
7 *sacrosanctis Eccl.* Pro qua possessione restituenda potest agi possessorio, licet acquisitio dominij de iure impediatur, *ita Abb. per illum tex. in cap. in literis, 6. colum. de resit. spoliatorum, quem sequitur Cap. in decis. 209.*
8 *num. 22* immo quando agitur interdicto vnde vi, sufficit quod possederit actor etiam si mala fide possederit *Innoc. pulchre in cap. cum venissent 4. col. vers. item nota quod licet de in integrum restitutione, sequitur Cap. in decis. 189. num. 4.* Et ex his fit hodie non posse tractari de nullitate tituli, nisi de restituenda possessione; qua restituta posset tunc Illu. Ducissa de proprietate experiri. Sed ad saturitatem magnifici concurrentis, non quod esset necesse, dico titulum, & assensum esse validos, & assensum à concessione non esse difformem, vt prætenditur: quoniā licet assensus contineat clausulam taliter quod feudum teneatur immediate à Regia Curia; illa tamen non est in concessione, vt immediate teneatur à Barone: tunc enim
9 assensus iudicaretur difformis, cum in concessione esset clausula quod feudum in capite teneretur à Barone, & in assensu quod immediate teneatur à Regia Curia; nam isto casu neutrum valeret, quia nec qualitas vt teneatur à Barone, nec illa vt teneatur à Rege adimplei, & essemus in regula, *l. non eodicillum, C. de testa. ita Camc. in cap imperialem. car. 56. litera R. & Marin. de subfeud.*
10 *cart. mibi 162.* vnde assensus iudicari non potest difformis, cum non possit esse contrarietas in eo, quod in concessione non est expræssum. Miror similiter quomodo pars aduersa prætendat Illustrem Ducem concessisse hoc officium in allodium, id arguendo ex verbis concessionis, quod concessionarius possit illud vendere, & alienare ad sui libitum, cui voluerit; & sic succedat *tex. in cap. 1. de feud. non habente propriam naturam feudi.* nam posito quod ita esser, prout
11 non est, Rex assentijt concessioni, & potuisset Baro de feudo facere allodium cum consensu Regis, *And. in cap. 1. §. nec ille tamen, à num. 11. de contro. feud. apud pares termi.* Sed clarius respondendo, motiuum partis vanitas est, quoniam Illustris Dux officium præfatum in feudum concessit; & illa verba in concessione adiecta (& cui dederit) hodie intelliguntur in feudum, & non in allodium: si quidem tex. *in dicto cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feudi.* in Regno non procedit, ratio est, quia de iure feudorum infeudatio in Barone erat permissa; ideo prædicta verba in concessione apposita, vt aliquid operarentur, in allodium intelligebantur: hodie
13 vero ex quo per legem Regni prohibita est infeudatio, non mirum si verba (& cui dederis) in feudum, & non in allodium intelliguntur *ita late declarat Andr. in dicto cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. feud. vers hoc capitulum in Regno.* Et ex his iam quisque videt, quod etiā si de proprietate agererur, actor similiter obtineret; quo fit actorē hūc reintegrandum esse in possessionem officij, vna cū fructibus nō dubito. Hæc ex abundāti sunt dicta, vt clienti satisfaciam, non quod punctus in se aliquam contineret difficultatem.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta si sine liberis, deficit defuncto harede cum filijs masculis.*
2 *Substitutio si sine liberis, de liberis institutorum intelligitur, etiam si illi liberi sine filijs decedant.*
3 *Verbum (dictis haredibus) per testatorem adiectum,*

adiectum, de primis hæredibus intelligitur.

4 *Familia non in genere, sed eius tantum dicitur contemplata, qui nomine proprio est nominatus.*

5 *Clausula, siue conditio adiecta in vno capite, non dicitur in alio capite diuerso repetita.*

6 *Dictio (semper, & nullo futuro tempore) perpetuitatem denotat.*

7 *Substitutio, quod decedētibus institutis sine filijs masculis propinquiores admictantur, deficit relictis filijs ab institutis, etiam si filij non relinquant sobolem.*

8 *Donationi perfectæ conditio adijci non potest.*

9 *Stilus Cancellariæ inspicitur ad interpretandum rescriptum obreptitium, vel subreptitium.*

10 *Vicarius generalis non mutat ea, quæ specialiter sunt prouisa.*

11 *Inferior non potest se intromittere, vbi residet superioris autboritas.*

Pro Marchione Sancti Lucidi.

ARGVMENTVM.

Svbstitutio facta si sine liberis masculis, deficit relictis filijs masculis, etiā si illi filij sine liberis decedant.

CONSILIVM LIV.



DIXIMVS substitutionem factam Federico si sine hæredibus masculis decessisset, expirasse eo defuncto cum masculis, *iuxta doctrina Oldr. in cons.* 21. *loquen-*
1 *tis in proprijs terminis substitutionis factæ*
2 *à si sine masculis quis decederet, & in ijsdem, & fortioribus terminis Io. Andr. in add. ad Specul. de testam.* §. 1. *circa fin. vers. quinta quæstio talis est. Quam opinionem communem esse testatur Aym. cons.* 67. *nu.* 8 *& cons.* 98. *num.* 4. *& Menoch. in cons.* 85. *nu.* 46. *lib.* 1. *& cons.* 152. *num.* 36. *lib.* 2. sed quia, vt audiuimus, ex aduerso prætenditur, quod postquam filij Federici fuerint positi in conditione sub qualitate masculina, quia ex hoc sunt vocati, censeantur etiam grauati *secundum Guid. Pap. decis.* 531. *& Dec. in cons.* 270 *in fin. & cons.* 95. *in fin. quos Aym. in contrarium allegabat in cons.* 98. *in princip.* Respondetur *ex pluribus per eundem Aymonem ibidem consideratis, qui omnino relegendus est*, ibi enim inter alia considerat *Aym. num.* 7. quod quando substitutio fit decedēti sine masculis per nomen proprium, nunquam ad eius liberos trahitur; prout fuit in casu nostro, in quo facta fuit nominatim substitutio Federico decedenti absque hæredibus masculis. Item *idem Aym. ibid. nu.* 8. considerat quod quando substitutio est facta per verba restrictiua, seu coarctatiua, puta, meis hæredibus, suis hæredibus, vel dictis hęredibus testatoris; vel hæredibus, quibus relinquet, vel quos instituet, morientibus absque filijs masculis, alter succedat; de primis hæredibus vocatis, & non de eorum hæredibus intelligendum est; sic limitando regulam, *l. fin. C. de hæred. instit.* quod hæres hæredis, testatoris sit hæres: quæ omnia concurrunt in casu nostro, siquidem in donatione Sancti Lucidi expresse dicitur, quod in residuo eius Status, quem alijs eius hæredibus relinquet. Nota verbum (eius) quod idem est, quod suis, & meis, & sic de primis hæredibus *secundum Alex. & alios in d. l. fin. & Oldr. in d. cons.* 21. Nota verbum (quibus relinquet) quia arctauit se disponens ad hæredem instituendum, qui nō poterat esse, nisi vnus, ex quo duos tantum nominare poterat, & vnum iam nominauerat. Nota etiam verbum (dictis eius hæredibus mo-
3 rientibus) quod verbum (dictis) *secundum alleg. Doct.* ad primos hæredes institutos refertur, itaquod ad alios hæredes non trahitur. Insuper *Aym. in alleg. cons. num.* 15. *vers. non obstat*, dicit, quod si hoc dictum *Decij, & Guid. Pap.* procederet; numquam dictum *Cons. Oldradi communiter sequutum* haberet locum, *secundum quam communem opinionem etiam ipse Decius sæpius consuluit in pluribus consilijs, ibi nu.* 4. *per Aymo. relatis.*

Vltra quod *Decius in alleg. cons.* 95. *&* 270. mouetur per dicta *decis. Guid. Pap.* 531. quæ si attente legatur, circa medium loquitur in fatis diuerso casu, scilicet, quando fæminæ in omnem casum fuerunt exclusæ, & in omnem casum masculi tantum vocati; quo casu coniecturat in omnem casum eosdem masculos fuisse vocatos, & grauatos: quod non erat in casu nostro, vbi masculi Federici fuerunt tantū prælati fæminis eiusdem, & sic temporaliter exclusæ fæminæ.

Nec obstat *consilium Anch.* 27. ꝙ quando fit legatum duobus antiquioribus de familia, habeatur respectus ad domum, & progeniem. nam diuersus est fatis casus, cum loquatur de antiquioribus, & nō expressit pro-

pria

pria nomina, *secundum eundem Anchar. ibi ante num.* 7. *ibi non obstat, Et num.* 7. addidit, quod illud præsumitur, quia legatum ibi erat perpetuum respectu pauperum, similiter fit perpetuum respectu antiquioru, vt præcedentia declarentur per sequentia, & è contra, *l. seruus plurium, §. fin. de leg.* 1. quod non est in præsenti, vbi non fit donatio
4 duobus antiquioribus, sed disponitur in duos de familia, ex quibus Federicus fuit nominatus per nomen proprium: quo casu familia in genere non fuit considerata, sed tantū linea descendens Federici: quod clarius apparet ex illis verbis in donatione adiectis (ex quo animus incommutabilis ipsius Comitis est, quod dicta terra Sancti Lucidi perpetuo remaneat penes ipsum Federicum, & eius descendētes pro ipsorum perpetuo decore, & honore.) Ex quibus aperte inspicitur non fuisse consideratam agnationem in genere, sed lineam ipsius Federici particulariter: & dum simpliciter loquutus est de descendentibus Federici, non repetendo qualitatem masculinam, inclusit tam masculos, quam fæminas, cum prælatione tamen masculorum ex eodem Federico descendentium. Et si qualitas masculinitatis in alio capite donationis fuit expressa, & in hoc non repetita, vbi voluit, dixit, & vbi noluit non dixit *vulg. § sin autem ad deficientis de*
5 *ead. toll.* inde qualitas masculina in vno capitulo adiecta, in alio capitulo separato non censetur repetita *Anan. cōs.* 22. *n.* 3. *Ancb. cōs.* 120. *n.* 4. *Alex conf.* 38. *n.* 4. *&* 6. *lib.* 6. *Ruin. conf.* 253. *nu.* 8. *vol.* 2. quod clarius redditur quando agitur de repetenda qualitate contra dispositionem iuris communis, prout est in casu nostro, si excluderentur fæminæ, quę *per constitut. Regni* quæ est ius commune in Regno, vocantur *ita Imol. in clem.* 1. *col. fin. de suppl. negl. prælat. & alij relati per Molin. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 56.

Nec refragatur, quod pars allegat, voluntatem Comitis fuisse, bona conseruari in familia propeter exclusionem suarum filiarum,
6 & propter prælationem masculorum; considerando dictionem (semper, & nullo vnquam futuro tempore) quæ perpetuitatem inducunt. Nam non est verum, familiam in genere fuisse consideratam, sed tantum descendentes Federici in successione S. Lucidi: & si grauauit filias Federici, non per hoc est dicendum, quod voluerit grauare nepotes remotiores; quia in materia fideicōmissi odiosa, in qua denegatur extensio de persona in personam; id non procedit, nec est inconueniens, quod remotior sit melioris conditionis, quam proximior, *prout in specie respondet Aym. in alleg. conf.* 98. *ante num* 15. *vers. non obstat quartum, & num.* 15. *ad idem Alex. videndus conf.* 139. *circa primum dubium*, 6. *vol.* in quo testator excluserat proprias sorores, & instituerat duos agnatos suos; cum substitutione, quod illis decedentibus sine heredibus masculis, bona sua remanerent in propinquioribus, qui essent de eius parentela, de gradu in gradum; & quod dicta bona nunquam exirent de parentela: quibus non obstantibus concludit, quod si primus decessit cum filijs masculis, substitu-
7 tio de propinquioribus expirauit, quamuis illi sine filijs decesserint: & substitutio sequēs semper de gradu in gradum, intelligitur *secundum eum*, quando euenisset conditio primæ substitutionis, per quam vocantur illi propinquiores. sed si deficit conditio quoad primos, quia non fit eis aperta via, non est locus sequenti substitutioni: & sic quando omnes de familia essent vocati ordine successiuo, tunc *secundum Alex.* in eis substitutio procederet, quando substitutio prima habuisset effectum; sed cum deficit, quia primus cum filijs masculis decessit, vt in præsenti accidit, non potest sequens substitutio effectum sortiri, *ita punctualiter referendo, & sequendo Alex. alleg. con.* 139. *vol.* 6. *Ruin. in d. conf.* 135. *num.* 3. *vol.* 2.

Præterea non obstat quod ex aduerso dicitur Comitem in anno 26. asserendo vigore priuilegiorū Regis Catholici habere potestatem faciendi plures gradus substitutionis; obtinuisse ab Imperatore, quod declaratio per eum facta in anno 25. non derogaret priuilegijs Regis Catholici: ex qua assertione prætenditur declaratio voluntatis Comitis, quod fuerit de faciendo plures gradus substitutionis in donatione S. Lucidi, quia vltra quod de donatione Sancti Lucidi in dicta assertione nulla fit mentio, & illa futuram dispositionem residui Status respiciebat; tamen donationi Sancti Lucidi per sex annos ante factæ per donatēm onus, & conditio adijci non poterat, *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo.* Nec assertio facta
8 in anno 26. esset declaratio præcedentis voluntatis, sed induceret nouam dispositionem, quod non permittitur, *ex not. in l. palam, §. sed si notum, ff. de testam.*

Postremo, si aduersarius vellet niti assensu Don Caroli in anno 23. in quo est insertum capitulum S. M. per quod simpliciter tātum confirmatur donatio; & Don Carolus confirmat donationem iuxta formam instrumenti sine clausula, quoad expressa tantum. Respondetur, dictum priuilegium esse nullum, quia non registratum. & melius, assensum præ-

prædictum non operari, quia deficit dispositio Comitis in his, quæ pars prætendit, per ea, quæ superius dicta sunt: & si Comes expresse fecisset plures gradus substitutionis, prout non fecit, & expressisset Imperatori, non consensisset, quia per capitulum instructionis antecedens in anno 19. dederat tantum facultatem vinculandi inter primos: & dum Federicus in anno 1526. supplicauit pro confirmanda dicta donatione, eo modo, quo fuerat facta illam confirmauit, si & quatenus limites instructionis anni 19. seruati essent; specifice declarando vincula inter primos intelligi, & ad eorum successores nõ extendi.

Ideoque dictus assensus anni 23. vti obreptitius non valeret, *cap. postulasti de rescript. cum simil.* quando enim volumus cognoscere, si Princeps non concessisset, vel difficilius concessisset, stilus eiusdem inspicitur, *Lapus in alleg. 91.* At in re de qua agitur, non solum habemus stilum eiusdem concedentis, sed enixam voluntatem Imperatoris, qui noluit nec ante, nec post, talem potestatem concedere.

Nec Don Carolus, seu quicunque alius Prorex potuisset confirmare donationem iuxta formam instrumenti forte facti contra formam instructionis per prius expeditę per Cæsaream Maiestatem, ex regula, quod Vicarius Generalis non mutat ea, quæ specialiter sunt prouisa per dominum, *l. si hominem, vbi Bar. num. 3. ff. mand.* & cum superior apposuerit manus, deficit potestas inferioris, *cap. vt debitus honor, de appell. Rom. cons. 335. num. 5. & 350. num. 11.* Quare vndique liquet, voluntatem, & potestatem in Comite defecisse.

a *Late Cons. de Anna cons. 10. n. 7. & seq.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Releuium est præstatio extrinseca à fæudo per morem inducta in successore, & hærede, & præstatur dominis ab hæredibus vassalli.

2 Prælatus successor in fæudo, non soluit releuium, & quare.

3 Tempus anni, & diei, quod datur successori ad petendum inuestituram, currit ab adita hæreditate, & non ante, & ratio qua sit.

4 Releuium debetur ab hærede pro renouatione inuestituræ, in signum deuotionis, census, & reuerentiæ, & quare præstatur.

5 Releuium est medietas fructuum illius anni, quo fæudatarius moritur.

6 Fæudatario moriente sine successore, fæudũ iure proprio deuenit ad Regem, cum onere satisfaciendi creditoribus cum assensu vsq; ad minimum quadrantem.

7 Fæudatario decedente sine successore, si releuium Curiæ debetur pro pluribus vicibus; quia fæudum deuenit ad Regem, deuenit liberum ab onere releuij, etiam quod Rex in alium postea transtulerit.

8 Fæudum potest expresse domino renunciari, etiam inuito, quando simpliciter fuit concessum.

9 Paria sunt aliquem mori sine successore, vel cum successore, qui noluit esse successor; quia casus nolentiæ, & impotentiæ à pari procedunt.

10 Rege assentiente obligationi fæudi in beneficium creditorum, si postea fæudatarius sine successore decedit, non resoluitur obligatio in beneficium fisci.

11 Clausula in assensu posita (iuribus nostris, & alienis semper saluis) intelligitur prater quam quoad expressa.

Pro Ioanne Baptista de Ebulo.

ARGVMENTVM.

Releuium quid sit, eiusq; quantitas, à quo, & quare soluatur, tempusq; successori concessum ad petendam inuestituram à qua die currat. Numquæ fæudo post mortem fæudatarij ad Regem deuoluto, liberum à releuio, & onere creditorum cum assensu deueniat.

CONSILIVM LV.

RELEVIVM est præstatio extrinseca à fæudo per morẽ inducta in successore, & hærede, *Andr. in §. sed, & res, num. 11. per quos fiat inuest. & in constit. post mortem*, il-
1 ludq; præstant hæredes vassalli dominis, *Andr. in §. si mulier, num. 14. de cap. Corrad.* & ab hærede soluitur, *Andr. in d. §. sed, & res, num. 7. Et paulo post ante num. 8.* subdit, quia in succedente hærede tantum, solutionem releuij mos introduxit. Et *nu. 10.* tradit, tunc pater, vel alius frater, vel agnatus succedens soluet releuium; In tantum quod releuium

leuium soluitur ex more Regni ab hærede suę cedente in feudo, & non aliter.

2 Inde Prælatus successor in feudo, non soluit releuium, quia non venit vt hæres, cap. 1. qui success. ten. Et cum hæc præstatio inducta fuerit tantum in hærede succedente in feudo, ad similia non trahitur, Andr. in d. §. si mulier, num. 10. de cap. Corrad.

3 Inde etiam liquet tempus anni, & diei, qd datur successori ad petendum inuestituram, cap. 1. quo temp. mil. currere ab adita hæreditate, & non antè, Bald. cæteriq; in cap. 1. de cap. Corrad. glo. —— tit. f. glo 7. num. 4. cart. 45. Mari de subfeud. fol. mihi 315. num. 8. in 3. autho Baro. Id quæ alia ratione non erit, nisi quia successor volens inuestituram, pro qua tenetur soluere releuiũ, non poterit consequi nisi hæres fuerit; tunc enim si successor non accipit hæreditatem defuncti, & feudum est hæreditarium, renouatio inuestituræ petetur à possessore hæreditatis, Iacob. de Ardiz. in summa, ver quid si duo, car. 45. Mari. 3. autho. num. 10. fol. 315.

4 Item releuium debetur ab hærede pro renouatione inuestituræ in signum deuotionis, census, & reuerentiæ, Bal. in l. 1. num. 4. de rer. diuis. & præstatur, quia successor recipiens nouam inuestituram à domino, habet introitum ad feudum, l. bis verbis §. fin. de leg. 3. glo in const. post mortem, in ver. recepto, & And. in d. §. si mulier, num. 14. de cap. Corrad.

Ex his infero, quod Io. Baptista filius Antonij de Ebulo, videns feuda hæreditaria paterna, seu eorum valorem non sufficere creditoribus patris cum assensu; nec in illis vult vt hæres succedere, nec nouam inuestituram vult à Curia, nec in illis vllum introitum habere: nil mirum si ab onere releuij erit exemptus.

Secundo principaliter, quod releuium non debeatur, vltra prædicta considero, omnes venditiones factas per Antonium in summa ducatorũ centũ mille, & plus, vel fuisse super vno corpore allodiali duc. mille tantum, & in defectu super omnibus alijs bonis etiã feudalibus cum assensu, vel super corporibus feudalibus, assertis allodialibus: quibus casibus vltra illud corpus allodiale, venditiones remansisse validas super fructibus feudorum cum assensu; quæ cum sint in tanta summa, quod omnes fructus feudorum satis longe excedant, & quoniam eorum dominium in emptores transtulerint, absque dubio petitionem releuij excludent: quia rele-

5 uium est medietas fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, Andr. in d. const. post mortem, si fructus non supersunt tempore mortis, quia in alterius dominium translati, releuium non debetur.

Tertio aduertatur, quod nunc non est quæstio inter Fiscum, & Io. Baptistam filium Antonij super releuio; nam sufficeret Io. Baptistæ, nolle esse hæredẽ, nec de feudis velle inuestiri: sed quæstio est inter fiscum, & creditores Antonij cum assensu, qui omnes excedunt valorem feudorum; & si Fiscus releuium consequeretur ex fructibus creditoribus obligatis, id eorum damno cæderet; quod enim agit Io. Baptista in hoc iudicio, pro sua indẽnitate facit, quia cũ sit obligatus insolidũ cũ patre creditoribus posterioribus, illi dum à Fisco essent exclusi, haberẽt recursum contra Io. Baptistam. Cumque nunc agatur inter fiscum, & creditores Antonij cum assensu, tantominus debetur releuium

6 hac potissimum ratione; finge, quod Antonius obijsset sine successore, quo casu feudum ad Regẽ iure proprio deuenisset; non ne deuenisset cũ onere satisfaciendi creditoribus cũ assensu vsq; ad minimum quadrantem? certe sic, And. in c. 1. §. quid ergo, num. 5. de inuest. de re alie. fact. & isto casu clarum esset, fiscum nullum posse prætendere releuiũ,

7 quimmo si Antonius, decessisset sine successore, & debitum esset releuiũ Curiæ pluribus vicibus, quia feudum deuenisset ad Regem, liberum deuenisset ab onere releuij, etiam quod Rex in alium postea transtulerit, Mari. de subfeud. 3. autho. post num. 27. vers. 4. fol. 323. Si ergo quando feudatarius decedit sine successore, feudum vadit ad Regem cum onere soluendi, & sine releuio: idem dicamus, quando moritur cum successore, qui non vult esse successor, nec de feudo inuestiri, quia tunc vt tacita renunciationis feudum similiter vadit ad dominum,

8 cum etiam inuito feudum renunciari potest expresse, quando simpliciter fuit concessum cap. 1. de vassal. qui cont. const. Lothar. Iacob. in sua inuest. in ver. qui quidem inuestitu. nu. 59. fol. 78. Etenim paria sunt, quem mori sine successore, vel cum successore, qui nolit esse successor; quia casus nolentiæ, & impotentiæ, à pari procedunt, Bart. in l. 1. num. 13. & 14. de vulg. & pupill.

10 Postremo, statim quod Rex assentijt obligationi feudi in beneficium creditorum; assensus ille est perpetuus pro acceptore, & liberis, & Rex in omni iure futuro sibi præiudicauit, nam dato quod feudatarius sine successore decesserit, non per hoc resoluitur alienatio, seu obligatio in beneficium

fisci; *Andr. in feudi alienatione decidit in* 31 *cap. 1. 3. col. qui success. tenea.* vbi respondet ad clausulam assensus (iuribus nostris, & alienis semper saluis) intelligi, præterquam, quoad expræssa, idemque reperit in obligatione feud, *in d. §. quid ergo, num. 5. de inuest. de re alie. fact.* Hæc dixi pro veritate, vt fiscus sileat ab hac iniusta prætensione.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *COnfines duo requiruntur ad demonstrandam identitatem rei.*

2 *Possidere quis præsumitur ex titulo præcedenti.*

3 *Notario non creditur in his, quæ sunt extra officium, quoad plenam fidem; sed quoad præsumptionem secus, & num 4.*

5 *Introitus aucti in monasterio, arguunt maiorem numerum monachorum ibi residere.*

6 *Concessio rei stabilis monasterij, facta per minorem partem Capituli, viribus non subsistit.*

7 *Priuilegium Principis sine traditione transfert in monasterium dominium, quod sine facto ipsius auferri non potest.*

8 *Bona aduenientia monasterio ex Principis largitione inalienabilia sunt.*

9 *Bona donata à Principe cum probibitione alienationis, alienari non possunt, etiam in casum necessitatis, & num. 19. vbi contraria opinio Canonistarum adducitur.*

10 *Bona monasterio pro dote illius assignata, inalienabilia sunt; & tanto magis si pro certo vsu, qui in alium commutari non potest, & num. 11.*

12 *Authentica hoc ius porrectum, C. de sacrosan. Eccl. non seruatur de iure Canonico, quo iure certa forma est tradita alienandi res Ecclesiæ in casum necessitatis, & vtilitatis, & num. 13.*

14 *Authentica hoc ius porrectum, inter Canones clausa, vt affectus Principis erga Ecclesiam notus esset.*

15 *Authentica hoc ius porrectum non seruatur de iure Canonico quoad sollemnitatem, sed quoad substantiam, siue dispositionem, cum non reperiatur canon contrarius dispositioni illius, & num. 17.*

16 *Regis interest sciri bona per eum Ecclesiis donata.*

18 *Bona à Regibus Ecclesiæ donata iure poli alienantur, cum melior fit Ecclesia conditio.*

20 *Necessitas in Ecclesia consideratur quando alia bona, quam illa inalienabilia non habet.*

21 *Bona donata ad certum vsum, nec iure Canonico in casum necessitatis alienari possunt sine licentia Pontificia; quia vsus ille commutari non potest.*

22 *Pretium arguit venditionem.*

23 *Veritas præualet ei, quod simulate concipitur.*

24 *Consuetudo probibens ius congruit in contractu emphiteotico, permittit illud si adsit pactum affrancandi, maxime quando illud pactum in exercitio est deductum, & numero 25.*

26 *Bona Ecclesiæ ex regula alienari nequeunt, & in emphiteusim dari; per quam vtile dominium transfertur, & num. 27.*

28 *Assensus concessus super contractu probibito, ad alium contractum licet minus probibitum non porrigitur, & ideo venditioni datus non prodesit obligationi, & nu. 29. & si assensus detur venditioni, & non pacto redimendi, vtrumque corruit, & num. 38.*

30 *Assensus Regius datus contractui minori, maiori prodesse non potest; quia cui denegatur minus, & multo fortius denegatur, quod maius est.*

31 *Pontificis dispositio in rescripto ad narrata in libello refertur, & vltra ea non protenditur.*

32 *Pacta alterantia naturam contractus Pontifici non expressa, subreptitium reddunt rescriptum; quia si sciuisset illa pacta, vel non concessisset, vel difficilius, & num 33. in quo stilus Curiæ attenditur, & n. 34.*

35 *Gratia subreptitia reputatur, siue ex malitia, siue ex simplicitate aliquid taceatur in libello.*

36 *Pactum, sine quo quis minime contraxisset totum contractum irritat si omissum sit; quia pactum tale est pars substantialis contractus, & num. 37.*

Pro Monasterio sancti Martini Monachorum Carthusiensium, cum D. Duce Seminariæ.

ARGVMENTVM.

VTrum bona donata per Regem 1 Monasterio ad certum vsum, cum prohibitione alienationis, possint alienari

nari per maiorem partem Capituli, cedente alienatione in vtilitatem Monasterij: & si rescriptum vitietur propter pactum, quod non est de natura contractus, non expressum in libello Pontifici porrecto.

CONSILIVM LVI.



DIVIDO causam hanc Monasterij Sancti Martini, cũ Duce Seminariæ, circa relaxationem territorij, in actis deducti, in duos articulos.

Primus erit, si probata identitate confinium, concessionis factæ per Monasterium in anno 1509. quond. Ioanni Baptistæ Spinello, Antecessori Ducis, cum confinibus bonorum donatorum per Ioannam Primam in anno 1354. dicto Monasterio; concessio facta, per dictum Monasterium dicto quond. Ioanni Baptistæ, valuerit.

Secundus erit, esto, quod identitas confinium non appareat probata, prout euidenter probata est; similiter dicta concessio valuerit: postquam aduersarius iã fatetur territorium, quod nunc possidet, habere ex dicta concessione facta per Monasterium. Et in vtroque articulo, concessionem prædictam fuisse nullam, ex dicendis, clarissime apparebit.

Quoad primum, quod probata sit identitas confinium, vtriusque concessionis, non solum per duos, sed per plures confines; indubitatum est. Nam in dicta concessione facta per Monasterium in anno 1509. dicitur concedi, *territorium sexdecim modiorum, situm in pede lo pendino di Santo Martino, iux. bona Pauli Tholosa, sũt nũc Episcopi dell'Isola, iuxta bona Sanctæ Mariæ Regalis Vallis Schifati, iuxta viam publicam, & bona Sanctæ Claræ.*

Itẽ in priuilegio cõcessionis factæ in anno 1265 per Carolum Primum Sãctæ Mariæ Regalis Vallis de Schifato, asseritur territorium concessum, esse situm *in loco detto Campanoro.*

Item in priuilegio concessionis factę Monasterio per Ioannam Primã in anno 1354. quamplurium bonorum per eam emptorum; traditur Monasterium ipsum esse fundatum *in loco detto Campanoro*, in quo, tanquam nomen genericum, & collectiuum sunt sita bona concessa Sanctæ Mariæ Regalis Vallis, & Monasterium prædictum.

Et dum in fine dicti priuilegij, describantur bona empta, per Reginam, & donata Monasterio in pluribus partitis; in prima dicitur, esse *in loco detto Campanoro*, quæ fuit Sanctæ Mariæ Regalis Vallis; dantur inter alios confines, montanea Sancti Martini, & via publica: cuius locus, & confines concordant cum confinibus, & loco concessionis anni 1509. Nam in illa asseritur, territorium esse, *in pede lo pendino di Santo Martino*, ergo confinis montaneæ Sancti Martini, positus in priuilegio anni 1354. cum illo concordat.

Item in priuilegio anni 1354. ponitur locus *de Campanoro*, vbi terra empta per Reginam est sita, quæ fuit Sanctæ Mariæ Regalis Vallis; concordat cum confine concessionis anni 1509. In qua dantur pro confine, bona Sanctæ Mariæ Regalis Vallis, quæ (secundum priuilegium allegatum) sunt *in loco detto Campanoro.*

Item in priuilegio anni 1354. datur confinis, via publica; & idem confinis ponitur in concessione anni 1509. Et sic respectu huius primæ partitæ non solum duo, sed plures confines concordant cum concessione anni 1354.

Pariter in eodem priuilegio, anni 1354. describuntur aliæ duæ partitæ bonorũ emptorum per Reginam, & dicitur esse sita in loco, *detto Cappa santa*, & in vtraque partita datur confinis via publica, quę concordat cum confine cõcessionis anni 1509. vbi via publica ponitur. Quinimmo ex quo Regina Ioanna in dies emebat bona pro Monasterio; quia emerat vnam partitam, sitam in loco *detto Cappa santa*, cum postea emisset aliam in eodem loco, dicitur iuxta bona Sancti Martini.

Denique dicta Regina, cum emisset aliã partitam, dicitur iuxta bona Sanctę Claræ, qui confinis concordat, cum concessione anni 1509. vbi bona Sanctæ Claræ, pro confine ponuntur.

Etenim Regina (quoniam eius Antecessores fundauerunt Monasterium) omni studio vacauit emere bona in pluribus partitis, prope, & subtus Monasterium pro dote, & substentatione ipsius; & incepit emere à parte superiori, descendendo demum ad partem inferiorem, vbi Monasterium Sanctæ Claræ, eius bona possidet: Et si modia, non fuerint expressa in partitis emptis per eam, nisi in duabus partitis, modiorum septem; illa tamẽ vnita ad modia sexdecim reducta sunt, concessa postmodum per Monasterium in anno 1509. dicto quondam Ioanni Baptistæ Spinello. Ex qua facti descriptione, clarum est, Confines concessionis anni 1509. con-

cordare cum confinibus concessionis anni 1354. non solum per duos, sed per plures confines, licet duo sufficiant, ad demonstrandum rei identitatem. *l. forma, ff. de cens. Bar. in l. demonstratio, nu. 14. ff. de condit. & demonstra.*

Idque etiam ex dispositione iuris procedit, nam si dictum Monasterium in dictis bonis alium titulum non habet, nisi titulum dictæ Reginæ; ex illo antecedente possessio

3 sequens intelligitur, & ex eadem causa, *l. eum quadam, ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poss. Socc. num. 175. lib. 4. —— §. 46. nu. 23.*

Et ex hac identitate confinium probata, quod nulla fuerit concessio facta per Monasterium in anno 1509. dicto quondam Io. Baptistæ Spinello, ex tribus capitibus fundatur.

Primum, nam in dicta concessione non interuenerunt nisi nouem Monaci, & per Notarium non asseritur, quod fecerint maiorem, & saniorem partem; non sine suspitione: quinimmo si Notarius asseruisset fecisse maiorem partem, non crederetur; quia in

3 hoc eius officium non consistit, *Feder. de Sen. in cons. 188. post n. 2. vers. unde si tabellio.*

Est verum, quod ex tali assertio e Notarij insurgeret quædam præsumptio, quæ trans-

4 fert onus probandi, in aduersarium, *Idem Feder. de Sen. in cons. 148. nu. 2.*

In præsenti Monasterium liquido probauit non interuenisse maiorem partem. Siquidem, ex dicto priuilegio anni 1354. statutum fuerat, ad minus, tunc tredecim Monacos in hoc Monasterio morari debere: Et si in initio fundationis, quo tempore redditus monasterij erant tenues, id fuerat ordinatum, In tempore sequenti, concessionis anni 1509. post annos centum quinquaginta quinque, decursos à die dicti priuilegij,

5 quia introitus erant aucti; præsumendum erit, maiorem numerum Monacorum in eo commorari. Quod clarissime, ex quampluribus concessionibus factis per dictum Monasterium ante annum 1509. tunc, & postea, immediatè probatum est; Cum in illis, ad minus quindecim, & quatuordecim monaci interuenerint; & in omnibus traditur, illos facere, maiorem, & saniorem partem. Si in anno 1509. ante & post, quindecim, & quatuordecim monaci faciebant maiorem partem; ergò ad minus viginti duo monaci commorabantur. Et si id est, dum nouem monaci in dicta concessione interuenerunt, Monasterium opponens iam probauit non fuisse maiorem partem; nimirum si conces-

6 sio, vti non facta à maiori parte, nulla fuit, *auth. hoc ius porrectum, ibi maiori parte, C. de sacrosan. Eccle. & tot. tit. extra de his, quæ fiu. a maio par. cap.*

Secundum ex eo, quod totum Monasteriũ, & omnes interuenissent, ad huc non potuissent; quoniam Regina Ioanna, non solum Monasterium, sed etiam bona prædicta donauit, vniuit, & incorporauit Ordini Carthusiensi. Adeoquod dominium bonorum bonorum, ex solo priuilegio Reginæ, dicto Ordini fuit quæsitum, *Bald. in l. C. unde legi,*

7 & si Ordini fuit quæsitum, Monasterium ab ipso Ordine, fine eius facto abdicare, non potuit, *ex reg. l. id quod nostrum, de reg. iur. cum vulga.*

Tertium, & si Monasterium, & Ordo Carthusiensis, concessionẽ fecissent, non potuis-

8 sent. Nam hæc bona, tamquam ex Regia largitione obuenta, inalienabilia sunt, *§. ea vero, auth. de alie. & emphi. Et in auth. hoc ius porrectum, ibi glo. C. de sacrosan Eccles.* quod tanto magis procedit, quando donata sunt cum prohibitione de non alienando, vt in præsenti accidit; cum fuerint donata, & incorporata Ordini Carthusiẽsi inseparabiliter, tamquam membrum à toto descẽdẽs, vt perpetuo possiderentur. Ex quibus verbis, alienatio ipsorum fuit prohibita: si enim alienarentur, separatio induceretur, membrum à toto diuideretur; & bona, non perpetuo, sed ad tempus fuissent possessa, contra mentem, & verba donantis. Quoniam enim constat de mente volentis perpetuitatem, omnia illa verba censentur adiecta, quæ illã conseruant, *Molin. de maior. lib. 1. cap. 4. num. 21. & cap. 17 num. 17.* Et quando à

9 Regibus donantur bona Ecclesiæ, cum prohibitione de non alienando; quod etiam in casu necessitatis alienari non possint, *glo. in §. sanctissimas, in ver. alienare, de alien. & emphi. & omnes Scribentes in d. auth. hoc ius porrectum, sic tradiderunt.*

Insuper Regina Ioanna, dicta bona, pro dote dicti Monasterij, & substentatione Mo-

10 nacorum donauit; quo fit, ex his etiam fuisse inalienabilia. Tum quia sunt bona dotalia, *Bal. nouell. de dot. in princip.* Cum etiam

11 quia ad certum vsum pium, donata pro victu Monacorum; qui pius vsus, non potest commutari in alium, nisi de expressa licentia Papæ, *Clem. quia contingit, de relig. dom.*

Audio, quod Aduersarius opponit sollemnitatem *d. auth. hoc ius porrectum,* de iure Canonico, non seruari in alienationibus rerum Ecclesiæ, tamquam à Canone non re-

12 ceptam; sed tantum sollemnitatem, *cap. fin. exceptione 12. quæst. 2. secundum glo in cap. dudum, in ver. tractatus, vbi Canonista,*

de

de reb. Eccles. non alien. in 6. Bart. Bal. caeteriq; in d. auth. hoc ius porrectum. Et plus addit, non solum sollemnitatem, sed dispositionem *d. auth. hoc ius porrectum*, non seruari; postquàm de iure Canonico, certa for-
13 ma est tradita alienandi res Ecclesiæ, in casu necessitatis, & vtilitatis, *d. cap. fine exceptione 12. q. 2. Andr. in cap. 1. post nu. 12. in ver. statuta, qui succeſſ. tene. & in cap. 1. num. 2. de his, qui feud. dar. poss.* Et quamuis *d. auth.* fuerit inserta inter Canones 10. *q. 2. cap. hoc ius porrectum*, fuit illa ratione posita, non vt approbata; sed vt affectus, quem Principes, erga Ecclesias gerebant, esset
14 notus *glo in d. cap. dudum, Guid. Pap. decis. 149. Redoan. de reb. Eccle. non alien. quæst. 27. post num. 16.*

Respondetur duobus modis, genericè, & specificè. Genericè, quod quæstio formata per *glo. & Canonistas in d. cap. dudum, & per Ciuilistas in d. auth. hoc ius porrectum*, consistit circa sollemnitatem dictæ authen. quod illa de iure Canonico, & ex consuetudine non seruatur. Sed non dicunt, quod dispositio illius non seruatur; quæ inter alia
15 continet, quod donata à Regibus, alienari nequeunt: ea ratione, quia Regum interest
16 sciri, & cognosci bona Ecclesiæ per eos donata, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. Salic. in d. auth. hoc ius porrectum, nu. 2.* Quinimmo obseruanda erit, cum non reperiatur Canon contrarius, qui contra illam statuerit, *ita Ioan. Andr. in cap. 2. vbi cæteri post eum, de rescript. comprobat Franc. in cap. 1. 4. col. de reb. ecclesi. non alien.*

17 Sed magis specificè respondendo, ac pro resolutione difficultatis, & veritate simul aperienda; considero tres casus, & in omnibus dicam, quid de iure Ciuili, & quid de iure Canonico sit statutum.

Primus est, quando simpliciter bona sunt donata Ecclesiæ ab Imperatore, vel Regib⁹.

Secundus est, quando sunt donata cum prohibitione de non alienando.

Tertius est, quando vltra prohibitionem alienandi, ad certum vsum pium sunt destinata, vt in præsenti, cum fuerint donata pro dote Monasterij, & substẽtatione Monacorũ.

In primo casu, quando bona simpliciter à Regibus Ecclesiæ sunt donata; licet de iure Ciuili non possint alienari, *d. auth. hoc ius porrectum, & d. §. ea verò, de aliena. emphi.*
18 Tamen de iure Canonico alienantur, cum melior fit Ecclesiæ conditio, *Alberi. in d. auth. hoc ius porrectum, nu. 13. & sentit Andr. in d. cap. 1. num. 2. de his qui feud. dar. poss. allegando tex. in d. §. ea verò.*

In secundo casu, quando adest prohibitio alienandi; de iure Ciuili, etiam in casu necessitatis, alienari non possunt, *glo. in d. §. sanctissimai, & omnes Scriben. in d. auth. hoc ius porrectum, idemq; glo. iuris Canonici vo-*
19 *luit in cap. verum, extra de cond. appo.* Est verum, q. in contrarium est *communis opinio Canonistarum*, qui voluerunt in casu necessitatis, posse alienari, *Innoc. Abb. Butr. & de communi testatur Card. in d. c. verum, Bal. in d. auth. hoc ius porrectum, num. 10.* Et
20 ista necessitas consideratur, quando Ecclesia alia bona non habet, æs alienum vrgeat, & de fructibus nõ possit satisfacere, *secundum alleg. Doct. & late Redoa. quæst. 19. num. 12.*

In tertio casu, quando vltra prohibitionem alienandi, sunt donata ad certum vsum
21 pium: tunc de iure Canonico, etiam in casu necessitatis, alienari nequeunt; quia ad aliũ vsum pium commutari non possunt, sine expressa licentia Papæ, *casus est in clem quia contingit, de relig. domi. Bal. in specie decidit in d. authen. hoc ius porrectum, nu. 10. vers. sed pone, refert, & sequitur Rodoa. quæst. 19. num. 78.*

In præsenti, bona fuerunt donata per Reginam Monasterio, & Ordini, cum prohibitione alienandi; potuissent alienari, in casu necessitatis de iure Canonico: fuerunt tamen alienata pro vtilitate: ergo nulliter. fuerunt donata pro dote, & substentatione Monacorum; & sic ad certum vsum pium. Nimirum, si nec etiam in casu necessitatis potuerunt alienari, postquam deficit licentia Papæ, qui non certioratus de his qualitatibus, dispensare non potuit. ex quibus probata identitate confinium, concessio nulla fuit.

Quoad secundum principalem articulum, dato quod identitas confinium non sit probata, adhuc concessio nulla fuit. Siquidẽ Territorium cõceditur Io. Baptistæ Spinello in emphiteosim, pro annuo canone duc. quinquaginta, cum potestate affrancãdi, in simili, vel meliori. Et duo alia pacta satis extranea, immo alterantia concessionem in emphiteusim, ponuntur; vnũ, quod si Monasterium post annum, vellet emere bona stabilia, teneretur Ioan. Baptista præcisè soluere Monasterio duc. mille, pro extintione dicti census: alterum, quod elapso anno, liceret Io. Baptistæ, eiusque hæredibus, quandocunque redimere dictum censum pro duc. mille. quæ pacta, resoluunt concessionem, apparenter factam in emphitec sim, in emptionem, & venditio-
22 nem existentem: quia vbi prętium interuenit, venditio est, *glo. in l. fin. C. de præd. cur. lib. 10. Bald. in l. ex conuentione, C. de pact.*

Neceſt in cõſideratione, quod partes appellent cum contractum emphiteoticum; quia
23 actenditur, quod eſt in veritate, *glo. in l. 1. §. 1. ver. agendo, ff. de ſuperfic. Bart. in l. 1. C. de iure emphiteo.* Indè eſt, quod & ſi conſuetudo Neapolitana prohibeat ius congrui in contractu verè emphiteotico; admictitur
24 tamen, quando eſt cum poteſtate affrãcandi, illa ratione, quia eſt venditio, *Afflict. dixit & paſſim ita iudicatur*. quod tanto magis in caſu noſtro procedit, quia poſt hanc litem motam in anno 1579. Dux exercendo pactum iſtud, iam depoſuit duc. mille, pro affrancatione dicti cenſus, quos Monaſteriũ tenuit recipere; quo fit conceſſionem in
25 emphiteoſim eo magis reſolutam fuiſſe in emptionem, & venditionem, *glo. in l. 2. in ver. conditionali, ff. de in diem adiect.* Adeo quod conceſſio iſta, verè venditio fuit pro duc. mille.

Dum Io. Baptiſta conceſſionarius, & Monaſterium adiuerunt Pontificem pro obtinendo aſſenſu, non narrauerunt totum tenorem conceſſionis, ſed partem illius tantum;
v3 factam eſſe conceſſionem ſub annuo cenſu emphiteotico duc. quinquaginta, cum poteſtate affrancandi in ſimili, vel meliori loco; & malitioſè tacuerunt narrare prædicta duo pacta alterantia conceſſionem in emphiteoſim. Pontifex non informatus, cõmiſit negotiũ duobus Delegatis coniunctim, qui ſeruata forma Conſtitutionis Pauli Secundi, illaque inſerta, ſi cognouerint hanc conceſſionem cedere in euidentem vtilitatẽ Monaſterij, illam confirment: & Delegati decreuerunt cedere in euidentem vtilitatem Monaſterij, illam confirmando, & decretum eſt ſubſcriptum ab vno tãtum de Delegatis, quia forte alter conſcientiatus noluit concurrere.

Docti Collegæ, multa dixerunt circa nullitatem decreti, & commiſſionis Pontificis, ob defectum ſubſcriptionis, & alias obreptiones. Ego tamen in paucis reſtringo punctum, materia alienationis bonorum Eccleſiæ eſt prohibitiua, & negatiua; quia regu-
26 lariter bona Eccleſiæ alienari prohibentur, *Abb. in cap. nulli, 1. not. ibi Bero. n. 1. extra de reb. eccleſ. non alien.* Et ſicut eſt prohibita venditio, quæ omne dominium transfert;
27 ſic conceſſio in emphiteoſim, quæ vtile tantum transfert, *d. cap. nulli.* Inde cum aſſenſus, ſeu decretum datur ſuper vno contractu prohibito, ad alium prohibitum, & ſi minus contineat, non trahitur, *l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de reb. eor.* vbi ſi prætor decreuerit rem minoris vendi, non poterit obligari, & ſi minus ſit; quia decretum eſt
28 ſtricti iuris *tradit ibi glo. Bald. & Angel.* & in aſſenſu Regis, dato venditioni feudi, quod non comprehendat obligationem feudi, quia vtrumq; eſt prohibitum, & aſſenſus ſit ſtricti iuris, *Andr. in cap. imperialem, in prima add. in ver. ſed promiſit, in ver. rigor, & nu. 6. de prohib. feud. alien. per Federic. late Camer. ibi fol. 47. in 7. concluſ. & omnes noſtri Feudiſtæ, indiſtinctè hanc concluſionem indubitatam affirmant:* quod facilius procedit, quando aſſenſus, ſeu decretum, dantur con-
30 tractui minori, quod non trahantur ad contractum maiorem, *l. cui pacto, ff. de ſer. expor. Andr. alleg. loc. Camer. ibidem car. 49. ver. quo verò.* Ex his cõcluſio ſequitur, quod poſtquam commiſſio Pontificis proceſſit ſuper conceſſione vera in emphiteoſim narrata; decretum inde ſequutum, ex dicta commiſſione proueniens, ſuper illa fuit interpoſitũ, illam conualidando: & ſi contractum emphiteoticum confirmauit, qui non erat, & minus continebat; contractum emptionis maiorem, qui vere erat, non confirmauit: & ſic venditio iſta, nulla fuit ſine aſſenſu, & huic inconuincibili motiuo, nullum poteſt dari reſponſum.

Et quando aduerſarius dicit, Pontificem in eius commiſſione dediſſe poteſtatem eius Delegatis confirmandi omnia contenta, in inſtrumento conceſſionis. In facto decipitur, nam in precibus narratur tantum fuiſſe factam locationem, & conceſſionem in emphiteoſim, ſub annuo cenſu ducatorum quinquaginta, cum poteſtate affrancandi, in ſimili, vel meliori, vt ex inſtrumento apparere aſſerebatur; in concluſione præcum petebatur aſſenſus dictæ conceſſioni, & locationi. Pontifex commiſit Delegatis negotiũ, ſub his verbis, (ſi vobis conſtiterit conceſſionem, & locationem eaſdẽ, ſi & pro vt illas concernũt, omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta, cedere in euidentem vtilitatem confirment) quæ verba diſpoſitiua
31 Pontificis, vltra quod ſe referunt ad narrata; clara ſunt, quod conceſſio, & locatio narrata, confirmetur. & ſi ſequuntur illa verba, prout illas concernunt contenta in inſtrumento, intelliguntur de illis, quæ concernũt locationem, & conceſſionẽ in emphiteoſim narratam; quæ ſunt, non poſſe bona alienari, ſine aſſenſu Monaſterij, & ſi cenſus non ſoluitur per biennium, res incidat in commiſſum: ſed quod illa duo pacta affrancandi in
32 pecunia, non narrata per ſupplicantem, quæ non ſunt de natura contractus emphiteutici, ſed illum alterantia; veniant confirmata, ſeu in commiſſione Pontificis comprehenſa, error eſt notorius.

Amplius,

Amplius, dum contrahentes Pontifici, maliciose narrauerunt partem contractus, qui erat vere concessionis in emphiteusim, & omiserunt narrare, alia duo pacta, quę venditionem inducebant; ex hac obreptione oritur, commissionem Pontificis, & decretum sequtum nullam, & nullum fuisse ipso iure: quia si Pontifex sciuisset, hanc concessionem non esse in emphitensim, sed vendi-
33 tionem; vel non dedisset commissionem, vel cum maiori difficultate; postquam facilius vidimus, dari commissiones Pontificum, in validandis contractibus emphiteoticis, in quibus, vtile tantum dominium transfertur, quam in venditionibus, in quibus omne
34 dominium abdicatur:& quando id volumus præsumere, stilus Cancellariæ attenditur, *Lap. alleg.* 80. vnde non exprimere hæc pacta, vel fuit, ex malicia, vel quia tractatur de
35 assensu dando, qui gratia est;& vtroque casu obreptio ipso iure vitiat, *cap. ad audientiam, cum ibi not. de præscript. & in cap. super literis, de rescript.*

Postremo, si contractus iste erat vnicus, & indiuiduus, quatuor continens, videlicet; annuum censuum duc. quinquaginta redimibilem in simili, vel meliori loco; quod post annum concessionarius præcise cogeretur Monasterio soluere duc. mille pro illius extintione, & elapso anno, ad eius libitum, liceret illum affrancare pro duc. mille: & de duobus vltimis pactis, vnum respiciebat cō-
36 modum Monasterij, taliter quod Monasterium sine illo, non contraxisset, *l. cum te, C. de pact. int. empt. & vend* Ergo inspecta eius voluntate, cōtractus indiuiduus erat, *ex reg. l. pedius, ff. de arb Bar. in l. greec, §. illud, col. 1. ff de fideiusso.* etiam quia dicta pacta sunt pars contractus, *l. fundi partem, de contrah. empt.* si commissio Pontificis, & decretum sequutum non comprahendunt dicta duo pacta, & præsertim illud quod in commodum Monasterij tendebat, sed tātum partem concessionis in emphiteusim; vtrumq; corruit: sicut dicimus in venditione fæudi, facta cum pacto redimendi, si assensus est
38 datus venditioni, & non pacto redimendi, vtrumque corruere, ratione indiuiduæ voluntatis, *Camer. cap. imperialem, car. 58, lit. L. Marin. de subfeud. fol.* 144. *in* 36. *q.* & sæpius secundum hanc opinionem, fuit iudicatum. Quare pro Monasterio cōscientiati, & docti Iudicantes sententiam proferant.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Concessio Castro an intelligatur concessum territorium, & si intelligitur concessio territorii, an veniat omnis iurisdictio simul cum maro, mixtoq; imperio; referuntur, Doctorum opiniones hinc inde, & num.* 2.
3 *Iurisdictio est ratione territorij, & sine eo esse non potest.*
4 *Castro, vel Casali concesso, quod est infra fines, & limites alicuius Ciuitatis habentis territorium, non intelligitur concessum marum, & mixtum imperium, nisi in specie sit dictum à Principe.*
5 *Iurisdictione expressim concessa, simplex tantum iurisdictio concessa censetur; non autem marum, & mixtum imperium.*
6 *Legis natura est respicere ad futura, quando non constat Principem aliter sensisse.*
7 *Lex prior per posteriorem declaratur.*

Pro Ioanne Vincentio de Tolfa, cum Episcopo Monopolitano.

ARGVMENTVM.

Concesso Castro, an intelligatur concessum territoriū; concessione territorio, vel iurisdictione an intelligatur concessum merum, & mixtum Imperiū quando à Principe non est expræsse declaratum in concessione.

CONSILIVM LVII.



EPISCOPVS Ciuitatis Monopolis dum præuidit vera esse in iure ea, quæ in alijs allegationibus fundata fuere; quod dum ipse Episcopus non habet priuilegium hominis, vel priuilegium, seu titulum legis, nascens ex immemorabili possessione; non potest in hoc iudicio, siue possessorio, siue petitorio obtinere: Voluit nunc præsupponere habere titulum ab Alexandro Pontifice in anno 1180. cum confirmatione Regis Ferdinandi in anno 1464. Et quamuis in Bulla Alexandri nō fiat aliqua mentio cōcessionis alicuius iurisdictionis, nec territorij; sed simpliciter dicatur Ecclesia Sancti Nicolai de Cisternino, cum suo casali. Et hoc sub colore, quod hæc concessio sit ante dispositionem

in probem, quod illa credulitas propter illam constitutionem est falsa.

Quod autem sit verum, quod ea *constitutio* voluit habere locum ad præterita, *videntur voluisse glo. Andr. & Afflict. in constit. prædicta*, dum quærunt, si illa constitutio habeat locum, si in specie fuerit concessum tantum merum imperium. Ergò si concessio non fuit in specie, videntur absolutè habere eam conclusionem, quod habeat locum ad præterita.

Quarto, & vltimo dicitur, quod in casu nostro non est tractandum de hac quæstione, quoniã non dubitatur, quod iurisdictio criminalis fuerit Regiæ Curiæ, & successiuè Domini de Tolfa: sed quæstio est, si debet intelligi limitata ad illos tres casus; & sic nõ oportet quærere, si sub concessione illa intelligatur concessum merum, & mixtum Imperium.

Quare, cum Episcopus non teneat Castrum prædictum vigore Bullæ Papę Alexandri, sed vigore priuilegij Regis Ferdinandi in anno 1464. & Castrum prædictum non habeat territorium, cum sit Casale, vt dicitur in Bulla prædicta, & in confirmatione, & toto processu; & constitutio vendicet sibi locũ ad præterita; & in hoc non dubitetur de iurisdictione criminali, sed in quibus casibus vendicet sibi locum, Ex omni parte remanet fundata intentio Regij Fisci, & successiuè ipsius Domini de Tolfa, quod Episcopus debeat esse contentus sua iurisdictione ciuili tantum, prout fuit declaratum per Regiam Cameram in causa Sancti Petri de Vrbe.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. Vide *Petr. de Greg de conces. feud. par.* 7. *q.* 1. *num.* 4. *Annam alleg.* 52. 108. *& sing.* 72. *D. de Ponte cons.* 63. *num.* 25. *& decis.* 2. *num.* 14. Et an legato Castro cum pertinentijs comprehendantur prædia, & alia bona particularia, vide *Fachin. lib.* 5. *contr. iuris cap.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Bona ad Fiscum spectantia quibus modis detegi possunt.*
2 *Delatori bonorum Fisci quod præmium concedatur.*
3 *Deferre quando dicatur.*
4 *Delator qui propriè dicatur.*
5 *Delatio quid sit.*
6 *Effectus potius delationis attenditur, quam modus.*
7 *Vtilitas principalis attenditur, non quæ prouenit secundario.*
8 *Intellectus ad legem Fiscus, §. delatores, & l. delator, de iure Fisci.*
9 *Indicare, & patefacere negotiũ qui dicatur.*
10 *Petita si fuerint plura, & vnum probatum; super probato potest sententia ferri.*
11 *Probatio sequens declarat libellum obscurũ.*
12 *Præmium tertij delatori concessum ex l. 1. de his qui se defe.*

Pro Michaele Conilio Arrendatore.

ARGVMENTVM.

QVibus modis bona, & iura Fisci detegi possint, quid sit delatio, & delator, & de ipsius premio; & quando super probationibus clarioribus libello, possit sententia ferri.

CONSILIVM LVIII.



CONSIDERABAM pro Mag. Michaele Conilio, quod latores legum exactissima diligentia procurauerunt, 1 inuentionem bonorum ad Fiscum spectantium; quandoque per inquisitionem, *de qua Bar. & Angel. in l. si vacantia, notabiliter locutus, C. de bonis vacanti. lib.* 10. quandoque mediantibus torturis, de quibus, *Bal. in l.* 1. *C. de bare. vel actio. vendi. & Salyc. in l. fin. col. fin. C. de priuileg. Fisci*; & vt nullo careat remedio inuentio talis, allicierunt homines 2 præmio mediante; & proinde delatoris introduxerunt officium, & quandoque medietatem, vt in vxore; quandoque tertium, vt in extraneis polliciti fuere, & premium istud cuilibet delatori dederunt, *ad tex. in l. edicto, § extat, & ibi glo. in verbo deferre, ff. de iure Fisci, & l. Papinianus, §. meminisse, in verbo ablatum, ff. de inoff. testam. & considerat Bossius de Fisco, & priuil. eius à num.* 13. *cum sequentibus.* Vnde principalis intentio legum attendit vtilitatem, & detectionẽ iuris ad Fiscum spectantis; & talia quouis modo detegenti præmium tribuit; & hoc nullam ex supradictis patitur controuersiã. remanet demonstrare ipsum Michaelem fuisse delatorẽ huius diritus argentei vnius pro qualibet fericei libra, ad hoc vt tertium, vel consequatur, vel computet cum debito fiscali, pro rata sorte debiti.

Et

Et nulla cadit dubitatio ipsum Arrendatorem detegisse ius istud penitus à Regio Fisco ignoratum, & hucusque non exactum, aut arrendatum, & opera, laboribus, & rationibus, atque authenticis scripturis ipsius
3 detectum; promonendo enim etiam dicitur fieri delatio, *Bal in §. porro post num.8 qua sit prima causa benef. amiss.* & vtilitatem adeo magnam Fisco Regio quaesitam, vt plenius consultatio Regiae Camerae praedi-
4 cta testatur; & dum quis eius opera detegit, quod antea latebat, delator proprie dicitur, *vt post glo firmat Lucas à Penna in rubr. de delator. lib. 10. in princ.* Delatio enim nil aliud est, nisi declaratio quędam, quae fit per quam declaratur bona spectare ad Fiscum, prout in casu nostro contingit, *vt declarat Raphael Cumanus in l. 1. num. 1. ff. de iure Fisci*, & in materia nostra qui denunciat bona Fisco, deferre dicitur, *l. intra. ff. de diuer. praescript. & inspecie Lucas post glosam in d. rubr. col. 2. vers. item deferre dicitur.*
5 Et in denunciatione ista attenditur effectus, vt probet quae deduxit, & vtilitas proueniat; & non requiritur libellus, quia de plano expeditur, *Spec tit de denuntia, §. fin. n. 2.* vltra quod Arrendator ipse principaliter denunciauit vtilitatem Regij Fisci, & Arrendamenti fraudem, & incommodum Affictatoris ipsius; quo casu, & si vtriusque & Fisci, & sui petebatur vtilitas, adhuc licita fuit delatio, *l. deferre, §. sed communem, ff. de iure Fisci, & clarius Lucas in dicta rubrica col. 2. vers. Item prohibetur.*
7 Et cum vtrumque proposuit, Fisci, & propriam vtilitatem; sat est pro Fisco obtinuisse, cuius causa, & vtilitas perpetua, & principalis erat, & illa attendenda: & non Arrendatoris, quę secundario proueniebat, & tempore peritura, *per ea quae Bal. notat in l. rogasti, col. 1. ff. si cer pet. vbi caeteri sequuntur.*
8 Et ex his tolluntur iura, *l Fiscus, §. delatores, & l. delator, cum simil. ff. de iure Fisci*; nam loquuntur cum quis propriam simpliciter denunciat vtilitatem, & probare, aut obtinere non potuit; sed quando commune propofuit vtile, delator appellatur. *d. l. deferre, §. communem.* & successiue in eo quod Fiscus obtinuit opera, & laboribus arrendatoris; premium à lege statutum soluendum
9 erit, *per superius adducta*: ipse namque omnia adimpleuit, detulit, arguit, accusauit, & conuinsit; quod est proprium indicare, & patefacere negotium, *l. indicasse, ff. de verb. sign.* & cum habuerit vtilitatem, & effectum Regia Camera, non poterit praetendere arrendatori actionem non fuisse virtualiter quaesitam, *ex traditis per Bar. in l. cum seruus, à num. 3. ff. de verb. oblig.*
10 Et dato quod libellus fuisset obscurus, & defectiuus, ita quod non videatur principaliter id petitum; Regia Camera poterit prouidere, & sententiare super omni eo, quod fuerit probatum, & probationibus patefactum *secundum Innoc. communiter receptum in cap. ex tenore, in fine, per illum tex. de rescrip.* maxime in praesenti casu, in quo adeo clare articulatum, & deductum extitit de iuribus Regij Fisci pluquam in libello erat
11 expressum; quo casu probatio sequens declarat libellum, *Innoc. in cap. 2. in verbo iustitia, de ordine cognit* & suppletur ex actis, *Fely. not. in cap licet hels, in 10. limit decimo* quia paria sunt principaliter, vel ex aequipollenti quid adimpleri, *l. mulier, cum ibi notatis, ad trebellia.* Vt ex his attenta qualitate personae sic bene, & absque fraude officium gerentis, eius considerata impotentia, rei veritate perpenso negotio, vt sui industria, opera, & laboribus vtilitatem Fisco penitus ignoranti, negotium istud patefecerit; & nomen, & effectum habuerit delatoris;
12 debet premium tertij *à l. 1. de his qui se deferunt* omnino reportare, saltim ad ratam debiti compensatiui; eo supramodum considerato, quod inanis est actio recuperandi: & vt alliciantur alij, & non terreantur vtilia Fisco procurare, & Arrendator hic fidelis, & vtilia tam magna Fisco procurans possit de eius bonitate, & quod plus erit de aequitate Regiae Camerae bene mereri. Caetera suppleat Religio DD. Iudicantium ad considerandum inopiam, senectutem, & numerum filiorum ipsius Arrendatoris.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum sine clausula iuris francorum, omnibus filijs comune est, iure communi feudorum.*

2 *Ius francorum praetendens in Regno debet probare, alias non obtinet.*

3 *Feuda omnia hodie praesumuntur concessa cum clausula, quod ad primo genitum deferantur.*

4 *Feudales introitus ipso iure transeunt ad primogenitum mortuo parente, nec dispositio ipsius parentis in contrarium sine Regio assensu subsistit, & num. 5.*

6 *Legatum tractatur ab haerede quoad aestimationem, quando res aliena legatur, & rei commercium est; inter quos feudum con-*

conumeratur.

7 *Personalis actio non sequitur possessorem feudi, & num. 20.*

8 *Reuocatoria actio competit ei, qui fraudem probat ex parte concedentis, & recipientis, si titulus fuit onerosus; quod si lucratiuus sufficit ex parte dantis, & num. 9.*

10 *Fraus non præsumitur in vendente rei aliquas, non omnia bona.*

11 *Filius secundo genitus in subsidium pro vita, & militia agit contra possessorem feudi, & similiter soror pro paragio sibi debito, & num. 12.*

13 *Ratio diuersa, diuersum ius constituit.*

14 *Vita, & militia datur secundo genito in locum portionis hereditariæ sibi competentis in feudo, & similiter filiæ fœminæ paragium.*

15 *Vitta realia rem afficiunt.*

16 *Paragium loco legitimæ succedit, & non potest esse minus, quam sit legitima.*

17 *Rei vendicatio datur contra possessorem pro legitima, quando hæres non possidet tantum, quantum importat legitima; & ita pro paragio subrogato loco legitimæ, & num. 18.*

19 *Æstimatio debita legatario rei alienæ non datur ratione exclusionis à feudo & ideo tamquam onus extrinsecum non sequitur feudi possessorem, & num. 20. & 26. secus intrinseco, & ibidem.*

21 *Eligens vnam ex duabus rebus sibi competentibus, alteri renunciasse intelligitur.*

22 *Datio in solutum omnia iura præter reseruata extinguit.*

23 *Collatio locum habet, vbi expresse pater non prohibuit.*

24 *Filius primogenitus soluens æstimationem rei legatæ, intelligitur diminuere burgensaticam portionem eius, & paternam hæreditatem burgensaticam augere.*

25 *Grauatus in vno in alio est releuandus, & è contra, & sufficit si alicui in paucis consulatur.*

27 *Onus extrinsecum bona non afficit, & possessorem non sequitur, & quod de bonis detrahitur, in bonis permansisse præsumitur; idcoq; si plusquam debebatur, per hæredem legatario soluatur, in bonis hæredis permansisse intelligitur, & num. 28.*

29 *Illatio non debet fieri ex diuersis.*

30 *Condemnatio hæredis requiritur, vt filia pro paragio, & secundogenitus pro vita, & militia possessorem feudi conuenire valeant.*

Pro Bartholomæo Cutillo, cum Barone Brisenno.

ARGVMENTVM.

Reuocatoria actio competit creditori, probata fraude ex parte dantis, & recipientis in titulo oneroso; in lucratiuo vero ex parte dantis tantũ. Pro paragio, & vita militia, in subsidium competit actio contra possessorem fæudi, & pro æstimatione rei alienæ legatæ minime potest dari actio contra fæudi possessorem, cũ sit onus extrinsecum à fæudo, in quo dispositio testatoris non potest operari contra primogenitum.

CONSILIVM LIX.



BARTHOLOMÆVS Cutillus anno 58. emit à Michaele Brisenno functiones fiscales Terræ Montis Fuscoli annuorum duc. 350. pro pretio duc. 3500. & ab eodem Michaele anno 59. Baldaxar Brisenna frater domos hac in Ciuitate sitas pro duc. 2000. in solutum accepit, atque pro interesse quietauit; in casu tamen euictionis illarum, sibi anteriora iura materno ex legato, etiam pro interesse cõpetẽtia reseruauit: quo fit vt si præfati introitus à Camillo euincerentur, is vt anterior super domos Baldaxarris recurreret. Erit propterea videndum quæ iura sint isthæc à Baldaxarre reseruata, siq; actio reuocatoria ab eodem cõtra Cutillum possessorẽ introituum intentata competat; vel si saltim aduersus eundem fæudi possessorem vigore legati materni ad extimationem, si ie ad partem pretij in fæudo nouo à communi matre empto, vt secundogenitus agere queat per in rem scriptam actionem in subsidium, cum primogenitus soluendo non existat.

Quantum spectat ad primum prætẽditur iura reseruata esse anteriora Cutillo, si quidẽ functiones hæ fiscales, quæ nunc à Cutillo possidentur, fuere quond. D. Isabellæ de Crapona communis matris Michaelis primo, Baldaxaris secundo, & Bernardini tertio genitorum quas quidẽ solers genitrix emptionis titulo acquisiuit, cunque eorundem in-

introituum fæudalium inuestitura non procedat, clausulam continens, vt iure viuatur
2 francorum, ac proinde, vt primogenitus succedat; consequens est omnes filios æqualiter successisse, tum iure communi feudorũ, *cap. ost. filij, si de feud. fue. cont.* tũ iure Lõgobardo. q. & cõne ius in Regno nuncupatur, *vt in cõj puritatẽ*, quibus iuribus certũ est cũctos filios æquè succedere; at qui vrgẽti ius vigere
2 francorũ, vt ius inRegno speciale, onus incũbit pbandi. *And. in §. præterea ducatus, de prob. feud. alie. per Fed.* itaut si à Baldaxarre dom' euincerentur, iurium occasione reseruatorũ, introitus pro rata à Cutillo vẽdicare posset. At miror quomodo prædictā hisce tempori-
3 bus allegentur, siquidem hodie cunctæ fun-ctiones cum clausula iuris francorum, sicque vt primogenitus tantum succedat, fieri præsumuntur, *ex Andr. in d. §. præterea ducatus, in addit. post num. 38. vers. sed si dicatur*, vtraque cum lex Regni nobis prodijt, quæ in inuestituris hãc communem tradidit formam, vt ex sexus, ætatisue prærogatiua
3 succedatur, *cap. Regni considerantes*: idcirco dominium præfatorum introituum fæudaliũ ipso iure Michaeli primogenito, ac hæredi delatum fuisse, quæsitumue, *l. cum hæredes, de acquir. poss. & l. in suis, de liber. & posth.* matris testamento non obstante: Et si in medium proferretur, quod ante dictos introitus omnibus filijs legasse præsupponitur, quippe quod cum assensu careat, vt nullius efficaciæ erit habendum, nulla quidem ordinatio de-
5 functi valet, *cap. 1. de success. feud.* Non negamus tamen Michaelem primogenitum ex præfato legato personali actione à I æsti-
6 mationem teneri; cum licet legatum præstari in corpore nequeat, saltim æstimatio p̃stan 'a erit, *l. filius familias, §. si quid alicui, de leg. 1.* si tamen non est res omnino possideri prohibita, vt Campus Martius, & alia id genus, de quibus *in l. apud Iulianum, §. constat, de leg. 1.* quorum in numero non est fæudum, cum sit in commercio, & consequẽter eius æstimatio non debetur, *Andr. in §.*
7 *fin. de inuest. de re al. fact.* & actio hæc personalis ad æstimationem seu in possessorem minus sequitur, *l. fin. de contrab. empt. cum concord.* etiam in subsidium, vt inferius apertissime demonstrabimus.

Quantum pertinet ad secundum, & si Baldaxar præfatorum introituum æstimationem ex vi legati, siue pretij partem, vt secundo genitus (cum in persona matris feudum fuerit neutrum, & emptum), *vt Andr. in dicto §. præterea ducatus, in addit.*) habere nititur,
8 ac proinde actione reuocatoria contra Cutillum dictorum introituum emptorem, atq; possessorem agere posse, figurando prædictã introituum venditionem à Michaele primogenito, nunc soluendo haud existente factam fuisse in fraudem: in aperto tamen est fore, vt succumbat, quippe qui extrema non probauit fraudẽ. s. venditoris, itẽ emptoris, quę
9 requiritur cũ titulus onerosus, nõ lucratiuus intercedit, *l. ignoti. C. his, quæ in fraud. cred.* fraudeque emptoris nõ probata, saltim pretio satis minori emptorem emisse probari oporteret, tuncque reuocatoriæ actioni locus fieret *secundum Imol & Rom. in l. post contractum, ff. de donat.* quæ omnia nec in præsẽti casu videtur, quin potius & à fraudis præsumptione procul existimus; Michael namque præfatorum introituum venditor non omnia bona vendidit, illique adhuc est
10 domus ducatorũ trium mille valoris, ex quibus satis constat fraudem, fraudis item præsumptionem, quæ ex *l. omnes, §. lutius, ff. qua in fraudem credit.* abesse.

Quantũ ad tertiũ, si vigore scilicet legati p æstimatione, siue pro parte ptij ex fæudi noui quæsitate actio cõpetat in rem scripta contra fæudi possessorem? prima fronte respondendum videretur competere, sicut
11 enim ad vitam militiam consequendã fæudi possessorem impetimus *vt in declaratione Regis Roberti æstimationis dotis*, & ad paragium itidem ad cuius consecutionem sorori personalis actio concessa est; fratre tamen non existente soluendo, fæudumq; possi-
12 dere desinente, in subsidium ipso consueme tò contra fæudi possessorem facultas est exequendi *Andr in const. in aliquibus* & vnde posse dici in æstimatione, & in parte item pretij, pro quibus, & si actio personalis contra primogenitum competeret, eadem in subsidium contra possessorem experiri posset. At præfatis non obstantibus contrarium de iure verius in prædictis affirmamus, di-
13 uersa etenim ratio aliud ius reformat. Considerent quæso Domini iudicantes pro vita militia, & paragio ideo agi aduersum fæudi possessorem, quia vtrumque onus est fæudi: secundo. n. genito à fæudo excluso, lex Regni *Comitibus* prouidit de vita militia, quam ex
14 suo non præstat primogenitus, sed loco hæreditariæ portionis illi debitæ, à qua excluditur; ideoque Periti Regni (& quidem bene) hoc onus fæudi nuncupauerunt *Andr. in repetit. constitut. Comitibus in principio*, & haud mirum si inclytus ille Robertus bona fæudalia in quemcunque cum vitæ militiæ
15 onere transferri statuerit, cum vitia realia rem ipsas afficiant *l. vitia, C. de acquir. poss.* sorori item exclusæ à bonis allodialibus, atque fæudalibus fratrem habenti, *l. Regni in*

ali-

aliquibus de paragio loco hæreditariæ portionis, à qua excluditur, prospexit: & quia masculus præfertur, loco legitimæ portionis statuit lex eam secundum paragium maritari. *sic sæpius docuit Andr. in dicta consil. in aliquibus, & præsertim 9. col:* dotisque hoc debitum seu paragij propter fæudum est, atque onus fæudi nuncupauit, *And. loco citato 8. col. in fine, & clarius in consil. si quis post litem, & in §. quid ergo, post vers. sed an iudiciale pignus, de inuest. de re al. fact.* eo magis
16 quia paragium succedit loco legitimæ, minusque legitima esse nequit *Andr. in dicta consil. in aliquibus, Afflict. decis. 160.* pro cuius legitimæ consecutione, cum hæres eatenus non possideat quatenus petenti satis-
17 fieri possit, contra possessorem rei vendicationem competere non ambigitur, *Paul. consil. 254. super 1. dubio, Bart. Alex. & cæteri in l. in quartam, ad l. falc. Afflict. decis. 162. post num. 7. & Gram. decis. 90.* ergo & pro paragio non mirum si contra possessorem agi possit, cum illud loco legiti-
18 mæ sit subrogatum, eiusque naturam in cuius locum subrogatur subrogatum assumit *vulg. l. si eum, § qui iniuriarũ, si quis caut.* argumentis vero supra oppositis locus non fit in æstimatione scilicet, & parte pretij; nam æstimatio, quæ legatario debetur, non est quia excluditur à fæudo, vel quod sit onus fæudi, sed ex tacita quadam testatoris voluntate sic iuris intellectu interpretata, vt
19 dum legatum in corpore præstari nequeat, saltim in æstimatione impleatur, *§. non solum, instit. de leg. & l. apud Iulianum, in fine, de leg. 1.* idque ex secundaria intentione disponentis descendit, quæ operatur; cum prima intentio operari non possit, *Bald. in l. si absentis, C. si cert. pet. & Camer. in cap. Imperialem cap. 26. lit. A.* lex enim interpretatur disponentis intentionem vt legatum ꝙ suapte natura lucrum affert legatario, & si ignoranti *l. cum pater, §. fundo, de leg. 2.* haud sit inutile, & si ex prima intentione corpore impleri minime possit, ex secundaria si non alio pacto in æstimatione præstetur; hæc-
20 que omnia se habet vt onus à fæudo extrinsecum, separatumue, quin potius onus mere personale hæredis primogeniti, quod fæudi possessorem nullo pacto sequitur, *l. videamus in fin. ubi not. ff. si cui plusquamper leg. falc.* idem quoque in parte pretij dicendũ esset, & si reseruata fuisset à Baldaxarre, veruntamen cum reseruata non demonstretur, de ea minime tractandum est: quoniam cum anno 59. Baldaxar domos à Michaele in solutum acceperit, atque in casum euictionis sibi prospexerit, iuratantum vigore legati reseruando, & per consequens æstimationem, partem pretij non reseruatam remisisse vi-
21 detur; eligens enim æstimationem in parte pretij sibi met ipsi præiudicauit, *l. quod in har. §. eligere, ff. de tribut. act. cum simili-*
22 *bus.* imo per insolutum dationem cætera iura, reseruatis exceptis, extincta videntur *l. si quis aliam, ff. de solut. & l. eleganter, de pignor. act.* & si pars pretij æquè reseruata fuisset adhuc idem esset; illa enim non competit secundogenito, quia excluditur à fæudo, vel quod sit onus fæudi; sed propterea quod empti fæudi pretium pater primogenito donauerit, hinc pars pretij eidẽ ex paterna competit voluntate, qui collationem
23 non prohibuit. quamobrem reliquis fratribus pars pretij, non fæudi æstimatio collationis via in burgensatica hæreditate debetur, *vt aperte sentit Andr. in dicto §. præterea ducatus, in add. & optime declarat Camer. in dicto cap. Imperial car. 104. lit. Q. & lit. V.* debuit proinde partem pretij consequi secundogenitus, quia tantum abest à burgensatica patris hæreditate, qui si fæudũ non emisset, pecunia in hæreditate remansisset inter filios æquè diuidenda; & soluendo primogenitus pretij partem fingitur minus esse in ipsius burgensatico patrimonio, augerique tunc burgensaticã patris hęredita-
24 tem: quo fit soluere partem pretij non esse onus fęudi, sed primogeniti mere onus personale, qui ea via collationis conferre tenetur *Camer. signanter loc. cit. car. 105. lit. B.* apertius enim id demonstratur, nam secundogenitus qui excluditur à fęudo non consequitur partem pretij, sed vitam militiam quæ vere onus est fæudi, vt supra: & licet secundogenitus electionem habeat vitam militiam, vel partem pretij petendi *secundum Loffr. in §. præterea ducatus*, in hac tamen electione fuit releuatus, & ne specialia multiplicentur, conuenit ipsum in hoc grauari vt pro parte pretij non agat contra posses-
25 sorem fæudi, *ex reg. iuris, qui in vno grauatur in alio releuetur*, & sufficit si cui in paucis consulatur, *l. tutori, C. de neg. gestis, & sæpius Andr.* vnde cum pars pretij onus sit personale hęredis, & à fęudi penitus extrinsecum, atque separatum, fæudi possessorem
26 sequi non potest: satis enim interest onus sit ne intrinsecum, vel extrinsecum, nam cum onus est extrinsecum sicuti ęstimatio, & pars pretij, quæ de bonis non detrahentur, possessorem minime sequuntur, *l. videamus, in fine, ff. si cui plusquam per l. falc.* sed cum onus est intrinsecum, quod de bonis debetur, sicut est vita militia, & paragium, pos-
27 sessorem sequuntur *dicta l. videamus*, quini-

mo cenſetur eſſe in bonis eius, cui debetur;
videmus enim falcidiam eſſe onus intrinſe-
cum, quia de bonis deducitur, *l quod de bo-
nis,in prin.ad l falc.*&ex ipſis corporibus re-
28 tinetur, *eo. tit. l. 1. §. ſi vſusfructus*, quod
ſi quid ab hærede vltra legem falcidiam le-
gatario datum eſt, in patrimonio teſtato-
ris cenſetur permanſiſſe, *dixit tex. in l. pe-
nult. C. ad l. fal.* quaſi quod onus intrinſe-
cum ſit in bonis eius, cui debetur nedum
ſequatur rem: ſic in paragio tanquam onus
intrinſecum de bonis detrahendum, in eius
bonis cui debetur eſſe cenſetur, obque id
poſſeſſorem ſequitur, *ita ſubtiliter conſide-
rat Neap. in conſuet. ſi qua mulier, verſ. de
bonis, poſt num. 22. de ſucceſſ. ex teſtam.* at
æſtimatio, & pars pretij, vt onera extrinſe-
ca, & hæredis mere perſonalia nnllo pacto
de bonis detrahenda cenſeri poſsũt in bonis
eſſe eius, cui debentur;ideoque poſſeſſorem
29 non ſequntur. Et ex his quam ex diuerſis
fiat illatio iam quiſque ſubtiliter intuẽs cla-
re perpendit.Non omittam Baldaxarrem ex
pretio domus debere duc. 2000. qui ſatis
eſſe poſſunt pro æſtimatione, vel parte pre-
tij ante dictis: qui licet intereſſe multorum
annorũ ꝑtendat,Deus ſcit ſi illa habuit,poſt-
quam in anno 59, de intereſſe prædictis Mi-
chaelem fratrem quietauit, quamuis in caſu
euictionis domorum illa reſeruarit,præuidẽs
forte creditorum Michaelis inuolucrum ho-
mo ſic diligens vti Baldaxar non remiſiſſet:
vltra quod intereſſe prædicta non ſunt liqui-
data, & debuiſſet Michael debitor condem-
nari, qui forte coactus demonſtraſſet illorũ
ſatisfactionem; quinimmo erat neceſſe eun-
dem,vt hæredem condemnari: nam & ſi pro
30 paragio in ſuł ſidium ſit exequutio contra
feudi poſſeſſorem, *ſecundum Andr. in dicta
conſtit. in aliquibus*, requiritur tamen prius
vt actione perſonali hæres condemnetur: at
hic nullum iuditium, nullaue contra hæredẽ
condemnatio: idcirco ſeruetur deciſio *An-
drea* in caſu ſuo, & prout ipſe loquitur, Hæc
dixiſſe volui, vt integerrimi Iudicantes præ-
dicta omnia inter fratres proceſſiſſe cogno-
ſcant, ſi quid boni,vel mali,tertius poſſeſſor
Cutillus,qui bona fide emit,nullum commo-
dum, vel incommodum debet reportare,
poſtquam factũ,& ius prætenſionis Baldaxa-
ris aperto iure interimitur.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertioni Principis ſtandum eſt, ac etiã eius Locum tenentis.*

2 *Tex. in clementina prima, de probat. qualiter procedat.*

3 *Intellectus ad pragmaticam adita thori, in ſecundo capite.*

4 *Dictio (quomis modo) quid importet.*

5 *Voluntas Principis pro iuſta cauſa habetur.*

6 *Aſſertioni Principis ſtandum eſt, quando ſuper narratis eius fundatur intentio.*

7 *Scientia, & patientia cum taciturnitate operatur idem, quod expreſſus conſenſus.*

8 *Conſenſus ex facto potiſſimum conſideratur.*

9 *Princeps faciens aliquid conſulto, & cum cauſæ cognitione, illa diſpoſitio habetur pro re iudicata.*

10 *Princeps præſumitur velle, quod iura volunt.*

11 *Audiri quis non debet contra id, quod Princeps ex certa ſcientia facit.*

12 *Rex ex cauſa publica vtilitatis poteſt à ſubditis auferre bona eorum.*

13 *Priuilegia Regis Federici non debent obſeruari, niſi fuerint confirmata per Regem Catholicum, & quare.*

14 *Natio prouocat, & deterret, & hereditarij criminis exempla metuuntur.*

Pro Duce Summæ, cum Principe Squillacij.

ARGVMENTVM.

ASſertioni Principis, ſiue eius Locũtenentis an credendum ſit.Et vtrum cauſa præſumatur in Principis diſpoſitione, & quando illa habeat vim rei iudicatæ, an is auferat dominium à ſubditis pro bono pacis. De vero ſenſu Pragmaticæ æditæ Thori. Et an Rex Catholicus ſucceſſerit Federico, vel potius Alfonſo Primo.

CONSILIVM LX.



VAMVIS copioſe Dominus Collega pro Illuſtr. Duce allegauerit,vt omnimodo ſua Maieſtas prouidere debeat, in præſenti cauſa mota per Illuſtriſs. Principem Squillacij amplius non eſſe procedendum, & nihil eius dictis addi poſſit. Tamen vt illuſtriſſimo clienti, & domino ſatisfaciam, ſuccintè, & concluſiuè loquendo dicam, vndique Ducem in exceptionibus

oppo-

Digitized by Google

oppositis clarum ius fouere.

Constat enim Goffredum Borgia proauũ moderni Principis rebellionem commisisse contra Regem Federicum. Idque clarum esse per testes; & per literas magni Capitanei, tunc Catholico Regi directas in anno 1503. & 1504. in quibus hanc rebellionem
1 optime narrat; cuius assertioni statur, tãquã Regis Locumtenentis, *clem. 1. de probat.* quę
2 licet loquatur in Principe, procedit etiam in Locumtenente ipsius, aut ab eo potestatẽ habente; in ijs tamen, in quibus ipse potestatem habet, & eius officium tangit, *Paul. loquens in Comite Palatino in cons. 125. post num. 4. vers. quinto quæritur lib. 2. Aymo. de antiq. temp. 1. par. vers. propositum nostrum, num. 6. fol.* 1019. Ex hac enim rebellione ereptum fuisse Comitatum Albeti per Regem Federicum, testes dicunt: ex qua
3 ereptione resultat exceptio *Pragmatica edita Thori, in secundo capite* volentis gesta per Regem Federicum, siue iure, siue iniuria non posse innouari; ibi (capta, erepta, confiscata, donata, seu quouis modo concessa) nec ex illis verbis requiritur concursus omnium adiectiuorum ibi enumeratorũ, videlicet capta, erepta, donata, &c. sed vnũquodq; ex illis adest, dispositio Pramgaticę procedit. si quidem finalis causa illius legis fuit tollere lites controuersias, & tumultus, quæ viget in vnoquoque prædictorum, vt gesta, & disposita per Reges Aragoneos, & præcipue per Regem Federicum firma manerent, quodcumque fuisset id, quod factum esse al-
4 legaretur. & hoc apertissime demonstrant verba illa (siue quouis modo concessa) quæ omnem modum, & viam dispositionis, seu facti per illos Reges comprehendit, *Rot. in nou. tit. de rescrip. decis.* 28. etenim eo ipso quod sub vno verbo copulantur, videntur causa coniungendarum orationum copulata, perinde ac si plures orationes copulatæ essent. *est tex. clarus in l. 1. §. 1. ff. de ijs, qui notan. infam.* ibi traditur, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum condemnatum infamem esse; & tamen non illorum omnium concursum, sed alterum tantum sufficere ad infamiam incurrendam, *not. Bart. ibi in fin. sequitur Ripa in 2. lib. respon. de rescrip. cap. 30. 4. col. vers. nec obstat.* illa enim adiectiuorum pluralitas diuersos effectus respicit, & vnum quodque illorum diuersum effectum habet; nimirum si in plures singularitates resolui debet, *l. falsa. §. fin. vbi Bar. ff. de con. & demostra. Bart. cæterique in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad treb.*

Item clarius ereptio, & exceptio iam dictæ Regia *Pragmatica* fundatur per capitulum instructionum datarum à sua Maiestate, quon. Ioanni Baptistæ Spinello Regij Patrimonij conseruatori in anno 1505. Et per literas suæ Maiestatis directas magno Capitaneo in anno 1504. & 1505. in quibus asserit videri fecisse priuilegia Principis Squillacij de terris, quas prætendebat esse suas; narrans non esse obligatum ipsum conseruare in possessione omnium terrarum ex causis, quas ei dici mandabat, & iuste potuisse de partibus earum, & de Comitatu Albeti disponere: quo fit ereptionem Comitatus iã apparere ex Regis Catholici assertione, qui dũ dicit ẽt ex causa potuisse disponere de comitatu, rectè dicit; quia causa erat pcedẽs rebellionis Goffredi contra Regem Federicum, quia per eum Comitatus fuerat ereptus: bene sciens Rex Catholicus obstare Principi *Pragmaticam in secundo capite*,
5 quam prius ediderat, & inuiolabiliter obseruari volebat; semper enim in Principe causa
6 præsumitur, immo eius voluntas pro iusta causa habetur, *glo. fin. in l. relegati, ff. de pen.* & Principis assertioni statur, quando super narratis eius fundatur intentio. *Angel. in cons. 368. in princ. Alex. cons. 15 num. 4. lib. 5.* & quod vera fuerit ereptio Comitatus ob rebellionem, liquet per taciturnitatem dicti Goffredi, qui in anno 1507. contraxit matrimonium cum Ioanna de Milano affine Regis Catholici, vixitque vsque ad annũ 1517. sciens, & patiens dictum Comitatum in anno 1505. per Regem Catholicum concedi Petro Nauarro; & ob rebellionem Petri, Comitatu deuoluto ad Curiam passus est eam per tres annos illum possedisse; & demum concessisse Illustrissimo Don. Raymundo antecessori Domini Ducis: hæc enim taciturnitas tanti temporis interpretatur contra tacentem, *l. de ætate, §. qui tacuit, & ibi Bar. ff. de interrog. act.* a scoquod
7 scientia, & patientia cum taciturnitate operatur idem quod expræssus consensus. *Bal. in l. si filius familias per illum tex. C. de peti. hæred.* quinimo, & plus idem Goffredus nedum sciuit, & passus est Comitatum concedi conscius eius delicti; sed acceptando Principatum Squillacij sine Comitatu Albeti, fa-
8 cto consensisse videtur, *l. Paulus, ff. ratam hab.* quam ob rem data rebellione Goffredi, & ereptione secuta per Federicũ, exceptionem *Pragmatica in 2. capite*, super qua amplius non insisto, habere locum sole clarius apparet.

Præterea ex scripturis desuper notatis secunda exceptio rei iudicatę in hac causa fundatur, quæ actorem pænitus à limine iudicij excludit; nam Rex Catholicus causa

cognita priuilegia Principis videri fecit, &
tandem declarauit Comitatum non esse re-
9 stituendum. Id enim consulto fecit, quia
cum aliquid Rex disponit, adhibet causæ
cognitionem decretum in eius dispositis, in-
terueniendo, *Andr. in §. hac edictali num. 4.*
allegans tex. in l. 1. ff. de confirm. tuto. de
probib feud alien. per Lot. Marin. de subfeu.
fol. 135. num. 4. & taliter disponendo finem
huic quæstioni imposuit, quo casu res iudi-
cata existit, *l. 1. ff. de re iudi.* & quia hæc
decisio, & causæ cognitio fuit facta, concur-
rente etiam temporis antiquitate omnia
præsumuntur legitime acta, *Scribentes in l.*
sciendum, de verb. oblig. maxime cum fuerit
10 facta, à tam iustissimo Rege, qui iustitiæ
plenus præsumitur, & voluisse censetur quod
iura volunt, *Aym. cons. 122. num. 1. & cons.*
11 178. *num. 9.* vnde repellendus erit: & quis
nõ debet audiri contra illud, quod Princeps
ex certa scientia fecit; Immo ei perpetuum
silentium imponi, *Bal. not. per illum textum*
in cap. imperialis. num. 18. vers. non admit-
temus, de pac. constantia.

Tertio, si loquor de exceptione notorij
defectus iuris opposita, illa tã clare cogno-
scitur, quod ea sola mouere debet Serenissi-
mum Regem vlterius in hac causa debere
procedi: quoniam vltra exceptionem Comi-
tatus ob rebellionem Goffredi, vt supra, sibi
eiusdem Comitatus fuit denegata restitutio
pro bono publico, & ad publicam vtilitatẽ
totius Regni, vt aperte legitur in literis Ma-
gni Capitanei in anno 1504. In quibus dici-
tur ob causam prædictam non debere dari
Comitatum Goffredo in illis verbis, *que es*
en la Bara del Reyno, y cosas importantes
estas dos fortelezas Olsusto, y Vsealui, & in-
ferius, *que para lo que el es, que quiera le sera*
arto. annuens magnus Capitaneus hunc Co-
mitatum cum duabus arcibus situm in con-
finibus Regni non esse dandum in posse Gof-
fredi, de eo non confidens, qui paulo ante
contra eius Regem rebellauerat; & vt parũ
fidelis quieti Regni potuisset esse infestus: sic
enim ob publicam Regni quietem, & vtilita-
12 tem Rex hæc omnia fecit, & clarum est ra-
tione publicæ vtilitatis Regem non solum
posse retinere bona, & non dare, verum
etiam à subditis posse illa auferre *l. item ver-*
beratum, §. 1. ibi Angel. de reiuend. quin etiam
Serenissimus Rex Catholicus recte potuit
de dicto Comitatu disponere, etiam quod
Goffredus nõ fuisset rebellis, prout notorius
rebellis extitit: quia Rex ille non successit
Regi Federico, sed Regnum obtinuit sua
virtute, vt successor Regis Alfonsi Primi;
13 ideoque gesta per Regem Federicum non
tenebatur seruare, nisi quatenus appareret,
illa confirmasse, *Loffred. in cons. 4. num. 18.*
& cons. 21. col. fin. tradens numquam vidis-
se obtemperũ in Regijs Tribunalibus vt pri-
uilegia Regis Federici non confirmata per
Regem Catholicum obseruarentur. Vnde
cum Princeps Goffredus non habuerit con-
firmationem concessionis Regis Federici à
Rege Catholico, nec modernus Princeps à
Cesarea Maiestate, omnino repellendus erit:
debet enim Serenissimus Rex, hunc moder-
num Principem descendentem à sanguine
infecto non audire; & Ducem conuentum
fidelissimum, à progenitoribus fidelissimis
14 descendentem non molestare, si quidem
ratio prouocat & terret, *l. quod si nolit, §. qui*
mancipia. ff. de edil. edit. & maiorum exem-
pla filijs præiudicant, *l. si cohartalis, C. de*
cohartal. lib. 11. ac in filijs, & cæteris descen-
15 dentibus paternis, & hæreditarij criminis
exempla metuuntur, *l. si quisquis, C. ad l.*
Iuli. Maiest. sic enim crescit fidelitas, quæ
potissimũ mouent Regem rescribendo stan-
tibus exceptionibus oppositis Ducem su-
pramodum fidelem amplius non molestari.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Filia primogenita ex tenore inuestituræ,*
& lege Regni secundogenita præfertur.
2 *Filia secundogenita existens in capillo præ-*
fertur secundogenitæ maritatæ, & dotatæ
virtute constit.
3 *Filia primogenita non excluditur à succes-*
sione propter dotem promissam, vel etiam
solutam viro.
4 *Filia minor annorum quindecim dotata,*
si propter dotis receptionem enormiter est
læsa, perdendo successionem restituitur in
integrum, restituta summa recepta.
5 *Læsio incerta tempore dotationis, certifica-*
ta tamẽ ex posteriori euentu retrotrahitur
ad initium.
6 *Restitutio conceditur aduersus contractum*
in minori ætate gestum, licet læsio in maio-
ri ætate fuerit consummata inspecto ini-
tio.
7 *Pater, vel frater in partem dotando filiam,*
vel sororem, & volentes illas succedere,
ista dotata in partem succedunt, & præfe-
runtur non obstante tali dotatione.
8 *Filia dotata à patre, & protestata patre con-*
sentiente quod ex hoc non renuntiat feudi
successioni, conseruat sibi ex dicta protesta-
tione

Digitized by Google

tione ius succedendi, & num. 9. 10. quia consensus nocet patri, & eius haredi, & num. 16.

11 *Protestatio filia tempore dotationis, quando sola est filia; non est necessaria, quia tunc propter dotem non excluditur; sed quando habet sororem in capillo, & referuntur verba Andr.*

12 *Soror dotata à fratre de suis bonis, fratre sine filijs decedente, excluditur à fratris successione, etiam quod sola sit, tamquam dotata, & fiscus in feudo succedit de iure constit. Regni, & num. 14 & 18.*

13 *Filia primogenita dotata à patre non simpliciter excluditur, sed conditionaliter si filia in capillo extiterit, & num. 17.*

15 *Sorori, qua dotata à fratre de bonis suis omnino excluditur indistincte, non opitulatur consensus prastitus per fratrem protestationi ipsius sororis reseruantis sibi feudi successionem, & num. 18.*

19 *C ap. Regni emergentium, emanauit in fauorem fisci venientis ad successionem feudi proprio iure, non vt haredis, vt nulla pactio, vel protestatio sibi noceat.*

20 *Pater, qui dotando primogenitam, expresse voluit, quod non obstante dotatione prafe ratur in successione secundogenita; potuit iure praeiudicare sibi, & suo haredi scilicet secundogenita, qua vt hares venit.*

21 *Reseruatio filia iuris succedendi tempore dotationis prodest, vt non excludatur; non obstante statuto, quod stante masculo, filia dotata ab intestato excludatur, & nu. 22.*

23 *Actus conditionalis sicut conditione impleta habetur, ac si à principio fuisset pure celebratus; sic è contra conditione defecta habetur, ac si non esset factus, & num. 24.*

25 *Successio, à qua famina fuit exclusa contemplatione masculi, deferenda est masculo, cuius fauore exclusa fuit.*

26 *Ius quod non potuit acquiri ei, qui fuit primo vocatus, seu pradilectus; non fuit ablatum à proxime sequenti.*

27 *Paria sunt quem decessisse sine masculis, & viuere cum masculis, sed esse inhabilem.*

28 *Statuto, quod stantibus masculis famina non succedat, si filius, vel frater existerent incapaces, non impeditur succedere filiam.*

Pro D. Ioanna de Capua.

ARGVMENTVM.

QVando filia non obstante dote constituta, vel soluta à patre, ad ipsius successionem in feudis admittatur, etiam existente sorore in capillis, per viam restitutionis in integrum: De effectu reseruationis succedendi in feudis factæ tempore dotationis, cum consensu dotantis, tam in successione parentis, quam fratris; & vtrum noceat fisco ad cap. Regni emergentium. De intellectu statuti, quod stantibus masculis, &c. & declarantur optime verba Isern. de nat. success. feud. num. 30.

CONSILIVM LXI.



IN anno 1580. quondã Illustris Comes Altauillarum non habẽs filios masculos, sed tantum duas fæminas D. Ioannam de Capua primogenitam, & D. Hyppolitam secundogenitam; volens præuenire eius iudicium, & prouidere antiquitati eius familiæ, ne Status ad alienam familiam deueniret: D. Ioannam primogenitam nuptui tradidit Domino Octauio de Capua, cum dote ducatorum quadraginta mille; soluendo statim contracto matrimonio ducatos quindecim mille, & restantes ducatos vigintiquinque mille sequuto obitu dicti Comitis absque masculis.

Promittit Octauius, quod dicta Domina Ioanna vti dotata de paragio renuntiabit Comiti, eiusque masculis; & in eorum defectum cum consensu Comitis Fabritio de Capua fratri, eiusque masculis, omne ius competens in bonis paternis, maternis, fraternis, & alijs quibuscunque deuolutis, vsque tunc ex testamento, & ab intestato, & in futurum deuoluendis ab intestato tantum: ea tamen lege quod si Comes, & Fabritius decederent absque masculis, renunciatio prædicta habeatur pro non facta, & D. Ioanna in dictis bonis debeat succedere, vti filia primogenita; non obstante quod fuerit dotata, & reperiatur altera soror in capillo, quæ vigore *Constitut. Regni* esset admissa, quia sub hac lege fuit tractatum, & conclusum matrimonium. Quinimmo in defectum masculorum Comitis, & Fabritij conuentum fuit dictos ducatos quindecim mille solutos censeri donatos Donnæ Ioannæ ob amorem paternum, & nõ per viam dotationis, vt dicta D. Ioanna maneat habilis successioni prædictæ non obstante quacunque dispositione; quia aliter D. Ioanna non re-

cepisset dictam dotationem, nec dictos ducatos quindecim mille, nisi per titulum meræ donationis, & non ob onus matrimonij, vel aliam causam. accesserunt etiam aliæ dispositiones, ex quibus perpenditur prædilectio Comitis erga D. Ioannam primogenitam.

Inhita prædicta capitulatione sperans Comes transferre Statum in Fabritium fratrem, illum misit ad Regem Catholicum pro obtinenda gratia prædicta; quam obtinere non potuit, vt notorium est, quia Rex iustus noluit præiudicare filiabus fœminis.

Et sciens Comes Fabritium non potuisse hanc gratiam à Rege obtinere in anno 1582 testamentum condidit, in quo hæredem instituit D. Hyppolitam secundogenitam in capillo sistentem, quia D. Ioanna primogenita maritata, & dotata reperiebatur; Verũ si dicta D. Hyppolita maritata reperiretur, vel ob aliam causam successio feudorum de iure spectaret ad D. Ioannam primogenitam, vel dicta D. Hyppolita succederet, & absque filijs decederet; in casibus prædictis, & quolibet ipsorum instituit hæredem vniuersalem D. Ioannam primogenitam, cum onere soluendi D. Hyppolitæ ducatos viginti sex mille si dotata non fuisset pro omni portione ad eam spectante, in quibus ipsam particularẽ hæredem instituit. & ex pluribus legatis similiter prædilectio Comitis erga dictam Ioannam inspicitur.

Ex prædicta capitulatione, & testamento Comitis duo clarissime colliguntur, primũ voluntatem ipsius fuisse prædiligere Fabritium fratrem, eiusque masculos, vt Statum haberent. Secundum si Fabritius non potuisset Statum habere, quia Rex non consensisset, prædiligere D. Ioannam primogenitam, eamque in omnibus præferre D. Hyppolitæ secundogenitæ, vt in Statu succederet.

Et sciens Comes, Fabritium fuisse exclusũ à Rege ab impetratione gratiæ prædictæ, & si certus esset D. Ioãnam esse suam legitimam succeditricem, quia tamen in testamẽto interuenit consilium illiusmet Aduocati, qui interuenit in prædicta capitulatione matrimoniali, clarum in dubium redigit, instituendo hæredem vniuersalem illam ex filiabus, ad quam de iure successio spectaret: idque fecit Consultor, vt grauaret hæredem oneribus legatorum, & euitaret difficultatem *Iacobi de Beluisio*, sæpius temporibus nostris decisam, si filia non vocata, quæ postea præter voluntatem disponentis succederer ad onera teneretur.

Mortuo Comite in anno 1587. Donna primogenita pacifice possessionem Status adepta est, in qua ad præsens reperitur.

Donna Hyppolita secũdogenita in M. C. callide præsentando partem vnius capituli testamenti Comitis, in quo in principio legebatur ipsam fuisse hæredem Vniuersalẽ; non citata Donna Ioanna, & absque causæ cognitione mediante præambulo fecit se declarari hæredem Comitis ex testamento, obtinuitque prouisiones generales pro capienda possessione bonorum, postea supersessas respectu feudalium.

Cumque id innotuerit Donnæ Ioannæ, & præsentasset in Magna Curia integrum testamentum, in quo apparebat non simpliciter Donnam Hyppolitam fuisse hæredem institutam, sed si ad eã successio spectaret, sin autẽ ad Donnam Ioannam ipsa fuit vniuersalis hæres instituta.

Magna Curia discusso negotio, & partibus plene auditis, decreuit, suspenso præambulo partes infra quatuor dies audiri; à quo decreto aliter per D. Hyppolitam non fuit appellatum; & sic iam iudicatum est in iudicio summario testamentum non opitulari D. Hippolitæ.

His peractis D. Ioanna in Sacro Consilio proposuit interdictum retinendæ possessionis vt in possessione iam adepta conseruaretur, eaque instante fuit inhibitum Magnæ Curiæ, quod non procederet, & D. Hyppolita intentauit remedium, *l. fin. C. de adict. diu. Adrian. tollen.* vigore testamenti Comitis; & nullo dato termino in causa. Nunc hic punctus decidendus est, si dicto remedio locus sit; pro cuius clara decisione duo tantum breuiter attingam.

Vnum de claro iure D. Ioannæ primogenitæ in quocunque iudicio etiam plenario proprietatis. Alterum quod D. Hippolita secundogenita non solum nullum ius fouet in proprietate, sed nec etiam, & multo magis in hoc summario per eam moto, *l. fin. C. de adict. diu. Adrian.*

Ad primum indubitatum est D. Ioannam
1 primogenitam ex tenore inuestituræ, & *lege Regni* D. Hyppolitæ secundogenitæ præferri; quæ licet opponeret à patre fuisse primo-
2 genitam maritatam, & dotatam, ipsamque in capillo sistentem esse præferendam, *ex eadem lege Regni, vt de successionibus, vers. filia autem*, ad id tamen pluribus modis satis clare respondetur.

Primo dotem non fuisse integre solutam; sed minorem partem, & maiorem fuisse promissam; & vtramque quantitatem non fuisse solutam, & promissam per Comitem D. Ioã-
3 næ filiæ, sed Octauio viro: quo casu talis solutio,

lutio,& promissio filiæ non præiudicat, *And. late de nat. success. feud. in add. post num. 18.*
4 quinimmo etiam si dos fuisset soluta,& promissa filiæ; quia tunc erat minor annorum quindecim, aduersus talem receptionem, ob enormem læsionem, perdendo successionem Status, in integrum restitueretur, restituendo receptum, & liberando promissorem; quæ læsio licet fuisset incerta tempore dotationis, quia potuisset Comes procreare masculum, qui filiam exclusisset; certificata est ex posteriori euentu: & quod incertum erat
5 à principio, deinde declaratum retrotrahitur ad illud initium, *l. quadam, de reb. dub. hæc omnia discurrit, & decidit Andr. alleg. loco de natu. success. feud. num. 26. & 27.* vnde si contractus est inhitus in minori ætate, ex quo læsio consumata insurgit; si in
6 maiori ætate sequitur, quia venit in consequentium actus gesti in minori ætate, restitutio datur initio inspecto, *l. 3 §. si quis cum minore. & §. scio, ibi glo. in vers. finem, Bal. cæterique, ff. de minor.*

Secundo Comes in partem dotauit Donnā Ioannam filiam, reseruando eidem successionem quando Fabritius nō obtinuisset Statum; & clarum est quando pater, vel fra-
7 ter in partem dotasset filiam, vel sororem, volentes illas succedere; quod succedant, & præferantur, non obstante, quod in partem fuerint dotatæ; *glo. & Andr. in d. constit. vt de successionibus, in vers. coniugata, & And. de nat. succ. feud. num. 31. Cum. in cap. si quis aliquem, in vers. dotare, in 3. quæstione, Greg. Sic. in tract. concess. feud. 4. par princ. in 5. q. vers. quinto principaliter, Blas. Lan. in cap. si aliquem, late Cannet in eod. cap. vers. & quia supra differui, num. 7. fol. 318. qui licet dubitet: in fine tamen nu. 23. firmat in iudicando difficile esse recedere ab opinione glo. & Andr. qui solus in Regno Euangelista vocatur.*

Vltimo, esto millies, quod filia maior in totum per patrem fuisset dotata; si recipiēdo dotem protestata extitit, quod non per hoc renunciat successioni feudi; si pater dans dotem consentiret protestationi, vt fecit
8 Comes; protestatio filiam iuuaret, quia consentiens præiudicat sibi, & suo heredi, *Andr. de nat. succ. feud. num. 30.* Et quamuis *Andr. ibi* obscure videatur loqui, illum tamen bene perlegendo, sic vere concludit. Prius enim firmauit protestationem fi-
9 liæ cum consensu dantis dotem, ei prodesse *allegando cap. Cumana, extra de electio.* Demum sensiens difficultatem opponit (hoc non bene dicitur, quia consentiens præiudicat sibi, & suo heredi; in patre non posset poni, à cuius successione non repellitur propter dotem.) In his verbis vult *Andr.* pa-
10 trem consentientem protestationi filię, sibi, & suo hęredi pręiudicare: sed in patre hęc protestatio filię, subintelligendo quando sola est, non est necessaria. Nam propter dotem non excluditur à successione patris, quod est, quando sola est; nam si haberet sororem in capillo, ab ea excluderetur à patris successione. Subdit *Andr.* in fratre mortuo sine hærede legitimo, similiter poni non potest: quia fæudum iure isto aperitur agnatis; in Regno Siciliæ fisco, qui excludit dotatam à fratris successione. nec fisco oberit consensus fratris in protestatione, quia non poterit facere consentiendo protestationi, vt *constitutio vt de successionibus* nō habeat locum. In his verbis
11 vult *Andr.* quod quando frater dotauit sororem de suis bonis, ipso decedente sine filijs; fiscus succedit, exclusa sorore; quæ statim, quod fuit dotata de bonis fratris, simpliciter, & omnino etiam, quod sola sit, ab eius successione est exclusa; quia sic indistinctè loquitur *constitutio vt de successionibus, in vers. coniugata autem.* In tantum quod *in dicta constitutione* duo casus dissimiles deci-
13 duntur, vnus quando tractatur de successione patris, filia primogenita ab ipso dotata non simpliciter excluditur, sed conditionaliter si filia in capillo extiterit; alias non excluditur si sola fuerit, *in d. constit. in vers. fi-*
14 *lia.* Alter quando tractatur de successione fratris soror ab eo dotata de bonis fraternis etiam quod sola sit, à successione fratris omnino est exclusa per fiscum, etiam quod sola fuerit; quia sic indistinctè loquitur *constitutio prædicta in vers. cōiugata.* Et isto casu dicit *Andr.* quando soror est dotata à fra-
15 tre de bonis suis, quia fiscus iure suo succederet; non posset frater consentiendo protestationi sororis, fisco venienti non vt hæredi, sed iure proprio pręiudicare. Ex cuius *Andr. theorica* tres casus colliguntur.

16 Primus, si pater dans dotem filiæ, consentit protestationi ipsius, quod non per hoc renūciat successioni; quod protestatio iuuat, & conseruat successionem in filia, quia consentiens protestationi, nocet sibi, & suo hæredi, & sic filiæ in capillo, quæ non potest venire nisi vt hæres, cum de fæudo hæreditario agatur.

17 Secundus, quando pater dotasset filiam, quæ sola est, non excluditur à successione propter dotem, si in altera in capillo non existerit; & tunc protestatio non est necessaria.

18 Tertius, quando frater dotaret sororem de

de suis bonis, quia soror, omnino esset exclusa à successione fratris, & Fiscus veniret iure proprio, & non vt hæres; protestatio sororis cum consensu fratris Fisco non præiudicaret. Et ex hoc dicto emanauit *Capitu-*
19 *lum Regni emergentium*, in fauorem Fisci, quod nulla pactio, nec protestatio iuuat tanquam facta in fraudē Fisci, cui cum veniat ex proprio iure nullum præiudicium inferri potest. In præsenti nos loquimur in primo casu, in quo filia primogenita dubitans per dotationem excludi à patris successione per alteram in capillo, cum consensu patris cōseruauit sibi ius successionis in Statu hæreditario, de quo nunc agitur. Immo Comes non solum consentijt protestationi d. Ioannæ, sed contemplatione matrimonij contracti cum Domino Octauio, qui aliter matrimonium non contraxisset; expressè voluit quod non obstante donatione D. Ioan-
20 na in successione præferatur D. Hyppolitæ: nimirum si Comes potuit præiudicare sibi, & suo hæredi, & sic filiæ in capillo, quæ vt hæres veniet. *Hanc decisionem Andr. sic verè intellectam sequitur Natt. in tract. statut. exclusi. fæm. posito in lib. simul. statut. Alber. Bruni in 2. princ. quæst. vers. 11. quæro, nu. 50. & propriè num. 52. fol. 129. Ad idem Bar. in l. fin. num. 2. & 4. C. de pact.* decidit
21 in terminis statuti stante masculo filiam dotatam ab intestato excludi; si filia recipiendo dotem cum consensu patris conseruauerit sibi ius succedendi, reseruatio profit; illa ratione, quia quando quis excluditur iure
22 succedendi propter iuris rigorem, & pater posset aliter prouidere, quod reseruatio iuuet, *Iaf. ibi num. 19. & 21. Curt. iunior. ibi num. 38. & de communi testatur ibi Cagnol. num. & clare Brun. in statu. in 6. part. princip. in 4. memb. quæst. 13. n. 252. fol. 38.*

Non obstat quod pars allegat fuisse à patre dotatam D. Ioannam, verum in defectum Comitis, & Fabritij absque masculis haberi pro non dotata. At nunc conditionem non esse in totum impletam; quia etsi Comes absque masculis decesserit, Fabritius tamen viuit, & habet masculum. Ideoq; sicut actus
23 conditionalis conditione impleta habetur, ac si à principio pure celebratus esset, *l. potior, §. 1. ff. qui potior. in pign.* sic è contra
24 conditione defecta, habetur, ac si non esset factus, *l. necessario ff. de peri. & comod. rei vēd.* in tantū quod existentia Fabritij cū masculo operatur D. Ioannam fuisse à patre dotatā, & consequēter per sororē in capillo excludi. Respondetur clarissimè existentiam Fabritij cum masculo, tunc operari. D. Ioannam haberi pro dotata, quando id esset in beneficium Fabritij, & in exclusionem D. Ioannæ; quod esset si Fabritius gratiam à Rege habuisset obtinendi Statum. Etenim vt dixi primaria intentio Comitis fuit excludere D. Ioannam, & includere Fabritium, cuius fa-
25 uore illam exclusit, quæ cum fuerit remota à lucro successionis contēplatione Fabritij, eidem lucrum successionis Comes acquirere voluit, *l. pen. C. de leg. l. seruo legato, §. si testator, ff. de leg. 1. Bar. in l. 2. § videndū in princip. ff. ad trebell. Dec. cons. 584. n. 4. Curt. 93. num. 7. & 8.* Verumtamen quia Fabritio hoc ius non potuit acquiri, quoniam Rex
26 noluit; à Comite eiusque hærede, quæ est D. Ioanna primogenita, non fuit ablatum, *l. nec vtilem, ff. ex quib. maior.* Secundaria verò intentio Comitis fuit, si Comitatum in Fabritium transferre non potuisset, prout non potuit, et iam res deuenit ad eum casum, à quo incipere non potuisset; in illo voluit præferre D. Ioannam primogenitam D. Hyppo-
27 litæ secundogenitæ: qua de re idem esse Fabritium decessisse sine masculis; & nunc viuere cum masculis, esseque inhabilem, *l. 1. §. qui habebat, ff. de bonor. poss. contr. tab. inde Bart. ibi num. 2. & 3.* in statuto quod extante masculo fæmina non succedat,
28 tradit si filius vel frater existeret capax successionis, quod non impediat succedere filiā *per illum tex. & l. si necem, §. si deportatus, ff. de bon. liber.* ergo persona Fabritij cum masculis tunc dabat impedimentum D. Ioannę, quando Fabritius à Rege fuisset habilitatus in Comitatu prædicto: cumque ipse non obtinuerit, nec obtinere possit, & sit penitus incapax, & quæstio nunc tractetur inter primogenitam, & secundogenitam; omni iuri æquitati, ac voluntati Comitis congruit, primogenitam esse præferendam,

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 DIctio (sed) *denotat diuersitatem in iure, & in facto, limitans ea, quæ prius dicta erant, & num. 2. etiam si dictum generale aptum sit comprehendere id, in quo talis aduersatiua apponitur, & nu. 3.*

4 *Concessio, non petitio inspicitur, si illa est particularis, hæc vniuersalis; quod si è contra petitio particularis, concessio verò generalis, inspicitur petitio, & nu. 5. vtraq; verò si sit generalis, concessio secundum petita regulatur, & num. 6.*

7 *Interpretatio priuilegij, siue gratiæ à supplicatione desumitur.*

8 *Obligans se de amissione officij culpa substituti,*

tuti, & generaliter de omnibus culpis; intelligitur obligatus de tantū his, qua amissionem officij inducunt; cum quoad pecuniariam administrationem, cautum erat per fideiussionem praestitam, & num. 9.

10 *Bona fideiussoris in bonis principalis debitoris aggregantur.*

11 *Princeps obligationem ab aliquo exquirens, illam prout sui requirit intelligitur acceptare.*

12 *Nominatus in officio praestans fideiussores intelligitur in subsidium.*

Pro Hieronymo Centurione.

ARGVMENTVM.

SVbstituens quem loco sui in officio, cum clausula quod teneatur si officium amittatur culpa substituti, verū quoad pecuniariam administrationem, quod substitutus teneatur dare fideiussores: teneatur substituens respectu pecuniariae administrationis, concesso in omnibus Regio assensu secundum petita.

CONSILIVM LXII.



DANIEL Centurione desiderans renunciare eius officium Perceptoris Prouinciae Bari Regiae Curiae in beneficium Stephani Catanei; quia in hac renunciatione assensus Cath. Maiestatis requirebatur, interim preces obtulit Illustrissimo Viceregi, vt dictus Stephanus tamquam Regēs officium administraret, & in supplicatione si id fieret, tria expraese narrauit, & voluit, Primum, quod si interim Daniel decederet, officium Regiae Curiae sit deuolutum; Secundum, quod si ob culpas, & defectus Stefani officium admitteretur, pariter Regiae Curiae acquiratur; Tertium quod quantum spectat ad administrationem pecuniariam, Stephanus praefatus dabit fideiussionem ducatorum viginti mille, idque dicit in vltimis illis verbis, *però quanto tocca all'amministratione pecuniaria.* Et licet exprese Daniel non dicat, nolle teneri pro Stephano ex causa administrationis pecuniariae, tamen in genere id expressit: si quidem in primis duobus casibus Daniel in se periculum assumpsit: quādo postea in tertio casu exprimit illa verba, (*però quanto tocca all'administratione pecuniaria*) noluit teneri; cum dictio illa vulgaris (*però*) latina vero (sed) dictio aduersatiua sit, cuius natura est, cum profertur sine copula (&) vt aduersetur, & diuersitatem inducat ab his, quae prius dicta sunt in facto, & in iure, *glos. in l. qui vsufructum, in vers. sed qui actum, ff. de verb. oblig. in l. hoc amplius, §. de his, in vers. autem, ff. de dann. infect. Bar. Ias. caeterique in l. patris, & filij, ff. de vulg. & pupill.* & cum aduersatur, excipit, & limitat quae prius dicta sunt, *Dec. in cap. at si clerici, § de adulterijs, num. 2. de iud. in cons. 303. num. 6. & 386. num. 7.* Quinimmo, & plus adeo aduersatiua operatur diuersitatem, vt si dictum antecedēs generale sit aptum comprehendere, quod sub
3 aduersatiua ponitur, adhuc aduersatiua sequens stat exceptiue, & praecedentia limitat *Bar. in d. l. hoc amplius, §. de his, Alex. 142. num. 8. vol. 6.* ex his ergo liquet, Danielem in eius supplicatione voluisse nolle teneri pro Stephano ex causa administrationis pecuniariae.

Dominus Vicerex supplicationi Danielis modo, & forma desuper allegata respondet, consentiendo, quod Stephanus vt Regens officium administret vice Danielis Centurionis; dummodo praestet fideiussionem duc. vigintimille de bene, & fideliter administrando, ac reddendo computum, iuxta solitum; & cum alia declaratione, quod de culpis, & defectibus Stephani Daniel principaliter teneatur; & si Daniel interim decederet, officium Regiae Curiae sit deuolutum; etenim ad omnia supplicata per Danielem Princeps
4 iuxta petitionem respondit; nam quando generaliter supplicatur, & particulariter respondetur, inspicitur quod conceditur, & non quod petitur *l. 1. C. de diuer. rescript.* & è contra, si particulariter petitur, & ge-
5 neraliter respondetur; gratia ad petita restringitur, *argu. l. iubemus, C. ad velle. & l. eum seruo, ff. de contrah. empt.* sed quando petitio est generalis, & responsio genera-
6 lis, seu vtraque indefinita; responsio tunc secundum interrogata intelligitur, *§. prate-*
7 *rea, instit. de inut. stipul.* Imo si contingit dubitari de intellectu priuilegij, ad supplicationem decurrimus, quae illud declarat, *Bal. in cap. inter dilectos, §. caeterum, de fide instr. Alex. 75. col. 5. vol. 5. Rom. 80. Dec. 403. Soc. 103. fin. col. 3. vol.* Si enim Daniel in supplicatione in primis duobus casibus voluit teneri, in tertio vero administrationis pecuniariae pro Stephano noluit teneri: cum Princeps omnibus respondendo, consentijt, Stephanum vti Regētem administrare, praestita per eum fideiussione de reddendo computum,

porum,& fideliter administrando,iuxta solitum; iam consentijt iuxta petitionem Danielis, ipsum pro Stephano non obligari pro administratione pecuniaria: cum gratia, & priuilegium declarentur per petitionem, & responsio intelligatur conformis petitioni, *l. §. praeterea, & l. si defensor, §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio.*

Nec dicatur, Viceregem generaliter voluisse Danielem principaliter teneri de culpa, & defectibus Stephani, quasi voluerit de omni culpa in omnem casum illum teneri, *argu. l. si quis pro eo. §. si nummos, ff. de fideiuss.* taliter quod si Stephanus Regiae Curiae non soluerit, quia culpa in eo posset cōsiderari non soluendo, ad id Daniel teneatur: nam particularis fuit petitio Danielis exponentis de culpis, & defectibus Stephani teneri; intelligitur de illis culpis,& defectibus,
8 qui inducunt priuationem: quia si particulariter petitur, & generaliter respondetur, responsio secundum petita restringitur, *arg. l. iubemus C. ad velleia. & l. cum seruo, ff. de contr. empt.* voluit.n.Daniel amittere officiū, si Stephanus ab eo nominatus in officio deliquerit; perinde ac si ipse deliquerit, quo casu officium perditur, *l. si aliquid, C. de susceptorib. lib. 10. & l. Iudices, C. de dignitatib. lib. 12.* De hac culpa amissionis officij intellexit Daniel; ergo pariter de illa Vicerex intellexit: nec de alia potuit intelligere, quae forte posset considerari in persona Stephani non soluendo; cum ob id cautum erat Fisco per insolitam fideiussionem à Stephano datam duc. vigintimille. dico insolitam,
9 quia solita erat duc. decemmille; quae tanto magis arguit, noluisse Danielem ex causa
10 pecuniaria pro Stephano obligari; cum bona fideiussoris in bonis rei aggregentur, *l. si plures, §. praeterea, lo secondo, ff. de fideiuss. Alex. 67. in fin. 6. vol.*
11 Praeterea si intentio Viceregis fuisset, pro ut numquam fuit, obligare Danielem pro Stephano ab eo nominato ob causam administrationis pecuniariae; praesumeretur id voluisse, prout ius intelligit, *arg l. si eui. ff. de seruit. & l. quamquam de rit. nupt.* sed dum
12 quis nominat aliquem in officio, & nominatus prę stat fideiussores de soluendo; in subsidium nominator tenetur, excussis prius nominato, eiusque fideiussoribus, *l. 2. in princ. C. quo quis ord. conue. lib. 11. l. quoniam augerio, vbi glo. Ioan. de Plat. caeterique, C. de conuenie fisc. debitor. & l. Imperator, iuncta glo. ff. ob municipales.* Fit in praesenti, hac legis prouisio cessat per prouisionē hominis, postquā ex desuper allegatis clarissime liquet, Danielem noluisse teneri pro Stephano ex causa administrationis pecuniariae, & eodem modo Viceregem consentijsse; quibus fit onus soluendi pro Stephano Regiae Curiae esse eius fideiussorum, qui nullo modo (etiam obtenta cessione iurium à Regia Curia) poterunt molestare Danielem non obligatum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Priuilegium quando per non vsum ammictatur.
2 Priuilegio non vtens, quia occasio vtendi nō se obtulit, an illud amictat, & quando.
3 Priuilegium habens effectum momentaneū consistentem in non faciendo, per vnicum actum contrarium amictitur.
4 Priuilegium habens effectum successiuum, per vnicum actum contrarium non amictitur.
5 Immunis à datijs, si semel, & pluries soluit, an illo actu tantum solutionis sibi praeiudicauit, sed non in futuris.
6 Priuilegium habens effectum successiuum, vt per actum contrarium tollatur, quantū tempus requiratur, & testatur de communi.
7 Priuilegium concessum Collegio, vel Ecclesia habens tractum successiuum, quanto tempore per contrarium vsum tollatur.
8 Priuilegium ex vsu est interpretandum, & extendendum.

Pro Ioanne Hieronymo Albertino.

ARGVMENTVM

Priuilegium an, & quando per non vsum ammictatur; & an sit aliquod discrimen inter priuilegium concessū personae,& Ecclesiae,& quid in immunitate.

CONSILIVM LXIII.



VANDO priuilegium tollatur per non vsum, & quando per actum contrarium Scrib. ita distinxerūt.
1 Primo casu si conceditur facultas aliquid faciendi, puta nundinarum; & tunc per non vsum de-

cem

2 cem annorum amictitur, à *l. 1. ff. de nund.*
Bart. in l. fin. num. 6. de const. princ. Felin.
qui alios allegat in cap. cum accessissent. num.
3 *37. de const.* Idque procedit per non vsum
voluntarium, quia priuilegiatus potuit vti,
& noluit; secus autem, si non potuit vti, quia
occasio se non obtulit, *l. si an attilicinius, ff.*
de serui. rust. præd. l. in filijs, vbi Bar. de de-
cur. lib. 10. Secundo casu si priuilegium con-
cedit aliquid non faciendi, & tunc vel habet
effectum momentaneum, aut effectum suc-
3 cessiuum; si habet effectum momentaneum,
per vnicum actum contrarium amictitur, *l.*
2. C. de iur. dom. impetr. Bart. in d. l. fin. post
4 *num. 6.* Si vero habet effectum successiuum,
quia recipit reiterationem, vt in priuilegio
immunitatis, quod non soluantur Datia, seu
quod quis non habeat munera; & tunc si spõ-
te vnum acceptauit, in alijs sibi non præiu-
dicat, *l. voluntariè, C. de excusat. tut.* inde
5 tradunt ibi *Cin. & Salic.* quod immunis à
Datijs, si semel, & pluries soluit, in illo actu
tantum solutionis sibi præiudicauit, sed non
in futuris solutionibus, *ad idem Bart. in l. 2.*
ff. de veteran. & ratio est, quia actus taciti, &
voluntas tacita non ita late sunt interpretã-
b di, sicut expressi; b sed catenus, quatenus se
extendunt, ex quibus voluntas tacita resul-
tat, *l. 1. §. Iulianus, & §. hoc interdicto, vbi*
c *Bart. ff. de itin. actu. priu.* c requiritur ergo,
6 vt priuilegium habens effectum successiuum
per actum contrarium tollatur, vt ei con-
trauentum sit per triginta annos, *Scrib. om-*
nes in cap. cum accessissent, de const. Alex. 33.
n. 2. 3. 4. lib. 5. & hæc est communis opinio, re-
fert Gozad. in cons. 23 nu. 1. & num. 9. vers.
non obstant. Verum prædicta procedunt,
quando priuilegium est concessum priuatæ
personæ, quia tunc per contrauentionem
inducitur tacita renunciatio priuilegij: sed
7 quando priuilegium est concessum Ecclesiæ;
sicut Canonici, & singulares personæ Eccle-
siæ expresse non possent renuntiare priuile-
gio ei indulto, ita contraueniendo non pos-
sent tacite renuntiare; & proinde vt tolla-
tur, necesse est vt contrauentum sit, & ei pre-
scribatur per quadraginta annos, *est text. in*
d *cap. accedentibus, de priuileg.* d cui est stan-
dum, licet de præscriptione triginta annorũ
loquatur, *tex. in cap. si de terra, eo. tit. Abb.*
in d. cap. cum accessissent post num. 7. vers. 2.
& ibi Felin. nu. 48. In præsenti liquet fuisse
concessum Monasterio Montis Virginis, pri-
8 uilegium vt eius vassalli sint immunes à qui-
buscunque Datijs, hoc priuilegio stricte vsi
sunt, quia in passibus tantum immunitate
gauisi sunt, & non in Dohanis; nimirum si sic
stricte in passibus tantum, & non large in
alijs, priuilegio vti debent, *ad Bar. & Ang.*
in l. vsum aquæ, C. de aquæd. pariter quia
Dominus Ioan. Hieronymus Albertinus ple-
nissime probauit, ne dum per annos quadra-
ginta quod sufficeret; sed per immemorabi-
lem, vassallos huius Monasterij continuo
soluisse ius Dohanæ in Ciuitate Nolana; cla-
rissime sequitur illud priuilegium esse su-
blatum, ex quo illi est contrauentum legiti-
mo tempore quadraginta annorum, *d. cap.*
cum accedentibus, cum tanto tempore pri-
uilegium Ecclesiæ per cõtrauentionem tol-
latur; & proinde vassallos huius Monasterij
non esse immunes circa ius Dohanæ, & Do-
minum Albertinum absoluendum fore iuri-
dicè sentio.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. Vide ad hanc materiam latis-
sime tradita per *D. Garz. Mastrill. decis. 96.*
lib. 1. vbi infinitos congerit.
b *Crauet. cons. 34. nu. 3. Guid. cons. 10. nu.*
24. lib. 1.
c cum alijs à *Surd. decis. 33. num. 18. & de*
alim. tit. 4. q. 16. num. 28.
d. Priuilegium concessum Vniuersitati, & po-
pulo non tollitur etiam per contrauentionẽ
singulorum, *Corn. cons. 229. n. 2. lib. 1. And. de*
Barul. in l. 1. C. de his, qui spon. mun. pub. suf.
l. 10. Alex. cons. 33. lib. 5. Dec. in alleg. c. cum
accessissent num. 95. Euerar. perbelle cons. 21.
num. 21.

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *ATtentata post litem contestatam non solũ*
reuocantur, sed etiam ea, quæ fiunt post
citationem, sine libello, & ex mero officio
iudicis, & num. 3.
2 *Iudex debet ad pristinum statum reuocare*
omnia, quæ dolo fiunt à partibus.
4 *Attentans lite pendente dicitur offendere*
Iudicem, iudicium, partem, & legem; &
qualiter.
5 *Attentata, vt reuocentur, duo sunt proban-*
da, & quæ.
6 *Possessio probatur ex fructuum perceptio-*
ne.
7 *Dominus vtilis dicitur abuti re, quando*
mutat formam, & qualitatem ipsius.
8 *Attentasse quando dicatur, & quid sit atte-*
tare.
9 *Possidere præsumuntur debiliores, & poten-*
tior non præsumitur spoliatus à minus po
tenti.

10 *Spo*

Digitized by Google

10 *Spoliatus lite pendente, & agens remedio attentatorum non tenetur aliquo titulo colorare suam possessionem in profanis, sed tantum in beneficialibus.*

11 *Actentata ante omnia sunt reuocanda.*

Pro Ciuitate Grauinæ, contra Ducem ipsius.

ARGVMENTVM.

DE actentatis lite pendente, quid sit actentare, quiue actentator, quæ sint probanda vt actentata reuocentur. Et tandem quando, & quæ actenta debeant in pristinum reduci.

CONSILIVM LXIV.



PVNCTVS (de quo quæritur) videtur esse sine difficultate, nam post litem
motam ad instantiam Ill.
Ducis, contra Ciuitatem
Grauinæ super Demanio,
Vniuersitate possidente Ill. Dux innouauit,
attentando contra solitum in præiudicium
Vniuersitatis in nonnullis, vt ex memoria
1 facti. Sed quod reuocentur non solum ea, quæ
post litem contestatam attentantur, sed etiã
quæ antea fiunt post tamen citationem, sine
libello, sed ex puro, & mero Iudicis officio,
est glo. in clem. 2. in vers. cum litem, circa
2 *med. vt lit. pend.* omnia enim, quæ dolo, vel
male fiunt à partibus, pertinent ad officium
iudicis, vt illud in pristinum statum reformet, *Innoc. cap. bone, circa fin. de appell.* &
3 in specie debet corrigere, & reuocare lite
pendente innouata, & attentata, *Bald. in cap. sancimus, lo secondo, post num. 2. quo temp. mil.* Et sic non solum in statum pristinum possessio reducetur, sed Ill. Dux, vti
reus violentiæ tenebitur, *l. vnica, circa fin. C. de suff. l. si constiterit, & ibi Bar. C. fin. regun.* & est iustum, nam inuasor debet puniri. *l. inuasor, C. vnde vi,* & violentos coercere, non est contra legem agere, sed subsidium facere, *not. in cap. 2. de priuileg.* nec
debet quis propria authoritate aliquid sibi
4 præsumere, *not. in cap. sane, de priuil.* Propterea dicimus quod fuit offensa lex, pars, iudicium, & Iudex, *Alex. cons. 99. num. 9. 5. vol.* iudicium, & Iudex, quia lite pendente non est auferenda possessio, *not. in cap. 1. vt lit. pend.* ex quo tota res ad iudicem, vti virum bonum fuit remissa, *l. si ita quis promiserit, §. 1. in fin. & l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig.* offendit partem, nam attentando obscurum fecit, si vniuersitas possidet
vel ne *Alex. cons. 88. post num. 31. 5. vol.* sed
5 quia clare constant duo quæ tenebatur probare, videlicet fuisse innouatum, & quod lite pendente *cap. non solum, in glo. fin. circa med. de appell. in 6.* vniuersitatem possidere, & esse turbatam, *Alex. cons. 73. num. 10. 3. vol.* debet obtinere, cum possederit tempore litis contestatæ, *§. hodie, instit. de interd. l. 1. §. fin. vti possid. cap. licet causam, de probat. Glo. magistra in l. extat, quod met. cau.* Dux enim in præcibus Illustrissimo Proregi oblatis asserit post mortem Ill. quond. Ducis Ferdinandi, & prætensam locationem territorij, & Demanij dictæ Ciuitatis fuisse finitam, & beneplacitum extinctum, & se nunquam in eo fidasse, nec fidare animalia, nec fructus percipisse, neq; percipere; sed ipsam Vniuersitatem fructus omnes ex eo percipisse, & percipere, petendo eam ad illorum restitutionem condemnari: & sic fatetur illã
6 possedisse, & possidere, nam perceptio fructuum probat possessionem, *Dyn. Bar. Bal. & alij in l. titia, ff. de solut. & idem Bar. in l. 2. C. de acquir. possess. Bal. in l. 3. C. fin. regun. Socc. cons. 131. num. 7. lib. 1. cons. 187. vers. 11. lib. 2. Afflict. decis. 167. num. 3. Phil. Dec. cons. 400. n. 3. vers. secundo ex perceptione fructuum, Rip. post alios, in l. 1, num. 109. ff. sol. matr. Aym. cons. 107. nu. 2.* Ex quibus fit quod dictus Dominus Dux debet Demanio vti, eo modo, & in eo statu, in quo prius
vti solitus erat; non alterando, nec mutan-
7 do qualitatem, formam, & statum rei: alioquin non vti, sed abuti diceretur, *arg. l. hactenus, §. vlt cum l. sequenti, & l. aequissimum, §. sed si ædium, cum simil. ff. de vsufr.* Sed Dux iste multa, vt ex actis apparet, in præiuditium Vniuersitatis, & Ciuium lite pendente etiam contra decreta Regiæ Cameræ fecit, & sic diuerso modo vsus est. Ergo innouasse, & attentasse lite pendente censetur. Merito omnino ante omnia huiusmodi actentata reuocanda sunt, *cap. cum testamur, & ibi Doct. præsertim Franc. 1. not.*
8 *de appell.* vbi dicunt non actentare eum, qui vtitur eo modo, quo ante litem vtebatur: Ergo à contrario sensu satis colligitur, quod si diuerso modo vteretur, esset actentatum, *l. 1. ff. de offic. eius. l. cum prætor, ff. de iudic. & expresse not. glo. magistra, in ver. reducendum ad medium, ver. dic tamen, in cap. non solum, & ibi annotant omnes, de appell. in 6. & ex pluribus id ipsum probat Berous cõs. 118. cum Alfonsus num. 7. & iterum nu. 14. lib. 3.* Et successiuè qui iudicem circũuenit,

& par-

& partem, non debet fine pena transire, *Bal. in conf. 227. num. 3. circa finem, 1. vol.* Et prædicta eo magis procedent, quia iuris præsumptio est, quod debiliores possideant, & non præsumitur quod potentior sit spoliatus à minus potente, *Alex. d. conf. 99. post num.* 10. & sic non Ill. Dux ab Vniuersitate, sed Vniuersitas à Duce.

10 Et quando quis agit remedio attentatorum, quia dicit se lite pendente fuisse spoliatum; non tenetur aliquo titulo colorare suam possessionem in profanis, sed solum in beneficialibus *tradunt Domini de Rot. decis. 2. in antiquis, tit. de rest. spol. & ita fuisse pluries iudicatum refert Steph. Aufr. in dec. 15. Capp. Tolos. dicens hoc esse priuilegium attentatorum. Idque originaliter firmant Phil. Franc. & Ant. de Butr. in cap. bonæ, extra de appel. Lap. & Dom. de Sancto Gemi. in cap. ad decimas, de resti. spol. in 6. Io. And. Host. & Innoc. in c. 2. de in integr. rest. quos refert, & sequitur Alex. d. conf. 99. num. 7. vol. 5. ubi additio firmat hanc opinionem vti veram practicari, allegant bonum tex. in cap. si consliterit, extra de accus.*

11 Et prædicta attentata Iudex debet ante omnia reuocare; *vt probatur in d. cap. non solum, in verb. debet, vbi Ioan. Andr.* tradit quod iudex faceret iniustitiam, si ante omnia non reuocaret attētata, *sequitur ibi Anchar. & Io. Monac. in cap. cum præses, §. penul. de elect. in 6. Phil. Franc. in cap. dilecti filij. vers. secundo quæritur, de appell. Bal. in l. appell. num. 4. C. de appell. Afflict. decis. 98.*

Præterea per Regiam Cameram in beneficium Vniuersitatis fuit per decretum alias prouisum quod lite pendente nihil per dominum Ducem innouaretur, & expeditæ nõnullæ prouisiones quod nihil innouaretur, & innouata ad pristinum reducerentur: & tamen in contemptum litis pendētis, tot prouisionum, & decreti Regiæ Cameræ, fuerunt prædicta omnia attentata. Ideo spero pro huius decreti, & prouisionum exequutione, debere prouideri omnia innouata esse ad pristinum reducenda iuxta formã iuris. Cætera suppleat doctrina, & religio Ill. Dominorum iudicantium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium ei defertur, qui hæres esse vult; ideoque in feudo hæreditario succedens ad onera tenetur, & nu. 2.*

2 *Feudum quod dicitur ex pacto, & prouidentia habito respectu ad pactum acquirētis, & prouidentiam concedentis; verum si in eo adijciatur qualitas hæreditaria, hæreditarium dicitur; & tamen feudi natura non mutatur, nam intelliguntur vocati hæredes ex sanguine, non extranei, & num. 4.*

5 *Feudi natura potentior est, quam qualitas hæreditaria, cum illam restringat; & quãdo disponit testator contra feudi naturam, illa tamquam potentior dispositionem infringit testatoris, vocando descendentem, ac proximiorem, & num. 6.*

7 *Vocatus ad feudum à testatore non institutus, venit ad feudi successionem ex prouidentia concedentis, & nõ tenetur ad onera.*

8 *Feudatarius habens fratrem si instituat extraneum, poterit alter frater feudum ab instituto adimere.*

9 *Filius succedens in feudo hæreditario dicitur non posse repudiare hæreditatem, intelligitur quando ad hæreditatem venire potest ex testatoris dispositione, qui illum instituit.*

18 *Filius, qui non ex culpa sua, sed testatoris hæres non est, ad onera non tenetur; quia cum per eum non stet quo minus sit hæres, veniet vt agnatus ad infringendam voluntatem testatoris, qui dedignatus est illum instituere, & num. 11.*

12 *Hæres inane nomen retinere non debet, sed fructum aliquem ex hæreditate consequi; ideoque si ita grauetur, vt adimplens, commodum non sentiat, adimplere non tenetur & contra factum testatoris venire potest, & num. 13.*

14 *Lotharius, & Federicus rigidi alienationes feudorum prohibuerunt, ne status feudatariorum attenuaretur, vtque diuites seruire domino possent; & propterea omnes calliditates excluserunt.*

15 *Testator, qui tantum grauat, quantum suffert valor feudi, dicitur fraudare successorem, ac si ei feudum non relinqueret.*

16 *Via vna quod prohibetur, alia permitti non debet.*

17 *Hæres non tenetur approbare defuncti factum tendens in fraudem ipsius.*

18 *Legata ex testamento nullo non debentur.*

19 *Legatum nominatim relictum ab hærede scripto, non intelligitur repetitum à legitimo successore; & relictum ab eo, qui putabatur hæres ab intestato, nõ debetur ab eo, qui vere succedit ab intestato, & n. 20.*

21 *Legatum relictum ab eo, qui putabatur in solidum successurus, ab eo non debetur, qui succedit tamquam in potiori gradu existens.*

Digitized by Google

22 *Legatum relictum nominatim ab instituto, non intelligitur repetitum à substituto; secus si simpliciter, licet per nomen appellatiuum: quod non procedit in legatis fauore pie causa, & num. 24. qua declaratio non habet locum in succedente ab intestato, & nu. 25.*

23 *Succedens tamquam ex casu fortuito, quod est propter defectum assensus non impetrat, pro instituto ad legata non tenetur.*

25 *Subrogatus in omnibus assumere debet naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

26 *Ratio diuersitatis in substituto, & succedente ab intestato, quoad præsumptam voluntatem repetendi legata.*

27 *Affectio, & necessitudo disponentis circa personam, in quam dispositio confertur, inspicienda.*

28 *Clausula codicillaris grauat venientes ab intestato, non tamen operatur quoad fæudum, in quo nulla est dispositio testatoris; nec in eo, qui non capit hæreditatem, vt ab intestato, & num. 29. & 30.*

31 *Clausula solita apponi nullum arguunt inditium voluntatis, & non operantur vbi specialis requiritur disponentis voluntas, & num. 32.*

Pro Beatrice Pignatella, cum Hospitali Sanctiss. Annuntiatæ.

ARGVMENTVM.

PRoximior succedens in fæudo hæreditario contra voluntatem testatoris, qui alium fecerat hæredem excluso illo, qui de iure, & ex tenore inuestituræ ad fæudi successionem vocabatur; an teneatur ad onera, & adlegata.

CONSILIVM LV.



DOMINVS Io. Baptista Pignatellus in eius vltimo testamento, sub his verbis disposuit, *lasso herede nelle cose feudali il Signor Gio. Andrea Pignatello come quello, à chi spetta la successione, lo quale grauo che paghi all' Annunciata ducati otto milia de suoi propry denari*, quia hoc testamentum caruit at...iu, domina Beatrix Pignatella, vti proximior defuncti quia amita in tertio gradu, Magnifico Io. Andrea in quarto gradu existente; decreto Regiæ Cameræ fuit prælata, & in possessione fæudi in hæreditate Ioannis Baptistę remansi conseruata: quæritur nunc si Beatrix, quæ aliter non fuit grauata, nec hæres instituta, cum veniat ad hoc fæudum contra testamentum, & voluntatem testatoris teneatur soluere hoc legatum ducatorum octo millium Hospitali Diuæ Annunciatæ: & tribus mediis resoluendo contraria concludam dominã Beatricem ad tale onus non teneri.

1 Primo quamuis nota sit regula in fæudo hereditario quẽcũq; velit succedere oporteat esse heredẽ, ꝓpter qualitatẽ hereditariã, quæ 2 feudo inest, *And in § qd ergo, in fi. de inuest de re alien. fact.* & propterea succedentem ad onera per testatorem imposita teneri *iuxta l. cum à matre, C. de rei vend. & Andr. in cap. 1. §. hoc quoque num. 6. de success. fæud. cum concord.* vt sic Beatrix, quæ aliter non potest habere fæudum, nisi vt hæres defuncti, ad onera illius astringatur. tamen vt facilior sit responsio, cum in hoc cardo quæstionis 3 resideat, dico omne fæudum esse ex pacto, & prouidentia, ex pacto acquirentis, & prouidentia concedentis; verum aliquod esse ex pacto fæudum, cum qualitate hæreditaria, quando pro heredibus est datum; & aliud sine qualitate hæreditaria, *Andr. in cap. 1. in fin. qui succedere tenea. Cam. in cap. imperialem, cart. 95. lit. C.* & in isto fæudo ex pacto hæreditario verâ fæudi natura considerata, adeo vt non intelligantur alij hæredes, 4 nisi descendentes ex sanguine, non autem extranei *Dec. 171. Ripa in l. quæsitum, §. si cum tutor, de priuil. cred. & vltra omnes Camer. in cap. imperialem, car. 22. litera D.* & sequitur, & potentior erit illa veri fæudi natura, quæ adiectam qualitatem restringit, 5 quam hæreditaria qualitas, quæ respicit merum fauorem fæudatarij vltimi decedentis, ne sine herede moriatur, alias defunctus sine herede iniuria afficeretur, *§. 2. instit. quibus ex causis manu. non licet, not. per Andr. & Alios in cap. qui agna. & Cice. in oratione pro quintio dixit,* cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fãma, & extimatio cum bonis simul possidentur. Inde fit quando hæ duæ qualitates quod sit descendens, & quod sit hæres non possunt concurrere facto vlti-6 mi decedentis, qui alium voluit relinquere hæredem, quam descendentem, & vocatum; potentior qualitas quod sit vocatus; licet non sit hæres, attendatur, *arg. l. cum quæritur, ff. de stat. hom.* quasi testator voluerit fauori suo renunciare, quod ille qui erat vocatus

7 catus ad fæudum vt hæres, fauore ipsius non veniat vt hæres, cum alium hæredem instituerit; sed vt vocatus ex dispositione iuris, ex prouidentia concedentis, cum per eum non steterit quin sit hæres, *hoc sentit glo. in l. Regni constitut. Diua Memor. in vers. ex vtroque parente*, ibi quærit in terminis illius constitutionis, quod habens patrem instituit hæredem extraneum, quod fæudum poterit per alium fratrem ab instituto adimi, quia non possunt institui aliæ personæ, quam nominatæ in illa *constitutione*, quæ ex seipsis potius, quàm beneficio testatoris ad fæuda veniunt; & sic *glo.* concludit quod frater veniens contra testamentum fratris non venit vt hæres, sed vocatus ex dispositione iuris, & clarum est *glo. ibi* loqui in fæudo hæreditario, cum loquatur in terminis illius *constitutionis*, quæ procedit in fæudo hæreditario *secundum interpretes ibi, & præcipue Andr. in vers. fratres ex vtroque, illam glo. hoc modo intellectam, intelligit, & allegat Capyr. decis. 199. num. 4. & magis in specie Afflict. in decis. 385. num. 4.* & si non vt hæres, ad onera non tenebitur *huius sententia fuit etiam Iacobus de Beluisio in cap. 1. an agn.* loquens in terminis illius *cap.* quod non licet filio repudiare hæreditatem, intelligit quando filius potest hæreditatem patris habere, quia pater eum instituit in testamento, vel pater
9 mortuus est intestatus; sed quando non potest hæreditatem patris habere tanquam hæres, quia alius institutus est hæres, tunc fæudum habebit filius, non vt hæres, nec tenebitur debita defuncti soluere, *hanc sing. opinionem Iacob. de Beluisio sequitur Bald. ibidem in d. cap. 1. num. 9. an agnat. Præposi. num. 6. 1. limitation. Mart. de Lau. col. 1. Aluaro. num. 9. vers. subsequenter, Afflict. num. 4. 5. & 9. Alex. cons. 10. num. 8. vol. 3. & 26. num. 9 vol. 5. Paris de reintegr. fol. mihi 69. in vers. an si quis stipuletur, num. 2. Ias. in faud. epito. de success. faud. 2. limit. fol. 87. Iacob. de faud. in verbo ita quod ipsi inuestiti, num. 5. fol. mihi 37. Afflict. decis. 385. num. 4. & de faud. inuest. in verbo faudorum executionis; Capyc. decis. 164. in fin. & 199. num. 4. & 5. sing. Ruin. quem nemo allegat in cons. 17. num. 11. 1. vol.* omnes enim allegati *Doctores* communiter, & aperto ore concludunt, quod quando defunctus alium hæredem fecit, quia non stat per successorem quod sit hæres, sed culpa defuncti,
10 qui alium fecit hæredem, quod ad fæudum vocabitur, non vt hæres, & sic nec ad onera defuncti erit adstrictus: & ratio præcipua videtur esse, quia postquam defunctus dedignatus est hæredem facere vocatum ad fæudum, iniuria ipsum affecisse videtur, & contra propositum, & voluntatem testantis veniet; nimirum si ad legata non tenebitur *sing. tex. in l. eum quidam C. de fideicommiss.* & quia per ipsum non stat quin sit hæres, veniet vt agnatus ex dispositione iuris, *Capyr. decis. 64. num. 7. & Afflict. alleg. decis. 385.*
11 *num. 4.* & ex his clarissime tollitur obiectio veram esse regulam in fæudo hæreditario successorem vt hæredem venire, & ad onera teneri quando fuit institutus hæres in testamento, vel defunctus ab intestato decesserit; in his casibus erit hæres, & vera sit regula: sed alio instituto hærede, quia per defunctũ stat, quin sit ipse hæres, regula tunc limitatur, qa nõ vt hæres, sed vt agnatus ex dispositione iuris veniet, nec ad onera obligatur, *secundum præfatos Doctores communiter, & Afflict. in d. cap. 1. num. 9. vers. 3. limit. an agna.* Vnde cum Beatrix non fuerit instituta, sed alter; ad hoc fæudum veniet, non vt hęres, & successiue ad legatum de quo agitur non tenebitur.

Secundo præsupponatur hoc fęudũ remansũ in hęreditate Io. Baptistæ non esse valoris due. octomiliũ, & totã hæreditatem allodialem ducatorum tercentũ millium reliquisse Hospitali Annunciatæ; & habuisse propositũ Ioannem Baptistam defunctũ priuandi Ioannem Andream Pignatellum, quem successorem credebat via indirecta hoc fæudo, eum grauando soluere ducatos octo mille Diuæ Annunciatæ, quantum est valor fæudi. Si nunc Domina Beatrix non grauata, esset obligata soluere hoc legatum, vt hæres; inane nomẽ hæredis haberet sine aliquo fructu: & sic nec habebit hæreditatem, nec fæudum:
12 & isto casu successor non tenetur habere ratum factum defuncti, *sing. Iacob. de Beluisio in cap. titius, in fine, si de faudo fuerit controuersia,* ibi loquitur de patre, qui alienauit fæudum, & nihil in eius hæreditate remansit; quod filius quamuis vt hæres debeat succedere, quia tamen in hæreditate patris nihil
13 adest, poterit vendicando fæudum, contra factum patris venire, *refert, & sequitur Præpos. cap. 1. 2. limit. an agnat. & ibi Marti. de Lau. Iacob. de faud. in verb. ita quod ipsi inuestiti, n. 4. fol. mihi 37. & Afflict. optime in consti: diua memor. post num. 3.* dicens decisionem *Iacobi de Beluisio* procedere in fæudo paterno hæreditario, & non ex pacto, quia de illo non esset dubium, quod si sine consensu filij facta esset alienatio cum assensu, talis alienatio confecto inuentario nihil sibi præiudicaret, *And. in c. 1. an agnat. & alibi sæpius.*

14 Præterea nos videmus, quod Imperatores

Lotharius, & Federicus Rigidi prohibuerunt
alienationes feudorum,& omne commerciũ
super eis sine assensu domini; & hoc non alia
ratione nisi habendo respectum ad commoda
subiectorum, vt eorum Status non attenuetur,
sed diuites possint de his seruitia
præstare, hac potissimum ratione moti sunt,
c. 1. de prob. feud. alie. per Lothar. & per Federi.
& ab eo prohibuerunt, quod omne figmentum,
quod fuerit excogitatum in fraudem
illarum prohibitionum penitus irritarunt,
§. callidis de probib. feud. alien per Feder.
Si enim fœudatarius, qui non potest disponere
de fœudo sine assensu, & illud tene-
15 tur relinquere successuro; posset illum grauare
in pecunia quantum sit valor fœudi, &
nihil aliud esset in hæreditate: quis non
perspicit, quod per indirectũ disponeret de
feudo illud non relinquendo successuro, qui
grauatus in valore fœudi, illud foret obligatus
vendere; hoc est figmentum, quod non
erit permittendum, *d. §. callidis*, & fraus fie-
16 ret legi, quæ quod vna via prohibuit, alia
via non debet circumueniri; immo contra
legem fit, quando eius sententia... offenditur,
l. contra legem, & l. fraus, ff. de legi. quis enim
considerat quod in causa, de qua agitur, testator
legando omnia bona allodialia Diuæ
Annuntiatæ ducatorum tercentum millium,
non valens disponere de fœudo, voluit fraudare
Ioannem Andream, quem iam successorem
credebat dicto fœudo, illum grauando
in pecunia quantum est valor fœudi: manifeste
est fraus defuncti, qui habuit animum
fraudandi Ioannem Andream fœudo, quod
vigore inuestituræ deferebatur.& si hoc pro-
17 positum fraudãdi est clarum, clarius sequitur
verum successorem, quamuis hæredem,
quod est fortius, non teneri ad habendum
ratum factum defuncti, quando illud factum
tendit in fraudem successoris, *sing. Bar. & cæteri in l. 2. C. si quid in fraud patro.* & quia
hæreditas lucrum hæredi debet afferre, *tradit Bar. in d. l. 2.*
Vnde si nihil de hæreditate
defuncti Beatrix haberet, inane nomen hæredis
esset, & non mirum si non soluendo legatum,
factum defuncti poterit improbare.

Tertio, & vltimo dico, quod postquam
Ioannes Andreas fuit sub nomine proprio
grauatus soluere hoc legatum, & adeo nominatim,
quod de eius propria pecunia
soluere fuit grauatus, quia testamentum fuit
nullum, quo ad fœudalia sine assensu, *cap. 1.*
18 *de success. feud.* domina Beatrix successit: &
quia testamentum fuit nullum ex eo legata
nõ præstantur *Lex imperfecto, C. de fideicom.*
nec hoc legatum sub nomine proprio relictum
ab eo, quem successorem credebat censetur
repetitum à vero successore ab intestato,
qui venit præter spem,& contra voluntatem
testantis, *sing. tex. in l. cum pater, §. cum existimaret, de leg. 2.*
vbi legatum nomina-
19 tim relictum ab eo, quem insolidum successorem
credebat, si cum eo aliter in eodem
gradu successurus erat; quod legatum pro
dimidia præstabitur à grauato, & pro altera
dimidia non præstabitur ab altero successore,
cum veniant præter spem, & contra voluntatem
defuncti. inde *Bart. ibi sing.* tra-
20 dit legatum nominatim relictum ab eo, quẽ
successorem ab intestato putabam, non
deberi à vero successore ab intestato, maxime
si successor fuerit in alio gradu, quam
nominatus *per l. 1. in fin. de leg. 1.* illa ratione,
quia iste successor venit præter spem defuncti,
nimirum si ad nihil tenetur.& clarius
Paul. ibi causã de qua agimus decidit, quod
quando testator credebat quem in solidum
21 successurum, si iste nominatus in nihil succedit,
sed alter, qui erat in potiori gradu, vt in
præsenti accidit; quod legatum nominatim
ab illo relictum à vero successore non debetur,
idem tradit Imol. in l. si Titio, & Mauio, §. Iulianus, de leg. 2.
quod succedens contra
voluntatẽ defuncti generaliter non tenetur
ad legata, *Bart. in l. eam quam, post num. 6. vers. item illud, quod dixi in casu huius legis, & ibi Iacob. de Aren. in princ. C. de fideicom.*
quod venientes ab intestato non vrgentur
ad ea, quę nominatim fuerunt relicta à scripto
hęrede, cum veniant contra propositum
testatoris, allegant *l. celsus, §. quod alicuius de leg. 2.*
vbi legatum relictum tunc
deberetur à substituto *notant omnes in l. licet, de leg. 1.*
si ergo relictum nominatim ab
instituto non censetur repetitum à substitu-
22 to, qui succedit iuxta voluntatem testantis;
quanto magis,& sine dubio idem erit dicendum
in præsenti, legatum relictum nominatim
ab illo, quem credebat successorem, &
non deberi ab illo, qui venit contra voluntatem
testantis *secundum Imolam in d. l. si Titio, §. Iulianus*,
eo magis quia institutio
in persona Ioannis Andreę non valuit ob defectum
solemnitatis assensus, quo casu legata
non censentur repetita à venientibus ab
intestato; quia lex præsumit quod si testator
sciuisset talem defectum prouidisset, adhibendo
solemnitatem debitam, & voluisse
omni casu excludere venientes ab intestato:
quare si testator non prouidit, & per hoc institutio
annullatur, videntur venientes ab
intestato succedere, non ex iudicio, sed casu
fortuito, & propterea ad legata relicta à
23 scripto hærede non teneri, *l. sed si sic, de leg. 1. Iacob. de Aren. in d. l. eam quam, in princ.*
& pul-

& pulchrè Iason ibidem prope, ante num. 2.

24 Nec forte dicatur fauore piæ causæ legatum nominatim relictum ab instituto censeri repetitum, *Bar. in l. 4. §. lucius, de alim. & cib. leg.* loquens in legato alimentorum, *& Roman. in authent. similiter, C. ad l. falcid.* quia prædicti *Doctores* loquuntur legatum censeri repetitum à substituto fauore alimentorum; illa ratione, quia substitutus succedit secundum voluntatem disponentis, qui præsumitur voluisse, quod substitutus, qui subrogatur in locum primi instituti, cum eodem onere succedat, vt subroga-

25 tus assumat in omnibus naturam, & qualitatem eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio.* at nos non loquimur in substituto, qui venit ex

26 voluntate defuncti; nec in successore ab intestato: sed in eo, qui venit contra propositum, & voluntatem testantis, qui nec ex testamento, nec ab intestato succedit; sed contra testamentum ex dispositione iuris in vim sanguinis, ex prouidentia concedentis; ideirco ad onera defuncti non tenetur, *l. fin. de leg. 3. Imol. in d. l. si titio, §. Iulianus. Bar. & Paul. in d. l. cum frater, § cum existimaret, de leg. 2. & Afflict. in d. cap. 1. num. 19. in fine an agnat.* non enim est verisimile defunctus si sciuisset dominam Beatricem in necessitate constitutam, & filijs fœminis maritandis onustam, quam nimium diligebat, in fæudo successuram voluisse eam grauare soluere dictum legatum Diuæ Annunciatæ, sicut grauauit dominum Ioannem Andream, quem maximo odio prosequebatur: Considerasset enim sat esse pro Ecclesia Sancta Dei commodum ducatorum tercentum millium eidem relictorum, & fæudum esse dominæ Beatricis, vt posset commode filiam nuptui tradere; varia est disponentium affe-

27 ctio circa personas; & charitas, & necessitudo spectatur, *inquit l. si seruus plurium, §. fin. de leg. 1.* Nec similiter refragatur clausula codicillaris in testamento adiecta, cuius vigore pretenditur successorem ab intestato grauatum *l. ex ea scriptura, vbi omnes, ff. de*

28 *testam.* nam in præsenti nullo modo potest procedere, siquidem clausula codicillaris operatur vim fideicommissi vniuersalis, quod veniens ab intestato grauetur restituere hæredi scripto, qui onus adimpleat, *d. l. ex ea, Bar. Bal. Alex. cæterique in auth. ex causa, C. de lib. prat.* sed in causa, de qua agitur, hunc effectum clausula codicillaris non potest operari, quod domina Beatrix veniens ab intestato restituat fæudum hæredi scripto, ob defectum assensus; qui cum non adsit, sicut

29 testamentum quoad fæuda non tenet, sic nec clausula codicillaris, ex regula nulla dispositione defuncti in fæudo manente, *cap. 1. de success. feud.* nec etiam clausula codicillaris potest operari si successor ab intestato non adiret ab intestato; & necesse est vt adeat effectualiter ab intestato, quia tunc dispositа in testamento confirmarentur, *glo. in l. qui filio, §. 1. ff. de hæred. instit quam pro mirabili allegat Paul. in authent. ex causa post num. decimum quintum, & Iaf. ibi in fin. C. de lib. prater.* sed domina Beatrix non adiuit ab intestato, immo contra testamentum ex dispositione iuris successit: quamobrem clausula codicillaris nullũ habet effectum,

30 maxime quia hæc clausula solet apponi ex consuetudine notariorum, & non ex deliberata voluntate testatoris, & ex ea nullum oritur indicium voluntatis, *Bar. in l. 1. l. 9. ff. de iur. cod. Alex. 141. ad fin. 1. vol. Capyc. decis. 159. post num. 39. vers. respondetur,* & licet Notarius videatur rogatus ponere clausulas consuetas, & sic clausulam codicillarem; tamen ex hoc generali mandato non colligitur deliberata voluntas in casibus, in

31 quibus specialis voluntas requiritur, *pulchre Curt. iun. in auth. ex causa, num. 4. in fin. C. de lib. prat.* Hic ergo deliberata voluntas disponentis requirebatur, quod legatum nominatim relictum ab vno, deberetur ab eo, qui præter spem, & contra propositum ipsius succedat. Quare resolutis contrarijs concludo dominam Beatricem non grauatã, quæ nihil de hæreditate defuncti habuit & contra testamentum defuncti, & præter eius spem in hoc fæudo successit; ad præsens legatum non teneri, sufficiat: Ecclesiæ Diuæ Annunciatæ opulenta hæreditas allodialis ducatorum tercentum millium, & patiatur hoc fæudum sine onere possideri per Dominam Beatricem in tam maxima necessitate constitutam.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 **B**ona sita intra fines fæudi, possessa per Baronem cum toto fæudo, præsumuntur fæudalia.

2 *Fæudum si totum est, singula partes erunt fæudales.*

3 *Testibus deponentibus rem esse fæudalem, si reddunt causam scientiæ, omnino credendum est.*

4 *Inuentarijs publicè confectis creditur de bonis ibi descriptis, in præiudicium tamen conficientis, & successorum, & nu. 8.*

Y 3 5 An

5 *Antiquissima dicuntur, quæ metam centum annorum excedunt.*

6 *Inuentario publicè confecto, in quo bona feudalia sunt descripta, standum est, contrario non probato, & quare nu. 7.*

9 *Scriptura publica probat in ea contenta, etiam in præiudicium tertij noui possessoris; quando non principaliter producitur in præiudicium tertij, sed ad probandum dominium, & ius competens producenti.*

10 *Bona feudalia à Barone alicui concessa ad annuum redditum, si ad eum redeat ex lege feudi, redeat in primæuam feudalem naturam.*

11 *Bona allodialia feudo subiecta, Regi deuoluto, & denuo ab eo concesso feudo cum territorijs suis in feudum; efficiuntur feudalia.*

12 *Feudum esse præsumitur, quod cum superioris assensu alienatur.*

13 *Testes de auditu non probant.*

14 *Retentio datur contra hæredes eius, qui euictionem promisit.*

15 *Donatarius omnium bonorum, alio non existente hærede, potest conueniri.*

16 *Donatarius omnium bonorum, an possit directo conueniri per creditores donantis actione personali, vel prius sit contra eum agendum actione reuocatoria.*

17 *Donatarius omnium bonorum tenetur in subsidium ad onera donantis, quæ existunt tempore donationis, & quare.*

18 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

19 *Donatio omnium bonorum præsumitur facta in præiudicium creditorum præsentiũ, non futurorum.*

20 *Fraus non consideratur in futuris, nisi alia concurrant.*

Pro Diana Carrafa.

ARGVMENTVM

Bona quomodo, & qualiter præsumantur, vel probentur esse fæudalia; Donatarius omnium bonorum an possit directò à donantis creditoribus conueniri, & an teneatur ad onera donantis, & quando donatio omnium bonorum præsumatur facta in præiuditium creditorum.

CONSILIVM LXVI.



DVM Illu. Diana Carrafa vtilis Dña Flumariæ Muri, ex donatione sibi facta cõtemplatione matrimonij in anno 1533. per quond. Dominum Io. Cæsarem Carafam eius patrem, vendicando vinaem vulgo dictam *della Corte*, indebitè possessam per Dominam Donatam Carrafam; vult eam vti fæudalem, & malè distractam eius fæudo vniri, *iuxt. glo. in l. Regni consuetudinem* fundatam habet intentionem: Siquidem ex pluribus clarissime liquet vineam hanc esse fæudalem.

1 Primo, non negatur illam esse sitam intra fines fæudi Flumariæ Muri, eamq; vtiles Dominos dictæ Terræ cũ toto fæudo possedisse; propter quod nomen *la vigna della Corte* assumpserit. Nimirum si fæudalis præsumenda erit, Domino possidente, *Andr. in cap. 1. in addit. de contr. inter masc. & fæm.* & hæc præsumptio sufficit ad obtinendum, *Andr. in §. cum autem, vers. si vero, in princip. post num. 6. de contr. inuest.* ibi tradit. Si totum fæudum est meum; erunt etiam, & singulæ partes, & eiusdem iuris: quia turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, *cap. quo iure*
2 *8. distinct.* Adeoquod si totum est feudum; singulæ partes erunt feudales, vt vniuerso correspondeant. Semper enim vt feudalem hanc vineam Barones possederunt; quia pro
3 ea in functionibus fiscalibus nihil cõtribuũt, deponunt testes quamplures: quibus ita deponentibus, quia reddunt causam scientiæ quare sit feudalis, omnino credendum, *Alex. 136 post num. 7. vers. debet ergo, lib. 1.*

Secundo, apparet hanc vineam esse feudalem, quia descripta reperitur in vetustissimo inuentario confecto tempore Comitis Sinopolis, satis vltra centum annos; in quo inter introitus, & bona, quę Curia dictę Terrę Flumari possidebat, describitur vinea hęc cum eisdem finibus, qui nunc adsunt: & deinde iterato, vt feudalis describitur in quadam platea introituum Curię Baronalis in anno 1482. tempore quond. Bertoldi Carrafę Aui
4 D. Dianę. Standum est enim his inuentarijs tunc publicè confectis, & creditur illis de bonis ibi descriptis, in pręiudicium Baronis; quia tunc de alterius pręiudicio non tractabatur, *l. fin. vbi glo. C. arbitr. tut.* pręsertim si fuerint facta penes acta Curię, vt in prę-senti accidit; quia tanto magis illis creditur propter iudicis pręsentiam, & actorum fidem, *Bart. in l. chirographis, in princ. ff. de administr. tutor. Paris de reintegr. feud. fol.*
5 *mihi 46. post num. 15.* & quia vetustissima sunt metam centum annorum excedentia

quo

quo casu antiquissima dicuntur, *Innoc. in cap. venient, de testib. Imol. in l. 2. §. idem labeo, ff. de acq. pluu. arcen. Afflict. dec. 145.*
6 *num. 4. & 12.* & in specie, quod inuentario publicè confecto, in quo bona feudalia descripta sunt, standum sit, contrario non probato, *Iacob de Ardiz. in summa tit. quib. mo. feu. amit cap. quid si dubitetur; refert, & sequitur Paris in praalleg. loco num. 14* Hęc
7 enim inuentaria sic publicè confecta, libri censuales dicuntur; & proinde quod bona ibi descripta feudalia sint, plenè probant *cap. ad audientiam, de prascript. & l. census, de prob. Andr. in cap. 1. in fin. ex quib. cau. feu. amit.*

Nec dicatur inuentarium non probare contra tertium, & sic contra Dominam Donatam, *secundum Cyn. in l. fin. C. arb. tut.* Nam tempore inuentarij confecti centum annis retro vinea hęc, quę controuertitur, non erat Dominę Donatę: sed illam indebitè possedit ab anno 1540. citra. Si enim tempore inuentarij confecti vinea fuisset Dominę Donatę, ei inuentarium non pręiudicaret, *per l. censualis, C. de donat.* Sed vinea tunc erat Comitis Sinopolis, tunc temporis Baronis dictæ Terę Flumariæ Muri; qui si
8 illam in inuentario posuit vt fæudalem, contra eum, cæterosque successores inuentariũ probat, & pro eo præsumitur, *d. l. fin. C. arb. tut. facit ad id sing. decisio Abb. in cap. 1. nu.*
9 *5. de fid. instrum.* ibi tradit, quod scriptura publica probat in ea contenta, quia à principio habuit sua substantialia, etiam in præiudicium tertij noui possessoris. dat exemplũ, probo contra Titium nouum possessorẽ fundi, quod illum emi à vero Domino, qui mihi tradidit: non enim induco illud principaliter in præiuditium tertij, sed ad probandum dominium, & ius mihi competens, *l. 2. C. de acquir. poss.* Hæc ille, annuens scripturam antiquã nocere tertio nouo possessori: quam decisionem ad vnguem in inuentario, quod tertio nouo possessori noceat, *refert, & sequitur Afflict. decis. 324. num. 14.* Pariter non obstat, quod si in inuentario Comitis Sinopolis describitur vinea inter bona, quæ Curia Baronalis possidebat; in eo dicatur, vinea quæ fuit quond. Andreæ: ex hoc fortè arguens Aduersaria, vineam hanc allodialem; quia Baro ab Andrea habuit non iure Baronis, sed iure priuati. Nam plenè probatum est, Territoria conuicinia huic vineæ per alios possessa esse reddititia Curiæ Baronali; eiusdem enim qualitatis tunc centum annis retro debuit hæc vinea esse, arguendo à vicinis prædijs, *Andr. in cap. 1. §. quidam tamen, in addit. in prin. de contr. inter masc. & fæm.* & potuit illa, licet fuisset quondam
10 Andreæ, deuolui per redditum non solutum, vel per alium modum caducitatis; & tunc si ad Baronem reddije, ex lege fæudi, in primæuam, & originariam naturam fæudalem reddijt, *l. filius, quem pater, ff de liber. & posth & l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.* Immo si tunc clare apparuisset, vineam hãc allodialem, quod non est; Baro ex tunc illam feudo addidit, & vt feudalem per centum annos, & plus tenuit: quo casu, vel vt feudalem, fęudo vnitam, vel saltem vt burgensaticam fæudo subiecit: & vtroque casu incorporata est cum fęudo Flumariæ Muri; quod tanquã vniuersitas facti et allodialia de feudo comprehendit, *Cam. pulchrè in cap imperialem car. mihi 39. litera G. H. & I. de prob. feu. alien. per Feder.*

Tertio, fæudalis est hęc vinea: quia dato, quod allodialis fuisset in posse Comitis Sinopolis, sub fęudo tamen illam subiecit, vt su-
11 pra. Et quia ob eius defectum, Flumaria Muri deuoluta fuit Regi, in cuius posse omnia erant libera; si demum Rex illam concessit cum Territorijs suis quond. Bertoldo Carrafę in fæudum, omnia quæ allodialia erant in feudum concessit; & consequenter vinea si fuisset allodialis, effecta est fæudalis, *Andr. in §. huius autem generis, num. 13. ex quib. cau. feu. amit.* vt feudalis fuit possessa tempore Comitis, descripta in dicto inuentario: vt fęudalis tenta per Ioannem Cęsarem eius filium, & patrem actricis, qui licet illam concesserit quond. Alexandro Carrafę, ob defectum assensus reuocauit, & post reuocationem, assensus impetratus; pręsumi-
12 tur enim esse fęudum, quando alienatur cũ assensu Superioris, *Affl. in §. cum autem, n. 10. de contr. inuest.* vt feudalis fuit habita p Aduersariam, quę à patre recipiens donationem huius vineæ in anno 39. posteriorem donationi actricis, super ea tanquam fæudali impetrauit assensum. Quid egemus testibus? Quamobrem amplius non erit dubitandum, cam vt fæudalem, tanquam membrum male distractum, eius fæudo tanquam capiti esse vniendam, & reintegrandam.

Conuicta nunc Aduersaria vineam esse fæudalem; audio duo nouiter per eam prætendi. Primum hanc vineam fuisse constructam, seu auctam per quond. Bertoldum Carafam ex territorijs aliquorum particularium: & in hoc produxit aliquos testes, omnes de auditu, præter vnum de visu; & melius fuisset, si eos non produxisset. Nam
13 vltra quod testes de auditu non probant, *l. testium, & l. solam, C. de testib.* tam testes de auditu, quam vnicus testis de visu sunt

omnino falsi: quoniam omnes expræsse deponunt, vineam constructam à Bertoldo: & constat ante Bertoldum pluribus annis ante in illo vetustissimo inuentario Comitis Sinopolis, hanc vineam cum eisdem finibus, tunc existentibus esse constructam.

Secundo prætendit, quod ex quo domina Donata habuit donationem huius vineæ à domino Ioanne Cæsare patre, in anno 39. qui promisit euictionem: quod si domina Diana donataria anterior vult illam vendicare, dabitur ei actio de euictione ad interesse; & sic ad tantumdem, vel ad æxtima-
14 tionem: pro qua sicut daretur retentio contra hæredem patris, qui euictionem promisit, *cap. si vassallus, vbi Faudista, si de feu. fut. contr.* ita etiam permitteretur contra D. Dianam vt prætenditur donatariam om-
15 nium bonorum patris, quæ alio non existente hærede tanquam hæres posset conueniri, *Guid. Pap. decis.* 105. Sed miror quomodo aduersaria hoc prætendat. Etenim D. Diana est donataria partis bonorum, & non omnium; vt ex donatione legitur. Si ergo non est donataria omnium bonorũ; pro euictione vineæ, quam Domina Donata pateretur, non posset teneri; quia onus æris alieni sequitur hæredem, & non donatarium, *l. æris alieni, C. de donat.*

Præterea esto millies, quod D. Diana fuisset donataria omnium bonorum in anno 33. prout non est; adhuc nihil esset. nam D. Donata habuit donationem in anno 39. cum promissione euictionis: quo tempore euictione secuta, esset creditrix donantis longe post donationem factam Dianæ. Quo fit, & si controuersia sit inter *Scribentes*, an donatarius omnium bonorum possit directo conueniri per creditores actione personali; vel prius contra eos agendum sit reuocatoria, *vt per Guid. alleg. decis.* 105. *& Dec. cons.* 237 *nu.* 5. & verior sit opinio secundum eos non posse agi, nisi prius reuocatoria agatur, *ad glo. in l. æris alieni, C. de donat. quam ibi sequuntur Scribentes; & de hoc est tex. clarus in l. omnes, §. lucius, ff. quæ in fraud. cred.* vbi donatio omniũ bonorũ, quia præsumitur facta in fraudẽ creditorũ, ad reuocãdũ eã agere possunt. Ergo donatarius omniũ bonorũ à creditoribus immediate non potest conueniri; quia si posset, reuocatoria non fuisset necessaria, & creditores nõ fuissent frau-
17 dati. Nihilominus dato, quod donatarius omnium bonorum teneretur ad onera donantis; quod esset in subsidium *secundum Guid. vbi supra.* Id tamen procederet vt teneatur ad illa onera, & satisfacere illis creditoribus, qui, & quæ existebant tempore donationis, & quibus donans tunc actione personali tenetur. Quia duplici ratione donatarius omnium bonorum videtur obligari ad onera donantis: quia donans omnia bona videtur donasse tanto minus, quantum æs alienum ascendit, itaquod illud æris alieni non censetur esse in bonis, & non donatum, *l. mulier bona, vbi notatur, ff. de iur. dot. Capyc. decis.* 218. *num.* 4. ea ratione quia
18 bona intelliguntur deducto ære alieno, *l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. signif.* idque respicit creditores existentes tempore donationis, & non futuros. cum etiam quia do-
19 natio omnium bonorum præsumitur facta in fraudem creditorum, *d. l. omnes, §. lucius* creditorum scilicet præsentium, non futuro-
20 rum; quia in futuris fraus non consideratur, nisi alia concurrant, de quibus *per Bar. in autb. sed iam necesse, & ibi Salyc. C. de donat. ante nupt.* Quare omnino, Dominam Donatam condemnandam fore ad vineam hanc dimittendam vna cum fructibus, affirmo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Debitum, vt tollatur per Aquilianam stipulationem, quæ requirantur.*

2 *Scriptura vbi adest, confessio non potest pro parte approbari, & pro parte improbari.*

3 *Fides scripturæ est indiuisibilis, & ideo non potest pro parte approbari, & pro parte non.*

4 *Scriptura facta manu tertij, etiam in capitibus separatis, non potest pro parte approbari, & pro parte non.*

5 *Confessio tutoris emanata in contractu per modum voluntariæ iurisdictionis, pupillo non nocet.*

6 *Confessio non præiudicat, quando constat de errore.*

7 *Pœna contrauenientis contractui iurato quæ sit.*

8 *Creditor immediatus recipiendo solutionem à debitore præiudicat creditoribus habentibus illud nomen obligatum, si non interuenit vnum ex requisitis, l. 3. C. de nouat.*

9 *Creditor immediatus transigendo cum debitore ignorante præiudicat alijs habentibus iura creditoris, quibus exceptio transacti negotij opponi potest.*

10 *Creditor potest recipere solutionem in quam causam velit, si debitor non expresserit.*

11 *Soluens debitori alicuius potest ab eo repetere tan*

tantumdem, actione negotiorum gestorum.

12 *Emptori hareditatis omne lucrum, & damnum contingit,*

13 *Indemnitas intelligitur promissa ab emptore hareditatis, pro eo quod soluit venditor, quamuis non fuerit expressum.*

14 *Pactum substantiale contractus quoties nō seruatur, totus rescinditur contractus, & primaua iura reuiuiscunt, & num. 15.*

Pro Marchione Vasti, contra D. Ioannem de Auolos.

ARGVMENTVM.

SCriptura, vel confessio quando possit pro parte acceptari, & pro parte respui. Creditor immediatus exigendo, vel transigendo cum suo debitore, quando suis creditoribus, quibus nomen erat obligatum, præiudicare possit: quando extraneus soluendo pro alio repetat à vero debitore; & de periculo pertinenti ad emptorem hæreditatis.

CONSILIVM LXVII.



DECRETVM quo fuit prouisum duc. 4000. bonorum mobilium esse ponendos in creditum Don Ioannis, & in debitum Marchionis; ex nouiter deductis, & infra dicendis absque dubio debere reuocari affirmo.

Primo, non est verum, Marchionem esse debitorem in hac summa hæreditati Marchionissæ Vasti. Immo de hoc apparet processus in vita dictæ Marchionissæ, in quo licet per sententiam Sacri Consilij Marchio pater fuerit condemnatus ad hæc mobilia liquidata in hac summa. Tamen (quia fuerat præsentata per Marchionem partita Banci duc. 4000. ab eo receptorum per Marchionissam sine causa) fuit supersessa exequutio sententiæ, & prouisum quod partes audirentur, & demum datus terminus. Quod decretum etiam in Cõsilio Collaterali fuit approbatum, & in his remansit ille processus adhuc non decisus. Si nunc Dominus Ioannes cessionarius hæreditatis Marchionissæ, vel quilibet alius prætendens, allegaret Marchionem esse debitorẽ duc. 4000. Marchio se defenderet iuribus in illo processu deductis ad illos non teneri: quia in alia manu soluit Marchionissæ, vt liquido ex partita Banci constat; quę tantã vim habuit tunc, quod supersedere fecit exequutionem sententiæ latę contra Marchionem, & aduersus eã nihil fuit deductum.

Nec dicatur, in transactione inita inter Marchionem, & D. Ioannem; dum D. Ioannes quietat Marchionem de duc. 4000. asseritur debitis hæreditati Marchionisę Vasti; itaquod Marchio fassus sit se esse debitorem in hac summa. nam hęc confessio fuit facta ad finem recipiendi quietationem per Aqui-

1 lianam stipulationem à Don Ioanne; vt enim tolleretur debitum per Aquilianam stipulationem necesse erat Marchionem fateri, & respondere se debitorem, & Don Ioannes acceptos ferre dictam summam. Sic enim per Aquilianam stipul. tollitur obligatio, §. 1. *inst. quib. mod. tolli. oblig.* Quis enim nunc allegabit Marchionem esse debitorem duc. 4000. D. Ioannes non potest, quia quietauit eum; qua quietatione per Aquilianam stipul. sublata est actio. §. 1. *supra alleg.* Nec id possent allegare creditores Marchionisę qui forte vellent acquisiuisse ius ex dicta confessione Marchionis: nam si illa confessio fuit facta ad finem recipiendi quietationem, creditores non possunt vti confessione, & im-

2 pugnare quietationem; quia si volunt niti illi scripturæ, vbi adest confessio, in omnibus illi scripturę, & contentis in ea stare tenentur, *Cyn. inter cons. Bal. post cons. 400 lib. 4. Bal. 401. num. 9. lib. 5. Ias. 161. vlt. col. in princ. lib. 2. cum concord. adductis per Aym. de antiquit. temp. 1. par. sectio. 4. limit. 17. cum seq. & cons. 101. num. 4. & 159 num.*

3 1. Fides enim scripturę indiuisibilis est, quia non potest instrumentum pro parte approbari, & parte non, *Bar. vbi Scribentes in l. si ex falsis, in fine, C. de transf. Bal. 405. lib. 4. Dec. in cap. ad audientiam, col. 1. vers. secundo ampliatur, de rescrip. Aym. in loco prædicto, vers. de verbis, num. 75.* maxime cum

4 sit facta manu tertij, quia illa non posset etiam in capitulis separatis acceptari, *vt per eundem Aym. vbi supra vers. tertio limitatur, num. 71.* Pręterea hęc transactio inter Marchionem, & Don Ioannem fuit inita pro exequutione voluntatis Marchionis patris, qui ita in eius vltima voluntate disposuit, præsente Don Ioanne, & consentiente: & verum est Marchionem nominasse hanc partitam duc. 4000. prętensionem Don Ioannis; & sic Marchio pater, & principalis non fatebatur se debitorem in hac summa, sed pręstensionem Don Ioannis nominabat: quam pretensionem voluit, vt Don Ioannes remi

ceret.

Digitized by Google

ficeret. Si demum Marchionissa Pisariæ vt balia, & tutrix Marchionis pro exequenda voluntate iam dicta asserit Marchionē debitorem in dicta summa, vt quietationem reciperet; aut hæc quietatio cum omnibus suum debet sortiri effectum: Aut dicamus hanc assertionem tutricis pupillo non officere;
5 cum clarum sit, confessionē tutoris emanatam per modum voluntariæ iurisdictionis pupillo non nocere, *l. certum, §. sed an ipsos, vbi glo. Bar. cæterique, de confess. & l. lucius,*
6 *§. tutela, ff. de admin. tutor.* Idque clarius procedit comperto errore confessionis, vt in præsenti accidit; quia tunc siue loquamur in pupillo, siue in maiore confitente, si probatur contrarium, & error apparet; confessio non nocet, *l. error, C. de iur. & fact. ignor. & l. non fatetur. ff. de confess.* quamobrem liquido constat ex dictis Marchionem non esse debitorem in hac summa duc. 4000. & proinde non potuisse per decretum poni in eius debitum.

Secundo, esto millies, Marchionem esse debitorem in hac summa (prout vere nō est) D. Ioannes de ea, illum quietauit per Aquilianam stipul. qua mediante obligatio fuit sublata, *d. §. 1. quib. mod toll. oblig.* Hanc enim quietationem Don Ioannes iurauit habere ratam. Et si iurauit, quo iure ipsemet potest audiri allegando Marchionem esse de-
7 bitorem de debito per eum quietato. Certe periurus est, & proinde non solum non est audiendus; sed quia contrauenit, incidit in pœnas, *l. si quis maior, C. de trans.* inter quas præcipua est illa, quod contrauenient tenetur ad obseruandum contractum aduersæ partis; & pars aduersa, quæ non contrauenit liberata est ab omni eo, ad quod tenebatur ex illo contractu *Mactesil. in sing. 50.*

Non obstat friuola responsio Don Ioannis, quod ipse quietauit Marchionem de hac summa duc. 4000 hanc quietationem asserit non potuisse fieri in damnum creditorum hæreditatis Marchionissæ Vasti, qui potuissent super illis satisfieri. Et si super illis satisfiunt; Don Ioannes ad illorum euictionē non tenetur, quia indemnitatem promisit Marchioni pro summa duc. 26. mil. tantum, in qua nō intrat partita hæc duc. 4000. iam remissa per Don Ioannem; cum vltra duc. 26. mil. quos pœnes se retinuit Marchio pro cessione hæreditatis prædictæ, fuit etiam quietatus de dictis duc. 4000. nam lis, quæ nunc agitur est inter Marchionem, & Don Ioannem: dum enim D. Ioannes opposuit, & opponit in posse Marchionis esse duc. 4000. in beneficium creditorum non comparentium, & quietationem per eum factam non potuisse fieri in eorum præiudicium. Id ipse allegando periurus est; quia contra quietationem venit: nimirum si tanquam periurus repellendus erit, & cogi ad obseruandū contractū; *d. l. si quis maior, cū ibi not. C. de trans.*

Item creditores hæreditatis Marchionissæ Vasti adhuc non comparuerunt velle satisfieri super prædictis duc. 4000. vt prætenditur debitis per Marchionem, non obstante quietatione facta per D. Ioannem cessionarium hæreditatis prædictæ, & creditorem, quando enim comparebunt, tunc Marchio tria opponendo, illos penitus excludet. Primo allegabit se non debitorem per superius allegata in principio. Secundo per transactionem initam cum Don Ioanne creditore, Marchionem fuisse quietatum 9
mediante Aquiliana stipulatione, quæ sub se continet acceptilationem, & obligationem sustulit, *d. §. 1.* eamque obligationem huius nominis debitoris potuisse tolli per Don Ioannem immediatum creditorem, & transigentem cum Marchione in præiudiciū aliorum creditorum habentium dictum no-
8 men obligatum. Sicut enim immediatus creditor recipiendo solutionem à debitore præiudicat creditoribus habentibus illud nomen obligatum; si non interuenit vnum ex tribus requisitis, *in l. 3. C. de nouat. vt habetur in l. nomen, C. quæ res pignor.* Sic immediatus creditor transigendo cum debitore ignorante, præiudicat alijs habentibus iura creditoris, quibus exceptio transacti negocij opponi possit, *ex tex. in l. fin. qui loquitur in transactione, ff. de transf.* In p̄:i liquet Marchionē, & D. Ioannē transegisse.
9 Siquidē Marchio cedendo litibus, & prætensionibus pro duc. 26. m. in vna manu, & pro alijs du. 4000. de quibus fuit quietatus, cessit hæreditatē Marchionissæ D. Ioāni; & D. Ioēs cedendo eius prætensionibus, trāsigendo quietauit Marchionē: quę transactio, & quietatio loco solutionis habetur, *inquit glo. in d. l. fin. in verf. debitori, de transact.* adeoque alijs præiudicare debet *d. l. fin. vbi est casus.*

Tertio, quando creditores comparebunt, allegabit Marchio pro omnibus iuribus, quę ipse habebat in hæreditate Marchionissæ, eā cedendo Don Ioanni, habuit duc. 30. mil. videlicet, 26. mil. retinuit, & vltra de 4000. prædictis per Don Ioannem fuit quietatus: inter alia iura, quæ Marchio habebat in d. hęreditate erat antefatum duc. 7000. lucratum quoad vsumfructū per Marchionissam Vasti, quod antefatum Marchio debebat consequi, vt hęres patris, & in hac summa erat anterior omnibus alijs creditoribus Marchionissę, dum Marchio habuit à Don

Ioanne

Ioanne duc. 26. mil. & de alijs 4000. fuit quietatus pro omnibus iuribus suis, interq; 10 aderat hoc ius antefati: posset Marchio dicere, recepisse duc. 4000. de quibus fuit quietatus in causa antefati anterioris omnibus alijs: quia debitore non eligente, creditor potest eligere in quam causam velit, *l. 1. ff. de solut.* & tunc cum iuribus istis antefati anterioribus alijs, Marchio defendendo pretensos duc. 4000. excludet penitus alios creditores posteriores super eis ius petentes.

Amplius quando creditores comparêtes obtinerent contra Marchionem super dictis duc. 4000. non obstantibus allegatis, quod nullo iure posset fingi, tunc Marchio contra Don Ioannem etiam posset proponere. Primû quod Don Ioannes vigore trâsactionis prædictæ, vt cessionarius hæreditatis assumpsit onus soluendi creditoribus hæreditarijs. Et 11 si onus erat suum, Marchio soluens pro eo tanquam debitor, vtile gerendo negotium suum, tantundem ab eo actione negotiorum gestorum posset repetere, *l. soluendo, ff. de negot. gest.* Secundum Marchio cessit hæreditatem Don Ioanni tam ex causa duc. 26. mil. quos penes se retinuit; quam ex causa quietationis prædictæ duc. 4000. verba enim transactionis clarissima sunt. Adeoque quod pretium venditionis hæreditatis iam dictæ fuit non in summa duc. 26. mil. sed in summa duc. 30. m. vnde infero quod secuta euictione per creditores duc. 4000. de quibus Marchio fuit quietatus, Don Ioannes, qui illos tenebatur soluere Marchioni, & illos Marchio actione ex vendito à Don Ioanne recuperabit, *l. 2. & ibi Paul. C. de hered. vel actio.* 12 *vend.* Sicut enim omne lucrum ad emptorê hæreditatis pertinet, ita, & omne damnum contingens, *l. 2. §. non solum, ff. de hered. vel actio. vend.* Nec Don Ioannes tunc posset replicare vigore pacti promissi indemnitatem à creditoribus pro duc. 26. mil. tantû retentis per Marchionem, & non pro summa duc. 4000. de quibus Marchio fuit quietatus. Nam cogitauerunt Marchio, & Don Ioannes non fuisse necessarium D. Ioannem promittere indemnitatem pro summa duc. 4. mil. de quibus Marchio erat quietatus, cogitantes à nemine, stante quietatione, & transactione posse molestari, cum illud nomê fit extinctum; sed pro summa duc. 26. mil. quos Marchio retinebat, quia extabant, vo-13 luerunt indemnitatem deberi. Et hæc indemnitas licet non fuisset promissa, adhuc Don Ioannes emptor hæreditatis actione ex empto fuisset obligatus ad omne id, quod fuisset solutum per Marchionem venditorê hæreditatis, *d. l. 2. vbi Paul. cæteriq; C. de hered. vel act. vend.* & si fuit promissa, fuit exprimere id, quod tacite inerat, & expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur, *l. non recte, C. de fideiuss. cum vulg.*

Vltimo posset Marchio dicere, cessi hæreditatem pro duc. 30. mil. Don Ioanni inclusis duc. 4000. de quibus fuit quietatus; nec alias cessionem fecissem, si fuisset cogitatû posse forte contingere Marchionem illos debuisse creditoribus soluere, & ad illos Dô Ioannem non teneri. Nec enim summa duc. 30. mil. perpetuo retinendorum per Marchionem dedit causam huic conuentioni, vt Marchio cederet hæreditatem Don Ioanni, 14 nec alias fuisset cessurus. Si enim hodie non seruaretur hoc substantiale pactum, quis negabit hunc contractum posse in totum resolui, *l. cum te, vbi glo. C de pact. int. empt. & vend.* voluit enim Marchio cedere hæreditatê iure perpetuo acquisitione duc. 15 30. mil. si nunc pateretur euictionem duc. 4000. pristina obligatio pro solido duraret, & conuentio resolueretur, *l. si quis aliam, iuncta glo. in vers. pro solido, ff. de solution.* Sed quorsum hæc omnia ad hanc litem cum Don Ioanne vere superflua diximus. Necessaria hæc erunt allegare quando iudicium erit cum creditoribus hæreditatis Marchionissæ tunc comparentibus velle satisfieri super dicta summa. Sed nunc quod iudicium est cum Don Ioanne, sat erit illi dicere Marchio non est debitor in hac summa; & si fuisset debitor per Don Ioannem fuit quietatus, & ille ipse aduersus quietationem, tanquam periurus non posset audiri.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Dispositio legis finalis, C. de adict. diu. Adr. quando procedat.

2 Dispositio legis fin. C. de adict. diu. an cesset si contraria voluntas testatoris ostendatur.

3 Fideicommissarius an sit legitimus contradictor in remedio d. l. fin. & quid si doceat inpromptu de fideicommisso, & num. 4.

5 Fideicommissarius quibus rationibus sit legitimus contradictor.

6 Fideicommissarius docens in promptu de fideicommisso impedit remedium d. l. fin.

7 Diuersitatis ratio inter fideicommissarium, & spoliantem, quando tractatur de recuperanda possessione.

8 Fideicommissarius non est legitimus contradictor ex opinione nonnullorum.

9 Fideicommissarius debet capere fideicommissum

sum à manu haeredis.

11 *Fideicommissarius non facta ab haerede restitutione, nullum ius habet in bonis fideicōmisso subiectis.*

12 *Legitima, & trebellianica quando non deducantur.*

13 *Restitutio facta in beneficium primi fideicommissary, censetur in beneficium omnium in fideicommisso vocatorum.*

14 *Fideicommissario aliquando competit remedium d. l. fin.*

15 *Lex idem operatur, ac verbalis restitutio.*

Pro Ferdinando, & litis consortibus de Bernaudo.

ARGVMENTVM.

De remedio l. fin. C. de edict. diui Adria. & an fideicommissarius sit legitimus contradictor, & quando. De restitutione verbali, & reali, & deductione legitimae, & trebelleanicae.

CONSILIVM LXVIII.

Moto iudicio in Sac. Cōs. pro parte Ferdinandi, & litis consortiū de Bernaudo, petentium ob mortem Ioannis Iacobi de Bernaudo sine filijs masculis, in tertia parte officij Magistri Actorum Regiae Audientiae Prouinciae Calabriae, quae per dictum Ioannem Iacobum detinebatur, ipsos declarari successores: & hoc tum ex natura officij, & eius concessionis, tum virtute vinculi, & fideicommissi in beneficium masculorum in dicto officio existentis; & successiue ipsos in eiusdem possessione legitimae capta conseruari debere, citatis filiabus dicti Ioānis Iacobi, quae exceperunt ad ipsas vti haeredes vniuersales ex testamento dicti Ioānis Iacobi, dictam tertiam partem officij spectare; insuperque instando interim pendente iuditio vigore dicti testamenti exhibiti, immitti in possessionem dictae tertiae partis officij ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adri. tollendo.*

Illud quod per Sacrum Consilium decidendum proponitur, est videre si in effectu sit locus remedio possessorij ex parte dictarum filiarum petitum, quod ex parte dictorum Ferdinandi, & litis consortium in casu nostro nullo iure adaptari posse, ex infrascriptis lucę clarius fundatum demonstratur.

1 Et in primis aduertitur dispositionem *dictae l. fin.* esse fundatam in testamento, quod dum in promptu exhibetur per haeredem scriptum, iustum visum fuit Imperatori eundem haeredem esse immittendum in possessionem illorum bonorum, quae per testatorē tempore mortis possidebantur, quae in beneficium haeredis fuerunt disposita. quare cum in casu nostro ex eodem testamento per haeredes exhibito, contraria voluntas testato-

2 ris respectu dicti officij, contra eosdem haeredes appareat; necessario sequitur, quod dispositio *dicta l.* locum habere non potest.

Cōtraria voluntas testatoris respectu officij contra haeredes legitur clare in eodem testamento, quandoquidem dum instituit filias haeredes, vnico contextu respectu officij se restringit, quod solum haeredis institutio sit in officio de legitima, & trebellianica, & super eo iure, quod testatori super dicto officio competeret, & de reliquo, declarat; & mandat seruari ad vnguem dispositionem, & vinculum factū super dicto officio per Petrū de Bernaudo eius patrem, subiungendo insuper dispositiue, quod in dicto officio succedant Ioannes Maria frater, Ferdinandus, & Consaluus eius nepotes.

Quare re quando filiae ad fundandam earum intentionem petitae immissionis super officio, producunt testamentum, ex illo non solum earum intentio non fundatur, immo notoria exceptio illarum exclusiua, & clara inclusio dictorum Ioannis Mariae, Ferdinandi, & Consalui litis consortium, virtute fideicommissi, & vinculi Paterni, quod testator mandat ad vnguem obseruari. & successiue ex hoc solo incidens illud contra haeredes remanet sopitum.

Verum insuper est aduertendum, quod idem *tex.* qui dedit remedium illud haeredi scripto, excepit, nisi legitimus contradictor extiterit, impediens immissionem, quae petitur. Et *Doct.* declarando quis sit legitimus contradictor, inter alios dixerunt esse fidei-

3 commissarium in bonis, super quibus haeres immissionem praetenderet; prout originaliter, *voluit glo. in dict. l. fin. in ver. legitimo contradictor, an fideicommissarius, Odofred. Cyn. Alb. Bald. Angel. & Fabian. Alex. cons. in d. l. Paris. in cons. 53. qui dicit hanc communem opinionem, & Iasn. in cōs. 27. num. 71 vol. 4. Dec. in cons. 30. col. 1.* quod tanto magis procedere dixerunt *Doct.* quādo fideicommissarius contradictor in prōp-

4 tu paratus est docere de iure fideicommissi prout sumus in casu nostro, in quo in promptu absque alio termino excipientes de fideicom-

commissio fideicommissum ostendunt notorie, ex instrumento in promptu exhibito diuisionis olim facto inter Pirrum de Bernaudo Patrem dicti Ioannis Iacobi nunc mortui, & fratres; in quo diuidendo bona, respectu officij, ad finem, vt illud in perpetuum in familia conseruetur, prout conueniens vide batur; expresse fuit conuentum illud non posse alienari, nisi inter fratres, & quod in eo non succederent, nisi descendentes ex earum linea masculina: quod fideicommissum venit etiam confirmatū ex testamēto Pirri, qui conformando se cum dispositione, & vinculo facto in dicto instrumēto diuisionis, instituendo Ioannem Iacobum in casu mortis fine filijs, vocauit ipsos, qui hodie de fideicommisso experiuntur. & denique fideicommissum venit vltimo loco cōfirmatum, ex eodem testamento Ioannis Iacobi vltimi morientis, in quo testator memoria tenens fideicommissum, & vinculum prædictum, disposuit illud ad vnguem obseruari: & sic expresse in eius parte officij vocat Ioannem Mariam fratrem consobrinum, & Ferdinandum, & Consaluum eius nepotes consobrinos. Adeoquod dum fideicommissum sic in continenti, & in promptu fideicommissarij docent, succedunt omnes illæ regulæ allegatæ per præfatos *Doctores* tenentes
5 fideicommissarium esse legitimum contradictorem ad impediendum immissionem: primo quod hę es dolo petit, quod statim restituturus est; insuper quod lex euitat circuitus inutiles. & his rationibus in specie tenet *Angel in consf.* 25. fideicommissarium in promptu docentem de fideicommisso impe-
6 dire remedium *l. fin.* nam agenti iudicio illo possessorio adipiscendæ obstat exceptio notorij dominij. *secundum Bar. & Doct. in l. si de ui. ff. de ui.* secus fit in actore iudicio re-
7 cuperandæ possessionis, in odium spoliantis, *ad tex. in cap. conquerente, de restitutione spoliat.*

Quibus omnibus non obstat opinio ali-
8 quorum *Doctorum*, qui conati sunt tenere fideicommissarium non esse legitimum contradictorem ad impediendam immissionem hæredis, super bonis etiam fideicommisso subiectis. quandoquidem bene considerando casum nostrum ijdem *Doctores*, qui in contrarium allegantur, pro fideicommissario faciunt.

Et proinde erit notandum *Doctores*, qui negauerunt fideicommissarium esse legitimum contradictorem ad impediendum immissionem hæredis, fundari. Primo ex regula fideicommissum debere capi à manu hæ-
9 redis *ad tex. in l. filiam fratribus, cum concordantibus; ff. ad trebellia.* & ex alia ratione, quia non facta restitutione per hæredem in beneficium fideicommissarij, re, vel verbo, nullum ius competit fideicommissario super
10 bonis fideicommisso subiectis, *ad tex. in l. facta, & in l. restituta, ff. ad trebelli.* subiungendo, quod dum hæredibus super bonis in fideicommisso competit trebellianica, & si est filius competit etiam legitima; ideo iustum erit à manu sua fideicommissum peti, vt facta debita detractione reliqua possent restitui.

11 Hæ rationes in casu nostro penitus cessant, quandoquidem fideicommissum, quod allegatur, non fundatur, nec prætenditur absolutè ex testamento Ioannis Iacobi vltimi morientis; quo casu necesse esset fideicommissario habere illud à manu hæredis: sed prætenditur ex dicto contractu præcedenti celebrato cum Pirro patre testatoris. Adeo quod nihil petitur ex persona Ioannis Iacobi; sed ex prouidentia, & dispositione dicti Pirri, & fratrum antecessorum, qui in contractu prædicto expresse vinculauerunt officium: vigore cuius fideicommissi idem Ioānes Iacobus vti filius Pirri fuit solum vsufructuarius in vita; & tamquam res merè subiecta fideicommisso sequuta morte Ioannis Iacobi sine masculis iure aperto tertia pars officij fuit deuoluta præfatis fideicommissarijs, vt supra vocatis.

12 Et ex hoc etiam sequitur, quod non cadit alia deductio trebelleanicæ, vel legitimæ in beneficium dictarum aliarum filiarum hæredum dicti Ioannis Iacobi: cum in effectu officium, tamquam fideicommisso subiectum, ex morte Ioannis Iacobi ipso iure, vigore dispositionis factæ in contractu transiuit in fideicommissarios. Nec obstat, quod dictus Ioannes Iacobus in eius testamento asserit sibi deberi legitimam, & trebelleanicam, illasque reliquit eius hæredibus: quia præcedente dicto fideicommisso, ex dispositione inter viuos in dicto cōtractu diuisionis nulla cadit legitima, & trebelleanica, nec ex persona Pirri primi morientis, nec ex persona Ioannis Iacobi vltimi decedentis.

Et ex his etiam sequitur, quod nulla ca-
13 dit restitutio facienda re, vel verbo, per hæredes Ioannis Iacobi; quia restitutio semel facta in beneficium Ioannis Iacobi primi fideicommissarij, censetur de iure facta in beneficium omnium sequentium vocatorum in fideicommisso; ita quod non est opus restitutione facienda per hæredem vltimi morientis, *ita Bart. in l fin. C. ad trebellianum.* Immo ex his oritur decisio, in qua conueniunt omnes *Doctores* in his casibus,

Digitized by Google

in quibus transeunt iura, & actiones in fideicommissarium, absque alia restitutione facienda per hæredes, fideicommissarium non solum esse legitimum contradictorem, sed quando esset vniuersalis eidem competeret
14 remedium possessorium, *dicta l. fin. de adict. ita notabiliter Bart. in d. l. fin. Iacobinus ibidem num. 15. & Zucrardus ibidem num. 226. Riminaldus in cons. 356. num. 7. lib. 2. Alex. in cons. 4. num. 16. in fin. lib. 2. Rain. in cons. 28. Rubeus in cons. 64. Berous in cons. 58. nu. 1. & 5. lib. 2. sequitur Menochius in suo tract. adipiscenda possessionis quæst. 17.* qui assignat rationem, namque idẽ operatur lex in hoc, quod verbalis restitutio
15 hæredis, absque cuius facto iura, & actiones transeunt, vigore præcedentis contractus.

Ex quibus omnibus satis aperte remanet fundatum in casu proposito non esse locum remedio possessorio ex aduerso petito, sed per S. C. esse procedendum ad vlteriora ad actus incumbentes in causa principali, conseruando in possessione legitime capta eosdem fideicommissarios actores.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *DIspositio iuris circa condemnatum ad mortem, si dicatur seruus pœnæ, triplex inuenitur.*
2 *Condemnationis triplex species, per quam quis potest fieri seruus pœnæ.*
3 *Sententia deportationis non inducit casum mortis.*
4 *Sententia condemnatoria ad metallum inducit amissionem Ciuitatis, & libertatis.*
5 *Condemnatus ad metallum dicitur mortuus, non autem damnatus pœna deportationis.*
6 *Damnatus ad mortẽ statim efficitur seruus pœnæ.*
7 *Sententia condemnatoria ad metallum, & ad deportationem iure nouissimo non constituit condemnatum seruum pœnæ.*
8 *Sententia foriudicationis, per quam inquisitus de delicto capitali damnatur post annũ contumaciæ ad mortem, an irroget pœnam mutationis status.*
9 *Sententia conditionalis, vel interloquutoria banni non irrogat seruitutem, secus in sententia diffinitiua, & pura; & ita conciliantur opiniones contrariæ, & num. 10.*
11 *Foriudicatus iuxta formam Constitutionis Regni efficitur seruus pœnæ, & condemnatio trahit secum exequutionem; ita quod delinquente constituto in fortijs, statim sequitur condemnatio, & num. 12.*
13 *Foriudicato non relaxatur vita, prout damnato ad pœnam metalli; & ideo vita foriudicati est vita de facto, non de iure.*
14 *Lex Status Florus, §. Cornelio Felici, loquitur in deportato, & quomodo intelligitur authen. sed hodie, C. de donat. inter vir. & uxorem.*
15 *Foriudicatus propter crimen rebellionis statim efficitur seruus pœnæ.*
16 *Absens propter atrocitatem criminis damnari potest.*
17 *Absentia non operatur, quod pœna mortis non irroget seruitutem, cum rebellis etiam absens efficiatur seruus pœnæ.*

Pro Scipione Mormili.

ARGVMENTVM

FOriudicatus in Regno an dicatur mortuus naturaliter; & quid si est foriudicatus propter rebellionem, in quo quæritur an absens possit condemnari, & absens ad mortẽ damnatus iura ciuilia, & naturalia amittat.

CONSILIVM LXIX.

1 CIRCA articulum, [a] an Cæsar per rebellionem, & foriudicationem, fit effectus statim seruus pœnæ, & amiserit bona subiecta fideicõmisso, non expectata morte naturali; resecando tot dicta *Doctõ.* Dico quod in hac materia tres habemus dispositiones. Primam iuris antiqui, alteram iuris authen. Tertiam de iure municipali huius Regni: si loquimur de prima spetie dispositionis; quæso aduerti, quod habemus tres species condemnationis, cuius virtute sequitur effectus amissionis status personæ, & consideratur casus mortis, & per consequens amissionis bonorum. Prima species condẽnationis est quando quis deportatur, & similis, & in ista nulli dubium quod per sententiã
3 non fit casus mortis, ita quod statim lata sententia reputetur mortuus, sed est expectanda mors naturalis; & in hac procedunt, & loquuntur expræsse tria iura, quæ ex aduerso allegari possunt, videlicet. *Status Florus, §. Cornelio Felici, de iure Fisci, l. cum pater, in §. hereditatem, de leg. 2. & l. ex in parte,*

parte, §. insulam, ff. de verb. oblig. Secunda
4 species cōdemnationis similiter de iure antiquo est, quando quis condemnatur ad metallum, & alias similes; & ista longe distat à prima, quia per istam condemnatus amittit libertatem, ne dum ciuitatem, & amittit ne dum iura ciuilia, sed etiam gentium: efficitur enim seruus pœnæ; & clarum est, quod seruus quouis modo quis efficiatur, amittit omnia iura ciuilia, & gentium, quia nil potest sibi quærere, & proinde statim habetur pro mortuo; & procedunt,& loquuntur duo iura contraria pdictis: v3 *l. ex facto, §. si quis rogatus, ad trebel. & l. interdit, ff. de cond.*
5 *& demost.* quæ iura faciendo distinctionem inter deportatum, & seruum pænæ per sententiam condemnationis ad metallum; dicunt, quod in primo casu non habetur pro mortuo; in secundo vero casu habetur pro mortuo, licet per sententiam non sit sublata vita naturalis, cum non fuerit condemnatus ad mortem naturalem.

Tertia vero,& vltima species condemnationis est, quando quis condemnatur, non ad deportationem, non ad metallum; sed ad
6 mortem naturalem; & in isto casu nulli dubium, quod statim condemnatus efficitur seruus pænæ, & statim amittit omnia, *l. qui vltimo, & l. quoad statum, ff. de pœn.* in quibus iuribus, dicitur quod sententia irrogat pænam priuationis, & mutat statum personæ; & *l. quoad statum*, vtitur verbo (confestim.) Et in hoc credo quod pars aduersa non contradicat, sed limitare intendit, vt procedat in condemnato præsente, secus in absente, vt latius dicam infra.

Secunda vero dispositio oritur *ex auth. sed hodie, C. de don. inter vir. & vxor.* in qua statuitur, quod nemo bene natus per sententiam efficitur seruus pænæ; & secundum hæc tempora fateor, quod si agimus de prima,& secunda specie condemnationis, dubio procul quis non efficitur seruus pænæ per condemnationem: at dum agimus de tertia
7 specie, dico quod *auth. sed hodie* non corrigit, *l. qui vltimo, ff. de pæn.* sed condemnatus ad mortem naturalem, statim dicitur effectus seruus pænæ, *gloss. & Bart. in d. auth. & idem Bart. in dicta l. qui vltimo, in l. eius qui §. si cui, ff. & test. & in l. si quis mihi bona, §. si seruus, ff. de acquir. hær. & communiter Doct. in dictis locis, Cagn. post Dec. in l. seruitutem, ff. de reg. iur. & alij relati in primis allegationibus.*

8 Superuenit tertia dispositio, quæ est *iuris Regni*, quæ statuit absentes ex delicto capitali posse post annum banni condemnari ad mortem naturalem, quę sententia pure condemnat delinquentem ad mortem naturalē, & est sententia diffinitiua, quæ habet suam exequutionem; & in ista tertia specie tantummodo vertitur dubium supra reseruatum, nunquid dum condemnatur absens, qui non potest occidi à Curia, an talis sententia irroget pænam mutationis status.

In quo articulo. Primo quæso aduerti *Doct.* tenentes contrariam opinionem loqui in sententia conditionali, vel sententia interloquutoria, vt est videre in infrascriptis; *Bar. in quæst. Lucana Ciuitatis, num. 1. Bal. in l. 1. num. 18. de hæred. inst. vbi Corn. nu. 24. Salic. in 5. quæst. Bald. in l. eius qui, §. si cui, num. 3. Aret. num. 4. & Imol. ff. de*
9 *test.* qui ex aduerso allegari possunt; at secus in sententia pura,& diffinitiua, quo casu remanere debet firma dicta contraria opinio, *Gul. de Bened. de test. vers. mortuo itaque testatore, nu. 145. & 178. Iul. Cla. in pract. crim. §. fin. quæst. 71. Boer. decis. 278.*

Secundo aduerto, nos disputare de re, quæ non debet poni in dubium, inspecto iure sententiæ foriudicationis huius Regni; cum secūdū formam huius condemnationis, habe-
11 mus *Doct. Regni* clare decidentes, foriudicatum secundum formam *Constitutionis Regni* effici seruum pænæ, *And. in const. foriudicatorum bona, in princ. vers. ex damnatione, & supplicio, Afflict. ibi col. 4. 2. notab. Dominus de Franchis decis. 102. num. 31.*

Et quidem ab hac opinione non recedendum, si quidem foriudicatus seruata forma *constitutionis* est condemnatus ad mortem naturalem; & à tali sententia non potest appellari, nec supplicari,& trahit suam exequtionem, quoad effectum iuris, sicuti conside-
12 rat *Bar. in d. l. qui vltimo*,& exequtio non differtur, quia non debet mori, sed quia persistit in fuga; & cum primum venit in fortiis, sententia exequitur. Vnde infero quod vita naturalis, quæ remanet post foriudicationem non est vita relaxata per sententiam tempore condemnationis, vt in condemnato ad metallum; sed est vita, quæ de facto,& non de iure remanet: si remanet potius de
13 facto, quam de iure, hæc vita non poterit impedire, quin effectus resultantes de iure per condemnationem ad mortem naturalem non sequantur; sed de iure est certissimum condemnatum ad mortem naturalem statim effici seruum pænæ, nec vita naturalis, quæ remanet est in consideratione, *vt d. l. qui vltimo*, etiā quod ad statum. ergo per vitam hanc naturalem de facto remanentem non poterit impediri Scipio, quin statim fuerit vocatus ad fideicommissum, nulla expectata morte naturali, *iuxta dictum §. Cornelio Fe-*

14 *lici*, qui (vt dixi) loquitur in deportato satis differente à seruo pœnæ, & longe satis differente à condemnato ad mortem naturalem, in qua *Auth. sed hodie*, loquente ad finem dissolutionis matrimonij (de quo non tractatur in casu nostro) non vendicat sibi locum; Et tanto magis cessat inspecto iure *Constitutionis Regni*, vt dixi.

At ex alio hæc conclusio debet remanere sine scrupulo, quia Cæsar fuit foriudicatus ex crimine rebellionis, quod crimen statim fa-
15 cit, vt rebellis sit seruus pœnæ à die commissi criminis, *vt per Gul. de Bened. in cap. rainutius in vers. mortuo itaque testatore, num. 133. Socc. in cons. 22. num. 10. 1. vol. Hipp. de Mars. de bann. in verbo læsa Maiestatis, num. 37.* Et licet aliqui dixerint esse opus sententia declaratoria, in casu nostro habemus sententiam foriudicationis.

16 Quinimo habemus, ex atrocitate criminis, etiam absentē de iure cōmuni posse condemnari, *vt per extrauag. Henrici Imperatoris, 11. coll. ad reprim. Bart. in l. 1. ff. de requir. reis, Fulg. in l. 1. C. de her. inst. Gul. in prealleg. loco num. 157.*

Itaque tanto facilius cessabit controuersia, quæ ex aduerso prætenditur, quod pœna vltimi supplicij non irrogat seruitutem hāc,
17 ratione absentiæ; quia lex permittit rebellē absentem posse condemnari, ac si esset præsens.

Camillus de Medicis.

a Vide quæ in hac eadem causa postea scripsit *Cons. de Anna in eius consil. prius in lucem editis cons. 9. nu. 13. & cons. 12. per totum lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Fiscus debitor non tenetur ad vsuras.*
2 *Fiscus tenetur de euictione, etiam si per imprudentiam iudicis euictio nascatur.*
3 *Euictio sine dupla promissione importat restitutionem pretij, & totius interesse.*
4 *Actio ex empto sine promissione euictionis importat pretium, & interesse.*
5 *Euictio adstringit etiam ad interesse extra rem.*
6 *Fiscus vtitur iure priuati, vbi non est priuilegiatus expresse, item quando succedit vt hæres, & num. 9.*
7 *Fiscus capit bona delinquentis cum omnibus oneribus, & habetur loco hæredis extranei, & num. 8. nec potest esse melioris conditionis in hoc, quam priuatus, cui succedit, & num. 10.*

11 *Cessionarius succedit in locum cedentis, & in eius iuribus; ideoque se creditorem asserere potest in libello, & num. 12.*
13 *Cessionarius habet ius exigendi interesse, quod debebatur cedenti.*
14 *Lex cum quidam, §. fiscus, loquitur in vsuris, quæ cedunt in lucrum.*

Pro Duce Summæ.

ARGVMENTVM.

Fiscus succedens priuato tenetur ad ad integras vsuras ratione euictionis passe, & de intellectu l. cum quidam, §. Fiscus, ff. de vsuris.

CONSILIVM LXX.



In causa Illustrissimi Ducis Summæ petentis condemnari Regium Fiscum ad reficiendū sibi interesse passum ob solutionem non factam eidem per Regium Fiscum quantitatis, ad quam ipse dominus Dux fuit condemnatus magnificę Portię Pilomarinæ, & breui manu dictus Regius Fiscus ipsi Duci: & videtur dicendum Regium Fiscum debere absolui à dicta petitione, cum
1 Fiscus debens non soluit vsuras, *l. cum quidam, §. fiscus, ff. de vsuris, glo. in l. eius summa, C. de vsuris fiscal. libro decimo, in quibus locis notatur per Doctores*, tamen prædictis non obstantibus contrariū de iure reor in præsenti casu, & omnino Regium Fiscum ad interesse condemnandum: pro cuius opinionis fundamēto assero Fiscum teneri emptori de euictione, etiam si euictio sequatur
2 per iniuriam, seu iudicis imprudentiam, *l. 2. §. grani, & ibi glo. quam singularem dicunt, ff. de administration. rerum ad Ciuitatem pertinent. in verbo iniuriam*; sed qui
3 tenetur de euictione, quando non est interposita pœna dupli per stipulationem, tenetur ad duo, scilicet ad simplum pretium rei euictæ, & ex empto, ad id, quod interest vltra illud, *l. si in venditione, ff. de euictionib. l. Titius, vers. non enim, ff. de action. empt.* Qui-
4 nimo qui tenetur ex empto, tenetur ad pretium, & vsuras, *l. Lutius Titius, iuncta l. ex contractu, ff. eodem, & notat glo. in d. l. ex contractu, in verbo intercedentem*, quæ dicit, quod in interesse veniūt vsuræ, quas emptor alij soluerit, quia acceperat pecunias sub vsuris grauissimis: & alia *glo. in verbo vsurarum,*

Digitized by Google

rum, quę dicit vſurarum pretij reddēdi emptori, vel quas emptor preſtaret alijs; nam
5 in euictione venit etiam intereſse extra rem *l. venditor hominis, ff. de euict.* Et ſic poſtquā Fiſcus tenetur de euictione, tenetur ad intereſse. Nec poteſt huic concluſioni obijci, quod dicta iura non loquantur in Fiſco; quia reſpondetur iura loquentia in priuato habe-
6 re locum in Fiſco; nam Fiſcus vtitur iure communi niſi appareat priuilegiatus, *l. idem ff. de compenſationib. l. iuſtas, & ibi glo. & Doct. C. de iure fiſci, libro decimo, l. fin. & ibi Ioannes de platea, C. de vſur. fiſcalibus, eodem libro, l. 1. & ibi glo. in verbo pertinet, C. de petition. hared. l. item veniunt, §. in priuatorum, & ibi glo. in verbo publica, ff. eodem.* In quibus duabus *glo.* datur regula iura loquentia in Fiſco, habere locum in priuatis, & contra *idem firmat glo. in l. 1. §. quibus, in verbo ad exemplum, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, glo. in verbo fiſcum, in l. de contractu, C. de reſcindenda venditione, Laudenſ. in tract. de fiſco, verſ.* 14. Vnde ſicut ſi eſset condemnatus priuatus de euictione, teneretur ad totale intereſse illi, qui paſsus eſt euictionem, per iura in ſuperioribus allegata; ita etiam debet ad idem Fiſcus condēnari, per ſupra proxime deducta, poſtquam hoc caſu non reperitur priuilegiatus, vt dixi.
7 Accedit ad hæc, quod Fiſcus, qui habet bona ex confiſcatione, habet illa cum oneribus ſuis, *l. quidam, §. quotiens, ff. de legatis* 1. *l. in facto, §. fiſcus, ff de condiction. & demonſt. l. 2. C. ad l. Iulia de vi publ. l. cum fiſco, ff. ad Senatus conſ. Sillanian. Angel in l. controuerſia, ff. de tranſactionib. Laudenſ. eodem tract. verſ.* 124. quoniam Fiſcus in bonis con-
8 fiſcatis habetur loco hæredis, *Bald. in l. 1. C. de bonis libert. ſequitur Laudenſ. in dicto tract. verſ. 86. l. non intelligitur, §. cum ex cauſa, in glo. in verbo pertineat, iunctis alijs cumulatis per Laudenſ. in d. tract. verſ.* 227. vbi inquit, Fiſcum quaſi extraneum hæredē iudicandum, *Bart. in l. inter eos, ff. final. & latius in l. capitis, ff. de fideiuſſ. idem Bart. in l. quotiens, ff. de nouat. Cephal. conſ.* 321. *nu.* 16. modo ſi Dux Summæ rebellis contraxerat debita ante rebellionem, & ſic tenebatur ſoluere creditrici, quę egit contra Dominum Ducem; confiſcantur bona ſua propter rebellionem, & ſic Fiſcus efficitur hæres ipſius delinquentis: & ſicut hęres delinquentis tenetur ad vſuras, ita etiam tenetur Fiſcus, qui eius bona confiſcauit *per tex. in d. l. cum quidam, §. Fiſcus, ibi niſi ſuccedat priuato.* eſt enim ſuperius fundatum quod bona trā-
9 ſeunt in Fiſcum, cum ſuis oneribus: vnde ſi iſta egiſſet contra dictum olim Ducem, & nō ſoluiſſet eius creditum, ſemper ſoluiſſet tertias, ſeu intereſſe; & ſic etiam ſuus hæres, quando non fuiſſet rebellis, & ſucceſſiſſet Fiſcus: ita & pariter debet ſoluere Fiſcus ipſe, qui eiuſdem rebellis hæres habetur, cum hoc caſu non reperiatur priuilegiatus, vt ſupra dictum eſt; immo non debet eſſe melio-
10 ris conditionis, quam hæres, *vt voluit Ruin. conſ.* 23. *num.* 24. *vol.* 5. *Cephal. conſ.* 521. *num.* 50. *clarius vol.* 3. ſed ſi non ſolueret vſuras, ſeu intereſſe eſſet melioris conditionis, quam hæres alius; quod non poteſt eſſe, vt prædicti *Doctores* concludunt. Item etiam debet ſoluere intereſſe ipſi domino Duci, cui non ſoluit pecuniam, ad quam fuit condemnatus, ob quam cauſam coactus fuit vēdere introitus attrici: & ad dictum intereſſe Fiſcus tenetur non ſolum quia fuit author laudatus, & obnoxius de euictione reperitur; ſed etiam quia in ſolutione, quam fecit attrici, obtinuit contra Regium Fiſcum ceſſionem; & vt ceſſionario eius illud intereſſe, quod dictæ cedenti ſoluere tenebatur, debet
11 domino Duci ſoluere: cum ceſſionarius habeat iura cedentis, & in eius locum ſuccedat *tex. eſt in l. emptor. & ibi Bal. in* 1. *notab. C. de hered. vel action. vend. Iacob. Maria Riminal. conſ.* 564. *vol.* 4. *Hip. Riminal. conſ.* 65. vnde poteſt ſe dicere creditorem in libello, *Bal. in l. 1. vltima quaſt. C. de action. &*
12 *obligation.* nam eſt creditor illius, contra quem fuit facta ceſsio, *vt probat Ludouic. Roma. conſ.* 38. *&* 142. *Alex. in l. 1. num.* 37. *verſ. iuxta prædicta quarit hic Iacobus Butrig. ff. ſi certum petatur, & Dec. ibidem nu.* 99. *verſ. poſtremo. Vnde Socc. iunior conſ.* 27. *num.* 7. 2. *vol.* decidit quod poteſt contra debitorem ceſſum proponere omne ius, quod competebat cedenti, *ſequitur Io. Pet. Anchar. quaſt.* 3. *in fine*, 2. *libro ſuarum*
13 *quaſtionum*. Immo in ceſsionarium tranſit ius exigendi intereſſe debitum cedenti, *l. nomen, in princip. ff. de leg.* 3. *per quem tex. ita conſult Lud. Roma. conſ.* 135. *circa deciſionem, ſequitur Card. Paris. conſ.* 75. *difficultas in præſenti, num.* 18. *vol.* 4. & proinde ex prædictis concluditur omnino Regium Fiſcū condemnari debere ad ſoluendum Domino Duci intereſſe petitum: & licet ex prædictis apparere poteſt ſublatum contrarium *dicto §. Fiſcus.* tamen particularius reſpondendo dico, quod non obſtat *tex. in dicto §. Fiſcus,* quia ille *textus* procedit quando Fiſcus eſſet debitor in pecunia, & non ſoluiſſet, quia non interpellatus; qui ita intelligendus eſt, cum priuilegium concedat Fiſco, vt mora re ipſa contrahatur, & priuatus teneatur illi ſoluere vſuras: ſed Fiſcus non ē contra, cum in-

Digitized by Google

damnum Regij Fisci mora re ipsa non contrahatur, vt probat ille idem *textus* Fiscus non tenetur ad vsuras quando non succedit priuato *vt iuris consultus se ipsum limitat ibi cum autem loco priuati.* sed hic Fiscus ex confiscatione successit Alphonso Sanseuerino debitori attricis, & sic tanquam succedens priuato *vt probat idem tex* tenetur ad vsuras. vel tertio quia ille *tex.* loquitur de vsuris lucratiuis, non autem de damnis re-
14 stauratiuis, vt sunt istæ, quæ non solum de iure ciuili, verum, & de iure canonico debentur *vt notant Doct. in l. curabit, C. de actionib. empti,* & ideo sublata Regij Fisci obiectione remanet cõclusio supra firmata, quod Fiscus Regius teneatur ad interesse petitum, & successiue debere liquidari, & ad id Regiũ Fiscum iam dictum condemnari.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 F*Oriudicationis tempus ex causa arctari potest.*
2 *Foriudicatus non amictit ea, quæ sunt iuris communis, & num.* 14.
3 *Foriudicatus est incapax bonorum existentium in territorio bandientis, maxime quando per statutum id exprimitur, nu* 4. *quod fieri potest, & num.*5.
6 *Rex Monarcha est in Regno.*
7 *Constitutiones, & Regni iura, quæ foriudicatis denegant acquisitionem bonorum, & habent eos pro mortuis.*
8 *Mortuus ciuiliter æquiparatur mortuo naturaliter, quoad acquisitionem, & retentionem bonorum.*
9 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.*
10 *Mortuus ficte est incapax successionis, & ei succedunt agnati, tamquam verè mortuo, & num.* 11.
12 *Dominium continuatur de patre mortuo naturaliter, in filium; sicut de mortuo ciuiliter.*
13 *Dominium transfertur absque traditione, quando lex tribuit acquisitionem.*
15 *Foriudicatus dicitur hostis publicus, & maiestatem ledens.*
16 *Deportatus est incapax successionis ex testato, & ab intestato.*
17 *Banditus æquiparatur deportato.*
18 *Foriudicatus est incapax successionis, & retentionis bonorum.*
19 *Neapolitani Ciues foriudicati non amittunt bona, vt fisco applicentur, sed agnatis; agitur de intellectu cap. Regni, nu.* 20. *&* 22.
21 *Fiscus succedit in bonis allodialibus vna cum filijs foriudicati, vti filius; in bonis vero feudalibus habet fructus, durante vita feudatarij.*
23 *Lex noua per veterem recipit interpretationem.*
24 *Neapolitanorum bona non publicantur fisco, sed deferuntur agnatis, vt bona conseruentur in familia.*
25 *Foriudicatis ab omnibus denegantur alimẽta, & substentatio.*
26 *Princeps mitis est erga fideles, non circa hostes, & rebelles, contra quos omnis interpretatio facienda est.*
27 *Donationem rei recipiens ab aliquo, præsupponitur dominium rei donatæ esse penes donantem, & non donatarium.*
28 *Vrsill. ad decis. Afflict.* 361, *num.* 17. *reprobatur.*
29 *Neapolitani foriudicati restituti deniq; per Principem, an consequantur omnia bona apprehensa per alios vigore cap. Neap.*
30 *Foriudicatus nullum actum, vt viuens agere potest.*
31 *Neapolitanis foriudicatis quid gratia per cap. Regni intelligitur concessum, & n.* 34.
32 *Gratia Principis in præiudicium tertij non operatur.*
33 *Princeps in dubio censetur disponere secundum ius commune, nec vti plenitudine potestatis.*
35 *Feudum defertur secundogenito, foriudicato primogenito.*
36 *Actus duo correspectiui pro vno reputantur.*
37 *Concessionis causa potissimum est attendenda.*
38 *Donatio resoluitur, ob causam non sequutam.*
39 *Causa, vt bona conseruentur in familia, præsumitur finalis, & fauorabilis.*
40 *Pactum vt res donata reuertatur ad donãtem post mortem donatarij valet, nec dicitur de futura successione.*
41 *Iuri quæsito ex contractu, non potest, absque facto eius, cui fuit quæsitum, derogari.*
43 *Feudum hæreditarium quod dicatur.*
44 *Assensus difformis à donatione feudi, num. valeat donatio, & non assensus; vel contra, vel neuter valeat, & quando dicatur difformis, & num.* 47.
45 *Concessio in dubio præsumitur facta ordine successiuo.*
46 *Stipulatus semper quis præsumitur pro se, & hæredibus, quamuis non exprimatur.*

48 Con-

48 *Contractus dicitur indiuiduus ratione voluntatis, & pacta censentur correspectiua, vt vnum sine alio non fuisset gestum, & num. 49*
49 *Refutatio facta cum pactis indigentibus assensu, qui non fuit super eis interpositus, sed simpliciter super refutatione, refutatio ipsa non valet, quia refutans absque illis non contraxisset.*
50 *Indultus factus pro bono pacis extendi potest ad bona alienata, etiam per contractum, quod declara vt num. 72.*
51 *Responsio secundum interrogata præsumitur facta.*
52 *Gratia in dubio censetur facta secundum petita.*
53 *Concessum inspicitur, & non petitum.*
54 *Indulgentia concessa per Principem criminis non debet extendi ad bona, etiam per verba ampla, & generalia, & num. 55.*
56 *Restitutio facta à Principe simpliciter trahitur etiam ad bona.*
57 *Restitutio facta à Principe ad honorem, & libertatem, non censetur ad bona, quia censetur limitata ad illos effectus expressos.*
58 *Dispositio non trahitur, nisi ad expressa.*
59 *Indulgere, & restituere qualiter differant.*
60 *Concessio minori, non conceditur maius.*
61 *Mandati fines sunt custodiendi, qui si in modico alterantur, actus corruit.*
62 *Vicarius non potest concedere id, quod dominus denegauit.*
63 *Restitutio tantum restituit, quantum abstulit id, aduersus quod petitur restitutio.*
64 *Hæreditas acquisita nepoti per foriudicationem patris, ei non aufertur per restitutionem, quam pater foriudicatus deinde obtinet, maximè quando hæreditas fuit apprahensa per nepotem, & num 65.*
66 *Restitutio non porrigitur aduersus non quæsita.*
67 *Donatio facta ex nunc, prout ex tūc sequuta morte, est donatio inter viuos, & in vita transfertur dominium, quamuis effectus sit dilatus post mortem, nisi expressè illud caueatur, & num. 69.*
68 *Probamium dispositionis mentem declarat.*
70 *Restitutio porrigitur ad ea tantum bona, quæ sunt quæsita ex causa immediatè damnationis, & foriudicationis; non quæ ex alia causa mediata, & extrinseca, & n. 71, testatur de communi.*

Pro Aurelia de Ebulo, contra Andream de Ebulo.

ARGVMENTVM.

Foriudicati quando, in & quibus habentur pro mortuis, & quæ per foriudicationem amittantur. Bona Neapolitanorum qualiter ex foriudicatione publicentur, & quibus deferātur. Restitutio concessa per Principem quando trahatur ad bona; & quænam bona per restitutionem recuperari possunt.

CONSILIVM LXXI.



OCCASIONE foriudicationis Domini Andreæ de 1 Ebulo plura discutienda veniunt. Primo, bannitus quę de iure communi, quęue de iure Regni huius amittat. Secundo, restitutus à Principe ad quæ restituatur. Deniq; quando ex donatione inter viuos ex nunc pro tunc secuta morte, dominium transferatur.

Quoad primum præstringendo articulum fuit Dominus Andreas de Ebulo foriudicatus ob ipsius contumaciam, non comparendo infra terminum statutum, qui etsi vnius anni erat, ex causa tamen abbreuiari potuit,
2 *And. in const. pœnam eorum*, & quamuis ea, quæ iuris communis sunt, foriudicatus non amittat, *Bart. in l. 1. num. 3. C. de hæred. instit. ibique Alex. idem Bart. in l. eius qui, §. 1. ff. de testam. Ruin. cons. 49. num. 3. vol. 4. Nell. in tract. bann in 1. par. 2. tom q. 5. Clarus in 3. lib. §. testamentum, q. 20. vbi de communi testatur.* Attamen dictus Andreas in hoc Regno ea, quæ iuris communis sunt,
3 amisit; quia in territorio Bannientis ius cōmune obumbratur, ita quod foriudicatus in bonis existentibus in territorio Bannientis ab eorum acquisitione qualibet excluditur, & incapax penitus efficitur, *Bal. l. seruum quoque, §. publice, num. 5. de procur. Alex. cons. 75. num. 8. & 9. & cons. 23. num. 3. vol. 1. Ias. qui similiter de communi profitetur cons. 146. col. 3. vers. quarto facit. num. 2. quos refert Clar. loco alleg.* & licet hoc non sit vsquequaque tutum, cum aliqui contra-
4 dicant; attamen contradicentes illi non negant id verum fore, quando statutum hoc expri-

exprimeret, *Alex. ad Bart. in l. certa forma, num. 7. C. de iure Fisci, Gozzad. conf. 96. num. 8. Alex. conf. 75. num. 4. vol. 1. Clar.*
5 *loc. alleg.* & statutum hoc facere posse, *tra-*
dit Castr. in l. 1. num. 4. C. de hared. instit. Imol. in l. gallus, §. ille casus, ff. de lib. & post. & in l. ex facto, §. ex facto, ad trebell. Ias. qui concordantes refert in l. 1. de hared. inst. De quo nõ est dubitãdũ in *legibus huius Regni*, cum fuerint conditæ ab Imperatore Federico, *iuxta not. per Bart. in l. fin. num. 3. C. si contr. ius, vel vtil. publ. & in proprijs terminis Vant. in tit. de null. ex def. inhab. n.*
6 *51.* & Rex huius Regni Monarcha est in Re-
b gno b *cap. scitote, 3. q. 7. de quo late per Afflict. in prælud. constit. q. 1. num. 4.* idque autẽ huius Regni leges exprimere, ex multis comprobatur.
7 Primo in illis verbis *const. pænam eorum,*
v3 (in omnibus ferè pro mortuo habeatur.)

Secundo, in illis verbis (sic foriudicatus habebitur, prout in aliquibus imperij nostri partibus nuncupatur, quasi foris omnem aditum iudicij constitutus.)

Tertio, quia non solum *constit. prædicta* banditum impune interfeci permittit, sed eius bona etiam publicat; & in specie hoc prouidetur per *constit. grandis vtilitas.*

Quoad primum cũ *leges huius Regni* foriudicatum pro mortuo habeant, frustra quæritur si bona retinet, vel acquirere possit; cũ
8 idem sit vere esse mortuum, quoad hunc ef-
fectum, vel iuris fictione, *vt not. glo. notab. in l. vnica, §. cum igitur, vers. ea etenim in*
9 *verbo cum fuerit, C. de cad. toll.* Idem enim
operatur fictio in casu ficto, quod veritas in
10 casu vero *l. certum, ff. locat.* & ficte mortuũ
acquisitionis incapacem esse, *tex. est apertus*
11 *in d. l. vnica, §. in primo itaq; ordine*, eique
agnatos succedere tamquam verè mortuo, *refert Innoc. in cap. grauem, de sent. excom. Afflict. in d. constitut. in 10. notab. num. 46.* Ex quo *Andreas in constit. foriudicatorum*
12 *bona*, duo docuit. Primo, vt quemadmodum
patre naturaliter mortuo dominium continuatur in filios, *l. cum heredes, ff. de acquir. possess.* ita & mortuo ciuiliter. Secũdo, quod si filij nõ possiderent bona ad eos deuoluta, vigore dictæ foriudicationis agere reiuendi-
13 catione possent; cum quando lex dat, facit
accipientis, dominium transferendo, *l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. obligat.*
14 Quoad secundum habemus in terminis
doctrinam *Baldi in l. si is qui, num. 5. vers. item habemus banditos, C. si pend. appell. Dec. in l. vt vim, nu. 14. ff. de iustit. & iur. alleg. conf. Alex. 23. & conf. 75. vol. 1. nu 9. Ioan. Dilect. in tract. de art. test. in tit. de his qui à testam. fact. can. 10. num. 3. & in proprijs terminis huius constit. Boss. in sua prax. in tit. bann. quod amict. num. 14.* tanto magis,
15 quia *d. const.* vltra progreditur, & disponit
foriudicatum tamquam hostem publicum iudicari, & hostis publicus Maiestatem lędẽs dicitur, *Barth. de Cap. in d. constit. pænam eorum, nu. 17.* & lædens Maiestatem Regiam ab omni suffragio, & acquisitione, siue retẽtione excludi non dubitatur.
16 Quoad tertium hoc defendit *Aret. in §.*
cum autem, nu. 7. instit. quib. mod. ius patr. potestat. soluitur, l. 1. C. de hared. instit. l. 1. §. pen. ff. de bonor. poss. contra tab. l. in metallum, ff. de his, qui pro non script. hab. in quibus iuribus legitur deportatum, cui ex testamento, vel ab intestato hæreditas defertur, incapacem ipsius penitus esse, & pro nõ
37 scripto haberi: & banditum cum bonorum
publicatione deportato æquiparari, *refert. glo. in l. relegati, ff. quib. mod. ius patr. potest. sol. Bar. in quæst. incipiens, in quæst. Lucan. Ciuit. Alex conf. 26. nu. 1. & conf. 23. num. 9. & 75. eod. num. vol. 1. Gozzad. conf. 96. num. 7. & Paris conf. 157. vol. 4. n. 19.*
18 ex quibus satis, satisq; fundatum fuit, ban-
nitos huius Regni cuiuslibet acquisitionis, & retentionis incapaces esse, *& in terminis habemus conf. Loffred. 43. num. 9.*
19 Nec *cap. Regni* excludens Ciues Neapo-
litanos, super quo Aduersarij maximum faciunt fundamentũ; prætendentes ex eo fundare, quod dictus dominus Andreas non amisit dominium bonorum sibi donatorum per Vincentium patrem, *per ea quæ Moderni dixerunt ad decis. Afflict.* 361. aliquid su-
20 prædictis suffragari potest; quia dum foriu-
dicatur Ciuis Neapolitanus, foriudicatio nõ habet differentem effectum quoad eum circa habilitatem personæ foriudicatæ, & vt pro mortua non habeatur; verum tollitur confiscatio bonorum in beneficium Fisci, qui per
21 *leges huius Regni, foriudicatorum bona*, & si
quandoque vocatur ad successionem foriudicati simul cũ filijs pro virili, tam in bonis allodialibus; quam fæudalibus; & si in bonis fæudalibus vocetur, tamen quoad portionẽ, & ratam fructuum, viuente naturaliter foriudicato; cum fæuda diuidi non possint: & in hoc *leges Regni* videntur quasi concurrere cum iure communi, *l. si quando, C. de bonorum præscript.* alterando dispositionem *authen. bona damnatorum, C. eod.*
22 Sed quod per dictum *cap.* ea persona per for-
iudicationem inhabilis effecta possit bona tenere, possit contrahere, possit disponere, hoc ibi non prouidetur: & cum pro mortua habeatur, oportet quod dominium bonorũ

non

non sit in suspenso; & propterea sublata cōfiscatione in beneficium Fisci, bona integra debent peruenire ad successores, tum attenta dispositione iuris communis *authen. bona dānatorum*, tum nostrarum *constitutionum*, quæ circa bona duo disponunt, vnum est, ꝙ pro parte confiscehentur, & hoc est per dictum *capitulum* sublatum: aliud quod succedant filij, alijque legitimi successores; & hoc vltimum tamquam per dictum *capitulum* non immutatum stare non prohibetur *l. præ-*
23 *scripimus, in fin. C. de appell.* Quinimmo lex noua recipit interpretationē à lege veteri, *l. sciendum, ff. qui satisd. cog. authen. offeratur, C. de litis contestat* si ergo *leges huius Regni* per foriudicationem patris, faciunt feuda transire ad filium,& ad Fiscum,vt supra;cum lex noua, & sic *capitulum* prædictum ratam ad Fiscum tangentem remittat; tamen quia aliud nō dixit,voluit fæuda transire ad filios, prout ius vetus disposuit *d. auth. bona damnatorum*.
24 Præterea dum Rex concessit, quod per delicta Neapolitanorum bona non publicentur,& ratio nō exprimitur;illa videtur fuisse, vt bona in familia conseruentur:& sic gratia respexit beneficium, & fauorem filiorum, & agnatorum; non delinquentis, vt penes eum remaneant, *Afflict. in d. constit. foriudicato-*
25 *rum bona, num. 6.* & non est mirum, quia cum foriudicatus hostis publicus sit, egere debet, & nullam substentationem habere, etiam de bonis suis, *constitut. pœna carere volentes*; debet enim tamquam malemeritus ægestate laborare; quinimmo nec vxor ei de suis dotibus subuenire potest, nec parentes, nec filij, *vt disponit d. constit.* quod est valdè mirum in vxore, cum duo sint,in carne vna, *l. 1. ff. de ritu nupt.* & in parentibus, & filijs cum ad alimenta æquitate naturali adstringantur; Rex enim foriudicatos,vt hostes publicos odio prosequitur, eosque pro mortuis habere, & impunè offendi decreuit, & si id est, non est credendum penes eos voluisse
26 bona remanere; siquidem Princeps mitis est circa fideles, & non circa hostes, & rebelles, contra quos omnis interpretatio facienda est, *Bald. in cap. 1. col. 1. de pac. const. Boss. in tit. de remed. ex fola. elem. num. 39. Et hic casus de Ciue Neapolitano fuit pluries per Sac. Cons. decisus,& signanter in causa Ferrariorum referente quond. Domino de Rubeis.*

Idque taliter fuisse sic Rex Serenissimus, & Dominus Andreas met recognouerunt; Andreas enim obtinuit à Catholica Maiestate, vt restituatur ad bona, consentientibus filijs;hanc gratiam ipse Andreas operatus est, vt consentiente Domina Aurelia eius filia bona cum certa qualitate recuperaret: in his enim actibus Serenissimus Rex, & Dominus Andreas pro firmo fatentur dominium fæudorum nō aliter potuisse remanere in personam dicti Andreæ,ex dispositione *d. cap.* sed dictæ Dominæ Aureliæ quæsitū fuisse. Rex enim ita fatetur dum vult cum consensu filiæ Andream restitui ad fæuda eidem filiæ ob eius foriudicationem quæsita, clare sentiens Rex ob foriudicationem dicti Andreæ bona transferri ad successores,tamquam habens omnia iura in scrinio pectoris sui: idem hoc approbat Andreas, & fatetur, dum vtendo gratia prædicta à dicta Domina Aurelia scienter fæudorum donationem re-
27 cepit, volens ea ab ipsa recognoscere; quæ & si non essent dictæ Aureliæ, ex hoc actu scienter facto videretur in eam tacitè dominium transtulisse, & ab ea demum per donationem recepisse *Aret. in l. si aliquam, col. 4. vers. aduerte, ff. de acquir. possess.*
28 Ex his enim credo allucinari *Modernos in add. ad Affl. decis. 361. num. 27.* vbi firmant pedes,quod restitutus per Principem vigore
29 *capituli Neapolitani* consequuntur bona per alios apprehensa; ea ratione quia si publicatio bonorum est causa amissionis ipsorum, cum hodie contra Neap. non fit, videtur quasi sublato obstaculo à principio, bona foriudicato remanere, *alleg. Salic. in l. 1. C. de hered. instit. Gozzad. cons. 96.* nam nec *Salic.* nec *Gozzad.* loquuntur in statuto disponente quod bannitus, seu foriudicatus habeatur pro mortuo; sed tantum, quando aliquis est bannitus, absque bonorum publicatione: quo casu licet possit in personam offendi, non offenditur in bonis, quæ posset tenere: sed in Regno foriudicatus non solum potest, vt hostis impune offendi, sed quoad omnia fere pro mortuo habetur; adeo quod
30 nec bona possidere, nec aliquem actum, quem facere posset viuens, valet, *Afflict. in d. constitut. pœnam eorum num. 46.* eique tanquam mortuo succedunt filij *per d. const.*
31 *foriudicatorum bona*, vt supra diximus. Rex enim per *cap. Neap. concessum*, fecit gratiam tantum de bonis, quæ sibi acquirebantur, de reliquis autem, quæ ob foriudicationem ad filios, vel ad agnatos transibant, non voluit
32 illis auferre, nec fecit; quia gratia Principis sine tertij præiudicio intelligitur, *l. 2. §. merito, ff. ne quid in loc. publ.* & si aliter intelligeretur, corrigerentur *constit. Regni*, quæ bona foriudicati allodialia, & fæudalia dant filijs, & agnatis, & prohibet subuentionem omnem circa eorum personam: pariter corrigerentur iura communia, quæ volunt bo-

na damnatorum dari ascendentibus, vel descendentibus, & ex latere vsque ad tertium gradum, *auth. bona damnatorum, C. de bon. præscript.* & *legis* correctio euitanda est. Im-
33 mo cum Princeps disponit, in dubio videtur secundum ius commune disponere, & non illud corrigere, nec vti plenitudine potestatis, *Innoc. in cap. innotuit, circa principium de election. Abb. in cap. ad hæc, extr. de rescript. plura Ias. in l. quamquam, num. 2.*
34 *cum seq. C. de milit. testa.* & propterea concludendú est per *capitulum Neap. concessum*, nil aliud fecisse Regem, quam remictere illa bona quæ sibi per leges Regni ob delictum acquirebantur; firmis tamen remanentibus eisdem *constitutionibus Regni*, quæ ob foriudicationem ad filios, cæterosque successores bona transire faciunt: Quamobrem concludo dominam Aureliam ob foriudicationem Andreæ patris eius bona acquisiuisse, & in successione aui (quia pater erat incapax) ipsam pariter successisse, perinde ac si dictus eius pater non fuisset in rerum natura, *l. vnica, §. cum igitur, C. de cad. toll. Alex. cons. 26. & 75. num. 9. & 23. vol. 1.* vbi tradit quod bannito filio agnati admictũtur, ac si naturaliter mortuus esset, *Afflict.*
35 *in d. constitut. pœnam eorum, num. 46.* quod mortuo patre existente foriudicato primogenito, succedit in fæudis secundogenitus, prout est casus noster, *Afflict. in constitu. ob filiorum culpas, & Andr. in §. præterea, n. 13. vers. audiui*, & per hæc alias decisum in causa de Ferrarijs, referente Domino de Rubeis, quod si primogenitus indultaretur, non recuperet bona à secundogenito.

Secunda est conclusio, quod postquam Dominus Andreas fuit à Rege restitutus, & respectu bonorum amplissimè, cum hac tamen clausula consentientibus tamẽ respectu omnium bonorum prædictorũ filijs, & filiabus dictorum Andreæ, Antonij, & Cæsaris de Ebulo fratruum, quibus prædicta bona ex causa dictæ foriudicationis peruenerunt, vel qualitercunque peruenire potuissent; volens dicta gratia ipse Andreas, & restitutione vti, veniunt ad conuentionem cum domina Aurelia eius filia, ad quam ob eius foriudicationem peruenerunt omnia bona Vincentij de Ebulo sui Aui, & patris dicti Andreæ, in qua dicta Aurelia facta mentione omnium prædictorum, & præuio assensu retrocedit dicto Andreæ eius patri bona per ipsam acquisita, vt supra, pro se, & hæredibus vtriusq; sexus. Et quia realis intentio dictæ Aureliæ fuit retrocedere dicta bona ꝑdicto Andreæ patri, & masculis per ipsum procreandis tantum, & quod in defectu ipsorum, ipsa Domina Aurelia remaneret succeditrix omnium bonorum, tamquam filia primogenita; in eodem tempore, coram eijsdem testibus, notario, & Iudice, in alio contractu fuit facta declaratio, quod re vera intentio dictæ dominæ Aureliæ fuit retrocedere dicto eius patri pro se, & masculis hæredibus tantum: & propterea asserens Dominus Andreas, quod intendebat prouidere in quantum poterat indemnitati dictæ Aureliæ, ne illa defraudata, siue exclusa remaneret successione competenti, tamquam primogenita in dictis bonis; declarat quod ipse contentatur, vt consensus præstitus per ipsam restitutioni prædictæ intelligatur in beneficium ipsius Andreæ, & masculorum ab ipso procreandorum, & non aliter, nec alio modo, & sub ista conditione dictũm consensum, donationem, restitutionem, & refutationem acceptauit, & acceptat; ipsamque promisit ad vnguem obseruare, & non aliter, nec alio modo, quia sic ipse Andreas voluit, & disposuit, pro quibus omnibus, &c. obseruandis obligauit omnia bona. Cui declarationi etiam adest assensus.

36 Hi duo actus vnicus censentur, quia vnus, vt correspectiuus alteri inest, *Bal. in l. petens post num. 49. vbi Dec. C. de pact. Soce. cons. 273. vol. 2.* & si ex vno actu donatio fuit facta Andreæ pro se, & masculis tantum, & non aliter, nec alio modo, prout sic verba hæc
38 exprimũtur in declaratione; sequitur, quod per defectum masculorum Aurelia noluit donare, immo nihil in eo casu censetur actum, *ita Bald. in §. denique, circa finem, vers. sed pone, quæ sit 1. cau. benef. amict.* Contemplauit enim Aurelia personam patris, & post eiu mortem filios masculos tantum; ea ratione subintellecta propter verbum masculos, vt bona conseruentur in familia, *l. 1. §.*
38 *ante pen. ff. de contr. insp.* Sed in eorum defectu quasi causa data, & non secuta, donationem voluit resolui, eamque vt dominam fæuda habere, *l. 2. vbi glos. in verbo resolueretur, C. de cond. ob caus. l. si actionem, C. de pactis*; hæc enim fuit causa finalis Aureliæ donandi Andreæ pro se, & masculis, vt bona
39 conseruarentur in familia: quæ causa cum sit fauorabilis, finalis præsumitur, *Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat.* & ob defectum causæ finalis donatio resoluitur, *d. l. 2. §. fin.* Quinimmo, & plus cũ Andreas recepit donationem pro se, & masculis, & non aliter, ne Aurelia dictis bonis defraudaretur, videtur se obligasse, prout promisit, contenta in illo contractu adimplere, vt post eius mortem
40 sine masculis bona ad eam reuertantur: & talis conuentio licita erit, nó de futura successione, cum possit quis bona sua, vel partẽ

post

post eius mortem donare, vel etiam promittere, *§. post eius mortem, instit. de inutil. stipul. l. si quis argentum, §. & si quis, C. de donat. l. 1. C. vt ab hered. Oldrad. consf 139.*
41 *in princip.* Vndè si Andreas post eius mortem sine masculis ex contractu se obligauerit bona esse Dominæ Aureliæ, non poterit in eius præiudicium de illis disponere; quia ex eius contractu ipsi est ius quæsitum, *l. quoties, C. de donat. quæ sub modo.* quod sine facto suo tolli non potest, *l. si post mortem, in fin. ff. de bonorum possess. contra tabul.* & si
42 Andreas cōtrauenirer, quia obligatus est ad factum, ad omne interesse tenetur, *l. si quis ab alio, §. 1. ff. de re iud.* eiusque bona ob id essent obligata, *Oldr. consf. 114. versus fin.* & quod nullo modo Andreas disponere possit, considerentur quæso verba declarationis, quando Andreas recepit donationem pro se, & masculis, dicit id facere ne sit Aurelia defraudata, & exclusa post mortē patris in successione horū fæudorū: quid aliud sonāt hæc verba? nisi q̄ hæc fæuda donata Andreæ post eius mortē sine masculis, integra sint Aureliæ, alias si posset disponere Andreas, defraudata, & exclusa Aurelia remaneret, quod nullo pacto est ferendum.

Nec dicatur assensum esse difformem à declaratione, seu donatione, eo respectu, quia donatio fuit facta pro Andrea, & masculis, & assensus addat pro masculis, & hæredibus: quasi donans voluerit hæc fæuda post mortem Andreæ transire ad masculos sub natura fæudi ex pacto, & prouidentia, quod est quando fæudum tibi, & liberis conceditur; & assensus voluerit masculos succedere vt hæredes sub natura fæudi hæredita-
43 rij, quod est quando tibi, & hæredibus con-
44 ceditur, *Andr. in cap. 1. an agnat.* adeo quod si assensus differt à donatione nihil censetur actum, & neutrum valet, *l. non codicillum, C. de testam. Camer. in cap. imperialem cart. 36. lit. R. de prohib. fæud. alien. per Feder.*

Sed audiant quæso Domini iudicantes id nihil esse; non est verum assensum esse diffor-
45 mem à donatione, nam cum Andreas receperit donationem, pro se, & masculis, intelligitur fuisse stipulatum primo sibi, & post mortem ordine successiuo eius filijs masculis, *l. gallus, §. quidam recte, vbi Scrib. ff. de lib. & posth.* & tunc quia stipulatio sumit originem in personam patris, & demum
46 post mortem eius filiorum, licet non addatur illa qualitas hæredibus, intelligitur; cum quilibet sibi, & hæredibus prospicere videatur, *l. si pactum, ff. de probat. glo in l. si tibi, §. si pactus, ibi Bar. & Bal. in fine, ff. de pact. Alex. num. 8. Iacob. consf. 1. num. 66. Ias. in l. quod dicitur, num. 27. ff. de verb. oblig.*
47 *Loffred. consf. 1. num. 66.* si ergo in hac donatione masculi veniunt vti hæredes, ex intellectu iuris; dum assensus addit pro se, & masculis hæredibus, addendo qualitatem hæreditariam, fuit exprimere id, quod tacite inerat, vt sic nulla detur difformitas, esset enim difformitas inter assensum, & concessionem, quando vnum contineret concessio, & contrariū assensus exprimeret; tunc enim neutrum teneret ex defectu voluntatis, pro vt in exemplo tradito *per Camer. loco alleg.* sed quando vnum dicitur in contractu, & aliud additur in assensu, quod veniet ad declarationem eius, quod virtualiter in concessione compræhenditur; nulla est difformitas, immo conformitas, vt vtrumque valeat.

Pratereà esto millies, quod assensus sit difformis à donatione, & Dominus Andreas illum impugnaret; tanto magis succumberet: nam vt dixi vterque contractus donationis factus per Aureliam pro se, & hæredibus, & contractus declarationis Andreæ pro se & masculis; vnicus fuit, vt supra fundatum extitit, immo indiuiduus ratione voluntatis vtriusque; non enim donasset Aurelia Andreæ pro se, & hæredibus, si Andreas tunc non declarasset recipere donationem pro se, & masculis: in tantum quod donatio à principio ex contrahentium intentione fuit pro
48 se, & masculis; si nunc impugnatur declaratio Andreæ ob defectum assensus, impugnatur pars contractus, qui cum indiuiduus sit ratione voluntatis, *iuxta l. pedius, ff. de arbitr. Bar. in l. græce, §. illud, ff. de fideiuss.* & vnus sine altero non fuisset gestus; neuter teneret, vt in venditione cum pacto retrouendendi tenet, *Camerar. in d. cap. imperialem, cart. 58. lit. T. & Martinus de subfeud.*
49 *q. 16. fol. 8. in nouis,* sicut in materia etiam refutationis dicimus, *ex regula tex. in cap. 1. §. profecto de l. Corrad. in 2. resp.* quæ facta cum aliquibus pactis assensu indigentibus, ex defectu illius corruit refutatio alias de iure permissa, quia refutans aliter absque illis pactis non refutasset, *de quo latius Loffr. in alleg. consf. 9. & eleganter Camerar. 43. in litera A.* & censetur vnicus contractus, duo continens, *Andr. in cap. 1. vers. hoc ergo, de feud. dat. inuicem, Leommiss* quia censetur contractus insitus primo, & illi correspectiuus, *Bald. in l. pen. §. mulier, ff. sol. matrim ex locis alleg. supra, Soce. consf. 273. vol. 2. Corn. latissime consf. 350. vol. 1.* & sic si neuter contractus tenet, sublata è medio dicta prima donatione, adhuc dominium esset in posse Aureliæ; & sic vana redderetur prætensio dictæ Andreæ, cum intendit disp-

nere

nert de rebus alienis . ex quibus quocunque
dictus Andreas se vertat,non figit pedes,nec
habet fundamentum.

Nec huic conclusioni obstabit indultus,
quem nouiter Dominus Andreas obtinuit
50 ab Illustrissimo D. Petro Gonsales,qui cum
sit factus pro bono pacis , & publica vtilita-
te,pro extirpandis malefactoribus à Regno,
porrigit vires etiam ad bona alienata ex
contractu, *Bal. de pac. const. §.hoc nos,num.*
3. *vers. pro bono pacis*, *Capyc. decis.69.num.*
22. quia indultus iste nullo pacto compræ-
hendit restitutionem bonorum , sed tantum
criminis , atque pœnæ indulgentiam conti-
net ; idque ex eius lectura constat , tam ex
precibus oblatis per Andream , in quibus
petit indultum cõmissi delicti: quam ex gra-
tia, quam promittit D. Petrus in calce sup-
plicationis, promittens Andreæ indultum si
infra mensem cõsignauerit Nicolaum Graf-
fantem publicum delinquentem;gratia enim
indultus fuit conformis petitioni , prout re-
gulariter responsio secundum interrogata
intelligitur, *§. præterea, instit. de inutil. sti-*
pulat. & in terminis habemus DD. Bart. in
52 *l. 1. num.5 ff ad l. Iul. Maiest.* vbi quod se-
curitas eundi, & redeundi concessa , intelli-
gitur concessa prout fuit petita , *sequitur*
Felyn. in cap. super literis, num.9.de rescript.
53 *Alex, cons* 84.*num. 7. vol.* 1.quinimo si ge-
neralis fuisset petitio,prout non fuit; tamen
gratia fuit particularis continens tantum
indultum, cum non quod petitur , sed quod
conceditur inspiciatur, *l.* 1.C. *de diuers. re-*
script. adeo quod per lecturam huius indul-
tus ex petitione , & gratia liquet indulgen-
54 tiam criminis tantum fuisse concessam , &
tunc non venit restitutio bonorum,*D.D. in*
l. 2. C. *de sent. pass Iason in l. fin. num.* 16.
C. *de const. princip.* & licet die 25. mensis
Maij per Andream consignato insigni latro-
ne, vt promiserat; D.Petrus ei indulgendo
crimen, ac si nunquam patrasset, addat alia
55 verba, videlicet eum restituendo ad pristi-
nam dignitatem , libertatem, honorem , &
conuersationem; non per hoc restitutus est
ad bona, *Bart. Bal. in l. fin.* C. *de sent. pass.*
Bal. in cap. dño guerram in tit. hic finitur
lex Corr. & in l. sed si hac , §. sed si pœnam ff.
de in ius voc. Angel. in §. si quis de parenti-
bus, auth. vt cum de appellatione cognos. Alb.
Raph. Fulgos. in auth. idem de nepotianis.
alij quos congerit Ias. in §. & quid si tantum,
num. 7. Boss. de remed ex sol. clem. princ. nu.
11.*Decius in l.cum condemnatione num* 3.*§.*
cum verborum, de reg. iur. Afflict. decis. 361.
num 7. Capyc. *decis.* 162. *num.9. Alex. cons.*
107. *num.6. vol.2. Socc. cons.* 32.*num.*23. *in*
1.*vol. Paris. cons.69.num.165.vol.3. & cons.*
56 157.*num. 46. vol.* 4. quia tunc restitutio
bona compræhendit,quando est facta simpli-
citer sine adiuncto;tunc enim ad bona,& ho-
norem trahitur , *l. 1. & fin.* C. *de sent. pass.*
57 *& ibi Scrib.* sed quando restitutio non est
simpliciter facta, sed cum adiuncto, vt puta
ad libertatem , ad honorem; tunc ratione
adiuncti immutantur effectus simplicis re-
stitutionis , *arg l. qui lancem , ff. de aur. &*
arg. leg & vltra id, quod ei adiungitur , non
extenditur , *Bart in l. 2. vers. quandoque*
imperator, C. *de sent. pass. Salyc. in l. indul-*
gentiam, & Scrib. in l. fin. C. *eod. Andr. in*
cap. 1 *num.* 2 *vers. tenemus, & vers. & est*
restitutio, de vassall. decrep. ætat. & hoc deci-
dit tex. in l. cum patrem, C. *de sent. pass.* vbi
restitutio bonorum non venit ex criminis
indulgentia,nisi specialiter hoc sit prouisum:
vnde cum in gratia prædicta hoc specialiter
non sit prouisum, nec possit trahi, ex vi, &
significatione verbi restitutionis, cum sit
prolata cum adiuncto *per supra alleg.* inuti-
lis est prætensio fundata in indultu præfato:
& hoc D. Petrus noluit, vel non fecit quia
58 non potuit:noluit , quia nõ expressit aliquid
circa restitutionem bonorum ; ergo in illis
noluit restituere,cum non exprimendo con-
trarium cẽsetur statuisse *l. 1. §. sin autem ad*
deficientis, C. *de cad. toll. cum alijs add.*
per Paris. cons. 69. num. 180. *vol.* 3. non
fecit, quia non potuit , quia sibi erat data
potestas tantum indultandi, guidandi,& hoc
casu negabatur sibi potestas restituendi;cum
59 plus sit restituere , quam indulgere ; indul-
gentia enim personam tantum releuat , non
autem bona , restitutio autem vtrumque
Bal. in l. 2. C. *de sent. pass. colligitur ex tex.*
l. 1. eiusdem tit. si maiorem ergo continet
efficaciam restitutio, quam indulgentia;cui
conceditur potestas indulgendi,negatur po-
testas restituendi; quia cui conceditur quod
60 minus est, negatur quod est maius , *reg. cui*
licet de reg. iur. in 6. l. non debet, ff. de iurisd.
omn, iud. Vnde si dictus D. Petrus aliud fe-
cisset , tanquam præter formam suæ com-
61 missionis, non valeret : diligenter enim for-
ma mandati est attendenda , quæ si in modi-
co alteratur, actus ruit, *Ant. de Butr. in cap.*
pisanis, not. 17. de restit. spol. Alex. cons. 1.
vol. 4. l. diligenter, ff. mandati. Accedat quod,
quando Dominus Andreas impetrauit gra-
tiam à Rege; Rex noluit illam concedere,
nisi consentientibus ijs , ad quos intererat,
circa restitutionem bonorum : & proinde si
62 Rex qui dominus est hoc negauit,non potest
illud concedere eius Vicarius, siue Procura-
tor Generalis, *l. si hominem, vbi est casus &*
ibi

ibi Bart. verſ. & communiter DD. ff. mand. eo magis quod iſte actus eſt conſummatus ſtate contractu facto per dictum Andream, cum ipſa Aurelia vt ſupra, *iux. not per DD. ibid.*

Amplius dato, quod eſset reſtitutio ad bona, quod nunquam fundari poteſt, ex pluribus dico non poſse trahi ad bona ipſi Aureliæ quæſita. Primo quia dicta bona nunquam fuerint in dominio dicti Andreæ, cum ſemper fuerunt in dominio Vincentij patris dicti Andreæ, & aui dictæ Aureliæ, cui Vincentio tanquam neptis ex primogenito immediate ſucceſsit ipſa Aurelia dempto de medio dicto Andrea, cum illo tempore tanquam foriudicatus pro mortuo habebatur;
63 & conſequenter ſi reſtitutio tantum reſtituit quantum abſtulit id aduerſus quod petitur reſtitutio, *ex reg. tex. in l. fin. C. de ſent. paſſ.* cum dicta bona non erant, nec nũquam fuerint in dominio dicti Andreæ, non poteſt dici foriudicationem illa ei abſtuliſse, & proinde per reſtitutionem illa reſtitui debere; cum non detur priuatio, ſi non præcedat habitus. Nec aliquid facit quod etſi foriudicatio non abſtulit bona prędicta, abſtulit tamen poteſtatem acquirendi; quia ad hanc reſtitutio ſuas vires nõ porrigit, prout *DD.* decidendo caſum noſtrum notabiliter di-
64 xerunt: decidunt enim *DD.* quod hæreditas acquiſita nepoti per foriudicationem patris, ei non aufertur per reſtitutionem, quam pater foriudicatus deinde obtinet, *Bald. in l. gallus, §. quid ſi tantum col. fin. ibi Bart. num. 10. poſt glo. & ibi communiter DD. ff. de lib. & poſth.* & maxime quando
65 hæreditas fuerit apprahenſa per nepotem, *ſecundum Bar. in l. filius, in fin. ff. ad Tertull.* prout Aurelia apprahendit bona eidem delata per ſucceſsionem Vincentij aui. Hinc *DD.* dixerunt valere teſtamentum filij in acquiſitis poſt deportationem non obſtante reſtitutione, quia pater per deportationem illa non perdidit, ſed non acquiſiuit; & aduerſus non acquiſita reſtitutio non porrigitur, *Bart communiter ſequutus in d. l. fin. col. 3. & 4. C. de ſent. paſſ.*

Nec obſtat donatio facta per Vincentium patrem ipſi Andreæ, contemplatione matrimonij, ex qua Andreas præfatus intendit eradicare dominium in eius perſona ante
67 foriudicationem; quia admiſſo interim in donatione ex nunc, pro tunc ſecuta morte, & è contra, dominium eſset translatum, effectus tamen dilatus poſt mortem, *ſecundum vulg. conſ. Oldrad. 139. Nicolau. in 2. part. in 2. memb. & Loffred. in ſuo conſ. 9.* attamen quia factum aliter ſe habet, & ex facto ius oritur, ceſsat quæſtio; nam ex verbis contentis in inſtrumento in ſpecie declaratur, quod dictus Vincentius non intendit aliud facere, niſi aſsecurare Andream ſucceſsione; & dum tractat de translatione dominij, in ſpecie dicitur quod illud transferatur ſecuta morte, & in preambula hora
68 mortis, vnde alia diſputatio non caditatacit etiam prohemium donationis quod mentē declarat *iux. tex. in l. fin. de hered. inſt. ibi per amor che li porta, & per aſsecurarlo della ſua ſucceſſione poi la morte, &c.* & in medio dixit, *che non intende innouare, ne alterar li priuileggi, atteſo che l'intentione d'eſſo Sig. Vincēzo è ſtata, & è aſſicurare cõ la pñte donatione, & refutatione il detto Sig. Andrea della ſucceſſione pdetta in detti feudi, & non aliter, nec alio modo,* fuit itaq; conuentũ, quod de donatione fieret publicum inſtrumentum, in quo
69 adſunt infraſcripta verba vʒ, *attento quod intentio ipſius Domini Vincentij fuit. & eſt eum præſenti donatione, & refutatione aſsecurare dictum dominum Andream de ſucceſſione prædicta, & non aliter; ita quod ſecuta morte. & in praambula hora dicta bona trãſeant, & ſint in vtili dominio Andreæ,* & hæc verba appoſuit, poſtquam dixit quod donabat ex nunc pro tunc ſecuta morte: voluit enim Vincentius donare, ſed per donationem nihil in vita transferre; & hoc quia, vt ipſemet declarat, noluit aliud facere, niſi aſsecurare de ſucceſsione futura bonorum omnium exemptorum à quolibet onere, & hoc promiſit, & ad hoc ſe obligauit, & ad hoc deſeruiunt illa verba (ex nunc, pro tunc &c.) nempe pro obſeruantia, cum in caſu contrauentionis ſuccedat obligatio ad intereſse, quæ tantumdem importat, *vt notatur in vulg. conſ. Oldrad.* nam tempore donationis obligatur, quod tempore mortis ſuccedat, & abſque onere ſuccedat; Hinc videatur, quia non adeſt verbum per quod fiat aliqua mentio donationis inter viuos, nec ex eo quod dictus Vincentius in caſu cõtrauentionis tenebatur ad intereſse, quod tantumdem importat, poterit dici per reſtitutionem recuperare dictum intereſse, ſibi quæſitum ex dicta obligatione, quia obligatio domini Andreæ erat ex nunc, & pro tunc ſequuta morte; cum autem tempore mortis ipſius Andreæ dictus Vincentius non erat in rerum natura, iuris fictione in nihilo ipſe Andreas contrauenit; cum perſona, cui tradenda erant bona donata, in rerum natura non erat, & ſic ſublata contrauentione deficit ſubiectũ perſonalis actionis quoad intereſse, & ſublata actione perſonali, euaneſcit hipothecaria *iuribus vulgatis*, & ſic dum dictus Vincentius nihil amiſit, nõ eſt ad quid

Aa reſti-

restituatur;& in his q acqrere poterat,restitutio non porrigitur, vt supra satis, satisq; fundatum extitit.

Secundo iste indultus quatenus contineret restitutionem bonorum, non comprahenderet bona ipsius Aureliæ ex alio, nempe quia restitutio bonorũ porrigitur quoad illa bona alijs quæsita, immediate ex causa damnationis, quæ per restitutionem resoluitur, & annullatur, *secundum ea quæ Scribentes notant in l. gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posth.* secus autem in bonis quæsitis, & translatis ex alia causa extrinseca, & mediate, quia ad ea restitutio nõ trahitur, cum ex alia causa possessor illa retineat, *secundum dictos DD. ibidem, fuit originale dictũ Iacob. de Beluis. in cap. 1. hic finitur lex, sequitur Bald. Aluar. cæterique Andr. in*
71 *cap. 1. vers. fin. de vass. decr. ætat. & hæc est communis opinio omnium Scribentium in alleg. § & quid si tantum, & in l. fin. C. de sent. pass. & late eum explicat Alex in d. locis.* Vnde cum ipsa Aurelia non prætendat ad præsens ius in bonis prædictis ex foriudicatione, cum illud remisit; sed ex nouo contractu intercedẽte cũ ipso patre, post primã restitutionem, vltro citroque obligatorio, ex quo contractu est ius quæsitum ipsi Aureliæ, vt moriente ipso Andrea absque masculis, ipsa succedat in fæudis; ideo non potest ipse Andreas recedere, nec actum facere, ex quo præiudicium ei generaretur; quia semper daretur contrauentio, & consequenter succederet actio in genere ad interesse, quod tantumdem importat secundum superius dicta, nec restitutio ad illa operari po-
72 test per supra dicta. Nec huic cõclusioni refragabuntur superius allegata, quod hic secundus indultus est factus pro bono pacis, quia *DD. Bal. & Capyc. locis allegatis* procedunt quando Rex in specie in gratia exprimeret, quod restitutio fiat etiam ad bona alienata; quia hoc ex causa publicæ vtilitatis potest facere, quando vult, & expræsse dicit; alias secus, etiam quod id fieret pro bono pacis, *Nell. de Sanct. Gemin. in tract. bann. 2. part. 3. temp. q. 11. quem sequitur limitando totam materiam Ias. in d. §. & quid si tantum, num. 82. Boss. de remed. ex fol. elem num. 12. Iul. Clar. in pract. q. 69. n. 6. Afflict. decis. 361. Gram. decis. 65. n. 18.*

Ex quibus patet hunc indultum nullo pacto bona ista compræhendere, & sic, futilem, atque inutilem reddi prætensionem domini Andreę prętendẽtis posse disponere de bonis prędictis ad libitũ, non obstantibus omnibus contractibus prędictis cũ Aurelia filia initis.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *HÆredes possunt venire contra factum defuncti erroneum, & inualidum.*
2 *Restitutio Principis facit, vt omnis macula delicti censeatur in persona delinquentis aboleta.*
3 *Indulgentia Principis circa reos criminis læsæ Maiestatis, prodest etiam reis mortuis, & assignatur ratio, & num. 4.*
5 *Exceptio debet esse de regula, & firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
6 *Euictio an debeatur à Fisco pro concessione feudi simpliciter alicui facta, & quando.*
7 *Euictio non debetur per authorem, nisi in eo quod verè, & realiter fuerit sequuta.*
8 *Fiscus succedens bonis priuati tenetur ad omne illud, quod tenebatur priuatus, vt dotare filias, & ad alimenta filiorum, & num. 9.*
10 *Fiscus succedẽs priuato vtitur iure priuati, quod intelligas, vt num. 11.*
12 *Fiscus succedens priuato vtitur iure priuati in obligationibus perfectis in vita priuati.*
14 *Fructus, siue interesse rei quando debeantur, mora non contracta, & per personam etiam priuilegiatam, num. 14.*
15 *Interesse, quod debetur iure actionis potest peti separatim, si nihil de interesse fuerit dictum in sententia.*
16 *Fructus dotis debentur etiam dote soluta tamquam pars dotis.*
17 *Iudicium dotis est vniuersale.*
18 *Fructus, & actiones in iudicio vniuersali veniunt iure actionis, tamquam pars rei.*
19 *Interesse dotis de consuetudine Neapolis debetur iure actionis.*
20 *Interesse debetur iure actionis, quando est deductum in stipulatione.*
21 *Exceptio discussionis, iuxta terminos l. 2. C. de pignor. debet opponi ante litem contestatam, & quare, num. 22.*
23 *Intellectus ad text. in l. 2. C. de pignor. an habeat locum in tertiò possessore.*

Pro Guidone, & Carolo de Monforte.

ARGVMENTVM.

INdulgentia Principis an prosit reis defunctis, & quid in crimine læsæ Maiestatis; Euictio an debeatur pro fæudo simpliciter concesso. Fiscus succedens priuato an semper vtatur iure.

iure priuati. De fructibus, siue interesse, quãdo debeantur iure actionis, ita vt de per se separatim peti possint, & de intellectu l. 2. C. de pignor.

CONSILIVM LXXII.



Ex decreto nouissime lato per Regiam Cameram Sũmariæ, iã recordantur Domini Iudicantes, quod fuit præstita assifiẽta pro summa duc. 1625. in beneficiũ Dominorum Actorum pro quarta parte dotium tangente quond. magnificum Ioannem de Monforte patrem actorum; quatenus tamen respiciunt damnum magnifici Don Antonij possessoris, pro quibus non posset habere recursum contra Regium Fiscum. Quatenus vero posset habere recursum, Regia Camera reseruauit meliorem deliberationem, quæ similiter fuit reseruata super alijs duc. 1625. vna cum interesse, debitis eisdem actoribus pro alia quarta parte, ex persona quond. Nicolai de Monforte. Et respectu interesse illarum portionum, quæ fuerũt assignatæ quond. Gaspari, & Aureliæ, mediãte sententia eiusdem Regiæ Cameræ olim lata sub anno 1538. Adeoquod in expeditione huius causæ tria sunt explicanda. Primo, an magnificis Actoribus debeatur portio debita quond. Nicolao Monforte? Secundo, an pro interesse istarum portionum possit Don Antonius possessor habere recursum contra Regium Fiscũ; & in casu, quo Fiscus possessori teneretur, an eisdem similiter debeatur interesse? Tertio, & vltimo, an interesse, quod fuit omissum in sententia lata ad beneficium quond. Gasparis, & Aureliæ, debeatur eisdem actoribus, illudq; petere possint tamquam caput omissum? Et breuibus agendo. Quo ad primum, illud tantum difficultatem aliqualem facere videtur respectu portionis quond. Nicolai, scilicet, an Nicolaus ipse fuerit rebellis, nec ne? prout ex aduerso allegatur; postquam omnes aliæ difficultates fuerunt plenissimè discussæ in causa nuper decisa per Regiam Cameram, & per sententiam iam reiectę. In quo pars aduersa, & Regius Fiscus aliud non adducunt nisi depositiones duorum testium; hi testes deponunt de auditu, quo casu nihil probant: Secundo, non concludunt de rebellione; nam & si dicant fuisse mortuum in obsidione Gaetæ, non tamen exprimunt contra exercitum Cæsareæ Maiestatis; poterat enim ibi pugnare contra inimicos in illa obsidione, & ex his horum depositiones in nihilo officere videntur, *vt not. Gram decis. 6.* Adducitur etiam quædam declaratio similiter facta per Gasparem, & Aureliam in eodem processu, qui ad tollendum dilationes datas in expeditione causæ (erant enim in maxima egestate constituti, prout est notorium ex illo processu ad instãtiam Regij Fisci, qui petierat primum beneficium) declarant, q Nicolaus tempore vltimæ inuasionis seruiuit Domino *dello Trecco*, contra Cæsaream Maiestatem, & adhæsit Regi Francorum, militauit in exercitu Gallorum in obsidione contra Gaetã, & in dicto exercitu mortuus fuit, viuente patre: & iterũ postea declarant, quod Federicus pater fuit per sententiã condemnatus, quam dicunt fecisse transitum in rem iudicatam; sed Nicolaus licet seruierit in exercitu, nullus tamen contra eum fuit fabricatus processus, nec fuit cõtra eum lata aliqua sententia.

Hæ declarationes non videntur officere posse magnificis Actoribus, licet sint hæredes prædictorum Gasparis, & Aureliæ; Primo, quia ille fuerunt factę ad euitandum longas moras, & dilationes Regij Fisci, proud in illarum principio asseritur. Secundo, quia etiam ex illarum lectura liquet, Nicolaum non fuisse rebellem; postquam in declaratione dicitur contra eum non fuisse fabricatum processum, nec latam sententiam: ergo talis declaratio sic per importunitatem elicita, non fundata nec in actis, nec in sententia, erronea erit iudicanda, postquam aliunde non constat de rebellione Nicolai, quo casu possunt hodie domini actores, quamuis hæredes dictorum Gasparis, & Aureliæ sic erronee declarantium venire contra hanc
1 declarationem. Hæredes enim possunt venire contra factum defuncti, quando illud factum est erroneum, vel alias inualidum, *prout inter alias limitationes traditas ad test. in l. cum à matre, tradit hãc in specie Gram. in decis. 93. num. 8 & Afflict. in decis. 233. circa finem, per ea, quæ tradidit Bal. in l. titia, §. caius, ff. de legat. 2.*

Sed etio pro nunc q Nicolaus ex his esset iudicandus rebellis; adhuc domini Actores obtinere debent respectu illius portionis, stante amplissimo indultu concesso per Cæsaream Maiestatem in anno 1530. cum amplissimis clausulis, omnibus, qui in obsidione prædicta fuerunt reperti, exceptis aliquibus; inter quos cum ex illius lectura appareat Nicolaum non fuisse inter exceptuatos, erit perinde habendus, ac si nũquã rebellionem aliquam commisisset, *l. Imperialis, C. de nupt. l. 1. & toto tit. C. de senten. pass.*

3 *& restit.* omnis enim macula censetur abolita per restitutionē, *vt plene tradidit Andr. in cap. praterea, num. 5. qua sit 1. cau. benef. amitt. Paul. de Castr. Alex. & alij in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posth.*

3 Nec dicatur, quod tempore prædicti indultus Nicolaus esset mortuus, & proinde ad eum indulgentiam non trahi: *arg. tex. in l. neratius, ff. de reg. iur.* nam verum est, quod talis indulgētia iuuat etiam mortuos.

4 Sicut enim in hoc crimine læsæ Maiestatis potest damnari memoria, *vt in l. fin. ff. ad l. Iul. Maiest. & in l. iudiciorum, ff. de publ. iudi.* ergo multo magis debet posse operari indulgentiam; cum hoc sit fauorabilius, ac etiam vt contrariorum eadem sit disciplina, *l. & si contra, ff. de vulg. & pupill. cum simil. Hoc etiam in indiuiduo decidit Bald. in proprijs terminis in cōs. 143. sm meā impraßionē incip. Quidam nobilis, vol. 1. omnino videndus, & in cōs. 339 in Christi noīe, 4. vol refert & sequitur Loffred. in c. 1. in 4. col. vers. dubitari etiam potest, de pac iura. firm.* Rursus ex lectura eiusdem indultus aduertebam vnum, quod inter exceptuatos nominantur aliqui, qui tempore indultus iam erant mortui; Colligitur ex eo, quod excepτuatur inter alios Nicolaus Maria Caracciolus Marchio Castellanetæ, & postea sequitur, quo ad ea, de quibus non fuit compositus, nec habuit indultum eius filius; id enim demonstrat, Nicolaum Mariam patrem fuisse mortuum, dum à reseruatione excepit ea, de quibus fuisset ipse compositus, vel eius filius non habuisset indultum: Hęc exceptio sicuti cōprahendit mortuos exceptuatos, ita etiam comprehendere omnino debet eos, qui tempore indultus generalis mortui reperti fuissent; cum exceptio debeat esse de regula, &

5 declaret, & firmet regulam in casibus non exceptuatis, *l. nam quod liquide, §. fin. ff. de pen. lega. l. quasitum, §. denique, & ibi not. Bart. ff. de fund. instr. & est casus in §. vt autem, iuncta glo. in auth. de non alien.* Ergo siue dicamus, Nicolaum non fuisse rebellem, siue dicamus illum rebellem, & per indultum fuisse restitutum, qui indultus fuit satis ante concessionem Castrorum facta D. Antonio de Iscera; non video difficultatem, quo minus magnifici Actores obtinere possint respectu portionis ipsius vna cum interesse, sicut fuit iudicatum pro portione Ioannis fratris vna cum interesse.

Secundo, ad demonstrandum, quod pro interesse istarum portionum nullo pacto possit possessor habere recursum contra Re-

6 gium Fiscum; Aduertebam, quod Don Antonius de Iscera possessor non habuit hæc Castra à Regio Fisco titulo emptionis; sed per simplicem cōcessionem, seu infæudationem, quæ nec principium habuit à præcedēti promissione, quo casu euictio non venit, *ex not. in l. Aristo. ff. de donatio. & in l. 1. ff. de iur. dot. & in proprijs terminis tradidit Andr. in cap. 1. de inuest. de re alie. fact. & melius in cap. 1. de leg. Corra.* Est ergo modo videndum, ad quid voluit Fiscus teneri de euictione? & in hoc verba priuilegij sunt clara: nam Imperator dicit, quod cum bona concessa fuerint multis creditoribus obligata, & ære alieno grauata; voluit, quod quandocunque contigerit Don Antoninm super castris prædictis molestari, quod eo casu possit habere recursum contra Regium Fiscum pro eo, quod possunt importare annui duc. tercētum octuaginta. Videant modo Domini iudicantes, qualiter D. Antonius habuit à Regio Fisco maiorem summam eo, quod importare possunt prædicti annui duc. tercentum octuaginta. Primo enim pro portionibus Gasparis, & Aureliæ, pro quibus fuit habita sententia in anno 1538. Don Antonius recuperauit duc. 3250. Item poterit habere recursum pro alijs duc. 1625. pro quarta parte Ioannis, pro qua fuit data sententia in fauorem magnificorum Guidonis, & Caroli; Item pro portione Nicolai, quando iudicabitur deberi eius portionem in alijs duc. 1625. Quæ summæ in vnam redactæ faciunt summam duc. 6500. & sic valorem annuorum duc. 380. fæudalium, pro quibus Fiscus voluit teneri in illa concessione; iam Don Antonius possessor recuperauit, vel recuperare poterit à Regio Fisco, & ad aliud Fiscus non tenetur: ergo q... quid ratione interesse isti magnifici Actores consequerentur à possessore, pro eo possessor recursum aliquem contra Fiscum habere non posset: & hæc (ni fallor) sunt adeo clara, quod dubitationem aliquam habere non possent, maxime si Domini Iudicantes considerabūt,

7 quod Don Antonius illis pauperrimis Gaspari, & Aureliæ de Monforte etiam post obtentam sententiam non soluit integros duc. 3250. in sententia contentos, sed tantum duc. 2000. & postmodum recursum habuit contra Regium Fiscum pro integris duc. 3250. quod fieri non poterat, *ex reg. tex. in l. ab Anastasio, & l. per diuersas, C. mandati*: & si prædicta recte procedunt (prout credo) non est vlterius disputandus ille articulus in præsenti causa, an Fiscus teneatur ad vsuras; postquam ex prædictis apertissime liquet, possessorem non habere posse aliter recursum contra Regium Fiscū.

Sed quando opus esset ingredi quæstionem

nem illam; adhuc in casu, de quo agimus, dicere possumus, quod & si possessor posset habere recursum contra Fiscum, Domini Actores etiam pro interesse obtinere deberent: negari enim non potest in casu nostro, quin ista bona sint obligata pro restitutione dotium vna cum interesse, tum ex iuris dispositione, tum etiam ex obligatione contracta per Federicum in capitulis matrimo-
8 nialibus: & vtroque casu Fiscus succedens bonis priuati tenetur ad omne illud, ad quod tenebatur priuatus; tenetur enim dotare filias ex bonis confiscatis, & ad alimenta filiorum. *prout not. Bal. in l. fin. in 1. lectu. col. 2. vers. & idem dico, C. de dot promiss. allegat tex. in l cum ratio, ff. de bon. damnat. & auth bona damnatorum, C. eod.* & ratio est, quia pater ad hæc omnia tenebatur, *l. insulam inprinc ff sol. matr. & in proprijs terminis tradidit latissime Lup. in repet. cap per vestras, de donat. inter vir. & vxo. §. 23. num. 14. 15. 16. cum seq.* nam Fiscus indistincte
9 tenetur: at antequam ad Fiscum peruenirent, fuerunt per priuatum obligata, prout in casu nostro, res minorem habebit difficultatem; & de hoc videtur esse casus apertus *in l 11. C. de Fiscal. vsur. lib. 10. qui rogo videatur, & in l. cum quidam §. Fiscus, ff. de vsur. ibi cum autē in locū priuati successit, et*
10 *dare solet.* Et licet *Bal. in d. §. Fiscus* dixerit, quod Fiscus succedens priuato vtatur iure priuati, pro eo tamen tempore, quod eum
11 priuato d. fluxit: tamen *Salic. in eod. §. Fiscus* hoc clarius declarando dixit, quod quādo essent faciendæ plures præstationes per priuatum temporibus diuersis, Fiscus succedens priuato pro tempore præterito non vtitur suo priuilegio, sed pro futuro sic; sub-
12 dens *in fine sua distinctionis, vers. secundo casu principali*, quod quando obligationes sunt perfectæ cum defuncto, nihil operatur priuilegium: vnde cum in casu nostro obligatio etiam respectu interesse sit perfecta cum defuncto; nulli dubium est, quod Fiscus eius priuilegio vti non potest. nec in casu, de quo agitur, esset quærendum, an Federicus fuerit in mora restituendi, nec ne? nam hoc interesse dotium non tantum debetur ex mora; sed potius quia hoc est onus reale, & intrinsecum, & debetur interesse ratione rei retentæ ad fructuum perceptionem; & hac
13 ratione minor etiam ad hoc interesse tenetur, eo quod mora cum eo contrahi non possit, *hoc elegantissime tradidit Neapod. in consuet. haredesque mariti, sub rubrica de*
14 *iure dot. in vers. distulerint.* vbi decidit, quod quælibet persona priuilegiata, esto quod in mora non sit constituta; tamen quia percepit fructus dotis, & retinet ipsam dotem, vsuras, seu interesse dotis soluere tenetur: quibus nulla remanet difficultas, quod magnifici Actores pro interesse possent habere recursum contra Regium Fiscum, prout alijs similibus causis fuit multoties iudicatum in Regia Camera, quæ sententiæ fuerunt in hoc processu vltimo loco præsentatæ.

Quo verò ad tertium, dum quæritur, an magnificis actoribus debeatur interesse portionum, quondam Gasparis, & Aureliæ tanquam caput omissum in illa prima sententia sub anno 1538. Res nullam habet
15 difficultatem, si dicemus hoc interesse deberi iure actionis, non autem officio iudicis; quia hoc casu à tali interesse non censetur pars absoluta, sed illud tanquam caput omissum peti potest, *not. in l. terminato, C. de fructib. & lit. expen. & per Doct. in l. 4. ff. depositi.* maxime cum de fructibus dotis agatur; quo casu etiam soluta dote debentur, tanquam pars ipsius dotis, *not. Rip. in rub. ff. sol. matr. num. 46.* quod autē hoc interesse debeatur iure actionis, videtur posse difficultari; Primo quia de iure hoc interesse debetur, cum simus in re-
17 stitutione dotium: nam iudicium est vniuersale ex parte vxoris, siue eius hæredum, *l. quod dicitur, ff. de impensis reb. dotal. fact. & notatur per Bart. & alios in l. 1. ff. solut.*
18 *matr.* in quo iudicio vniuersali accessiones tāquam pars ipsius rei veniunt iure actionis, *l item veniunt, §. fructus, ff. de petit. hared. l. 2. C. eod. & late tradidit Negus. in tract de pignor. in 4. memb. 2. par. num. 49. & 50.*
19 debetur etiam hoc interesse dotium vigore consuetudinis quasi condictione ex lege, *vt in consuetudine haredesque mariti, & in consuet. viro mortuo* Secundo quia hoc interesse debetur ex obligatione Federici deducta in stipulatione, dum omnia eius bona obli-
20 gauit pro restitutione dotium, & interesse, quo casu interesse debetur tanquam deductum in stipulatione, & post sententiam, & seorsum à sorte principali, *not. Bal. in l. non solum, ff. de reiurndic.* si ergo hoc interesse iure actionis debetur, nulli dubium esse potest, quominus illud hodie non debeatur magnificis Actoribus, tanquam hæredibus, etiā mediante præambulo prædictorum quondā Gasparis, & Aureliæ.

Nouissime pars aduersa nouam adduxit difficultatem, quam sumpsit ex capitulis matrimonialibus inhitis inter Federicū, & Aureliam; in quibus post obligationem omniū bonorum factam pro restitutione dotium, & interesse in amplissima forma tam burgensaticorum, quam fæudalium, subdit infra-

Digitized by Google

ſcripta verba (& ſignanter ſuper terra Petræmolariæ) inferens ex hoc, quod poſtquã Federicus in ſpecie obligauit pro reſtitutione dotium terram Petręmolarię,non poſſunt domini Actores obtinere ſuper bonis poſſeſſis per Don Antonium non facta diſcuſſione ſuper terra Petręmolarię in ſpecie obligata. Sed omiſſo,an illud verbum (ſignanter) importet ſpecialem hipothecam, nec ne? nam iudicio meo illud verbum potius cenſetur appoſitum ampliatiue, quam reſtrictiue: tamen quando eſſet ex hoc inducta ſpecialis hipotheca, adhuc motiuum non procedit.
21 Primo quia talis exceptio diſcuſsionis *iuxta terminos l. 2. C. de pignor.* non poteſt opponi, niſi ante litem conteſtatam; & ea non oppoſita iudicium valet, & vlterius opponi non poteſt, *ita Cyn. & Bal. in l. exce-*
22 *ptionem, C. de probatio.* & ratio eſt, quia exceptio diſcuſsionis eſt exceptio dilatoria, *vt firmat Bart. in l. 3. verſ quaro, quid de exceptione ordinis, ff. de exceptio.* & exceptio dilatoria de iure opponi debet ante litem conteſtatam, *l. ita demum, C. de procur. & hanc opinionem vti veriſſimam refert, & ſequitur Neguſ. in tract. de pigno. in 1. membro*
23 *8. par. num. 34.* Secundo, nam *tex. in l 2.* habet locum tantum in ſecundo creditore; non autem in tertio poſſeſſore, qui non eſt creditor, *Socc. in conſ. 118. vol. 2. in fin. duplicato in conſ. 75. in 4. vol.* dicens non reperiri iure cautum, quod qui habet bona generaliter, & ſpecialiter obligata, non poſsit agere contra tertium poſſeſſorem, qui non ſit creditor, ante quam executiat bona generaliter obligata, quia *tex. in d. l. 2.* eſt introductus in fauorem poſterioris creditoris, *ita latiſſime Couar. varia. reſol. c. 18. & Neguſ. in 1. membro 8. partis, num. 20.* qui licet *in fine dicti num. 20.* dicat, hoc non procedere quando ille tertius poſſeſſor habuiſſet obligata omnia bona ſui venditoris; quia tali caſu habetur vt creditor, & proinde etiam in hoc caſu habere locum *tex. in d. l. 2.* tamen quia in caſu noſtro poſſeſſor non habet cauſam à Federico, nec habet eius bona obligata; quia hæc Caſtra habuit ex conceſsione, ſeu infæudatione facta per Imperatorem: merito talis limitatio ad caſum noſtrum extendi non poteſt; maxime cum hæc ſcriptura, ex qua pars nititur fundare hanc ſpecialem hipothecam, fuerit præſentata in principio proceſſus antiqui, & poſt eam fuerit iudicatum, & in anno 1538. quæ tranſitum fecit in rem iudicatam; & nouiſſime referente Domino Dauid, in fauorem Dominorum Actorum.

Ex quibus remanet fundatum optimum ius Dominorum Actorum reſpectu omniũ, quę fuerant reſeruata in ſententia Regię Cameræ vltimo loco lata: Reliqua ſuppleant religio, & doctrina Dominorum Iudicantiũ; quibus in omnibus me ſubmitto.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Bona reſtitutioni ſubiecta poſſunt à grauato alienari ex cauſa dotis.*
2 *Bona fideicommiſſo ſuppoſita poſſunt pro dote alienari in ſubſidium per deſcendentes grauatos, non autem per extraneos, & num 3.*
3 *Communis opinio præualet in conſulendo, & iudicando.*
4 *Diſtinguendo opiniones concilians non reprehendendus.*
6 *Prohibitio generalis cauſam dotis non includit.*
7 *Diſpoſitio generalis cauſam dotis non includit.*
8 *Conſequens qui vult, etiam antecedens velle dicitur, num. 9. & 11.*
10 *Permiſſum ſi quid eſt, & non poteſt explicari ſine prohibito; tunc quod principaliter eſt prohibitum, admittitur in neceſſariam conſequentiam ad permiſſum.*
12 *Argumentum quod teſtator voluit conſequens, eſt validum ad teſtatoris voluntatem agnoſcendam.*
13 *verba enunciatiua prolata à teſtatore quando diſponant, num. 14.*
15 *Teſtator an magis diligat hæredem, quam legatarium, & num. 16. & 26.*
17 *Legatum ambiguum pro legatario interpetratur.*
18 *Legatarij dignitas, charitas, dilectio, & neceſſitudo faciunt legatum vberius interpetrari pro legatario, & nu. 19. 20. & 21.*
22 *Teſtatoris mentis interpetratio fit pro fratre, etiam contra patrem.*
23 *Voluntas teſtatoris ex eius ſcientia quando interpetretur.*
24 *Fideicommiſſum quod ſit inutile, non eſt interpetrandum, ne inutilis ſit teſtatoris voluntas.*
25 *Interpetratio fit conformis verbis teſtatoris, & perſonis, ad quas dirigitur ſermo.*
27 *Verba ſemper aliquid operari debent in quacunque diſpoſitione etiam ex impropiando.*

Pro

Pro Octauio Bozzuto.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta quando possint ex causa dotis, & antefati alienari, etiam ab extraneo grauato, ex coniecturis, ad intellectum tex. in auth. res quæ, C. comm. de leg. fœdere distinctionis contrariæ opiniones conciliantur; De intepretatione dubiæ voluntatis defuncti an potius sit facienda pro hærede, vel pro legatario. Et quid vbi cum legatario concurrit coniunctio, vel affectio.

CONSILIVM LXXIII.



Ex verbis legati, cũ D. Octauius Bozzutus in re legata vsufructuarius tantum cõstituatur cũ expressa alienandi prohibitione; dubio procul dicendum videtur eum, nec dotem, nec antefatum in rebus legatis constituere posse.

1 Nam licet bona restitutioni subiecta pro dote à grauato alienari permissum sit, *per notissimum tex. in auth. res quæ, & ibi communiter post Bart. Scribentes omnes, C. commun. de leg. & fideicom.* limitant tamen ibi omnes tex. conclusionem locum habere in descendentibus grauatis tantum, & quando alia non adsunt bona, non autem in extraneo

2 grauato, *vt post Bart. omnes in d. auth. res quæ, recenset Didac. Couarru. lib. 3. variar. resol. cap. 6. num.* 10 *hancque communem opinionem esse attestans, & post eum fere infinitos congerens, comprobat latissimè Lud. de Molin. de primogen. in 2. par. lib. 4. cap. 6. num. 2. 3. 4. cum alijs seq. vbi etiam de com. opinione reprobata glossa in auth. de restit. & ea, quæ par. in vnd. men. in § quamobrem, in verbo si non suffecerit in fin. & Bald. vbi expresse dicta authentica res quæ*, in extraneo grauato, locum sibi vendicare dicit.

Dominus Octauius est extraneus grauatus restituere cum expressa alienandi prohibitione, ergo secundum communem opinionem prædictam de rebus legatis minimè disponere potest.

3 Verumtamen & si à communi opinione in iudicando, & consulendo discedendum non sit; *& secundum Bal. in l. 1. C. de senten. præfect. præt.* qui respondet contra communem opinionem, dicitur malus homo; tamen qui

4 distinguendo opiniones conciliat, reprehendendus non est, *vt dixit Alberic. in l sed, & si quis, §. quæsitum, num. 2. ff. si qui. caut.* quinimmo opinio distinguens, semper tenenda, *secundum glo. in cap. scientes in verb. ab initio in fin extra de censib. glo. in l. qua ratione, § nihil autem interest, in verbo libera, ff. de acquir. rer. dom.* maxime quando per opinionem distinguentem aliæ opiniones ad concordiam reducuntur, & tollitur repugnantia, *vt nos docet Alex in cons. 50. nu. 7. vol. 7.* ideo pro conciliatione harum opinionum, in casu de quo agitur, sic distinguendum esse puto.

Aut testator, qui prohibuit bona alienari est de ascendẽtibus, qui dotare iure tenetur,

5 aut est extraneus ad id non obligatus. Primo casu, siue simpliciter prohibeat bona sua alienari, siue expressim etiam in causa dotis; prohibitione prædicta non obstante, bona pro dote constituenda, & restituenda alienari possunt; quia pater id prohibere potestatem non habet. Secundo vero casu, aut prohibitio ab extraneo expressim facta est in causa dotis, & tunc alienatio fieri nequit: aut prohibitio simpliciter facta fuit, & alienatio ex causa dotis comprehensa non dicitur; quoniã in omnibus testantibus militat præsumptio in dubio, quod in generali prohibi-

6 tione noluerint causam dotis comprehendere, *ita distinguendo glo. in d. auth. de rest. & quæ, par. in d. §. quamobrem, in verbo si non suffecerit in fin. & dictum Bal in d. auth. res quæ, & aliorum, qui glo. prædictã sequuntur, declarat Io. Lopez in repet. Rubri. de donat. inter vir & vxor. §. 16. nu. 14. vers. & si mihi dicatur, ibi, vel quod intelligas*, & in casu, de quo agitur procedere dicitur, *vt postremo fere in terminis, de quibus agitur, conciliando opinionem declarat etiam Phanuc. in tract. de lucr. dot glo. 10. num. 74. vers. quartus casus. & num. 75. cum pluribus seq. vsque ad n. 78.* in casu, de quo agitur prohibitio alienationis legatario nostro simpliciter facta fuit. ergo &c.

7 Et ad comprobationem istius declarationis maximè facit, quia quælibet dispositio generaliter loquens, non comprehendit causam dotis, *vt per Salic. in l. fi. C. de iur. dot. quẽ refert, & sequitur Sigismundus Loffred. in cons. 34. num. 12. vers. vltimo, in iure clarum, vbi attestatur de communi opinione, & latissime Neguz. in tract. de pignor. in 8. par. princip. nu. 23. vers octauo fallit, in fine, vbi & ipse hanc communem opinionem esse*

esse testatur, à qua consulendo, & iudicando, nefas esse discedere dixit, Roman. in cons. 86. num. 12.

Et dubio procul mentem testatoris in casu nostro talem fuisse, quod scilicet bona legata ex causa dotis alienari possint prohibitione prædicta non obstante; manifestissime ex eisdem verbis legati demonstratur, si verum amamus.

Nam testator in secunda parte legati expresse disponit, quod si Octauius procreauerit filios legitimos, & naturales, bona legata eius filiorum ex suo corpore procreatorum esse debeant.

Ex quibus verbis infertur disponens testator quod in casu, in quo Octauius filios
legitimos, & naturales procreauerit, bona
legata sint eius filiorum; dubio procul dicitur, etiam disposuisse, quod Octauius contrahere posset matrimonium, sine quo filij legitimi, & naturales haberi non possunt: &
8 per consequens velle pro antefato bona legata posse alienari, cum aliter matrimoniũ
contrahi non posset sine constitutione antefati ex consuetudine Neapolitana; nam qui
9 vult, consequens dicitur, etiam velle omnia
antecedentia, sine quibus consequens stare, nec commode explicari potest, *l. ad rem mobilem, & ibi glos. in verbo recte aget, ff. de procurat. l. 1. & ibi Bar. num. 1. & post eum Paul. Castren. ff. de acquir. heredit. glo. in cap. quoniam, in verbo certum, in fin. de sent. excom. in 6. l. oratio, & ibi glo. & Scriben. ff. de spons. tex. est in §. idemque iuris est, circ. finem, instit. qui ex caus. manu. non licet.*

10 Et comprobatur conclusio, quia quotiescunque id, quod est permissum, non potest explicari sine prohibito, tunc quod principaliter prohibitum est, admittitur in necessariam consequentiam ad promissum, *l. 1. & ibi notabilis addit ad glo. ff. de auth. tut. Bar. in l. 2. num. 5. ff. de iurisd. omni. Iud.* volens testator, vt bona legata Octauio, si suscipiat filios legitimos, & naturales, sint filiorum legitimorum, & naturalium ipsius legatarij; dicitur etiam voluisse, quod possit contrahere matrimonium, & bona legata pro antefato obligare, siue quibus nec filij legitimi, & naturales haberi, nec matrimonium contrahi potest.

Nempe dubium non est, quod si antefatum non constitueretur in bonis legati, (de quo agitur) quod Octauius nõ inueniret parem mulierem, quæ vellet secum contrahere matrimonium absque constitutione antefati, & renuntiare lucrum, quod sibi obuenit ex consuetudine Neapolitana: & propterea cum testator disposuerit bona legata deuenire ad filios legitimos, & naturales ipsius Octauij legatarij, necessario fatendum erit etiam voluisse matrimonium contrahi, vt supra dixi; & quod bona legata pro antefato pro faciliori, & commodiori explicatione voluntatis ipsius testatoris obligari possint,
vt in terminis nostris per regulam prædictã
11 qui vult vnum, dicitur & voluisse omne id,
sine quo actus explicari commode non potest, respondit *Aym. cons. 186. num. 7.*

Argumentum enim istud, ex eo, quod te-
12 stator voluit consequens, est validum, &
frequens ad agnoscendam voluntatem testatoris, *Aym. d. cons. 186. num. 7. Dec. in cons. 637. nu. 8.* vbi in interpetratione testamenti hoc vtitur argumento, *& postremo Simon. Pet. in cons. 61. num. 34. vol. 1. Cur. iun. in cons. 224. num. 17. 18. 19. 20 vol. 3.*

Nec his obstat, si diceretur, quod testa-
tor in secunda parte legati, per verba enun-
13 ciatiua loqui videtur, quæ non disponunt.
quoniam esto quod loqueretur per verba
enunciatiua, nihilominus dispositiue testa-
14 tor loquutus dicitur; nam verba prolata à testatore etiam enunciatiue, & conditionaliter, prout in dicto legato, ibi, *fando figli*, disponunt in antecedenti, vel consequenti, quod sit necessarium adimplendum illud, quod in conditione dispositum est, *Alex. in cons 108. num. 4 vol. 1.* quando antecedens, vel consequens potest de voluntate testatoris induci, prout in casu nostro *Bar. in l. ex hac scriptura, num. 3. vers. sed contra, ff. de donat.* quando maxime verba directa sint grauato, prout in casu nostro, *Bar. in l. pamphilo, num. 2. ff. de lega. 3. Dec. in cons. 637. num. 9.*

Nec minus obstat, si diceretur, quod per
hanc interpretationem legati, nimis graua-
tur hæres, quod dicendum non videtur, quo-
25 niam testator dicitur magis diligere hære-
dem, quam legatarium. quod, & ego admi-
cto, sed dico id procedere in vniuerso patri-
monio, in quo hęres fuit institutus; sed in
16 re legata testator magis videtur diligere le-
gatarium, quam hæredem, ideo fauorabilior
fit interpretatio pro legatario contra hære-
dem, *Bar. in cons. 195. num. 2.* quinimo etiã
17 quod legatũ aliquid ambiguitatis haberet,
contra hæredem in fauorem legatarij interpretatur *per tex. in l. is, qui ducenta, ff. de reb. dub. notabiliter Natt. in cons. 626. num. 23. 34. & sequent. vol. 3.*

Quod dubio procul procedit quando le-
gatum est coniunctæ personæ, ad quam te-
stator magnam affectionem habebat, tunc
18 proculdubio plenius legatum interpretari
debet; dignitas enim legatarij, charitas, di-

lectio,

lectio, & necessitudo faciunt legatum plenius, & vberius interpretari in fauorem legatarij, *l. si seruus plurium, §. fin & ibi glo. in verbo consuetudo, ff. de leg.* 1. *Natt. in d. conf.* 626 *num.* 20. *vol.* 3. *tex. in l. cum alienam, C. de legat.*

Nam quotiescumque agitur de interpretanda, aut coniecturanda testatoris voluntate, etiam quod aliqua in verbis insit dubietas, semper sumitur interpretatio ex affectu,
19 & dilectione, & necessitudine, quæ erat inter testatorem, & legatarium, & quod testator amplum voluerit facere legatum; quo-
20 niam affectio testatoris præponderat non solum alijs coniecturis, verum etiam verbis aliquam continētibus ambiguitatem, prout in legato facto fratri, respondit *Socc. in cons.* 22. *num.* 20. 21. 22. *vol.* 1. *latissime Io. Ceph. in cons.* 144. *num.* 24. 25. *cum sequent. vol.* 1.

Ideo cum legatum factum sit fratri pauperi, quem testator maximo prosequebatur amore, solet enim inter fratres, & inesse debet magna affectio, itaut interpretatio men-
21 tis testatoris fiat in fauorem fratris, etiam contra patrem, *per tex. in l. cum allegas, C. de cast. pecul. milit lib.* 12. placuit enim prudentioribus affectus rationem in bonæ fidei iudicijs semper haberi, prout de fratre loquitur *tex. in l. cum seruus extero, ff. mand.* legatum de quo agitur vberius in fauorem legatarij, vt diximus, iure optimo interpretari debet etiam ex mente ipsius testatoris.

Et licet præmissa satis superq; esse videātur pro interpretanda mente testatoris; in hoc legato tamen hæc addere placet, quod testator legauit fratri pauperi, & ꝙ cogitauit de filijs fratris legatarij legitimis, & naturalibus, & sic de matrimonio contrahendo, quæ matrimonia non fiunt in hac Ciuitate, absque constitutione antefati; ideo dicendum est etiam, voluisse bona legata pro antefato obligari posse, tum per ea, quæ dixi
22 supra, tum etiam quia testator ipse plenam de præmissis notitiam habebat tempore le-
23 gati, vnde ex scientia testatoris voluntas eius, ita fuisse interpretatur, *vt inquit glo. in l. plenum, §. aquitij, in verbo sinsisse, ff. de vsu, & habitat. l. qui habebat, & ibi glo. in verbo nota, ff. de reb. dub.*

Quibus super addo, quod si bona legata pro matrimonio contrahendo obligari non possent, legatum huiusmodi parum vtile esset legatario; cum tamen amplum, vt dixi in casu nostro, interpretandum sit, & ita voluntas testatoris esse præsumitur, *per tex. in l. titia cum testamento, §. Lucius, ibi Mode-*
24 *stinus respondit, non sic interpretandā scripturam, de qua quæritur, vt fideicommissum inutile sit. ff. de leg.* 2. & ita ne voluntas testatoris inutilis reddatur, *per illum text respondit Rom. conf.* 31. *circa finem*, quamobrem, ne legatum inutile sit legatario, & secundum mentem testatoris, vt dixi, dicendum est bona legata pro antefato obligati
25 posse; quoniam hoc pacto interpretando legatum, erit ista interpretatio conformis verbis prolatis à testatore, & personis, ad quas sermo testatoris ipsius dirigitur, prout esse debet, *d. l. plenum, §. aquitij, & ibi in summario, ff. de vsu. & habit.* ex re enim legata, & ex qualitate, & conuenientia lega-
26 tarij, & testatoris fauorabilior sit interpretatio in fauorem legatarij, quemadmodum in casu nostro, in quo omnia concurrunt, *secundum glo. in l. quæsitum, §. fin. in verbo ad filiam, ff. de fund. instruct.*

Ex quibus omnibus concluditur, quod mens testatoris in legato, de quo agitur, omnino, vt præmissum est, & de necessitate ita interpretanda, & intelligenda est; alioquin verba de procreatione filiorum legitimorum, & naturalium, de quibus in legato, otiose, & frustra apposita fuissent, & sine aliquo effectu aliquid operandi starent, & voluntas testatoris periret, quod iure dicēdum
27 non est, quoniam testatoris verba aliquid semper operari debent, ne frustra apposita videantur, *l. si quando, & ibi glo. in verbo frustra, ff. de lega.* 1. *late Dec. in cap. pastoralis, num.* 2. *cum pluribus sequent. extra de app. vbi ampliatur conclusio, vt ibi per eum. Natt. latissime in testam. & legatis loquens in*
28 *conf.* 484. *num.* 30. 31. *vol.* 3. etiam verba impropriando, vt aliquid operentur, *respondit Rom. in conf.* 56. *num.* 4. *& in conf.* 180. *num.* 5. quod etiam in quacunque dispositione procedere, *idem respondit Rom. conf.* 180. *num.* 5. *Alex. in conf.* 35. *num.* 5. *vol.* 7.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio parentis inter liberos bonorum suorum habet vim vltima voluntatis.*
2 *Intestatus decedens vocare intelligitur venientes ab intestato.*
3 *Tacens nō videtur iure suo praiudicare, quia scit illud duraturum.*
4 *Scientia, & taciturnitas inducit remissionem iuris, si contradictio potuisset actum impedire; maxime quando vltra taciturnitatem, sit aliquis actus extrinsecus, qui veniat,*

veniat ad confirmationem rei gestæ, & num. 5.

6 *Fideicommissarius intelligitur renunciare fideicommisso, si rem fideicommissariam emi persuadeat, vel pro ea euictionem promittat.*

7 *Exactio crediti ab hærede, renunciationem iuris in dicta hæreditate quoad exigentem inducit.*

8 *L. procula, ff. de probat. longi temporis taciturnitatem, sæpius calculatam rationem, & consanguinitatem exposcit.*

9 *Repudiatio hæreditatis inducitur sola destinatione, prout aditio.*

10 *Repudiatio hæreditatis pluribus modis re ipsa inducitur.*

11 *Repudiatio inducitur si hæres permittat per alium vendi res hæreditarias. Item si onus hæreditarium dicat ad se non spectare, & num. 12.*

13 *Soror intelligitur hæreditatem repudiare, si diu tacuit, & à fratribus petit res aliquas hæreditarias uti fraternas.*

14 *Mulier auarissima præsumitur.*

15 *Creditum petens ab hærede, & exigens portioni hæreditariæ quam ad se spectare quis scit, renunciare intelligitur.*

Pro Marchionissa Vasti.

ARGVMENTVM.

MAter plures habens filios, & inter eos bona sua diuidendo in vita; id quod nõ diuisit intelligitur relinquere filio, cui nihil assignauit. Ex quibus inducatur hæreditatis delatæ repudiatio, & quando ex scientia, & taciturnitate, præsertim concurrente actu positiuo extrinseco, inducatur consensus, & aliqua ad intel. l. procula, ff. de probat.

CONSILIVM LXXIV.



NON potest esse hæres Don Carolus de Auolos quond. Marchionissæ Vasti eius matris, ex duplici capite, tum quia suam approbauit voluntatem; tum etiã quia si eius hæreditas pro parte sibi fuisset delata, illi facto renunciauit.

Quoad primum liquet, quond. Marchionissam viuentem, dum haberet quinque filios masculos, inter secundogenitos maiorem partem suorum bonorum diuisisse, donando cuilibet portionem suam, videlicet. Cardinalem Aragoneo, ducatos trigintamille, Dõ Ioanni octuaginta mille, Don Cæsari triginta mille, & Don Carolo quinquagintã mille;
1 quæ diuisio habuit vim supremi iudicij, & vltimæ voluntatis, *l. si filia, §. si pater, ff. famil. ercisc.* viuens enim præuenit, faciendo quod moriens factura erat, *l. cum quo, in fin. ff. ad l. falcid.* Marchioni Piscariæ primogenito, nihil in vita donauit, sed intestata moriens, fæuda Pomarici, & Montis Caueosij, & si magno ære alieno onerata, ex quibus Marchio, non habuit nisi duc. 26. mil. in ipsũ, tanquam legitimum successorem disposuit,
2 *l. si quis cum nullum, & l. conficiuntur, ff. de iure codi. Aym. cons. 70. num. 13.* idque saltim permissiue, licet non datiue, *Alex. cons. 44. in fin 5. vol.* igitur si hæ dispositiones Marchionissæ vim vltimæ voluntatis habuerunt, & omnes filij, præsertim Don Carolus per tam longum tempus, scienter passi sunt, illam suum effectum sortiri; re ipsa approbauerunt: quinimo, stante consanguinitate inter eos, præsumitur inducta fuisse altrinsecus donationem, *l. si seruus communis, in fin ff. de donat. inter vir. vxor.*

Ad secundum clarum esse, Don Carolum sciuisse mortem matris, quæ fuit in anno 1568. & sic ad ipsum fuisse delatam hæreditatem, pro portione sua. Sciuisse Marchionem Piscariæ fratrem, eo citato, & nihil opponente, adiuisse hæreditatem matris insolidum, cum beneficio inuentarij, in cuius discussione sæpius ipsum fuisse citatum: permisisse Marchionem cedere hæreditatem matris Don Ioanni fratri, & huius cessionis authorem, & mediatorem fuisse Don Carolum: diu tacuisse, & passum fuisse per annos 25. bona hæreditaria possedisse Don Ioannem: in iudicio respondisse onus satisfaciendi creditoribus spectare ad Marchionem hæredem, seu Don Ioannem eius cessionarium; passum esse, sequuta morte matris, & postea, bona hæreditaria vendi, & illa ipsum voluisse emere; petijsse Don Carolum eius creditum, vigore donationis iam dictæ à Dõ Ioanne vti hærede insolidum; illumque sic condemnari fecisse; & facta ei datione insolutum, tandem illud totum in pecunia exegisse, Ex quibus Don Carolum in sui præiudicium consensisse, ac dictæ hæreditati maternæ factò renunciasse videri.

Id enim (generaliter loquendo) procedit in quacunque dispositione, licet enim sciens, & patiens non videatur sibi præiudicium
3 parasse, quia scit ius suum vbique durare, *l. sicut,*

ſicut, §. non videtur, ff quib. mod. pign. vel hip. ſoluitur, fallit tamen quando cum ſcientia, & patientia concurrit ſanguinis coniunctio, quia conſenſus prçſumitur, *d. l. ſi ſeruus communis, in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. Abba. per illum tex in cap. non iniuste, col. penul. de praſump. Iaſon in l. qua dotis, num. 72. ſolut matri. Alciat. in l. cum proponas, num. 6. de pact.*

4 Pariterque quando patiens, & tacens, cõtradicendo potuiſset actum impedire; ſi non fecit, cõſenſiſse videtur, *l. ſape, verſ. ſed ſcientibus, ff. de re iudic late Iaſ. in d. l. qua dotis num. 76.* Don Carolus erat frater, & ſciens. & contradicendo aditioni inſolidum per per Marchionem factæ, poterat illam impedire; quia non fecit, ergo conſenſiſse videtur: quod facilius procedit, quando vltra potentiam, & taciturnitatem alicuius, interuenit aliquis actus poſitiuus; tunc tacens, habetur pro conſenſiente, *Abb. in cap cum virum, 3. not. de regular. & in d. cap. non iniuste, de praſumpt.* Tradit bona theoricam, quod quando tractatur de præiuditio alicuius, ſi vltra taciturnitatem facit aliquem actum, qui venit ad confirmationẽ eius, quod agitur; tunc ſemper in ſui præiudicium videtur conſentire, *Iaſ. in d. l. qua dotis, num 90. Andr. in §. praterea, ante num. 32. verſ. videtur, quib. mod. ſaud amicta. Tiraq. de leg. connub. glo. 7. num. 30*, ſemper enim quod vltra præſentiam, & taciturnitatem, aliquid dictum, factumuè fuerit ab illo, qui debet conſentire, ſiue ante actum, ſiue poſt actum; licet expræſse non conſentiat, conſentire videtur, *cap. dilecti, extra de arbitr. Tiraquell. loc. praalleg. num. 23. Alcit. in l. cum proponas, num. 7. C. de pact. tradit glo. ibi*, quæ voluit præſentiam fideicommiſsarij in venditione rei ſubiectæ fideicommiſso ſibi nocere, quæ communiter eſt reprobata; pro-

6 cedere, quando vltra præſentiam aliquid feciſset, quod conſenſum argueret, puta ſi euictionem promiſiſset, vel ei perſuaſiſset, vt emeret, *l. ſi quis affirmauit, ff. de dol. refert, & ſequitur Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. glo. 9. num. 158.* Don Carolus non ſolum tanquam frater tacuit, & paſsus eſt; ſed dixit, & fecit quamplures actus poſitiuos, ſcilicet perſuadendi Don Ioanni, vt emeret hæreditatem à Marchione, recipiendi dationẽ inſolutum à Don Ioanne hærede inſolidum,

7 & ab eo poſtea exigendo ſuum creditum: qui actus poſitiui continentes factum affirmatiuum magis imprimunt, & intentius conſenſum declarant, cum ſe habeant per modum agendi, & potẽtius voluntatẽ oſtendũt, quam patientia, *Imol. in cap. olim, il terzo, de restit ſpoliat. Dec. conſ. 267. poſt n. 3.* etenim perſuaſio facta per D. Carolum D. Ioanni vt emeret hæreditatem à Marchione (prout emit) conſenſum induxit, *d. l. ſi quis affirmauit, vt Alciat. in d. l cũ proponas, C. de pact.* ac ẽt recipiendo eius integrũm creditũ ab hærede inſolidum, illa ſolutio fuit ad confirmationem eius, quod agebatur nimirũ ſi in eius damnum conſenſiſse videtur, *Abb. in d. cap. non iniuste, de praſump.*

Sed magis ad rẽ, vulgaris *tex. in l. procula ff. de probat.* decidit cauſam contra Don Ca-

9 rolum; ibi traditur, quod ſoror, cui à fratre debebatur fideicommiſſum, illud remiſiſſe videtur, ex eo, quod tacuit, à fratre nunquã petijt, & in computando rationes cum fratre fideicommiſſi, nullam habuit rationem. *Bar. ibi* dicit, quod tria concurrunt ad remiſſionem fideicommiſſi, taciturnitas, ceſſatio lõgi temporis, & ratio ſçpius calculata; concurrit etiam conſanguinitas, *dixit glo. & Bar. in l. libertis, §. quos, ff. de alim. & cib. leg.* Et quod loco ſæpius calculatæ rationis ſufficiant aliæ coniecturæ, vel alia tractata inter eos, *Deci. conſ. 79. 3. col. & 267. 3. col.* qui vult, quod loco ſæpius calculatæ rationis ſufficiat diuiſio, *Gram. decis. 103. poſt num. 39.* Don Carolus eſt frater tacuit, ceſſauitq; per longum tempus, ſæpius tractauit negotia cum hærede; & numquam de eius prætenſa portione hæreditatis maternæ, rationem habuit. Ergo illam remiſiſſe abſq; dubio voluit. Poſtremo, & magis in ſpecie, ſicut nuda voluntate fit aditio hæreditatis, ita contraria deſtinatione repudiatur, *§. fin. inſtit. de har. qual. & differ. & glo. ibi in verſ. deſtinatione, inquit; dummodo, & hoc actu extrinſeco declaretur*, & ſicut verbis, & re hæreditas aditur, *l. gerit. ff. de acq. hared.*

10 ita verbis, & re recuſatur *l. recuſari, ff. de acq. hared* Re enim repudiatur pluribus modis, inter cæteros quatuor modis ad propoſitũ.

Primus eſt, cum quis permittit res hære-

11 ditarias vendi, ex hoc ipſo repudiatur hæreditas, *Imol. in d. l. recuſari.*

Secundus, ſi conuentus à creditoribus hæ-

12 reditarijs dicat ad ſe onus non ſpectare. *Odoffred. in d. l. recuſari.* Don Carolus paſſus eſt bona hæreditaria vendi, in iuditio reſpondit onus ſatisfaciendi creditoribus hæreditarijs ad ipſum non ſpectare; Ergo repudiaſſe videtur.

Tertius eſt relatus per *Bar. Ang. & Imol. in d. l. recuſari*, quando ſoror permiſit diù

13 fratres poſſidere hçreditatem, & cum aliquo egeret, ab eis petebat, vt à fratribus excluſa; quod ex hoc videtur recuſata hæreditas, licet non eſſet lapſum tempus triginta annorum.

Digitized by Google

norum. Sufficiet enim tunc diuturnum silentium, cum dicto actu petitionis, qui est actus positiuus, per *l. procula*, *ff. de probat.* Et sine ista petitione, diuturnum silentium non sufficeret, sed oporteret, labi tēpus triginta annorum, *l. licet*, *C. de iur. delib. Bar. Areti. & Imol. sequuntur Soccin. consl. 45. num. 3. vol. 4. Alex. 88. num. 2. vol. 2. latè Mantica de coniectu. ultima volunt. lib. 12. tit. 14 num. 13. & Menoch. de praesumption. lib. 4. praesump. 102. num. 13. cum sequent.* Et aduerso quod quaestio proposita per *Bar.* loquitur in muliere, cuius genus auarissimū

14 in remittendo. At nos loquimur in Don Carolo strenuo, & munifico equite, qui diu patiendo possideri haereditatem per Don Ioannem, à quo eius creditum vt exclusus petijt, vltra alios actus positiuos; facilius, & tanto magis remittendo repudiasse videtur.

Vltimus est, & magis clarus, si praetendens partem haereditatis est creditor defuncti, & totum creditum petijt, & consequutus est à cohaerede, tanquam haerede insolidum, & sciebat haereditatem sibi pro parte delatā:

15 ex hoc ipso praesumitur repudia: a haereditas, si non fuerit protestatus; quia nisi repudiasset, integrum creditum non potuisset consequi, cum illud fuisset pro eius rata extinctum, seu confusum, *Ita Bal. ex glo ibi in l. vt debitum*, *C. de hered. actio. Paul. in l. si debitori, in fin. C. de pact. Socc. 45. num. 4. vol. 4. Mantica loco alleg. Menoch. de praesump. lib. 4. praesump. 102. num. 17.* In praesenti Don Carolus sciens petijt eius creditum à Don Ioanne, vt haerede insolidum, sic illum fecit condemnare, & ab eo illud integrum exegit, absque protestatione: non erit mirum, si absque dubio haereditati materne renunciauit.

Haec dicta sunt currenti calamo, ob temporis augustiam, pro clara iustitia Camaldunensium, contra quos, & alia pia loca in effectu hoc inditium tendit: hi enim Camalduēses freti donatione annuorum ducatorū quingentum in eos per Don Ioannem collata in hanc nostram Vrbem aduenerunt, sacrum, & nouum Eremum erigendo, ex dictis annuis redditibus viuentes; pro quibus recti Iudicantes, quae desunt, suppleant.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest diminuere legitimam filiorum, alienando bona per titulum lucratiuum, secus per titulum onerosum.*

2 *Legata numerantur ad augendum patrimonium pro liquidatione legitima.*

3 *Filia faemina, quae renunciauit in ampla forma, an sit numeranda in numero filiorum ad faciendam partem in legitima.*

4 *Filia faemina, quae renunciauit, habetur pro mortua, & non computatur in numero filiorum in commensuranda legitima.*

5 *Filia, quae renunciauit, an faciat partem, quamuis non admittatur ad partem, & quando num. 8.*

6 *Paragium quantum esse debeat, & quid importet, & nu. 9.*

7 *Patri quod videtur competens, non debet videri alteri incompetens.*

10 *Paragium est subrogatum in locū legitimae.*

11 *Fily non possunt persequi tertios possessores, dum penes heredes adest res hereditaria, quae sufficit pro sua legitima.*

12 *Legitima est soluenda in vna ex rebus hereditarijs arbitrio boni viri.*

In causa Ferdinandi, & Faustinae Carrafae filiorum Roberti.

ARGVMENTVM.

Bona donata vni ex filijs vtrum diminuant patrimonium circa computationem legitimae debitae alijs filijs. Et an filiae faeminae dotatae, quamuis non admittantur ad partem, faciant tamē partem in computanda legitima; & plura de paraggio.

CONSILIVM LXXV.



TEMPORIS angustia me cogit, vt in hac causa Magnifici Ferdinandi Carrafae breuius scribam, quam dubiorum qualitas requirit. Breuitati proterea studendo primo videndum an in liquidatione paragij debiti quondam Magnificę Faustinae Carrafae computanda sint in patrimonio D. Roberti patris bona donata alijs filijs, videlicet. D. Io. Thomae, & Ferdinando, in quo conclusiue loquendo, prout etiam in sequētibus faciam, de iure arbitror veram esse partem affirmatiuam; nam legitima tempore mortis consideratur habito respectu ad patrimonium, quod erat ante donationem, non autem ad id, quod superēst deductis bonis

nis donatis, quamuis donatio non fuit inof-
ficiosa, vt patet *in auth. vnde si parens, C. de
inoff. testamento, & voluit expressè glo. ma-
gna in l. 1. C. de inoff. donat. & magis clare
Paulus de Castro ibi col. 1. vers. in tex. ibi ad
1 *excludendum, & in princ. glo. magna*, & est
ratio, quia pater non potest per titulum lu-
cratiuum in effectu diminuere legimam filij;
secus per titulum onerosum, *secundum Iaso
nem in d. auth. vnde si parens, col. 1. vers 3.
noto*, & omittendo breuitatis causa rationes,
& iura, q̃ pro hac parte adduci possent, *ita in
specie consuluit Bal. nouellus in subscrip ad
cons. Soce. 148. col. 2. vers. qua legitima, vol. 1.
Corn. in cõs. 190. in 4. dub. vol. 2. & Aym. se-
quẽs pdictos, & alios per eũ relatos in cõs. 165*
qui vnanimiter concludunt legitimam de-
beri de omnibus bonis etiam donatis, nihil
tamẽ diminui debere de quantitate donata,
sed integram legitimam esse detrahendam
de residuo. hæc quo ad primum dubium.

Conclusionem in primo dubio optimè
fundatam per Dominum Collegam vltra
Doctores per eum allegatos *tenet Paulus de
Castro cons. 354. 2. vol. Aym. cons. 145. num.
5. & elegantissime Rolan de Valle cons. 65.
2 num. 29. ad fin.* nec id est nouum, si quidem,
& res legatæ in testamento numerantur ad
augendum patrimonium pro liquidatione
legitimæ; non tamen super illis assignatur
legitima, nisi q̃n non remaneat tñ pęnes hę-
redes, & de eo solui legitima possit; quod optime
considerauit *idem Rola. vbi supra* ad fundã-
dam prædictam conclusionem; quod & in lega-
to tenuit post alios *Ruin. cõs. 57. n. 19. vol. 2.*

3 Secundo videndum numquid filię fęminę,
quarum vna maritata, & duæ aliæ Monacha-
tæ in vita Domini Roberti renunciauerunt
dicto Roberto patri, & eius hęredi, in amplis-
ma forma successioni paternæ, maternæ, &c.
& iuri competenti, & competituro, mediante
Aquiliana stipulatione, & acceptilatione
sequuta; computandæ sint in numero filiorũ
ad faciendam partem in legitima. Et puto
non esse connumerandas, nam quoad succes-
sionem attinet reputantur, ac si non exta-
rent; cum omnino sint exclusæ à successione,
stantibus dictis renunciationibus, *vt tenet
Neapod in consuetudine si moriatur, in vers.
ipsi successores, vers. sed quid in tempore ibi,
secus si renunciasset, quod nec vt filia, & pas-
sim consueuit allegari ad hoc cõsilium Angeli
52. incip. D. Iulius, & Rom. in cons. 22. col. 1.*
4 & in specie quod filia, quæ renunciauit in
vita patris, habetur pro mortua, & non com-
putatur in numero filiorum in commensu-
randa legitima, *voluit Paul. de Castr. in l.
plane, quam legit cum l. si pluribus, §. si duo-
bus, col. 3. vers. item quæro, ff. de leg. 1. Guid.
Pap. q. 295. & Guliel de Benedicto in repetit.
cap Rainutius, in vers. duas habens filias,
nu. 262. extra de testam.* vel si dicamus ipsas
in filiorum numero computandas, eundem
sortietur effectum, stantibus renunciationi-
bus prædictis, per quas portiones ipsarum
accrescent alijs filijs; vt sic debeat com-
putari legitima in persona aliorum, perinde
ac si illæ sorores non superessent, *vt deter-
minat Bald. in authent. nouissima. vers. 7. C.
de inoff. testam. quem sequitur, D. Capic. in
addit. ad consuet. si moriatur, incipi. An ista
portio, fol. 83.* dicens quod est vtile, quia per
hoc videtur inferri quod non possit pater
istam portionem renunciatam per filiam
relinquere cui voluerit, sed illa portio rema-
net in hæreditate, perinde ac si illa nunquam
5 fuisset in rerum natura; quod dicit notandũ,
quia habuit in facto. vel saltim negari non
potest, quod si dictæ filiæ, quæ renunciaue-
runt, faciant partes in legitima, & non ad-
admittantur ad partes, sed earum portiones
remaneant pęnes hæredem vniuersalem, cui
pater prospexisse videtur *iux. tex. in l. si pa-
ctum, ff. de probatio, vt tenuit Pet Iacob. in
tit. de cond. ex l. omnimodo ex testamento, col.
4. vers. sed quid erit, quam dicit esse magis
communem, Guid. Pap. q. 295. & 599. &
Boer. decis. 104.* tenerentur conferre dotes,
quas habuerunt, *vt per Capic. decis. 158.* &
pariter hæres patris, qui ex earum persona
portiones prætendit *per regulam nemo plus
iuris, &c.* considerato itaque patrimonio D.
Roberti, quod erat ante donationem, ac
collatis dotibus, quas habuerunt fæminæ,
deducto etiam ære alieno, ac diuiso integro
semisse inter octo filios, qui est legitima
omnium filiorum; apparet ex calculo iam
facto legitimam spectantem quondam Ma-
gnificæ Faustinæ Carrafæ ascendere ad du-
6 catos quinquemille: sed cum in paragio non
attendatur quantitas valoris portionis ter-
tiæ, vel dimidiæ, sed illa pro qua possit pari
nubere, *vt inquit Andr. in constit. in aliqui-
bus, col. penul. vers. nos dicimus*, & hac ra-
tione possit paragium ascendere vsque ad vi-
rilem portionem, *vt paulo post idem Andr.
subdit col. fin. ibi si autem non potest.* Nimi-
rum si Dominus Robertus pro dote reliquit
ducatos quinquemille asserens tantum esse
paragium, bene consideratis viribus suarum
facultatum: cui taxationi in fauorem filiæ,
& contra hæredes videtur standum, cum è
conuerso stetur contra filiam; quia nemo scit
capere melius consilium pro filia, quam pa-
7 ter *l. nec in ea, ff. de adul.* & quod patri visum
est competens, non debet alteri videri in-

competens, *l. si furioso puberi, ff. eod. tit. per quæ iura ita consuluit Paul. Castr. quem refert, & sequitur Alex. cons. 33. 2. col. vol. 3. & Decius cons. 26.*

8 In secundo duo excludunt tres filias in vita ipsius Roberti dotatas, ius si quidem municipale fœminas dotatas ad commodũ masculorum excludens; & fœminæ tali modo exclusæ ex vera opinione augent legitimam, vt ex numero earum dicatur semis, non triens, non autem diminuunt, quia partem non faciunt, *& hanc vti veram opinionem post molem consulentium, tenet Doctor ille in scientia legali veridicus in addit. ad Alex. cons. 36. num. 7. vol. 7.* Aliud est, quo excluduntur hæ fœminæ, renunciatio scilicet; & quia facta est eidem patri debitori ipsarum in legitima, seu saltem dote, loco ipsius renunciatio operatur effectum extinctiuum, non translatiuum: sicut dicebat *Salyc. in l. 1. C. de actio. & oblig.* de creditore, dum cedit debitori. & quia renunciatio operatur extinctionem, reputantur pro mortuis, & *ita vltra Doctor per Dominum Collegam allegatos, plures refert Carol. Ruyn cons. 24. n. 4. vol. 1.* & vere cum hæ duæ conclusiones stant, vt liqueat summam ducatorum quinquemille fuisse paragium Faustinæ, erunt su-
9 perfluæ: quia cum hæc dictio (paragium) aliud non denotet, nisi congruam dotem; qualis sit congrua dos filiæ, Patri tantum stabitur, & de ius iudicio non est disceptandum, *prout plura ad hoc tradit Bar. Socc. cons. 288. nu. 21. vol. 1. & Antonius Rubeus cons. 163. num. 3.*

In tertio dicam cogi ex necessitate iuris D. Ferdinandũ consequi totum paragiũ Faustinæ, super deposito pecuniæ facto per D. Ascanium, quod in hæreditate D. Io. Baptistæ esse videtur. si quidem paragium, quod
10 subrogatum extitit in locum legitimæ *ex Andr. & Neapod.* qualitatem ipsius sortitur; ita vt sicut filius, qui consequi debeat legitimam, & sic portionem quotitatiuã cuiusuis
11 rei, non potest prosequi tertios possessores, dum pænes hæredes adest res hæreditaria, quæ pro sua legitima sufficit, *prout eleganter tenuit Aym. cons. 109 num. 5. & 6. & Rolan. de Vall. in 1. vol. cons. 12. in princ.* & eodem modo Faustina si viueret, non posset paragium consequi à tertijs possessoribus bonorum burgensaticorum, dum adest pænes hæredes tantum, de quo sibi satisfacere possit;
12 eo maxime quia & si hæres met plures res hæreditarias possideat, arbitrio boni viri Iudex eligit vnam ex ipsis rebus, super qua de legitima integre satisfiat *prout post Doctor. in locis vulgatis tenuit Bald. cons. 23. 4. vol. Deci. 81. num. 7. Ruyn. cons. 59. num. 12. vol. 4. cons. 57 num. 35. vol. 1. Capra in cons. 55. in fin. elegantissime Zelletus cons. 137. nu. 30.* & quod maius arbitrium boni viri, quam euitare circuitum, qui daretur si tertij possessores molestarentur, qui super eodem deposito recurrerent: liquet hinc, & ex necessitate iuris, & ex arbitrio boni iuri sopiri tertiam hanc quæstionem.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *FÆudalis qualitas seruitutem inducit.*
2 *Libera qualibet res præsumitur, non seruituti obnoxia.*
3 *Baro non potest de re allodiali facere faudalem, & ideo nec rem allodialem confiteri faudalem, & num. 9.*
4 *Veritas, & substantia rerum, hominum denominatione non immutatur.*
5 *Falsa demonstratio substantiam rei non mutat.*
6 *Confessio non mutat dominium, etiam si à sciente fiat; sed tantum præsumptionem iuris inducit.*
7 *Res per tempus, & tempora tenta, vt allodialis, confessionem de re tamquam faudali factam excludit.*
8 *Diuturnitas temporis confessioni contradicens illam inhabilem ad probandum reddit.*
10 *Confessio super eo, super quo partes disponere non possunt, non inducit probationem, nisi in iudicio.*
11 *Verba enunciatiua probant inter partes cõtractibus adiecta, si super eo adijciantur, super quo partes disponere possunt, alias secus.*
12 *Cadularium Regiæ Cameræ quando renouatur, secũdum tenorem antiqui describitur.*
13 *Sententia vt valeat debet fieri deliberatè, in scriptis redigi, & reuideri, & partibus notificari; quod si non fiat iuribus non subsistit, & num. 14.*
15 *Actore non probante, reus absoluitur.*
16 *Bonorum immobilium appellatione, iura, & actiones non continentur.*
17 *Clausula (quod tenor habeatur pro expresso) operatur, ac si specialiter facta esset expressio.*
18 *Pontifex adijciens in rescripto, quod tenor habeatur pro expresso, nullum impedimentum potest officere rescripto.*

19 Pri

19 *Priuilegium visum à confirmante est, ac si insertum esset in confirmatione.*
20 *Confirmatio, in qua insertus est tenor antiqui priuilegij, dicitur fieri ex certa scientia, etiam si originale non ostendatur, & num. 22, & idem est quando Princeps vidit priuilegia antiqua, & num. 23.*
21 *Princeps confirmans priuilegiorũ antiquorum scientiam habens, non conditionaliter, sed purè, & simpliciter confirmare dicitur.*
24 *Princeps feudalem qualitatem detrahens, & allodialem addens, de nouo dicitur disponere.*
25 *Feudum nouum dicitur ratione nouarum qualitatum in eo adiectarum, quod intelligitur tantum respectu qualitatum prædictarũ, in alijs n. antiquũ remanet, & n. 27.*
26 *Inuestitura facta sub nouis pactis fingit feudum in manibus domini inuestientis refutari, & deinde de nouo per dominum refutanti concedi.*
28 *Dictio (æque) demonstrat omnimodam æqualitatem.*
29 *Subrogatum extinguitur, extincto eo, in cuius locum subrogatum erat: quod est verum si accessoriè subrogatum fuit, secus si æque principaliter, & num. 30.*
31 *Relatiuum (quis, vel quæ) adiunctum certa qualitati sine copula stat restrictiuè, si non competit cuilibet de genere & si cuilibet competat stat declaratiuè, & num. 32.*
33 *Clausula (natura feudi in aliquo non mutata) intelligitur in alijs, quam in expressis.*
34 *Correctio non est inducenda.*
35 *Relatio sermonis fieri non debet ad illa, quæ ex relatione corrigerentur.*
36 *Relatio stat limitatiuè ad relatum, si de illo constet; sed si non appareat, stat causatiuè in dispositiuis, & valet secundum sui formam originali non apparente, illo tamen producto debet secundum illud regulari, & num. 37.*
38 *Priuilegium incipiens à restitutione dicitur restitutiuum; à donatione, dicitur ratione rei concessiuum: & sic regulatur ab eo, quod primum inuenitur in eo appositum.*
39 *Confirmatio nihil de nouo dat, sed intra limites rei confirmatæ persistit.*
40 *Confirmatio præsupponit bona confirmata in posse eius, cui fit confirmatio; noua vero concessio in posse concedentis.*
41 *Confirmatio vbi non est confirmabile, nihil operatur: sed si ex certa scientia procedat, quod contingit per insertionem tenoris, vel per visuram priuilegiorum; tunc benè extendit, operatur etiam si non adsit confirmabile, & nu. 42.*
43 *Confirmans si sciat nullam esse præcedentẽ concessionem, videtur de nouo dare.*
44 *Princeps confirmans potest temperare ea, quæ confirmat.*
45 *Feudum antiquum remanet, si Dominus vassallo culpam remiserit; quod intelligitur antequam dominus ad se feudum incorporasset, vel si sententia requirebatur priuationis: secus si ipso iure culpa eum feudo priuabat, & num. 46.*
47 *Princeps si non appareat an velit restituere, vel de nouo concedere, intelligitur de nouo concedere, ex verbis subsequentibus, quæ derogant antecedentibus.*
48 *Præpositus, & Laudens. Andream non intellexerunt.*
49 *Feudum non annihilatum per nouam superuenientem virtutem domini remittentis culpam reuiuiscit; prout in pomo arangio contingit, quod æstiuo tempore exiccatum, hiemalibus aquis reuiuiscit, & idemmet dicitur; quod si annihilatum erat feudum in persona vassalli, etiam si restituatur, non illudmet, sed nouum dicitur, & num. 50.*

Pro Principe Bisiniani cõtra Regium Fiscum, super capite annuorum duc. sexcentum.

ARGVMENTVM.

Annui introitus super gabella Serici vtrum sint iudicandi burgensatici ex centenaria possessione, an vero fæudales ex possessoris confessione, & descriptione in fæudum, non tamen continuata, & ex voto Regiæ Cameræ illos fæudales dijudicante, quod tamen exequutionem non habuit. Et an si Princeps confirmet, & de nouo concedat sciens rei qualitatem, & pretium recipiens, nouam formam addat rei confirmatæ.

CONSILIVM LXXVI.



NON probauit Fiscus annuos introitus ducatorum 600. super Gabella Serici fuisse in fæudũ concessos per originalem concessionem, quã non produxit, & non reperitur: sed tantum nititur duabus confessionibus Principum, & alijs friuolis medijs, quæ

non obstant; vna in anno 1472. Principis Hieronymi, & altera in anno 1496. Principis Bernardini, qui in inuestitura, & confirmatione Status asseruerunt dictos introitus esse in feudum.

Sed pro responsione considero, quod qua-
1 litas feudalis seruitutem inducit, *glo. in l. si vsufru. ff. de vsufr.* & qualibet res præsumi-
2 tur libera, *l. altius, C. de seruit. & aq.* & in concessionibus gabellarum raro reperitur illas in feudum fore factas, *Paris. de reinteg. rub. an iure feudi, fol. 66. num.* 11. & per annos centum, & plus, dicti annui introitus, fuerunt possessi, prout nunc tenentur in allodium; quia numquam de illis fuerunt soluta adoha, nec releuia. Adeo quod præsens status, & præteritus contradicit dictis confessionibus, hos introitus esse feudales, ideoq; illas fuisse emissas per errorem, cum vere fuerint, & sint allodiales; & certum sit Ba-
3 ronem non posse de allodio facere feudum de iure Regni, licet aliud esset secundum ius commune feudorum, *Andr. in tit. de allod. quem legit de pac. iuram. firm. §. si vero con-*
4 *tingerit, num.* 30. Inde Fiscum dictis confessionibus erroneis non posse iuuari; quia veritas, & substantia rerum non immutatur hominum denominatione, *l. si forte, ff de cast.*
5 *pecul.* & falsa demonstratio e substantia veritatis minime mutari potest, *l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor.* Et quando agitur de dominio, vel alio iure reali, confessio etiam à sciente facta nullam inducit immutationē dominij, nec aliam dispositionem; & nihil aliud operatur, quam simplicem probationem, donec contrarium probetur, *Bart. Bal. cæteriq; in d. l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. & glo.* —— *§. 1. glo. 5. num.* 32. & in confessione rei feudalis, quod potest contrarium probari, *Io. Andr. in addit. tit. de loc. §. nunc aliqua, 61. quæst. nu. 6. Guid. Pap. decis.* 272. Si enim constat per tempus, &
7 tempora hos introitus fuisse tentos, & nunc teneri, vt allodiales; iam probatum est contrarium. Quinimmo solum status præsens teneri, vt allodiales, quia contradicit dictis
8 confessionibus, sufficit, vt non probent; sicut dicitur de fama, quod in antiquis probat dominium, *not. in l. cum aliquis,* C. *de iur. delib.* fallit tamen, quando status præsens repugnat famæ; nam nullo modo probatur dominium. *Corn. in cons. 304. col. 4. vers. non ergo, lib. 3. refert, & sequitur Rip. legendus in l. rem qua nobis, n. 58. & 59. ff. de acq. poss.*

Secundum, si Baro non potest facere de allodio feudum *secundum Andr. allegatum in d. §. si vero, contingerit*; ergo nec fateri. Ideoque confessio partium super eo, super
9 quo non possunt disponere, non inducit probationem, nisi in actibus iuditialibus, *cap. fin. ibi An. & Fely. post num. 4. de probat. Rom. sing.* 210. prout etiam confessio partium super his, quæ ab eis remitti non possunt, non probat, *Bart. in l. sciendum, col.* 1.
11 *de verb. oblig.* & verba enunciatiua in contractibus, licet probent inter easdem partes *l. optimam, ibi glo. C. de contr. stipulat.* Est verum quando sunt emanata super eo, super quo possunt libere disponere, alias non probant. *Bart. in l. si forte, post num. 4. ff. de Castr. pecul. Dec. in auth. si quis in aliquo, num. 36. C. de eden.*

Non obstat, quod in cedulario anni 1500. dicti annui duc. 600 fuerint descripti, & taxari. Nam in sequentibus cedularijs, vsque nunc, causa cognita non fuerunt amplius descripti, quia Præsidentes illius temporis cognouerunt esse allodiales. Quando enim renouatur cedularium in Camera, non formatur nouum, nisi viso antecedente, à quo
12 norma sumitur (vt notum est) ergo si in cedulario anni 1500. hi introitus erant taxati, dum alia cedularia fuerunt renouata in anno 1504. & 1508. quæ immediate sequuntur; & in istis, & sequentibus non fuerunt descripti, oportet fateri tunc fuisse cognitum esse allodiales.

Nec etiam nocet votum Cameræ anni 1514. Principem fuisse condemnatum ad soluendum adoham pro dictis introitibus, & ordinatum Bernardino Cioffo Rationali, quod addat in cedulario. Nam vltra quod hoc votū non est sententia, si quidē, vt sit sententia,
13 requiritur quod prius debet deliberari, & deliberata in scripturā redigi, & redacta reuideri, & corrigi, & correcta in scriptis debet partibus recitari, *l. 2. ibi Bal. C. de sent. ex peric. recitan.* Illud nunquam fuit Principi notificatum, nec aliter exequutum, nec Cioffus Rationalis addidit in cedulario: signum eui-
14 dens, quod veritas fuit patefacta ex priuilegijs, & his, quæ præcesserant in cedularijs formatis, hos introitus esse allodiales; maxime quia idem Rationalis Cioffus in anno 1517. elapsis tribus annis à die dicti voti, liquidando releuium per mortem Principis Bernardini, non obstante quod in ista introituū procurator Principis per errorem dictos introitus posuisset pro feudalibus; de illis tū non liquidauit releuium: bene confessio, de his, quæ præcesserunt in anno 1514. & suspensa illa partita, vsque ad annum 1554. ex processu formato, & causa cognita, fuit admissa pro burgensatica in beneficium Principis. Ex quibus liquet, Fiscum non probasse suam intentionem, & proinde Principem
15 con-

15 conuentum, actore non probante, debere absolui.

Verum esto millies, quod appareret originalis concessio, dictos introitus fuisse feudales. Dixi quod tribus priuilegijs Regum de Aragonia euaserunt allodiales, vt in primis allegationibus, quibus pro eorũ clariori confirmatione addo, quod facta diuisione huius Regni in anno 1501. inter Regem Catholicum, & Regem Francorum, praecedente inuestitura Papę Alexandri; Prouinciae Calabriae, & Apuleae peruenerunt in dominio Regis Catholici; Ciuitas autem Neap. cum Prouincijs Campaneae, & Aprutij, in posse Regis Francorum; & orto inter eos bello Princeps Bernardinus ligius Regis Catholici sequutus fuit partes Regis Francorum, qui in anno 1504. Atripaldae fuit superatus, ob quod pacato Regno, ob rebellionem dicti Principis Rex Catholicus incorporauit sibi eius Statum, gabellam Serici, & iura fiscalia, quae tenebat. Deinde contracto matrimonio inter Regem Catholicum, & Germanam de Fuxo, inter dictos Reges fuit pax contracta, & inter caetera fuit concordatum, quod omnes Barones, qui sequuti erant partes Regis Francorum cõtra Regem Catholicum, & possidebant feuda tempore ruinae Atripaldae, restituerentur in possessionem Principatuum, domorum, terrarum, & bonorum immobilium, *vt ex cap. pacis legitur, in actis producto, & relato per Loffr. in cap. 1. de pac. iura. firm.* Et quia restitutio erat limitata ad bona immobilia, quorum appellatione iura, & nomina, & sic iura fiscalia, &
16 gabella Serici, quae consistit, in iure exigendi, non comprehenduntur, *l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de re iud.* idcirco Rex Catholicus die 17. Aprelis 1506. *vigore dictae capit. pacis*, simpliciter restituit Statum Principi Bernardino; & demum die 7. Maij 1506. idẽ Rex confirmauit, iuxta formam suorum priuilegiorum, excipiendo tamen iura fiscalia, & gabellam, quae ad Fiscum pertinebant: & retenta gabella cum fiscalibus per Regẽ Catholicum, Princeps Bernardinus, vt integram gabellam haberet in burgensaticum, soluit Regi ducatos 24. mil. & Rex Catholicus die 1. Iulij 1507. dicto Principi restituit, & aeque principaliter de nouo donauit integram Gabellam in burgensaticum, & iura fiscalia in feudum; & non dixit iuxt. tenorem suorum priuilegiorum, sed tantum subiungit, quae omnia fuerunt concessa per Reges Aragonees Praedecessoribus dicti Principis, mediantibus priuilegijs ad quae se refert, eorumque tenores vult haberi pro expressis: & signanter in priuilegio Regis Federici sub die 11. Nouẽbris 1496. in quo oĩa praedicta enarrata vidit, & voluit, quod fructus gabellae currant, à die 1. Septembris, & iura fiscalia à die 1. Augusti in antea 1507. in beneficium Principis.

Ex his enim priuilegijs, sub diuersis tenoribus factis, liquet Regem Catholicum, qui vigore pacis tenebatur restituere Statum Principi, simpliciter restituit, iuxta formam suorum priuilegiorum, nihil innouando, sed tantum restituendo eo modo, quo Princeps prius tenebat. At gabellam Serici, & iura fiscalia, quae Rex non tenebatur restituere, & in dicta restitutione sibi reseruauerat, Princeps ex nouo titulo habuit scilicet emptionis, quia soluit duc. 24. mil. & Rex Catholicus non simpliciter restituit, iuxt. tenorem priuilegiorum vt in restitutione Status fecerat; sed restituit, & aeque principaliter de nouo donauit integram gabellam in burgensaticum, & iura fiscalia in feudum, mutando veterem concessionem dictorum ducatorum 600. quatenus fuissent in feudũ concessi, in allodium, sub integritate gabellę in allodium concessae, *l. rerum mixtura, ff. de vsucap.* Idque consulto, & ex certa scientia; nam dicit de his omnibus fuisse factas concessiones, ad quas se refert, quarũ tenores voluit haberi pro expressis, & signãter in priuilegio Regis Federici anni 1496.
17 in quo omnia prędicta enarrata vidit; clausula enim quod tenor habeatur pro expraesso operatur, ac si specialiter, & nominatim esset facta expręssio, *Ang. per illum tex. in l.*
18 *omnes, C. de praescript. 30. ann.* & quando Papa dicit quod tenor habeatur pro expresso, nulla obstantia officit, *Bal. in cap. cum dilecta, col. fin. de rescript. Dec. cons. 341. num. 1.* Et quia vidit priuilegium Regis Federici, quod nunc in actis est productum, & in illo Princeps Bernardinus asserit tenere gabellam, in qua Princeps Hieronymus annuam prouisionem antiquam duc. 600. in feudum habebat: clarum est Regem Catholicum ex certa scientia voluisse mutare hãc qualitatem feudalem in dictis introitibus, illosque reducere in allodiũ; & proinde integram gabellam, supprimendo dictos introitus in ea incorporatos, in allodium dedit.

Quando enim visa sunt priuilegia, & su-
19 mus in confirmatione idem est, ac si esset insertus tenor; quia vtroque casu confirmatio ex certa scientia dicitur, *glo. in cap. venerabilis, in vers. insertus, de confirmat. vtil. vel inutil. Henric. Bohic. in cap. inter dile-*
20 *ctos, de fid. instr.* & certum est, quod quando insertus est tenor, confirmatio dicitur ex

 certa

certa scientia, *Abb. ibi nu. 2. in 1. notat. Imol. n. 1. Fely. in d. cap. inter dilectos, num. 20. Rom. 336. Afflict. in constit. dignum, nu. 6. Molin. lib. 2. cap. 7. num. 9.*

Quinimo quando insertus est tenor, quia confirmans habet scientiam rei confirmatę, cum omnibus qualitatibus, & circunstantijs suis; confirmatio tunc non dicitur in forma communi, sed in forma specifica; & confirmans, non dicitur confirmate conditionali-
21 ter, sed pure simpliciter, & pręcise etiam si apponātur clausulę (prout tui Antecessores, secundum, vel sicut) *Abb. in cap. examinata, Dec. in rub. col 2. de confir. vtil. vel inutil.*
22 & isto casu sufficit producere cōfirmationē ex certa scientia, etiam si originale non ostendatur, *Abb. in cap. inter dilectos, num.*
23 5. *& ibi Fely. col. 5. de fid. instr.* & si id est in confirmatione, quando insertus est tenor; idem erit, quando Princeps vidit priuilegia, quia parificantur: cum eadem ratio vigeat, quod sit informatus de re concessa cum omnibus suis qualitatibus. Ergo si Rex scientiā habuit, quod hi introitus erant in fæudum per priuilegium visum, & quod ad eum erāt deuoluti, & incorporati; si integram gabellā postea donauit in allodium consultò, qualitatem fæudalem in dictis introitibus muta-
24 tauit: & dum Rex qualitatem fæudalem ab antiqua concessione detraxit, & allodialem addidit, noua dicitur dispositio, *l. ius ciuile, ff. de iust. & I u. l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact.* sicut nouum fæudum fit ratione no-
25 uarum conuentionum, & nouæ causæ, *Oldr. cons. 178. Bal. in §. insuper, in fin. de probib.*
26 *feud. alien. per Feder.* Quando enim fit inuestitura sub nouis pactis, videtur tacitè fæudum in manibus Regis inuestientis refutari: & deinde per Regem de nouo refutantem ipsum inuestiri, *Bal. in c. 1. vers. tertio istud videtur, de alien. feud. Aret. cons. 3.* quod verū est respectu qualitatis additę, & detra-
27 ctæ fieri nouum fæudum; nam in cæteris antiquum remanet. *Afflict. in const. cum circa inuentarios, 8. not. tradit sic fuisse decisum tempore Regis Catholici, & sic declarat glo.——tit. 1. §. 35. num. 5.* Sed in præsenti nec quoad qualitatem additam, quia confunditur sub totalitate gabellæ, *l. eum qui ædes, & l. rerum mixtura, ff. de vsucap. Afflict. videndus in d. const. cum circa, num. 9.*

Præterea, non solum Rex Catholicus restituit Principi, sed æquè principaliter de nouo donauit integram gabellam in burgēsaticum. Quo casu actus iste donationis dicitur nouus actus, coæqualis restitutioni, & non accessorius; quia dictio (æquè) demon-
28 strat omnimodam æqualitatem, *l. interdum, ibi, præcateris Raph. de har. inst.* & etiam quando subrogatur actio loco alterius actionis, illa prima extincta, extinguitur subro-
29 gata, *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* quod *Bart. ibi* intelligit, respondendo legi contrariæ *in l. item illa, §. adijcitur, ff. de const. pecun.* quando accessoriè cumula-
30 tur; secus autem si æquè principaliter, quia extincta prima non extinguitur subrogata, *quod Alex. Ias. cæteriq; ibi sequuntur.* Et ex his in priuilegio cōfirmationis, & æquè principalis donationis, quod si antiquū ius rueret, vel quoquomodo euacuaretur, obtinens ex noua æquè principali donatione posset tenere, *Capic. in sua inuest. in verb. & æquè principaliter, fol. 99.* adeoquod titulus iste in personam Principis fuit nouus, & noua dispositio, sub noua forma ex certa scientia facta.

Non refragantur, quę Fiscus opponit cōtra hoc clarū priuilegium Regis Catholici.

Primo, dicit esse priuilegium restitutionis, & quamuis non sit iuxta tenorem priuilegiorum, quasi idem sit; quia post restitutionem gabellæ, & iurium fiscalium subiungi-
31 tur (quæ omnia fuerunt concessa per Reges Aragoneos) præsupponendo, quod illud relatiuum (quę) adiunctum certę qualitati, sine copula, restringat, *l. ea tñ adiectio, ff. de leg. 3.*

Respondetur, tunc relatiuum adiunctum, certæ qualitati sine copula, stare restrictiuè; quando qualitas, quæ per relatiuum adiun-
32 gitur, non competit cuilibet de genere: si autem competit cuilibet de genere, stat declaratiuè, *Bart. in l. omnes populi, num. 1 ff. de iust. & iur.* in præsenti, qualitas concessionum adiuncta per relatiuum, competit cuilibet de genere iurium fiscalium, & gabellę. Ergo declaratiuè stat, & non restrictiuè.

Amplius si restitutio gabellæ fuit certa, & specifica in burgensaticum; dato, quod dixisset, iuxta tenorem priuilegiorum, intelligeretur in cæteris, quam in mutatis, & expressis: sicut dicitur de clausulis (iuribus Curiæ saluis, & natura fæudi in aliquo non mu-
33 tata) intelligitur præter quam in expressis, & alteratis, *Andr. in cap. 1. num. 9. qui succ. ten. Mar. de sub. car. 221. nu. 8.* alias enim induceretur correctio de eo, quod specifice
34 Rex disposuisset, quod non est dicendum, quod in continenti se correxerit, *l. nā ad ea, ff. de condit. & demonst.* Nec debet fieri re-
35 latio sermonis ad illa, quæ ex tali relatione corrigerentur, *l. si idem, & §. seq. vbi glo. ff. de iurisd. omn. iud. Socc. cons. 44. post num. 4. vers. sed ad hoc, cum seq. 4. vol.*

Insuper esto millies, prout non est, quod restitutio facta integrè gabellæ in burgensa-

ticum, esset relatiua ad priuilegia originalia;
illis tamen apparentibus secundum illa de-
36 beret regulari; quia relatio intelligitur limi-
tatiuè ad relatum, si de illo constet: sed si
non apparet, stat merè cautatiuè in disposi-
tiuis; dummodo in dispositione referente
habeatur certitudo de substantia actus, &
voluntate disponentis, *Bart. in extrau. ad
reprim in ver. prout, circa medium, Det. 374.
num. 4. glo. —— §. 5. num. 76. & 77.* sub-
dit, quod quamuis dispositio relatiua valeat
secundum sui formam, & quatenus est certa,
& specifica; tamen apparente originali rela-
37 to, non valet, quatenus ab illo discrepat.
Cumque in præsenti, non constet, de origi-
nali priuilegio relato, dictos introitus esse
feudales, & confessiones Principum per er-
rorem fuerunt emissę; super quo Fiscus figit
pedes, certe non video.

Secundo, dicit, quod hoc priuilegium
quamuis sit renunciationis, & æquè princi-
paliter nouæ donationis; quia incipit à resti-
tutione debet intelligi, quod sit restitutio-
nis: sicut dicitur in priuilegio continente
confirmationem, & donationem, quia inci-
38 pit à confirmatione, intelligitur confirma-
tio in forma communi, quæ nihil iuris tri-
buit, *cap. inter dilectos, in fin. de fid. instru.
Camer. in cap. Imperialem, car. 90. lit. R.* &
natura confirmationis est nō augere, vel ex-
tendere confirmatum; sed ad illud commen-
39 suratur, & ad eius fines, limitesque restrin-
gitur, *l. Aurelius, §. testamento, ff de lib leg.
Bald. in l. nominationes, in fin. C. de appell.
& l. aduersus, in fin. C. si aduers. rem iud.*

Respondetur, differentes esse terminos
confirmationis, & donationis, à restitutione,
& noua donatione. Quoniam in confirma-
tione præsupponitur bona confirmata esse
40 in posse illius, cui fit confirmatio: nimirum
si Princeps confirmando, & donando, in du-
bio confirmatio est in forma communi,
quę de nouo nihil iuris tribuit, *d. cap. inter
dilectos in fin. & sic loquitur Cam. alleg. loco.*
sicut etiam in dubio confirmatio secundum
limites rei confirmatæ restringitur, vt supra:
verum quando aliquid appareret, quod de
nouo confirmans voluisset concedere, noua
esset concessio, *tradunt Scrib. in d. cap. inter
dilectos, & Camer alleg. loco.* Inde *Bald. in
d. l. nominationes, in fin. C. de appell.* dixit,
41 quod vbi non est confirmabile, ibi non valet
confirmatio; nisi ille, qui confirmat, possit, &
velit per se dare, & interueniat forma debita
ex certa scientia: & sic si confirmatio est cō-
sequutiua alterius actus, si ille non valet, nec
confirmatio; si vero dat actui esse, valet cō-
firmatio, quia suis viribus nititur, *ad idem
Bald. in cap. 1. in princip. per quos fit inuest.
post Innoc.* quod si certa priuilegia confir-
mantur per Papam, non intelliguntur con-
firmari, vt aliquod ius nouum detur, nisi
aliter constet de intentione confirmantis.
quando enim Princeps confirmat ex certa
scientia, quod est, quando insertus est tenor,
vel visis priuilegijs, vt supra est dictum; &
tunc confirmatio non solum dat robur actui
confirmato, sed etiam illud extendit, post
*Bald. Ias. in l. more, num. 42. ff. de iurisd.
omn. iud.* Idemque in renouatione inuesti-
42 turæ dicitur, quod in dubio intelligitur se-
cundum originalem concessionem, ad quam
fit relatio: sin autem constaret, quod conce-
dens sciens nullam esse præcedentem con-
cessionem, vel non tanta includere, faceret
43 huiusmodi renouationem animo de nouo
disponendi; tunc valeret non tamquam re-
nouatio, sed tamquā noua, & originalis con-
cessio, attenta mente, & intentione dispo-
nentis magis, quam attenta forma verborū.
*l. si insulam, ff. de præscript. verb. Glo. ——
in §. 1. nu. 78. & §. 35. nu.* 10. tradit, quod
si recognitio fit tāquam de re alterius qua-
litatis animo, nouum statum rei inducendæ,
tunc est noua dispositio, si fiat ab habētibus
potestatem, & non prohibitis; & huc tendit,
44 quod Princeps in cōfirmatione potest tem-
perare ea, quæ confirmat *Innoc. in cap. signi-
ficatum, de præben. Loffred. in paraf. cap. 1.
in princ. de vassal. decrep. ætat.*

Si vero loquimur in restitutione, & æquè
principali noua donatione, alij termini con-
siderantur; siquidem bona, quæ traduntur,
præsupponitur esse in posse restituentis, vt
in præsenti contingit: & proindè genericè
loquendo, si restitutio tantum sit noua con-
cessio, vel veteris confirmatio, *Scribentes*
tradunt in feudo antiquo, si dominus remi-
45 serit culpam vassallo, & ius commissi ex ea
competens, an remaneat antiquum, vel nouū
fiat; & quamuis *omnes glo* voluerint rema-
nere antiquum ex vetere concessione, *in l.
quod dicitur, in ver. creuisse, ff. de imp. in
reb. dot. fact. in l. 4. §. si are, in ver. manet,
ff. de pecul. vt in §. insuper, in ver. priuetur,
de prohib. feud. alien. per Feder.* tamen pro-
cedunt, antequam Dominus incorporasset
ad se feudum, quia sic clare loquitur, *glo. in
d. §. insuper*, ponendo quæstionem, quod
vassallus commisit delictum, per quod domi-
nus poterat auferre ei feudum; si remisit, re-
manet antiquum. Inde *Alber. Bart. & Ang.
in d. l. quod dicitur, Bal. & Paul. in d. §. si
are, & Baudissa in d. §. insuper, & in cap. 1.
de vassal. decrep. ætat.* distinguunt commu-
niter, aut vassallus fuerat priuatus per sen-

tentiam

tentiam, vel ipso iure, vt in crimine læsæ Ma-
46 iestatis; & tunc fit nouum fæudum, tamquã
post ius ipso iure ammissum, facta remissio,
fit noua concessio: si vero vassallus erat pri-
uandus per sententiam, & tunc remaneat
antiquum. Est verum, quod *Author* damnatę
memoriæ his relatis addidit in primo casu
quando vassallus ipso iure est priuatus, vel
per sentẽtiam, vt amplius requiratur decla-
ratio domini velle commissum, & sententiã
fuisse exequutam in eius beneficium, vt sit
noua concessio, & nouum fæudum, *in §. 30.*
num. 105. 106. *&* 111. & ista habent locum,
quando dominus sub forma remissionis, vel
concessionis procederet.

At quando procedit per verba mixta (red-
dimus, & de nouo concedimus) an sit actus
nouus, vel veteris restitutio, *Andr noster*
Euangelista in cap. 1. *num.* 3. *de vass. decrep.*
atat. distinguit tres casus; aut constat Regẽ
voluisse simpliciter restituere, & erit simplex
restitutio ex antiquis iuribus: aut constat,
voluisse de nouo concedere, & erit noua cõ-
cessio. Si vero neutrum constat, & sumus in
dubio, & tunc erit noua concessio, quia vlti-
47 ma verba derogant prioribus, *sequitur Det.*
cons. 445. *nu.* 6. *& omnes sequuntur Andr.*
in 1. *&* 2. *casu.* In tertio autem quando su-
48 mus in dubio, *Laud. ibi, & Prepos.* loquuti
sunt contra *Andr.* quando bona non fuerunt
incorporata; & non aduertunt, quod *Andr.*
loquutus erat in præcedentibus de delicto
commisso per vassallum criminis læsæ Ma-
iestatis, in quo ipso iure erat facta priuatio,
& sic sequuta incorporatio; quo casu clarum
est ex præallegatis, nouam esse concessionẽ:
quod *Bald.* expresse voluit *in d. §. insuper*
num. 8. tradens, quod si vassallus est ipso fa-
cto priuatus per sententiam legis, quia fæu-
dum est annihilatum, noua est concessio, &
nouum fæudum: si vero fæudum non est an-
nihilatum, sed annihilandum, & tunc, quia
superuenit noua virtus in præiacente mate-
ria, & potentia materiæ, & iungitur, ab illa
denominatur; ponit exemplum naturale, in
49 pomo arangio, cuius humiditas in hieme
multũ desiccatur, postea in vere reuirescit,
Idem est pomus *ad idem Aluar. in d. cap.* 1.
de vassall. decrep. atat. col. fin. vers. sed tu dic
ex mente Rayn. dicit, aut Dominus traxit
fæudum ad se, aut non. Primo casu, quia
50 fæudum est annihilatum, postea restituendo
nouum fæudum facit. Secundo casu, rema-
net antiquum, quia fæudum non est annihila-
tum, sed annihilandum secundum *Bald.* vt
supra.

Et dato hoc intellectu ad verba *And.* quod loquatur, quando fæudum erat incorporatũ Regi, quod in dubio noua sit concessio, omnes *Scrib.* cum eo concordant, vt bene aduertit *Anna in repet. cap.* 1. *de vassall decrep. atat. num.* 184. *& sic expresse voluit damn. author vbi supra*, vbi tradit, si fæudum non erat ipso iure commissum, vel ipso iure commissum, vel etiam sententia lata, & non realiter exequuta, remanet fæudum antiquum; sed quando sequta est incorporatio, tamquam noua concessio, nouum fæudum erit.

Igitur in pñti, postquã Princeps cõmiserat rebellionẽ contra Regẽ Catholicũ, & ob id ipso iure fuerat priuatus Gabella, & annnis duc. 600. & Rex ipse declarauit eius voluntatem velle commissum: quia iam dicta bona sibi incorporauit, quæ vigore capitulationis pacis, non tenebatur restituere; si postea restituit, & donauit *ex communi schola Scribentium desuper relata* noua fit dispositio, & taliter fuit noua dispositio, ꝙ æquè principaliter de nouo donauit; & non donatio, sed venditio fuit, quia fuerunt soluti duc. 24.m. & dum fuit noua dispositio integrè gabellæ concessæ in allodium, visis priuilegijs detrahẽdo qualitatem fæudalem à dictis introitibus, & allodialem addendo, consultò, & ex certa scientia fecit. Propterea Principem omni iure esse absoluendum, indubitatè concludo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Verba (ea lege, & conditione) modum inducunt, nisi natura verborum secundum subiectam materiam cõditionem importarent, num.* 2.

3 *Donatio conditionalis, non sequuta conditione, censetur resoluta, ac si nũquam fuisset facta.*

4 *Modus, & conditio in egressu æquiparantur,*

5 *Donatio facta ea lege, & pacto, quod si donatarius promissa non impleuerit, resoluatur donatio; ipso non adimplente, resoluitur condictione ob causam: sed si hoc expresse non sit cautum, resoluitur alia actione, & num.* 6.

7 *Condictio ob causam oritur, vel ex pacto resoluendi expresso, vel sine pacto ex duabus naturis.*

8 *Donatio, quæ fit ob causam, si non impletur, datur duplex remedium, & num.* 9.

10 *Causa finalis in donatione est, quæ respicit vtilitatem donantis, sine qua donatio alias*

non

Digitized by Google

non fuisset facta.

11 *Causa finalis est, quæ respicit totam dispositionem, & ad illam generaliter influit.*

12 *Contractus nominati rescinduntur ob defectum causæ finalis.*

13 *Promittens aliquid facere nullo termino adiecto, quam primum facere tenetur.*

14 *Mora purgari non potest, postquam est oppositum de implemento non sequuto, & iuditium est incboatum, & num. 16.*

15 *Alienans res, quas tenebatur cedere, contrauenire dicitur, & incidit in pœnam, l. si quis maior, & ad alia tenetur infra num. 26.*

17 *Promittens se obligaturum ad decem, statim potest conueniri, vt circuitus euitetur, & qui contrarium tenuerint, & num. 18.*

19 *Fictiones duæ non possunt ad idem concurrere.*

20 *Donatio facta, cuius donationis contemplatione donatarius promittit renuntiare, differt ab ea donatione, quæ fit per donantē ea conditione, & lege, vt donatarius renūtiare teneatur.*

21 *Cessio debet fieri in forma specifica, & differt a promissione de cedendo.*

22 *Promissio de vendendo non est venditio, & promissio de renunciando non est renunciatio, & num. 23.*

24 *Assensus necessario requiritur in cessione iuris quæsiti super feudo, secus in repudiatione iuris non dum quæsiti, quæ fit tollendo se medio.*

25 *Cessio facienda est indiuidua, considerata indiuiduitate voluntatis.*

Pro Beatrice de Sangro.

ARGVMENTVM.

DOnatio facta sub conditione, vel modo, illis non impletis resoluitur diuersis actionibus à iure proditis. Et generaliter de resolutione cōtractus nominati ob defectum causæ finalis; quæ censeatur causa finalis, & vsquè ad quod tempus possit causa impleri. Cessio an differat à promissione de cedendo, renunciatio à promissione, de renunciando, & similes.

❧(*)❧

CONSILIVM LXXVII.



QVÆRITVR si domus donata per Dominum Ioannem de Sangro Magnifico Ferdinando eius filio, contemplatione matrimonij contracti cum Domina Victoria de Lagonissa; in hæreditate Domini Ioannis sit computanda, vt Magn. Alfonsus de Sangro, & eius nomine Domina Beatrix, pro esequtione sententiæ Sac. Cons. pottionem in ea habere possit. Equidem si donatio hæc fuisset pura, nulla esset difficultas, non computari in hæreditate; sed quia fuit conditionalis, seu saltim modalis, sub his verbis (hac lege, & conditione quod dictus Ferdinandus teneatur renunciare, & cedere in beneficium Domini Ioannis, & Andrianæ Dentice coniugum, feudum Candelarij, & alia nonnulla bona burgensatica, & [illegible]) cum hæc conditio, seu modus, per[illegible] inādum non fuerint adimpleta, donatio resoluta

1 videatur; licet enim verba illa (ea lege, & conditione) in contractu apposita modum inducant, *Bar. in l. si soc ietatem § arbitror ff. pro socio. Bal. in l cum res, C. de donat & in l. qm, C. de rer. perm. & Sal. in l. ea conditione,*

2 *C. de rescind. vend.* tn id procederet, qñ natura verborum secundum subiectam materiam, conditionem non importarent; sed in casu, de quo agitur, mens contrahentium verba, & subiecta materia indicant id, quod verba sonant, vt donatio fuerit cōditionalis, cum aliter Dominus Ioannes non donasset domum, nisi Ferdinandus correspectiue bona prædicta renunciasset; quæ renunciatio loco conditionis apposita, cum non sit sequta donatio conditionalis, adeo resoluta

3 censetur, ob defectum conditionis, ac si nunquam fuisset facta, *l. pecu. vbi Alex. num. 4. ff. si cert. pet. & l. necessario, ff. de peric. & commod. rei vend.* Inde *Signorellus* dicit *in cons. 227. col. pen.* quod defectus conditionis semper habet oculos retro ad tempus dispositionis. Vel dicamus hęc verba non inducere conditionem, sed modum, *d. l. cum*

4 *res*, tamen cum modus non impletur, non refert, an dispositio fuerit concepta in vim modi, vel conditionis; quia vtroque casu æquiparantur, & ob non adimplentum resoluitur dispositio; cum modus, & conditio egressu æquiparentur, *l. 1. vbi glo & omnes, C. de his qui sub. mod.* & modo non impleto contractus resoluitur, & tunc non ex nunc, *Andr. in cap. 1. §. præterea, num. 40. quæ sit 1. caus. benef. amitt.* & in specie quando sit dona-

5 donatio ea lege, & pacto quod donatarius
aliquid faciat, & si non adimplet resoluta fit
donatio; si hoc expresse est dictum, agitur ex
contractu, condictione ob causam ad repe-
tendum datum, causa data non sequuta, *est
tex. in l. 2. ubi casus, C. de condit. ob causam,*
6 sed si expresse non est dictum, quod donata-
rio non adimplente donatio sit resoluta;
idem est, quia tacite inest, quod eo non adim-
plente donatio resoluatur, & similiter com-
petit cōdictio ob causam, sed non ex pacto,
prout competit quando expresse pactum
resoluendi est adiectum, sed ex quasi contra-
ctu, seu ex rei traditione, vel rei interuen-
tu, *ita glo. in d. l. 2. in verb. resolueretur, &*
7 *ibi Salic. in fin. C. de cond. ob caus.* quinimo
condictio ob causam potest oriri, vel ex pa-
cto resoluendi expresso in contractu, *vt in
d. l. 2.* vel sine pacto oritur ex duabus natu-
ris, vel ex defectu causæ, vel pœnitentia
sequuta, *ad l. si pecu ff. de cond. ob cau. sin-
gul*[illegible] *Bal. in d. l. 2. nu. 7.* Et cum dona-
8 tio [illegible] causam, quæ non impletur, datur
duplex remedium, vel præscriptis verbis, vt
impleantur promissa, *l. eum res, C. de don. &
l. rebus, C. de rer. permut.* vel condictione ob
caus. vt reddatur quod est donatum, *l. dictam
legem, C. de don. ob caus. l. 1. vbi glo. magi-
stra, C. de donat. quæ sub mod. Salic. in d. l.*
9 *2. in 5. oppositione,* & in donatione ob cau-
sam, causa non impleta per donatariū, quod
donatio resoluatur, *Bal. in cons. 250. 3. vol.
Aym. in cons. 151. num 8.*

10 Præterea causa finalis huius donationis
fuit conditio illa, vt Ferdinādus cederet, quæ
respicit vtilitatem, & commodum donan-
tis, sine qua donatio alias facta non esset: ita
causam finalem considerat *Bar. in l. 2. §. fin.
de don. Ang. cons. 124. col. penul. Socc. cons.
26. col fin. circa medium, vol. 3. Dec. cons.
238. in fin. Aym. cons. 192. post num. 21.*
maxime quia hæc causa de renunciādo gene-
raliter respicit totam dispositionem, & ad
11 illam generaliter influit, nimirum si finalis
erit, *ex mente Bal. refert idem Aym. in d.
cons. 192. post num. 21. vers. 5.* Et proinde
si hæc causa finalis non fuit impleta, ob eius
12 defectum etiam cōtractus nominati rescin-
duntur, *l. cum te, C. de pact. int. empt. & vend.
Aym. in d. cons. 192. num. 22.* & in donatio-
ne, *in l. ea lege, in glo. pen. C. de rer. permut.*

Insuper Dominus Ferdinandus, qui vt hāc
conditionem, seu modum adimpleret, re-
13 nunciare tenebatur, & si nullo termino adie-
cto, quam primum poterat, facere tenebatur,
*l. hæc conditio, si in capitul. ff. de cond. & dem.
& l. continuis, § cum ita, ff. de verb. oblig.* Nec
audiretur nunc si dominus Ferdinandus di-
ceret volo renunciare, postquam iudicium
14 est inchoatum, & oppositum de implemēto
non sequo, *Aym. in d. cons. 192. num. 16.
cum seq.* Immo nec posset hodie Ferdinādus
renunciare, propter alienationes factas ab
eodem de rebus, quas cedere tenebatur; quo
15 casu contrauenisse dicitur, & pariter inci-
disse in pœnas, *l. si quis maior, C. de transact.*
16 adeoquod si hodie impleret, adhuc donatio
esset resoluta, quia semel contrauenit, & per-
iurium commisit, *Cor. in terminis donationis
cons. 179. 2. vol. sequitur Aym. in cons. 151.
num. 8.*

Nec prædictis refragatur, quod Ferdinā-
dus pro obseruantia in capitulis se obliga-
uerit; vt ex hoc duo inferri possint. Primum,
quod se obligasset ad renunciandum, & ce-
dendum: alterum quod sequuto matrimonio
renunciatio, & cessio habeatur, ac si esset fa-
cta, *per ea, quæ in simili voluit Ioann. Andr.
in add. Specul. in rubr. de oblig. & solut col.
1. quem sequitur Alex. in l. cum fundus, §.
seruum tuum imprudens, in princ. ff. si cert.*
17 *pet.* videlicet, quod si quis promiserit se
obligaturum ad decem, statim possit conue-
niri, vt circuitus euitetur; vt sic etiam pro-
mittens renunciare, habeatur, ac si renuncias-
set: nam licet *Dec. in d. §. seruum tuum im-
prudens, & in princ. & ibi Iacob.* optimis
rationibus, decisionem *Ioann. Andr.* impu-
18 gnauerit, dicens semper sibi visam fuisse du-
bitabilem, & contrariam opinionem quam-
plures tenuisse relati *per Gram. decis. 103.
num. 187. cum seq.* tamen quando illa esset
vera, non procedit in casu nostro ex pluri-
bus: primo quia Ferdinandus in capitulis non
promittit renunciare, & cedere; sed tantum
Victoriam in vxorem capere, dotes restitue-
re, & antefatum constituere, & pro obseruan-
tia horum se obligat, & huc tendit tantum
eius obligatio. Secundo per dictam obliga-
tionem pro obseruantia promissorum non
possunt duo specialia inferri. Primum quod
Ferdinandus qui non promittit, videatur
promisisse renunciare. Secundum quod re-
nunciatio, & cessio, quæ sunt facti, habeantur
pro factis, *contra tex. in l. 1. C. de dot. pro-*
19 *missione,* duæ enim fictiones non possunt ad
idem concurrere, *vt not. Bar. in l. si is qui
pro emptore, ff. de vsucap.* Tertium in casu no-
stro non donat Ioannes, & Ferdinandus pro-
mittit è conuerso renunciare, vt loquitur
Ruyn. in filia quæ promisit renunciare *cons.
12. col. 9. vers. similiter non obstat, 3. vol.* sed
20 donans donat ea conditione, & lege, vt te-
neatur donatarius renunciare; quæ longe
inter se differunt, quia si donatarius non
adimplet, resoluta erit donatio.

Rursus

Rursus in hac donatione non dicitur solum,quod Ferdinandus teneatur renunciare, sed et cedere,quæ cessio debet fieri in forma
21 specifica; nam aliud est cessio, & aliud promissio de cedendo,*vt eleganter probat Rom. in cons. 86. viso col. 2. in princ. quem refert, & sequitur Dec. in d. §. seruum tuum imprudens* 1 *col.* sic etiam promissio de vendendo
22 non est venditio, *l. in bonafidei, vbi Paul. de Castr. ff. de eo quod certo loco, in l. si pupillus, ff. ad l. falcid.* & promissio de renunciando non est renunciatio, *vt probat tex. in clem. 2.*
23 *de renunciatione*, eo magis quia renunciatio, & cessio facienda per Ferdinandum respectu feudi Candelarij, & aliorum feudorũ,
24 indigebat assensu; nam cessio iuris præsupponit ius quæsitum, & demum cessum,quod assensum necessario requirit: non enim abstinet, vel repudiat ius non dum quæsitum, tollendo se de medio; sed cedit *vt notabiliter Soce. distinguit cons. 183. 2. col. vers. præmissis non obstantibus, 2. vol. glo.* —— *1. par. §. 22. num. 104. car. mihi 198. declarat Freccia in terminis constitutionis, constitutionem diuæ memoriæ, in tract. de subfeu. 24. limit.* Si ergo renunciatio, & cessio, respectu feudaliũ non poterat fieri absque assensu, quomodo potest prætendi haberi pro facta? Et si pro parte non est facta, quomodo pro allodialibus; cum esset cessio facienda indiuidua, considerando indiuiduitatem voluntatis donatoris, *iuxta tradita per Bar. in l. grece, §. illud, ff. de fideiuss. qui allegat tex. in l. pedius, ff. de arb.*

Deniq; quando proprie Ferdinandus promisisset renunciare, & haberetur ac si renunciasset; aduertatur feudum Candelarij, & alia bona, quæ continentur in renunciatione facienda esse alienata per Ferdinandum, & eius creditores: & si vigore dictæ renunciationis deberẽt redire ad Alphonsum, & fratres, sequeretur magnum inuolucrum, & lites infinitæ inde orirentur, quæ tenderent in damnum Ferdinandi, & creditorum; ideo Sacr. Cons. eo magis hanc partem vti veriorem, & æquiorem amplecti debet: maxime quia in hoc casu quo esset inducta renunciatio Ferdinandus pro obseruantia omnium promissorum obligauit omnia eius bona, promittendo habere ratum, & non contrauenire; & per alienationem eorumdẽ
25 bonorum, quæ debebat renunciare, obligauit se ad pretium, vel saltim ad interesse, *l. si quis ab alio, ff. de re iud.* & pro eo sunt hypotecata eius bona, & signanter hæc domus sibi donata, *vt in proprijs terminis consuluit Ruyn. cons. 180. col. penul. & fin. vol. 1.* super qua domo posset Ioannes donator, & successiue Alphonsus eius hæres ex testamento in allodialibus agere iure assistendi pro pretio predicto, seu interesse; & sic quod vna via non potest haberi, ex hac alia consequeretur. vt ergo euitetur hic circuitus inutilis Sac. Cons. assignare debet portionem dictæ domus Alphonso.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Venditio super re emphiteutica, quã domini assensu indiget, nulla redditur, ita vt dominium in emptorem non transeat.

2 Venditio super re emphiteutica est nulla, domino volente.

3 Venditio conditionalis ante conditionis euẽtum non parit actionem, nec obligationem; & conditione deficiente, habetur pro non facta.

4 Pacta principalia, sine quibus contrahentes non fuissent cõtracturi, si non adimplẽtur, resoluunt contractum.

5 Contractus resoluitur, vt ex tunc, ac si ab initio factus non fuisset: cum vero rescinditur, fit vt ex nunc.

6 Resoluto iure datoris, resoluitur ius accepToris.

7 Contrauenient contractui à se facto cum iuramento, plures patitur pœnas.

8 Contractum non obseruans, liberat aduersarium ab omnibus per eum promissis; ipse vero tenetur ad sui damnum adimplere.

In causa Ioannis Pauli Ferrarij.

ARGVMENTVM.

De alienatione rei emphiteuticæ, quæ nulla est, domino volente. De contractu conditionali, & etiam puro, resoluendis ex defectu conditionis, vel ex non implemento causæ finalis; & pœnis contrauenientis contractui iurato à se gesto.



CON-

CONSILIVM LXXVIII.

NON est dubium venditionem factam per Camerarium Magnifico Paulo Ferrario, super massaria sita in terra Summæ pro duc. 2905 pro qbus Io Paulus cessit nomẽ debitoris Brãcaleonis; fuisse resolutam,& nullã, & successiue nunquam vtiles actiones nominis cessi fuisse translatas in Camerarium. siquidem venditio fuit super
1 re emphiteotica,quæ assensu directi Domini indigebat, *l. fin. C. de iur. emph.* & cum directus Dominus non consentit,venditio nulla est,nec ex ea dominium transit in empto-
2 rem, maxime domino directo volente *a se-*
a *cundum glo. fin. in d. l. fin. vbi Scrib. & tot. tit. ff. si ager vectig. pet.* In præsenti venditione non solum directus Dominus Episcopus Nolanus non assentit, sed in Regia Camera petijt deuolutionem dictæ massariæ venditæ sine eius assensu; propter quod sit, directo domino volente, & vendicante rem suam, venditionem fuisse nullam, ex qua nullum transiuit dominium in emptorem:idque tãtomagis procedit, quia Camerarius promisit eius sumptibus impetrare assensum directi Domini infra biennium, & non aliter, & sic venditio fuit conditionalis, si dominus assenserit; & ante conditionis euentum non
3 nascitur nec actio, nec obligatio, *l. cedere diem, ff. de verb. signi.* immo deficiente conditione, venditio habetur, ac si non esset facta *l. pecuniam, vbi Iaso nu. 4. ff. si cert. peta.* elapso ergo biennio, & Camerario non impetrante assensum,venditio,& cessio habentur, ac si non essent factæ: cauit etenim sibi Ferrarius,quod assensus directi domini infra biennium impetretur, & è conuerso Camerarius voluit, quod tertiæ currerẽt Ferrario, facta per eum exactione à Brancaleone. Ista enim pacta (quæ non fuerunt adimpleta)
4 resoluunt contractum factum,cum alias ipsi non fuerint contracturi,quia sunt de principalioribus contentis in dicto contractu, *l. cum te, vbi glo. C. de pact. int. empt. & vend. glo. in l. ea conditione, C. de rescind. vend. & vtrobiq; per Salyc. Lud Bolog. in d. l. cum te, & Iason. in l. fin. col. fin. ff. de cond. ca. da. non seq.* quando .n. contractus resoluitur, resoluitur, vt ex tunc, *l. 2. ff. de in diem adiect.*
5 licet quando rescindatur, rescissio operatur vt ex nunc,& non retrotrahitur: si ergo contractus iste venditionis, & cessionis fuit resolutus, quia conditio defecit, & pacta non fuerũt adimpleta, oia in integrũ restituũtur, vt sic dominiũ sit reuersũ in Camerariũ, & actiones vtiles cessę nominis debitoris similiter reuersæ in Ferrariũ vigore resolutionis contractus: & si actiones vtiles translatæ in Camerarium contra nomen debitoris Brancaleonis sunt resolutæ, ius forte quęsitum creditoribus, & eidem Brãcaleoni creditori similiter ex alia causa dicti Camerarij super dictis actionibus vtilibus cessis resolutũ re-
6 manet,ex regula iuris, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pigno. & l. 1. C. si pig. pign. datum sit*; sed non erit necesse hoc pertractare, cum dominium ex hac venditione nulla ob defectũ assensus domino volente, nunquam transierit in emptorem, nec actiones vtiles nominis cessi translatas in Camerarium creditorem.

Amplius dico, quod & si actiones fuissent translatæ in Camerarium, illis ipso iure absque ministerio hominis fuisset priuatus statim elapso biennio, in quo non fuit impetratus assensus directi, prout cum iuramento promisit Camerarius, *iux. l. si quis maior,*
7 *C. de transact.* quæ contra non obseruantem promissa per eum cum iuramento dat plures pœnas; inter quas prima est, quia efficitur infamis. Secunda priuatur actione illius contractus: & respectu infamiæ, & priuationis actionis dicunt *Doctor. communiter in d. l. & signanter Paul. in 3. notab. & Iason.* quod incurrit dictas pœnas ipso iure, absque aliqua declaratoria Iudicis; immo non obseruans contractum, tenetur adimplere, & aduersarius erit liberatus ab omni eo,
8 quod in contractu promisit, *Mattesil sing. 50.* quare ex omni capite res in tuto est, quia si actiones vtiles fuissent trãslatæ in Camerarium non obseruantem, illis ipso iure fuisset priuatus. vel (vt verius loquar) illæ fuerunt resolutæ, seu in eum nunquam translatæ, stante venditione, & cessione nulla ob defectum assensus: & si nunquam translatæ in Camerarium, seu resolutæ; absque dubio prætensio retentionis, in qua se fundat magnificus Aduersarius, erit penitus exclusa: quia si nunquam Camerarius vigore dictæ cessionis fuit creditor Brancaleonis, non poterit Brancaleo creditor Camerarij cõpensare, seu nomen suimet debitoris retinere. Ex abundanti hæc volui currenti calamo scribere, non quod deseruiret; cum punctus ille, quod Camerarius nunquam fuerit creditor Brancaleonis ob cessionem prædictam in specie fuerit decisus per Regiam Cameram, vt ex notula facti legitur.

Camillus de Medicis.

A a .

Digitized by Google

2 ADDITIO. Recte dicit author volente, quia nullitas actus non potest allegari, nisi ab eo in cuius fauorem est introducta, *Ias. in l. fin. num.* 104. C. *de iure emphit. cum alijs per Corbul. de iure emphit. tit. de causa priuat ob alien. irrequis. dom. ampliat.* 10. *num.* 6. *Surd. decis.* 108. *num.* 2. *& decis.* 179. *num.* 17. & de nullitate contractus *idem Surdus cons.* 284. *num.* 7. *lib.* 2. sed regulariter quodlibet pactum in contractu adiectum intelligitur appositum fauore vtriusque contrahentis, *l. vlt. ff. de acceptil. l. si vina, ff. de peric. & com. rei vend.* nisi constet apertè pactum respicere fauorem vnius tantum, *l.* 2. *&* 3. *ff. de l. commiss.* vbi pactum, quod nisi pretium ad certam diē soluatur fundus sit inemptus, interpretatur venditore volente; si quidem constat solutionem pretij solius venditoris fauorem respicere, quæ *ll.* 2. *&* 3. aliter etiā declarātur *à Castr. in l. in bonafidei, §.* 1 *ff. de eo quod certo loco, & alijs quos citat Tiraq. de retr. conuentio. ad fin. tit. num.* 104. *& vide etiam ad reg. Bart. in l.* 3. *C. de indic. indui toll.*

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *CLausula irritans translationem dominij, non facta denunciatione venditori, apposita in contractu venditionis; operatur vt emptor alienans sine denunciatione, dominium non transferat.*

2 *Emptor dicitur esse in culpa, & mala fide, non denunciando venditori, omittendo ordinem sibi datum.*

3 *Socij aggregati in participes per emptorem in re empta, subijciuntur omnibus conditionibus, & pactis adiectis in emptione.*

4 *Contrahens cum alio nedum scire debet illius conditionem, sed inuestigare qualitatem, & naturam rei in contractu deductæ, quæ ab initio inerat.*

5 *Paria sunt scire, & scire debere.*

6 *Scientia procuratoris an præiudicet domino.*

7 *Scientia simplex operatur idem, quod denunciatio, quando denunciatio requiritur ad notificandum tantum; secus si requiritur ad incitandum, vt aliquid fiat, vel ad prohibendum ne quid fiat.*

8 *Actio negotiorum gestorum competit contra eum, cuius creditores aliorum pecunia fuerunt dimissi.*

9 *Debitor soluens ei, cui ex lege contractus soluere tenebatur, ignorans cessionem factam alteri, liberatur; & cessionario contractum agenti obstat exceptio transacti negotij, nisi interueniat vnum ex tribus in l.* 3. *C. de nouatio. & nu.* 10. 12. *&* 14.

11 *Cessionarius, qui soluit pecuniam creditori alterius, obtenta cessione, subingreditur locum ipsius creditoris.*

13 *Actus vnus interdum occultatur celeritate coniungendarum actionum.*

Pro Marchione Vasti, contra hæredes Regentis Reuerterij, & Flauium de Vinaldis.

ARGVMENTVM.

EMptor annuorum introituum, qui venditori ex pacto cauit redditus emptos alteri non vendere, absque denunciatione in scriptis ipsi facienda; vtrum alteri vendendo sine denunciatione dominium transferat. Quid in socio in emptionem aggregato. Quando scientia simplex operetur idem, quod denunciatio requisita. Et de debitore soluente proprio creditori, qui alteri cesserat, quando liberetur.

CONSILIVM LXXIX.



IN anno 1577. die 9. Octobris Marchio Vasti vendidit annuos duc. 2750. feudales cum assensu Scipioni Pontecorbo pro pretio ducatorū triginta triummille tricentum triginta trium, cum pacto redimendi quandocunque; inter cætera cum his pactis.

Primum, quod tale pretium solueretur creditoribus, seu emptoribus introituum dicti Marchionis, qui cum maiori beneficio ipsi introitus retrouenderent, eorumq; iura dicto Scipioni cederent.

Secundum quod soluente Scipione dictum pretium, ne retrouenditiones impedirentur promisit Marchio soluere tertias decursas, vsque ad illum diem.

Tertium, quod Scipio dictos introitus emptos non posset alteri vendere, nisi facta denūciatione in scriptis Marchioni; & si

secus, dominium in emptorem non censeatur translatum.

In anno 1578. sciens Scipio in eius banco adesse ducatos decemmille, quond. Regentis Reuerterij, & duc. tresmille Flauij de Rinaldis; in dictis introitibus emptis à Marchione aggregauit ipsos in participes, eisque vendendo tot de dictis introitibus pro duc. 13. mil. qui fuerunt soluti Scipioni ea lege, vt illos solueret creditoribus Marchionis, qui sicut ex præcedente cõtractu inito cum Marchione, eorum iura cedere debebant Scipioni ex isto contractu: Scipio contentus fuit quod illa iura Reuerterio, & Flauio cederentur, eisque amplius bancario nomine promisit soluere tertias.

In eodem anno 78. dictus Scipio soluit dictos duc. 13. mil. Piscicello, Turbolo, & Pignatellis creditoribus Marchionis pro eorum capitalibus, & tertias vsque ad illum diem seruata forma pacti Marchio soluit; adeoquod prædicti fecerunt retrouenditionem Marchioni absenti, Notario pro eo stipulante, & eorum iura cesserunt dictis Reuerterio, & Flauio.

Et quia de hac venditione facta per Scipionem Reuerterio, & Flauio, nullam denũciationem fecerat in scriptis Marchioni seruata forma pacti; nec aliter significauerat dictos duc. 13. mil. solutos dictis creditoribus, ad eum peruenisse ex Reuerterio, & Flauio: Marius Fontana Rationalis dicti Marchionis, habita tantum notitia à Scipione, quod simpliciter soluerat duc. 13. m. pdictis creditoribus pro eorum capitalibus, vt tertias illis Marchio solueret, prout soluit, pro eius instructione in suis libris notauit retrouenditionem factam per dictos creditores in beneficium Marchionis, mediante Notario Ferretta: Et firmiter credens fuisse pecuniã Scipionis, notauit introitus retrouenditos ex tunc debere currere in eius beneficium.

Et adeo verum est, quod nunquam Marchioni talis venditio fuit denunciata, nec à Scipione, nec à Reuerterio, & Flauio; quod ab anno 1578. quo illa fuit celebrata, vsque ad annum 1584. quo bancum Scipionis durauit, Scipio semper soluit tertias dictis Reuerterio, & Flauio. Et Marchio pro tempore, quo durauerunt introitus in persona Scipionis, illi continuò soluit, & demum cessionarijs iurium luendi, qui introitus à Scipione reemerunt.

Interim à dicto anno 1578. vsque ad annum 1583. ignorans pænitus Marchio dictã venditionem, cessit iura luendi quampluribus mediante persona Domini Fabij Marchesij; & prædicti cessionarij reemerunt introitus à dicto Scipione, ei soluendo dictos duc. 32. m. Et Scipio nõ soluit (sicut debebat) dictos duc. 13. mil. dictis Reuerterio, & Flauio. In tantum quod sequta decoctione Scipionis, eiusque banci, hæredes Reuerterij, & Flauij, qui à Scipione non poterant recuperare eorum credita, egerunt in Sacro Cõsilio contra Marchionem, quod eis solueret tertias pro dictis duc. 13. mil. omnesque obtinuerunt decreta interim contra Marchionem; & demum Flauius habuit decretum diffinitiuum, sed non hæredes Reuerterij. At nũc quod maturè negotium discutitur, quod Marchio debeat absolui ab hæredibus Reuerterij, & respectu Flauij debeat pronunciari bene reclamatum pro Marchione; ideoq; tam hæredes Reuerterij, quam Flauij cogi ad restituendũ tertias solutas cum interesse, ex infrascriptis conclusionibus luce clarius apparebit.

Prima est, quod cum Marchio vendiderit introitus Scipioni, potuit apponere legem rei suæ, quod dictos introitus alteri non venderet, absque denunciatione in scriptis ipsi facienda; consultò .n. id Marchio voluit, vt tempore reemptionis certus esset, à quo reemeret, & cui pretium solueret, vel Scipioni, qui promisit retrouendere, vel emptori ab eo causam habenti: & postquam in con-
1 tractu fuit apposita clausula irritans translationem dominij, non facta denunciatione, *iuxta nota. per Alex. in l. qui absenti, §. 1 ff. de acquir. possess.* Dum Scipio vendidit Reuerterio, & Flauio, & Marchioni non denunciauit (vt tenebatur) dominium, nec aliquod ius in eos fuit translatum; quinimo non so-
2 lum Scipio fuit in culpa, & mala fide, non denunciando, omittens ordinem sibi datum, *ad glo. in l. 1. in verb. mala fide, C. de fid. instru. lib. 10.* Sed etiam Reuerterius, & Flauius; si quidem ipsi, vt aggregati in participes per Scipionem in re per eum empta à Marchione fuerunt admissi vt socij, & con-
3 sequenter subiecti omnibus conditionibus, & pactis adiectis in re empta, *l. qui admittitur, cum legib. sequen. ff. pro soc.* & si cum Scipione contraxerũt super dicta re empta, quæ onus habebat in alium non posse transferri, absque denunciatione; vel sciuerunt, vel scire debuerunt, non solum conditionem Scipionis, cum quo contraxerunt, *ex reg. l. qui cum alio, ff. reg. iur.* verum etiam quali-
3 tatem, & naturam rei deductæ in contractu, quæ ab initio inerat, *sing. Bal. allegans d. l. qui cum alio, in § rursus num. 2. quib. mod. feud. amit.* Etenim paria sunt scire, vel scire
5 debere, *l. quod te, ff si cert pet.* Vnde si Reuerterius, & Flauius vltra Scipionẽ tenebantur

tur denunciare emptionem per eos factam Marchioni, & non fecerunt, fuerunt in culpa; quæ ipsis non solum patrocinari non debet, sed etiam damnum quod Marchioni veniret, ipsi reficere deberent.

Nec dicatur, Marium Fontanam Rationalem Marchionis cõscium fuisse dictæ venditionis, ex notamento facto in suis libris. nam & si ignorantia in facto alieno præsumatur, ex illismet libris eius ignorantia manifeste arguitur; postquam aduertit, introitus retrouenditos currere in beneficium Scipionis, vt supra. Si enim sciuisset venditionem prædictam, & pecuniam fuisse Reuerterij, & Flauij; dixisset introitus currere in eorum beneficium. immo si de scientia dicti Marij liqueret, prout nunquam fundari poterit; illa tanquam Rationalis, seu pro-
6 curatoris habentis speciale mandatum, si esset, non sufficeret, nec Marchioni præiudicaret, *l. eum mancipium, ff. de adil. edict.* Quinimo & plus etiam scientia Marchionis non sufficeret, stante pacto instrumenti, quo lex data erat denunciandi: tunc enim simplex scientia idem operatur, quod denunciatio, quando denunciatio fit ad notificandum tantum; sed quando requiritur ad finem incitandi vt aliquid fiat, vel prohibendi ne ali-
7 quid fiat, simplex scientia non sufficit, sed denunciatio requiritur, *Bart. videndus in l. item veniunt, §. petitam, ff. de pet. hared.* In præsenti denunciatio requirebatur, non ad finem notificandi tantum Marchioni, sed ad finem incitandi Marchionem, vt aliquid faceret, & prohibendi vt aliquid non faceret; quod erat non soluendi Scipioni, sed Reuerterio, & Flauio: nimirum si simplex scientia non sufficiebat, sed denunciatio requirebatur. Hæc tamen ex abundanti dicta sunt, cum nullo modo de scientia liqueat.

Secunda erit conclusio, esto millies esse verum fundamentum Reuerterij, & Flauij, eorum pecuniam, & si solutam Scipioni, ea lege fuisse illi solutam, vt solueret creditoribus Marchionis, quibus iam soluta fuit; & postquam eorum pecunia, creditores Marchionis fuisse dimissos, vtile ipsius gessisse negotium: ergo actionem negotiorum ge-
8 storum contra Marchionem acquisiuerunt, *l. soluendo, ff. de nego. gest.* Respondetur clarissime Marchio ignorauit venditionem factam per Scipionem Reuerterio, & Flauio; ignorauit pecuniam solutam eius creditoribus fuisse Reuerterij, & Flauij; & consequẽter ignorauit actionem ipsis fuisse quæsitã: sed credidit pecuniam fuisse Scipionis, cuius erat onus soluendi. Si ergo Marchio soluit Scipioni, cui ex lege contractus tenebatur soluere, & ignoranter soluit, ignorans venditionem, & cessionem per eum factam Reuerterio, & Flauio, liberatus est; & Reuer-
9 terio, & Flauio agentibus obstat exceptio transacti negotij *casus est in l. fin. ff. de transact.* ibi hæres vendiderat hæreditatem, debitor hæreditarius ignorans venditionem soluit venditori, deciditur esse liberatum ab emptore ob ignorantiam. *ad idẽ l. cum quis, §. 1 ff. de solutio.* vbi factus est procurator ad exigendum, qui fuit postea reuocatus; debitor ignorans reuocationem, soluit procuratori reuocato, est liberatus ob ignorantiam. Ad idem facta est cessio nominis debitoris, seu nomen debitoris obligatum; debitor ignorans cessionem, soluit cedenti, à cessionario agente est liberatus ob ignorantiam,
10 nisi interuenerit denũciatio, vel alterum ex tribus *in l. 3. C. de nouat. & l. nomen, C. qua res pign.* si ergo in casibus prædictis ignorantia operatur liberationem: quantomagis in casu isto Marchio erit liberatus, si ignorans venditionem factam per Scipionem Reuerterio, & Flauio; Scipioni ignoranter, & bona fide soluit, cui ex lege contractus tenebatur soluere, & qui omnes tenebantur denunciare Marchioni venditionem prædictam ex lege pacti ad hunc finem soluendi; quod cum non fecerint vltra ignorantiam Marchionis, eorum culpa hoc damnum sentire debent.

Vltima est conclusio, quæ reincidit quasi in secundam: dicunt ex aduerso Aduocati, Reuerterius, & Flauius (& si contraxerint cum Scipione) voluerunt tamen eorum pecuniam solui creditoribus Marchionis, vt eorum iura ipsis cederentur, prout cessa
11 fuerunt. ergo in locum & ius illorum creditorum subingressi sunt, *ex l. aristo, vbi glo. ff. qua res pign.* & ex iuribus illorum volunt agere contra Marchionem.

Respondetur facilius, & eodem modo, vt supra, Reuerterius, & Flauius non contraxerunt cum Marchione, nec illi dederunt pecuniam vt solueretur eius creditoribus, à quibus eorum iura haberent: sed contraxerunt cum Scipione, hac lege dando ei pecuniam, vt solueret creditoribus Marchionis; & eorum iura sicut cedenda erant Scipioni, ipsis cederentur. Si Marchio ignorauit hunc contractum initum per eos cum Scipione, ignorauit iura cessa per eius creditores, & credidit fuisse cessa Scipioni, cui debebantur cedi per contractum initum cum eo, &
12 illi ignoranter soluit, cui tenebatur soluere; liberatus erit, *d. l. fin. ff. de transact.*

Item per contractum initum inter Marchionem, & Scipionem, pactum aderat, quod

iura illorum creditorum erant cedenda Scipioni: si postea Scipio (absente Marchione) per contractum initum cum Reverterio, & Flauio, contentatur quod illa iura sibi cedenda, cedantur Reverterio, & Flauio; in eos transfuerunt ex persona, & ex contractu Scipionis: quo casu celeritate coniungendarum
13 rum actionum vnus actus occultatur, videlicet iura illa fuisse cessa, & quaesita Scipioni, & demum per Scipionem cessa Reverterio, & Flauio, *l. 3. §. fin ff. de dona. int. vir. & uxor. & l. lecta, ff. si cert. pet.* Et si haec iura Reverterius, & Flauius habent ex persona, & contractu Scipionis, cui lex fingit fuisse quaesita; Scipio eorum respectu reputatur vt secundus cedens: cui si Marchio vt cedenti ignoranter, & bona fide soluit, omni iure erit liberatus à Reverterio, & Flauio cessionarijs, à quibus non fuit denuntiatus, nec
14 de eorum gestis cum Scipione vnquã Marchio notitiam habuit *d. l. 3. C. de nouat. & l. nomen, C. quae respign.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, quae in demanium reuersa est, potest cogere suos ciues, etiam alibi habitantes, ad contribuendum in solutione facienda.*

2 *Ciues, qui ex Vico subdito, ad Vrbem se conferunt, assumpto Vrbis priuilegio, nouam ciuilitatem non acquirunt, at quaesitam continuant; eosque illud priuilegium non eximit ab oneribus, & commodis prioris ciuilitatis Vici.*

3 *Ciues alibi commorantes ratione incertitudinis tenentur subire onera prioris ciuilitatis, sicut & commoda.*

4 *Pragmatica Regis Ferdinandi Primi interpretatur.*

5 *Iurisdictio licet separatim concedatur in plures familias, non propterea separatur vnitas, & communio Vniuersitatis.*

6 *Ciues statim quod iure sunt nati ciues, censetur omnibus ciuium oneribus se obligasse.*

Pro Vniuersitate Terrae Afragolae.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas, quae semetipsa redemit, & in Demanium est reuersa, numquid coget ciues alibi, vel etiam in Vrbe, cui ipsa subdita est habitantes, ad contribuendum in solutione facienda? traditur intellectus ad Regiam Pragmaticam Ferdinandi Primi.

CONSILIVM LXXX.



INTER Vniuersitatem, & ciues suos tanta coniunctio & tanta est vis societatis, vt onus, ac cõmodum Vniuersitatis ipsius censeatur proprium ciuium suorum; Vn-
1 de fit quod Vniuersitas Afragolae, quae nuper semetipsam redemit, & in demanium reuersa est, potest de iure cogere ciues suos, vt contribuant in solutione facienda: & in hoc nedum contribuent ciues, qui actu habitant terram Afragolae; sed alij ciues qui alibi habitant *l. 1 vbi Ioan. de Plat. C. de municip. & orig. lib. 10. glo. in l. ciues, C. de mun. & honor. lib. 10. Bar. in l. assumptio. §. 1. ff. ad municip.* etiam illi ciues, qui Neap. se contulerunt
2 assumpto priuilegio Vrbis: nam venire ad Vrbem ex Vico Vrbi subdito, non est nouam ciuilitatem quaerere, sed priuilegium semel quaesitum continuare; & priuilegium vrbanitatis, seu ciuilitatis Neapolitanae non eximit ciues Afragolae à ciuilitate semel quaesita, propterquam nec etiam eximit ab oneribus, & commodis prioris ciuilitatis, *Alex. hoc dixit cons. 32. vol. 5.* & hoc aequissimum est: nam quemadmodum ciuibus istis volentibus non poterant denegari munera, & cõmoda prioris ciuilitatis in Vico; ita illis inuitis est imponenda exactio, ne sit in facultate eorum potiri commodis, & muneribus, & abstinere ab oneribus, *l. penult. C. de solut.*
3 *ibi contrarium non postulaturus.* In certitudo enim euentus facit, vt omnino ciues isti teneantur; fingamus enim castro, vel municipio Afragolae fuisse à Rege, vel alterius munificentia aliquid donatum, vel concessum, vtique ciues isti venissent ad munera; & propterea debent ẽt subire onera: propter incertitudinẽ, quę incertitudo facit, vt ab initio ciuilitatis ipsorum illa fuerint, quę hodie sunt; & quae hodie sunt retro trahuntur ad tẽpus ciuilitatis ipsorũ: & sic lex fingit vt ab initio terra Afragolę semetipsam redemerit, & pretium soluerit pro demanio, *Andr. hoc dixit in cap. 1. de nat. succ. feud. num. 27. qui optime loquitur,* alias ciuilitas, quae indiuisibilis est, sicut status hominis, claudicaret; & malitia impetrantis Neapolitanorum priuilegium auferret ius quaesitum Vniuersitati,

quod

quod fieri non potest; & iura communionis inter caput, & membra debilitarentur. & quemadmodum legatis seruis cum peculio, veniunt etiam serui, qui nō habent peculiū, *l. seruis legatis, ff de leg. 1.* ita nominatis ciuibus Afragolæ, veniunt ciues habentes priuilegium Neapolitanorum, & non habentes, & habitantes in Vico, & habitantes in Vrbe; nam habitatio diuersa, & priuilegium non faciunt ciues differre à ciuibus, & sufficit, quod in substantia conueniant. Neque
4 dispositio *Regia Pragmatica Regis Ferdinandi Primi*, potest dictis ciuibus opitulari, nam dicta *Pragm.* duo copulatiue requirit scilicet, quod domum emerint, vel ædificauerint, & vxorē duxerint Neapolitanam: & ex deductis in processu apparet non concurrere dictas qualitates in dictis ciuibus. Deinde *dicta Pragmatica* loquitur in beneficiū eorum, qui sunt exteræ nationis, vt in ea clare legitur (ibi cuiuscunque exteræ nationis &c.) & considerata etiam finali causa *dicta Regia Pragmatica*, vt ipsa Ciuitas fieret populosa, non potest intelligi in beneficium ciuium Afragolæ Neap. habitantium, vt ex prædictis patet; postquam ciues Afragolæ, qui sunt de Vico Ciuitatis, non possunt considerari esse exteræ nationis; nam semper sunt de corpore ipsius Ciuitatis.

Non obstat etiam motiuum scilicet, quod isti ciues habitantes Neap. habeant alium Iudicem, quam ciues Afragolæ, propter iurisdictionem illius loci concessam
5 Baronibus; nam iurisdictio si separatim concedatur, etiam in plures familias, non per hoc separatur vnitas, & communio Vniuersitatis; & si separatorum separata est ratio, *l. si maritus. C. de don. inter vir. & vxor.* & quidem si verum amamus, fingamus singulas familias illius loci habere singulos iudices, etiam perpetuos, & ordinarios, quod fieri posset; non ne singulæ familiæ, & singuli ciues retinerent iura originis, & ciuilitatis? certe sic; & propterea in his, quæ essent ci-
6 uilitatis tractarentur vt ciues; nam statim quod sunt nati ciues, censentur se obligasse omnibus oneribus ciuium, *secundum Paul. de Castr. in l. si duo, ff de acq. her. probat tex. in l. 1. in fin. ff. de reb. eorum,* & hæc est veritas quamuis currenti calamo exarata.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *PRocurator generalis creditor hæreditatis, si sibimet non soluit, creditum amittit, pecunia perempta absque culpa sua, & numero 2,*
3 *Cessio non fit debitori.*
4 *Mandatarius an compellatur actiones, siue cessiones sibi quæsitas cedere actione mandati.*
5 *Mandatarius tenetur cedere actiones, & cessiones quæsitas, etiam ex propria pecunia.*

Pro Ill. Clara Marina Comitissa Torniella, contra Paulum Spinulam, & alios.

ARGVMENTVM.

PRocurator generalis an præsumatur sibimet soluisse, si est creditor hæreditatis? & quando actiones, siue cessiones quæsitas etiam ex propria pecunia cedere compellatur.

CONSILIVM LXXXI.



DVM egit Illu. Comitissa Torniella contra Magnificos Paulum, & alios ad declarandum cessiones apparentes in ipsorum beneficiū esse extinctas, & proinde introitus emptos ex pecunia Status remansisse in hæreditate quond. Illu. Thomæ de Marinis ad finem, vt mediante assistentia, vel adiudicatione possit sibi de suis dotibus cū interesse satisfieri. Paulus ad dilatandum opposuit duo, Primo, quod Illu. Comitissa debebat exhibere inuentarium; nam vel non confecit, & confusit suas actiones; vel si confecit, ex lectura ipsius apparebit plus habuisse in bonis, quam nunc quod prætendit vt creditrix ab ipso Paulo.

Secundo, quod de omni quantitate, in qua appareret debitor ex administratione, illam soluit Leonardo Spinola, & Bernardo Lansagna creditoribus prædicti Thomæ.

In prima, iam decidit Sacrum Consilium illam reijciendo, vt infra quatuor menses Paulus deduceret incumbētia; & cum ratione, nam vel non est hæres Comitissa, & frustra quæritur de inuentario: vel si est hæres, & tunc confecerit, vel non inuentarium, vt Domina habebit easdem actiones, quas habebat Thomas prædecessor contra Paulum debitorē hæreditatis, *l. hæreditas, ff de reg. iu.*

 Respectu

Respectu secundæ exceptionis, vtile prius erit fundare iustitiam actricis, inde replicare ad ipsam exceptionem partis.

Quo pertinet ad actionem Comitissæ hoc iuditium nullius difficultatis esse iã est fundatum perclarissima iura, prout in nota facti.

Sed quia tota vis est, quomodo cessiones extinguebant credita in beneficium Status, & hæreditatis Illu. Thomæ.

Ideo pro eo, quod agimus, est aduertendum in facto hæc duo verissima esse. Primum quod Spinola ex mandato generalissimo fuit administrator totius Status, & bonorum Thomæ prædicti, cum potestate exigendi à debitoribus, & soluendi creditoribus; sic ipse fatetur in quietatione generali, quam habuit administrationis factæ à procuratore Palumeo.

Secundum, quod quando faciebat solutiones, & obtinebat cessiones de tempore in tempus, erat de pecunia Status, eadem vel maior quantitas ab ipso exacta, quam erat illa, qua mediante obtinebat cessiones, saltim pro quantitate duc. 49. mil. iuxta suam confessionem in computis per ipsum datis Bernabæ prædicto.

Ex his enim duobus præsuppositis facti,
1 resultat assumptum iuris, vt quamuis de sua pecunia Paulus soluisset tertias, & sic effectus creditor hæreditatis, vel Status; ex pecunia exacta, quæ peruenit ex ipsius Statu debebat sibi soluere, prout soluebat alijs creditoribus: & cum non fecerit sibi præiudicauit, vt amplius non possit quidquam prætendere pro suo credito; etiam quando illa pecunia exacta perempta fuisset sine sua culpa, *sic tex. est quem rogo videant in l. debitor, ff. de neg. gest. vbi communiter Docto. & per Roman. cons. 187. circa fin. Alber. in l. diuortio nu. 7. ff. de neg. gest. & per Vrsill. ad Affl. in decis. 13. num. 19.*

Si igitur Paulus, soluendo tertias creditoribus, ex cessione sibi facta creditor in pecunia remanebat; recte dicimus, vt postquam penes se erant saltim duc. 49. mil. extrinsit proprium creditum: & propterea dum sine actione, & assistentia sibi præstita acquisiuit introitus pro prædicta summa duc. 49. mil. pro nunc illud erit verum, vt in hæreditate Ducis nunc sint, & esse intelligantur. Et licet articulus iste veniat decisus per casum legis, vt non indigeat alia ratione: tamen dantur, & rationes, quia dum potuit sibi soluere, & non fecit, neglexit; & ideo quia ge-
2 neralis administrator tenetur de neglectis, sibi hæc sua negligentia imputari debet, *l. à procuratore, C. mandat. Bar. in l. quod nerua, num. 31. ff. deposit. Ias. in l. periculum ff. si cert. pet. Crauett. cons. 132. num. 4. vol. 1. Alciat. respons. 319. & per Riminald. cons. 52. num. 131. vol. 1.* Item quia dolo facit, si non vult soluere, quod exegit, *l. dolus, ff. mandat.* de quo dolo tenetur procurator, *l. à procuratore, C. mandat.*

Hæc verissima sunt, & victoriam darent, quando in facto id solum verum esset, quod Paulus debitor erat in pecunia; sed quæso aduertant Domini Iudicantes, quod Paulus, qui poterat se facere debitorem in pecunia, conscius de quo vere voluerant agere, cum suo principali per instrumentum iam declarauit qualiter non aliter voluit de sua pecunia soluere creditoribus, & remanere debitor suo principali, sed quod per intelligentiam inter eos illud fuit actum, vt ab initio, & Thomas ipse acquireret, soluendo per mediam tamen personam ipsius Pauli; & propterea voluit, vt fierent illæ fictæ solutiones à Paulo Bernarbæ Palumeo, & ab ipso Bernabo eidē Paulo; nã si vere apparebat de introitibus Status, factas fuisse solutiones, ipsi
3 debitori non poterat fieri cessio, *Bar. in l. aristo, num. 3. ff. quæ res pigno. oblig poss. glo. in l. 1. C. de his qui in locum, prior. credit. succed. vbi Salic.* hanc intelligentiam sic declarauit idem Spinula in instrumento dationis in solutum, quod fit Leonardo Spinola: vnde ex ista declaratione, & per istam intelligentiam iam habemus effectum, vt similis sit declaratio ista veritatis ad id quod iuris rigore cautum erat, vt sine difficultate dicamus cessiones extintiuas, ex quo solutiones erant de pecunia Status, & debitoris: hæc est ipsa veritas negotij, & ex isto solo contractu, non potest plus succūbere Comitissa. & hoc ita indubitãter erit, vt non indigeat hæc causa alia consideratione: tamen quia bonam foueo causam, dico quod & si ex isto instrumento non haberemus effectum consumatum voluntatis, vt vere ab initio & voluntate voluerit has solutiones fieri de pecunia Status, occulte tamen sub illa intelligentia; attamen ex isto contractu habebimus spetiale mandatum ad soluendum creditoribus de pecunia Status, & Thomæ principalis: qua de re, & oritur altera conclusio
4 iuris, vt quamuis actiones, & cessiones sint radicatæ in personam prædicti Pauli ex instrumentis cessionum conceptis in ipsius personam, *vt per Ias. in l. stipulatio ista, §. alteri, post num. 21. ff verb. obligat.* tamen ex illa intelligentia, & mandato speciali de acquirendo dictas cessiones prædicto Duci, orta est actio mandati, vt illas sic acquisitas teneatur cedere in beneficium Ducis, *iuxta ter-*

terminos tex. in l. ex mandato meo, ff. de acquir. rer. domin. l. si ita quis, §. scia, num. 3. ff de verb oblig. vbi Doct Bar. in l. qui in aliena, §. is quis, ff. de acquir. hered. vbi Castr. num. 2. Aret. post num. 6. Ang. Alex. num. 5. cum seq. Imola. & Cuman Castr. in l. qui mihi, num. 3. ff. de donat. in l. si vt proponis, C. de reiuend. l. si filia intestato ff. sol Ias in l. post dotem num. 73. cum seq. ff solut. matri. & per Soci. in regula 343. vlt fallentia.

Et ratio est; quia non potest dicere mandatarius velle pro se retinere, vel quod fecisset in sui beneficium, quia fidem mandati falleret, & teneretur de dolo, *l. 1. C. de dolo, per Franc. Aret. in d. §. si is qui, num. 6. & per Ias. in d. §. scia, nu. 2.*

Et in terminis concluderunt aliud notabile, vt procedat etiam quando mandatarius
5 fecisset ex sua propria pecunia, qui adhuc teneretur cedere soluto sibi pretio, *vt in d. §. scia. vbi Ias. num. 3. Castr. in l. qui in aliena, §. si is qui, num. 2. & per Bal. in rubr. de contrah. emptio. in 15. quaestione.* Quod pro eo quod agimus non est necessarium, postquam ex dicta declaratione Pauli iam habemus, quod ex illa summa duc. 49. m. debita ex administratione, & sic Ducis Thomae debebat sibi acquirere cessiones, vt fecit, & indicat verisimilitudo facti; per quod videmus, quod in omnibus temporibus, in quibus Paulus habuit cessiones, in ijs omnibus semper tenebat pecuniam exactam peruentam ex dicto Statu, & in maiori quantitate, vt in nota facti est adnotatum.

Haec dum non poterat negare Paulus Spinola, voluit intricare mediante alio inuolucro facti: & proinde acceptando de introitibus praedictis saltim pro duc. 49. m. fuisse dominium Illu. Thomae, dixit de illis iam dispofuisse in beneficium suum, soluendo creditoribus; & haec est secunda immaginaria sua exceptio. Nam iam in nota facti est abundè replicatum, & quod non erant creditores praedicti, in quibus figurauit solutiones, & quod dum mandatum erat extinctum ab anno 70. frustra figuratę solutiones in anno 75. & maximè dum iam à principio ex illa intelligentia dominium erat acquisitum Illu. Thomae, & successiuè in beneficium eorum creditorum, cum assensu, prout est Ill. Comitissa, ob quod etiam ex alio non deserüiret solutio facta, dum etiam carebat assensu praedictus figuratus creditor, quando vere fuisset creditor, prout non est verum. Nō omictam quod vndique se voluant Domini Iudicantes in hoc processu, semper in quaelibet contractu inuenient simulationes, fraudes magnas, & dolos, vt verè dicamus, ex mera Dei voluntate fuisse repertum instrumentum illud dationis insolutum, in quo leguntur intelligentiae; & quomodo omnia fiebant per actus occultatos, ad illum tamen finem, vt Thomae acquireretur. Qua de re dum Paulus ipse non est in damno, quia effectualiter nihil de suo soluit, Suppleant Domini Iudicantes, vt possit verus creditor, quinimmo ipsa filia indotata suas recuperare dotes.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Officiales sint annales.*
2 *Officialis erit perpetuus, si id Regis priuilegio speciali obtinuerit.*
3 *Substitutio transfert naturam, qualitates, & conditiones omnes substituentis ad substitutum.*
4 *Substitutus habet omnia priuilegia illius in cuius locum subrogatur.*
5 *Tempus alicui iudici concessum, censetur etiā eius substituto concessum.*

Pro Domino Octauio Cugnetta.

ARGVMENTVM.

Officiales numquid possint esse perpetui, ad limitationem Regiarum pragmaticarum, sub titulo de officio iudicis: & an possint per substitutos exercere.

CONSILIVM LXXXII.



DOMINVS Octauius Cugnettus habet officium assessoris, pęnes Portulanum Baroli, concessum Domino Octauiano de Sanctis eius Proauo durante vita dicti Octauiani, & deinde ampliatum ad eius heredes, & successores in perpetuum; cum potestate substituendi, dummodò de culpis, & defectibus ipsius substituti ipse teneatur, vt ex priuilegijs confirmatis, & per Serenissimum Regem nostrum apparet. Quod officium fuit exercitatū per praedecessores Domini Octauij, & per substitutos ab eis, durante eorum vita; adeo quod spatio centum an-

annorum,& vltra, idem Dominus Octauius, & eius prædecessores fuerunt, vt ipse est in quasi possessione exercendi dictum officium, non ad certum tempus, sed eorum vita durante, & idem fuit obseruatum in substitutis ab eis; & signanter in Domino Ioanne Vincentio de Marra, qui vti substitutus exercuit officium prædictum per nonnullos annos, vsquequo per Regiam Cameram de ordine Collateralis Consilij fuit mandatũ ipsi Octauio quatenus nominare habeat alium substitutum in dicto officio, huic ordini Dominus Octauius obtemperauit; deinde petijt prouideri, quod liceat substituere ad vitam in dicto officio, iuxta eius priuilegia, & longissimam quasi possessionem, non obstante ordine prædicto; & per Excellentissimum Dominum Proregem fuit remissa prouisio de iustitia ad Regiam Cameram, per quam ex infra dicendis arbitror esse prouidendum iuxta petita per dominum Octauium.

Nam licet de iure sit absolutum, quod officiales debent esse annales, aut biennales ad plus, *l. neminem, C. de suscept. prap. & arch.*
1 *lib.* 10. & in Regno est prouisum per duas pragmaticas *in tit. de officio iudicum, cum alijs congestis per Dominum de Franch. decis.* 409. in quibus est fundatus ordo editus per Collaterale Consilium, vt supra. Illud tamen procedit in officiali simpliciter, & iuxta
2 ordinem iuris constituto; non autem in eo, cui per speciale priuilegium Regis fuit concessum officium, & exercitium ipsius ad vitam; in hoc enim casu officialis erit perpetuus, & non biennalis vigore priuilegij taliter obtenti, *vt dicit glo. in l.* 1. *C. ad leg. Iul. de ambit. Io. de Platea in d. l. neminem, num.* 2. *C. de suscept. Par. de sindicat. in tit. de officio sindicatorum, in vers. sindicatur et officialis si aliquo tempore.* Quapropter credo non dubitari, quod cum hoc officium fuerit concessum ad vitam, & deinde in perpetuum; ex tali priuilegio fit derogatum dispositioni iuris communis, & pragmaticarum: & proinde quod tale officium per concessionarios possit durante eorum vita, & absque meta temporis exerceri, prout cũ effectu fuit semper exercitatum.

Posset tamen difficultari si illud quod supra indubitatum apparet in persona habentis tale officium in perpetuum, debeat obseruari etiam in substitutis ab eo? postquam videmus quod licet Barones, & alij habeant perpetuam iurisdictionem; nihilominus non possunt eligere, & nominare officiales in exercitio talis iurisdictionis, nisi iuxta formam iuris, & de anno in annum? Pro quo rogo aduertẽdum quod alia est potestas nominandi, & creandi officiales, quam Barones habent; alia est potestas substituendi, & exercendi officium per se vel per alium: in primo enim casu eligens officialem non est ipse officialis, sed creat, & nominat officialem; quo casu iuxta formã iuris eum eligere, & creare tenetur, cum de eius culpis, & defectibus non teneatur, sed officialis electus per eum stabit sindicatui. In secundo casu non eligitur, aut nominatur nouus officialis, sed ille, qui per priuilegium est deputatus ad officiũ ad vitam cum potestate substituendi, exercet illud per se, vel per alium substitutum, de cuius culpis, & defectibus ipse tenetur; & hoc casu licet substitutus exerceat, nihilominus substituens est officialis, qui de tali administratione rationem reddere debet: Hinc est quod cum substitutus non sit alius officialis, sed repræsentet personam substituentis, debet per omnia iudicari prout de
3 substituente iudicatur; hæc enim est vis substitutionis, quæ trãsfert naturam, omnesque qualitates, & conditiones substituentis ad substitutum, *l.* 1. *§. hac actio, ff. si quis testa. liber esse ius. fuer. l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. cap. Ecclesia, la prima, extra vt lit. pend.* & è conuerso dixit *Bald. in l. parabolanos, C. de Episc. & cler.* qui loquitur in specie in assessoris substituto, *& Bart. in l.* 1. *C. de prepos. agen. in reb. lib.* 12. *& Aymon. cons.* 96. *num.* 1. quod substituti debent esse eiusdem iuris, & conditionis eius cui substituuntur, & tales quod ab initio potuissent tale officium obtinere; & hoc ex eo nascitur quia vnica persona quoad illud offi-
4 cium iudicatur. Hinc etiam dixit *Io. de Plat. in l. decernimus, num.* 3. *C. de aquaductu lib.* 11. quod substitutus habet omnia priuilegia illius, in cuius locum subrogatur, & specificè
5 quoad tempus, nam omne tempus concessum alicui Iudici censetur etiam concessum substituto, aut subrogato in eius locum, *glo. in cap. dilecto in verbo subrogandum, extra de testi. & apparet ex tex. in d. l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio.* vbi actio subrogata in locum actionis iniuriarum, tempus illius actionis assumit.

Ex quibus arbitror fundatum esse, quod cum exercitium dicti officij non habeat tempus limitatum in persona Domini Octauij, qui procul dubio posset illud exercere durante eius vita; idem sit iudicandum in substituto ab ipso.

Quanto magis admittendus est, quia ex mutatione substituti quolibet biennio in dicto officio Fiscus, aut confluentes ad Curiam Portulani non beneficium, sed potius detrimentum consequerentur; quia cum salariũ dicti

dicti Assessoris non excedat ducatos septuaginta, & emolumenta exigua, nullus Doctor alicuius existimationis pro tam modico tẽpore officium prædictum exercebit, sed si ad vitam, aut ad longum tempus illud exercere licebit, de facili in officio prædicto Doctores experti vacabunt, vt in præteritum ad fuerunt, à quibus iustitia rectius ministrabitur.

Insuper ex alio admitti debet petitio prędicta, quia si non admitteretur, per indirectum Dominus Octauius remaneret priuatus eius priuilegijs in dicto officio; dicitur enim in eis, quod posit substituere dummodo teneatur de culpis, & defectibus substituti: hucusque tales substituti cum fuerint perpetui non steterunt sindicatui, sed fuerunt visitati à Visitatore Generali Regni; ad præsens si temporales fierent substituti, finito officio agetur de eorum sindicatu, ad quem ipse Dominus Octauius obligatus remaneret contra formam suorum priuilegiorum, quibus concessum fuit officium prædictum ad vitam, & proinde sindicatus temporales exclusit. Ex quibus arbitror D. Octauium in eius antiquata possessione esse restituendum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio de non alienando respectu legitima est inualida, & reijcitur tamquam onus de communi.*

2 *Prohibitio ad tempus certum restricta valet, etiam quo ad legitimam, cum tendat ad filij commodum, & num. 3.*

4 *Prohibitio ad certum tempus restricta, ita demum valet, si certum sit id in fauorem filij fuisse dispositum.*

5 *Alienatione prohibita ad tempus, persona in casu contrauentionis vocata non potest succedere iure directo, sed per fideicommissum.*

6 *Fideicommissum conditionale inducitur in casu alienationis contra prohibitionem testatoris in beneficium persona vocata.*

7 *Hæres grauatus per fideicommissum conditionale, in euentum conditionis potest duas quartas detrahere.*

8 *Trebellianica potest prohiberi de communi Doctorum sententia.*

9 *Trebellianica in filijs primi gradus prohiberi non potest, nec fructus in eam imputantur, sed tenentes contrariam opinionem, dicunt illam esse magis cõmunem, & n. 10.*

11 *Trebellianica licet prohiberi non possit, limitatur quando duæ quartæ essent detrahendæ; tunc etiam in filijs primi gradus prohiberi posset.*

12 *Trebellianica potest sine dubio prohiberi in nepotibus, & alijs vltra primum gradum.*

13 *Trebellianica detrahi nõ potest de rebus prohibitis alienari, quod dicit Bald. communiter aduocatos non aduertere.*

Pro Vincentia Carrafa.

ARGVMENTVM.

PRohibitio de non alienando ad certum tempus restricta quando valeat quo ad legitimam. Persona vocata in casu contrauentionis alienationis prohibitæ quomodo succedat. Hęres grauatus quando detrahat duas quartas, & quando, & in quibus casibus trebellianica possit prohiberi.

CONSILIVM LXXXIII.



DVO sunt, quæ principaliter tractanda erunt in præsenti causa vertẽte inter Mag. Vincentiam Carafam cum possessoribus, prætendentẽ auocare bona alienata à Donato Maria nepote, hærede quond. Colellæ, qui prohibuit ne Donatus Maria ad tempus posit alienare, & in casu contrauentionis succedat dicta Vincentia actrix, cuius vigore ad præsens agit.

Primum an alienationes factæ à Donato Maria infra tempus prohibitum, contra præceptum aui substineri posint, quatenus sint infra legitimam. Alterum si ex hoc onere fideicommisi ius possessorum iuuari posit super dictis bonis pro duabus quartis, legitima scilicet, & trebellianica; vel pro vna tantum.

Quantum spectat ad primum, vera quidẽ, & indubitata est conclusio prohibitionem de non alienando respectu legitimæ locum
1 nõ habere, & tanquam onus esse reijciendum, *l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoff. test. vbi scribentes communiter notant*; itaut pro rata legitimæ prohibitiones inualidæ dicantur, & in illam imputentur *tex. & ibi Doct. in l. Marcellus, §. res quæ, ad trebell. & in l. in quartam, ad l. falc. & omnes in l. filius familias, §. diui, de leg. 1. &* hoc

hoc pro regula: attamen quando prohibitio est ad tempus certum restricta includit legitimam, cum tendat ad fauorem, & commodum filij: quo fit vt cessante grauamine regula, & conclusio prædicta limitetur, *iuxta tex. & ibi not. in l. filijs matrem; & ibi not. C. de inoff. test. glo. in ver. tollatur, in dicta l. omnimodo, & ibi Bald. & Salic. & cæteri sequuntur, & in his terminis consuluit Paul. de Castro in cons. 77. in 1. vol. sequitur Ias. in repetitione dicti §. diui, num. 19. Aret. in cons. 19. Angel. in l. quoties, C. de fideicom. Picus in repet. l. in quartam, col. 4. in 8. limit. ad l. falc. Thom. de Ferrar. in caut. 35. Crotus, & alij Repetentes communiter in d. §. diui, Boer. in decis. 87. num. 6. asserens hanc opinionem esse communem, & neminem discrepare, & Cott. in memor. suis, in ver. filius grauatus à patre*, & ratione mouetur irrefragabili, nam sic restringendo ad tempus alienationem, non quidem alio fit respectu,

2 gabili, nam sic restringendo ad tempus

3 nisi ad commodum filij; videns ipsum, vel minus industriosum, *iuxta tex. in l. titio centū in principio, ff. de condit. & demonstr.* vel prodigum, & intellectu imbecillem, prout in præsenti sic accidit; nam testator ante, & post testamentum declarauit ideo hãc temporalem prohibitionem fecisse, quia agnouit prodigalitatem instituti: ex quo patet in cōmodum, ac fauorem filij patrem sic dispo-

4 suisse, put sic expresse apparere voluit *Paul. dicto cons. 77. in nouis col. 2. vers. breuiter his non obstantibus, & idem Paulus hoc exprimi debere à testatore declarauit in alleg. §. diui col. 2. num. 40. & aperte Franc. de Aret. in cons. 19. col. 2. num. 6.* & quod oporteat patrem expresse talia dixisse *similiter firmauit Picus in repet. l. in quartam, col. 38. vers. 8. posset forte limitari, num. 43. ad l. falc. & ad saturitatem Roder. Suarez in repet. l. quoniā in prioribus, in prima limitat.* Et ex his sole clarius constat prohibitionem hanc esse factam ad commodum instituti, & sic cessiuè legitimam includere.

Quantum ad secundum, & si prohibita est

5 alienatio ad tempus, & in casu cōtrauentionis vocata sit neptis; quæ non iure directo, sed per fideicommissum admictatur, oportet *ad sæpius alleg. §. diui, vbi omnes id notant, & in l. peto, §. fratre, de leg. 2. cum concordantibus, per Alex. in l. qui Romæ, §. cohæredes, col. 3. vers. puto concludendum, de verb. oblig.* & erit in casu contrauentionis

6 inductum fideicommissum conditionale, *ab omnibus communiter sic firmari pluries consulendo inquit Dec. cons. 23. 38. 218. 287. cum infinitis.* Quo fit hæredem grauatum per fi-

7 deicommissum conditionale posse in euentu contrauentionis duas quartas detrahere, legitimam scilicet, & trebellianicam, *secundum glo. in l. Papinianus, §. meminisse, in vers. falcidia, ff. de inoff. testam. vbi Bart. dicit sic obseruari, & pluries consuluisse, & in l. quamquam, C. ad l. falc. Dec. in cons. 55. & Socc. iun. cons. 170. col. 5. num. 22. in 2. vol. cum infinitis, plene Alex. in l. in ratione, §. quod vulgo, col. 4. cum seq. ad l. fal. Cagn. in dicto §. meminisse, col. 4. num. 11. in vers. sed maior difficultas:* tamen cum in testamento

8 prohibita sit trebellianica, quam prohiberi posse omnes fatentur in *auth. sed cum testator, C. ad l. fal. & in l. nemo potest, de leg. 1.* illam minime detrahi posse concludam, nec refragatur in filijs primi gradus trebellianicam

9 eam non posse prohiberi, postquam in ea fructus non imputantur, *l. iubemus, vbi Bal. C. ad trebell.* nam contrarium tenet *Alex.*

10 *in l. Marcellus, col. 7. ad trebellia. post Cin. quem ipse refert in dicta l. iubemus, in prima opposit. & in l. cohared. §. cum filia, de vulg. & pup. subst. & secundum hanc opinionem consuluit Corn. in cons. 22. col. 8. lib. 2. Picus in repet. l. in quartam, num. 19. vers. quinto quæro, vbi quamuis teneat opinionem Bald. cōtrariã tamen asserit esse magis communem.* Et quando forte verior esset opinio *Baldi,*

11 quod non possit prohiberi; illa quidem in suo casu procederet, nempe quando vna tãtum quarta esset detrahenda, sed quando duæ detrahuntur, tunc etiam in filijs primi gradus prohiberi potest, *secundum Paul. in dicta l. iubemus, in vers. tertiam limitationem, & in l. quod de bonis, §. fructus, in fine, ad l. falc. sequitur Alex. cons. 29. num. 3. & cons. 250. quoad primum lib. 6. idemque tenet Franc. de Aret. cons. 51. col. pen. vers. est etiam aduertendum, Dec. cons. 480. num. 13.* & quando his non repugnantibus similiter firma remaneret sententia *Baldi* trebellianicā non

12 posse prohiberi; illa quidem in filijs primi gradus procederet, prout loquitur *dicta lex iubemus,* non autem in nepotibus, & alijs *Bart. in dicta l. quod de bonis, §. quod auus, vbi Alex. ad l. falc. & Ias. in cons. 108. col. pen. lib. 4.* ergo cum in præsenti non sit filius, sed nepos institutus, illi potuisse prohiberi trebellianicam ex prædictis nemo sit in sole cæcutiens qui contradicere audeat.

Accedat ad complementum, quod stante prohibitione alienationis, nullo modo de-

13 rebus prohibitis alienari trebellianica detrahi potest, *vt singulariter Bal. in auth. sed in ea C. ad l. falc.* vbi illam authenticam loquentem in falcidia extendit ad trebellianicam, & ad casum illius auth. dicit communiter Aduocatos non aduertere, *sequitur Rom.*

Rom. conf. 206. Aret.conf. 18. in 3. dubio, & conf. sequ. & conf. 77. vlt. col. & Corset. in tractatu edito in materia trebellianica, in 5. col. vers. 4. quibus celeriter editis concludo in vtroq; capite prohibitionem hanc fauorabilem fuisse hæredi; & possessores propterea nec pro legitima, nec pro trebellianica posse defendi, salua semper correctione maiorum.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO. Vera quidem conclusio; sed ratio (mea sententia) parum, aut nihil constans, quin etiam inualida, cum omnes *DD.* indifferenter notent in *dicto §. diui* prohibitionem factam ad fauorem instituti non obligare, præceptum item vocant nudum, *vt glos. etiam aduertit in dicta l. titio centum*, comprobatur quia si vtilitate prohibiti ratio haberetur, vtique adhuc vltra legitimam esset locus prohibitioni; quod est falsum ex supra notatis. Crediderim potius hoc ex eo esse, quod pater videtur suspendere administrationem filij eo tempore, quo ex aliqua iusta causa moueri potest ad prohibendum; & idcirco *DD.* incumbunt ad id, vt pater exprimat aliquam rationabilē causam suspendendi, ex quo lex confidit consilijs paternis. nimirum igitur si temporalis est valida.

Fabius Capitius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Libellus, in quo concluditur declarari alicui ius non esse, rectè procedit.*
2 *Actio negatoria competit domino alicuius iuris incorporalis.*
3 *Priuilegium confirmās inuestituram (si & prout) ius de nouo non tribuit, sed acquisitum conseruat, si est facta in forma communi, s. sine causa cognitione, & num.* 4.
5 *Possessio prædecessoris probanda est, vt iuuet priuilegium confessionis, si & prout possidebat prædecessor.*
6 *Clausula (ex certa scientia) non operatur in his, quæ sunt facti, sed iuris tantum.*
7 *Verbum (de nouo concedo) nihil operatur, si Principis intentio sit tantum confirmare.*
8 *Possessio antiquior probata, actum iunioris possessionis clandestinum, & violentum facit respectu aduersarij, maxime si iunior possessio non appareat continuata, & n.* 9.
10 *Possessio quæsita per Baronē contra vassallos præsumitur violenta.*
11 *Preces superioris iussum inducunt.*
12 *Possessio non perditur per accessum ad iudicem, ad euitandam violentiam de facto.*
13 *Pragmatica edita Thori loquitur etiam de possessoribus ciuilem tantū habentibus possessionem.*
14 *Derogatio specialis requiritur ad reuocandum priuilegium cum clausula derogatoria.*
15 *Potior est prior possessor inter duos habentes titulum ab eodem.*

Pro Vniuersitate Adriæ.

ARGVMENTVM.

De exceptione Regiæ Pragmaticæ edita Thori, an procedat in confirmatione, & an tueatur etiam ciuiliter tantum possidentes. De confirmatione quando ius nouum tribuat, saltim ex clausulis. Et qui dicatur iustus possessor.

CONSILIVM LXXXIV.

REX Ferdinandus Primus vacantibus officijs Iudicatus, & Magistri Actorum pænes Capitaneum Ciuitatis Adriæ, per renunciationem factam per Magnificum Franciscum Belmonte ipsorum possessorem; eadem officia concessit Vniuersitati, & hominibus prædictæ Ciuitatis per priuilegium 29. Octobris 1476. cumq; Vniuersitas ipsa continuando eius possessionem, esset tuta, tum ex priuilegio prædicto, tum etiam ex *pragmatica Regis Catholici, in primo capite*, Illu. Dux prædictæ Ciuitatis videns, quod nihil proficeret molestare Vniuersitatem via iudiciaria, non cessauit de facto derogare priuilegio prædicto, & turbare ipsius pacificam possessionem. Quapropter Vniuersitas ipsa implorauit officium iudicis, petendo declarari, non solum vigore dicti priuilegij obstare exceptionem prædictæ Regiæ pragmaticæ Ill. Duci, sed etiam successiuè nullum ius eidem competijsse, nec competere, & silentium imponi; cuius
1 petitio ritè, rectèque processit, tum ex *reg. l. si contendat, ff. de fideiuss. cum alijs addu. Eli per Cagnol. in l. diffamari, num. 5. vers. sexto amplia. C. de inge. & per Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 8. num. 3.* Tum etiam ex remedio quasi negatoriæ actionis, quæ datur

etiam

etiam domino alicuius iuris incorporalis,
2 puta præsentandi, seu eligendi (vt in casu de quo agitur) contra eũ, qui illud vsurpauit, & de facto exercuit, vt declaretur eidem nullũ ius competere, & silentium imponi circa ipsius exercitium, & facultatem eligendi; prout pro parte dictę vniuersitatis petitum, & deductum fuit, *vt tradit Innoc. in cap. conquærente, in princ. de offic. ordi. & in cap. ab bate, de verb. signifi. & in cap. inter quatuor, de maio. & obedi. Io. Fab. in §. æque si, vbi Iaſ. num. 36. ad fin. insti. de actio. Petr. Ferr. in for. lib. in act. conſe. in §. plenam, nu. 7.*

In hoc igitur iudicio Vniuersitas ipsa de requisitis ad obtinendum manifestè docuit, suamque intentionem fundauit; produxit namque priuilegium concessionis dictorum officiorum per prædictum Regem 29. Octobris 1476. roboratum confirmationibus aliorum successorum Regum, & docuit de eius possessione, ex prædicto præcedenti titulo; & vltra testes, qui deponunt de possessione, constat etiam per alios testes, qui deponũt de ipsius possessione tempore dictæ pragmaticæ, & ad id etiam legatur magnificus V.I.D. Horatius Cicchectus de Terra Surani, qui dicit consignasse Illu. Ducis duas commissiones electionis iudicum factas per Vniuersitatem in anno 1500. & 1505. quo tempore fuit edita dicta pragmatica, qui omnes deponunt de possessione Vniuersitatis, vsque ad tempus litis motæ: & vltra cõmissionem etiam expeditam per Vniuersitatem in anno 1491. Id etiam ex actis pro temporibus actitatis ab ipsis appareret, quæ vna cũ commissionibus ipsorum in archiuo conseruabantur; sed suggerentibus dominis, archiuium fuit fractum, & acta sublata, vt deponunt testes. Quæ omnia manifestè corroborantur, quoniam quond. Ill. Andreas Matthæus de Acquauiua cæpit possidere Ciuitatem Adriæ in anno 1507. Cum antea tam tempore Regis Ferdinandi Primi ab anno 1468. quam successorum Regum, nec ipse, nec eius prædecessores illam tenuerunt, nec possiderunt (vt infra dicam) ex quibus satis euidenter apparet, quod Vniuersitas docuit de requisitis ad obtinendũ in ipsa exceptione.

Quibus non obstat prætensa restitutio facta in anno 1464. Per Regem Ferdinandũ Primum Ill. Iulio Antonio de Acquauiua, ex qua apparet, eidem fuisse remissum crimen rebellionis aduersus eundem Regem commissum, & restitutum ad dictam Ciuitatem Adriæ, & ad alias terras, & castra, nam talis restitutio fuit exinanita, & annullata: quoniam ex eo iterum legitimè deuoluta ad Regem ipsum dicta Ciuitate Adriæ, cum alijs terris, & castris in anno 1468. promisit per priuilegium Vniuersitati prædictæ, eam semper tenere sub eius demanio, annullando penitus concessionem, & restitutionem factam prædicto Iulio Antonio de dicta ciuitate per priuilegium.

Et successiue similiter non obstat prætensa inuestitura facta postea prædicto quondã Andreæ Matthæo, per eundem Regem 15. Maij 1481. per mortem quond. Iulij Antonij eius patris de nonnullis ciuitatibus, castris, & terris, & inter alias de dicta ciuitate Adriæ: quia inuestitura ipsa fuit facta, si & prout dictus Iulius Antonius dictas ciuitates, terras, & castra tempore sui obitus tenebat, & possidebat, & si, & prout tempore sui obitus fuit in possessione, & pluries in dicta inuestitura dicta verba repetuntur. & dum in eadem inuestitura petijt confirmationẽ priuilegij prætensæ concessionis, & restitutionis prædictæ ciuitatis Adriæ factæ, vt prætẽditur per eundem Regem in personam prædicti Iulij Antonij eius patris 5. Iunij 1462. illud confirmat, si & prout prædictus Iulius Antonius tempore sui obitus extitit in possessione dicti priuilgij.

Ex quibus omnibus apparet, Regem ipsũ processisse, vt decet: noluit enim aliquid de nouo dare dicto Andreæ Matthæo, vt successori prædicti Iulij Antonij eius patris; sed tñ eundem inuestire de ijs, quę prędictus Iulius Antonius tempore sui obitus tenebat, & possidebat iuxta naturam inuestituræ veteris feudi, quæ non tribuit ius, sed conser-
3 uat acquisitum, & est confirmatio nudæ possessionis, *Andr. in cap. 1. per quos fiat inuest. Alex. conſ. 10. num. 13. verſ. & ſic dato quod Dominus Epiſcopus, vol. 5. Frecc. lib. 2. in 3. auth. n. 12. Capyc. in ſua inueſt. in verſ. feud. conſi. in princ.* quia talis confirmatio dicitur esse facta in forma communi, quæ nihil noui
4 iuris tribuit, sed tantum est prioris iuris corroboratio, *Bal. ibidem, per quos fiat inueſt. in princ. num. 2.* & in forma communi dicitur esse facta, quando est facta conditionaliter, non cognito de causa; prout fuit confirmatio (de qua agitur) q̃ non fuit facta ad finẽ disponendi, sed solum approbandi confirmabile, tale quale est, & in quantum est verum, & non aliter, *tex. est in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. & in cap. examinata, de confir. vtil. vel inutil. vbi Abb. in 2. not. & in cap. 1. num 6. eo. tit. cum alijs adductis per Dec. in rub. eiuſd. tit. nu. 2. & per glo.—— §. 5. n. 69.* cum ergo Ill. Dux non docuerit, nec demonstrauerit, (prout rei ueritate demonstrare non poterat, vt subijciam) prædictum

Iulium

Digitized by Google

Iulium Antonium tempore sui obitus, & ipsum Andream Matthæum tempore dictæ confirmationis tenuisse, & possedisse dictam ciuitatem Adriæ cum iuribus omnibus asfertis in dicta confirmatione, talis confirma-
5 tio nihil opitulatur, nec iuuat, *ita Alex. 23. n. 11. vers. & si dicatur, vol. 5. Capyc. in inuest. feud. confir. ad fin.*

Quinimo Vniuersitas ipsa manifeste ostēdit, quod Rex Ferdinandus Primus semper dum vixit ab anno prædicto 1468. tenuit, & possedit dictam ciuitatem sub eius demanio; quoniam aperta, & legitimè deuoluta dicta ciuitate ad ipsum Regem 8. Maij 1468. promisit per priuilegium cum iuramento vniuersitati prædictæ eam semper tenere sub eius demanio, non obstantibus concessionībus de ea factis Matthæo de Capua, & prædicto Iulio Antonio, quas pænitus annullauit, & irritauit; & eidem vniuersitati concessit prouentus ciuiles, & criminales, baiulationem, & alia in prædicto priuilegio contenta; & per literas eiusdem Regis, & in anno 1471. 28. Decembris vendidit idem Rex prædictæ vniuersitati castrum, silui, & bozi; & in anno 1476. 28. Octobris vacantibus prædictis officijs iudicatus, & magistri actorum per renunciationem factam per Franciscum Belmonte ipsorum possessorem, ipsa concessit vniuersitati cum clausulis derogatorijs ad dispositiones forte in contrarium faciendas: idem confirmatur, & apparet per literas eiusdem Regis, & signanter de anno 1481. tempore obitus d. Iulij Antonij, & prædictæ confirmationis, per quam hortatur suos ciues ad reparationem mænium eiusdē ciuitatis, & per subsequentes alias literas, videlicet 15. Octobris 1482. & 28. Nouembris 1485. & vigesimaseptima Ianuarij 1486. & similiter etiam post obitum eiusdem Regis per Aphonsum Secundum fuerunt omnia prędicta priuilegia confirmata prędictę vniuersitati 13. Martij 1494. & in ipso priuilegio Rex ipse asserit, eam teneri sub eius Demanio, & 13. Martij 1497. fuit supplicatum Regi Federico vt dignaretur similiter ipsam tenere in Demanio, prout fuit tenta, & possessa ab eius auo, & patre; idque ipsi concessit, confirmando omnia prædicta priuilegia: idem confirmauit, & concessit magnificus Capitaneus 28. Februarij 1504. quæ omnia fuerunt cōcessa propter insignia seruitia præstita per d. vniuersitatē pdictis Regibus pro statu Regni, de quibus non fuit immemor Rex Catholicus per eius literas 19. Ianuarij 1507. per quas etiam mandat prædictæ vniuersitati, quod permittant, vt dictus Andreas Matthæus capiat possessionē dictæ ciuitatis Ex quibus omnibus cum euidenter appareat, nec prædictum Iulium Antonium tempore sui obitus, nec dictum Andream Matthæum tempore prædictæ confirmationis fuisse in possessione dictæ ciuitatis, & iurium ipsius; talis confirmatio fuit penitus inualida, tum quoad iura medio tempore quæsita ex priuilegijs concessis dictæ vniuersitati Adriæ; tum etiam quoad alias ciuitates, terras, & castra, quæ per alios possidebantur, super quibus non potuerunt nec ab ipso, nec ab eius successoribus molestari, nec valuerunt ex ea aliquid consequi: quæ confirmatio, nec ex clausula ex certa scientia vires susciperet, nec tertio præiudicaret, nisi de ipsius piudicio Rex ipse fuisset certificatus, quoniam talis clausula non operatur super ijs, quæ sunt facti, sed tantum super ijs,
6 quæ sunt iuris, *Bal. in l. impetrata, num. 2. C. si cōtra. rescin. non po. Alex. 122. num. 25. & 26. vol. 4. —— §. 5. nu. 72. ad fin. Capyc. in verb. feud. cōfi. 1. col.* voluit enim Rex ipse tantum confirmare, vnde tunc & si dixisset, de nouo concedo, adhuc verba ipsa nihil inducerent, & operarentur, *Andr. in c. 1. nu. 3. de vass. decrep. ata. Afflict. in cap. 1. num. 12. in 3. not. per quos fiat inuest. Iaso in l. more, num. 36. ff. de iurisd. om. iud. Camer. in c. Imperialem fol. 90. vers. tertia conclusio, de probi. feu. alie. per Fed.*

Ex quibus omnibus satis euidenter apparet, non obstare restitutionem factam dicto Ill. Andreæ Mattheo de dicta ciuitate in anno 1507. vigore capitulationis initæ inter Regem Catholicum, & Regem Francorum, quoniā talis restitutio fuit facta præter formam aliarum restitutionum, absque causæ cognitione, & sine decreto, & fuit restitutus simpliciter ad dictam ciuitatem, si & prout in ipsius possessione fuit, in cuius possessione nec ipse, nec prædictus Iulius Antonius eius pater à dicto tempore fuerunt, vt ex prædictis patet: quapropter cum nec ante, nec in initio belli anni 1502. rei veritate Ill. Andreas Matthæus potuisset docere de possessione dictæ ciuitatis cum eius iuribus, & signanter cum dicta facultate eligendi iudicem, nō potuit veram restitutionem obtinere, prout alij obtinuerunt; quo fit, vt talis restitutio sic in forma communi facta, nihil operatur, quoad iura quæsita ipsi vniuersitati, & per ipsam possessa, *per superius allegata*, illi enim qui verè possiderunt in anno 1502. capta informatione, & quia cōstitit de eorum possessione, mediante decreto fuerunt vere restituti.

Habita igitur possessione dictæ ciuitatis, à dicto Andrea Matthæo in anno 1507. præceden-

cedentibus literis Regis Catholici cæptum esset agi inter Ducem, & vassallos; tam ipse Andreas Mathæus, quam Ill. Io. Antonius eius filius quæsiuerunt de facto omni conatu vsurpare iura quæsita vniuersitati ex dictis priuilegijs: quapropter implorato iudicis officio per ipsam vniuersitatem fuit petitum declarari exceptionem *Regiæ Pragmaticæ* sibi competere, & dicto Duci Io. Antonio silentium imponi, qui eius iuribus non contentus lite pendente spoliauit vniuersitatem ipsam possessione omnium iurium contentorum in prædictis eorum priuilegijs. & facta relatione per Regiam Cameram in Sacro Collaterali Consilio per remedium attentatorum fuit diffinitiuo decreto prouisum, vniuersitatem ipsam esse reponendã in possessione oĩum prędictorũ iuriũ, & pdictus Io. Antonius fuit condemnatus ad fructus perceptos; vigore cuius sententiæ vniuersitas ipsa fuit reposita etiam in possessione dictæ electionis iudicis: verum quia prædictus Io. Antonius demonstrauit quasdam commissiones electorum Iudicum per ipsũ factas ante litem motam, fuit propterea dictum per Regiam Camerã non esse attentatum per ipsum quoad officium Iudicatus, & ideo esse procedendum in præsenti causa; de cuius expeditione cum hodie tractetur, prætensæ cartulæ continentes prætensas electiones iudicum non obstant, nec aliquid faciunt contra ipsam vniuersitatem, quæ habet ex prædictis intentionem fundatam, nam cum vniuersitas ipsa continuaret eius quasi possessionem in eligendo prædictũ iudicem, quæsiuerunt (vt dixi) tam prædictus Andreas, quam dictus Io. Antonius dictum ius electionis vsurpare, & derogare priuilegijs vniuersitatis, & de anno 1516. 17. & 23. dictus Andreas Matthæus turbando, & inquietando iustã, & legitimã possessionem vniuersitatis processit de facto ad electionem iudicum, mediantibus dictis commissionibus, quæ non apparent, quod fuerint notificatæ vniuersitati, & hominibus prędictę ciuitatis; & similiter idem fecit prædictus Io. Antonius eius filius, & successor in anno 37. 38. 39. & & 41. & quatenus forte probaretur, prædictos iudices exercuisse officium, id & si verum esset, de facto processisset. Quibus stantibus ex ijs infertur, quod ex prædictis actibus nullum ius, nec aliqua possessio acquiri eisdem potuit in præiudicium antiquæ, iustæ, atque legitimæ possessionis ipsius vniuersitatis; nam *vt notan. scribit Bald. in l. ordinary, num.* 10. *C. de rei vend.* probata antiquiori possessione, licet probetur de iuniori, ea non est possessio; sed quidam actus turbatiuus, clandestinus, & violentus ad antiquam possessionem; cum nõ potuerit aduersarius nisi clam possidere, vel deicere eum,

8 qui primo possidebat, *l. si finita, §. vbi autem, ff. de dam. infect. Has enim possessiones non debere proficere palam est, dicit tex. in l. 1. ad fin. ff. vti possi.* quod tanto magis pro-

9 cedit, quando non fuit continuata, vt in casu præsenti, *per ea, quæ tradit Afflict. decis.* 363. *num.* 3. quapropter regulariter probata antiquiori possessione, licet constet de iuniori, ea præsumitur turbatiua ad antiquam possessionem, & is obtinet, qui probat de antiquiori, *cap. licet causa, vbi Scriben. de proba. l. clam possidere, §. fin. ff. de acqui. poss. Bar. in l. si duo, ff. vti possi. & in consi.* 112. *quidam accusatus Alex.* 1 1 c. 1. *col. vol.* 1. *Socc. in l. rem quæ nobis, num.* 16. *ff. de acqui. poss.* quæ omnia potissime vendicant sibi locum in Barone cum vassallis (vt in casu de quo agitur) quia præsumitur, quod prædicta omnia fecerint de facto per concussionem, & violentiam; cum præsumitur eis violentiã

10 inferre, *per tex. in l. ad inuidiam, C. quod met. cau.* & eos iniurijs afficere, *l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offi. Præsi. tradit Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de apo. pub.* 1. *col. vers. & nota, lib.* 10. *Afflict. in consti. lege præsenti, n.* 8. & in ijs etiam preces sunt præceptum, *glo. in l.* 1. *in vers. quemadmodum, ff quod iussu, Oldra.* 208. *Andr. in cap. si quis miles, de feu. fin. culp. non amict. Alex.* 124. *etre. fin. vol.* 1. *cum alijs vdductis per Tiraq in tract. de pæn. cau.* 35.

Et prædicta corroborantur, quia dum de anno 1549. & 50. idem Io. Antonius voluisset procedere ad dictam electionem, mediãtibus commissionibus per eum expeditis in dictis annis 49. & 50. ipsis notificatis regimini, & vniuersitati, id egretulit; & cum eidem de facto non potuisset resistere, die 23. Maij 1550. adiuit Sacrum Consilium, vt super prædictis eius indemnitati prouideret: quo fit, vt ex ijs actibus præiudicatum non fuerit veræ, & legitimæ possessioni ipsius vniuersitatis; quoniam qui adit Prætorem (quia de facto ei resistitur) non perdit suam

12 possessionem, *Ita Innoc. in cap. querelam, quem sequitur ibi Bal. in* 5. *col. de elect. allegant tex. in §. sed hodie, instit. de interdict. & in l. de pupillo, in §. meminisse, ff. de op. no. nunc.* sed dato, & non concesso, quod vniuersitas ex ijs suam naturalem possessionem amisisset, & tantum ciuilem retinuisset; adhuc dispositio *pragmaticæ* loquens de possessoribus, debet intelligi de possessoribus, qui

13 ciuiliter possident, *per Doct. à Bal. not. in l.* 1. *C. comm. de vsuca.* in tantum, quod etiam

si sua

si sua possessione vniuersitas ipsa à prædictis aduersarijs fuisset spoliata, adhuc ad finem gaudendi *pragmatica* haberi debet, ac si possideret; *ita firmat Afflict. in allegat. pro Ill. Duce Ariani, super exceptione Pragmatica, quas ego ad pennam habeo eius propria manu subscriptas, per tex. in l. si quis vi. ff. de acq. poss.* cuius verba subijcit, si quis vi de possessione deiectus est, perinde haberi debet, ac si possideret, cum interdicto vnde vi recuperandæ possessionis facultatem habet; & sequitur alia lex, non videtur adeptus possessionem is qui nactus est, vt eam retinere non possit.

Vltimo non omitto, quod etiam si Ill. Dux haberet priuilegium concessionis dictorum officiorum ab eodem Rege (prout non habet) nequaquam ei prodesset, tum quia in eo fuisset requisita specialis derogatio ad priuilegium vniuersitatis, postquam illud
14 habet clausulam derogatoriam, *vt not. glo. in l. decurionibus, C. de silent. lib. 11. cum alijs adductis per Fely. in cap. nonnulli, nu. 4. de rescript. & per Alex. 155. vol. 6.* tum etiam quando vniuersitas ipsa habuit priuilegium, & possessionem, quo fit, vt etiam quando duo contendunt habere titulum ab eodem Rege ad obtinendum in exceptione *pragmatica* is obtinet, qui prius fuit in pos-
15 sessione, *ita Afflict. vbi supra per tex. in l. siue autem, §. si duobus, ff. de publi. facit tex. in l. quoties, C. de reiuend.* ex quibus omnibus concludo, esse pronunciandum in fauorem ipsius vniuersitatis, & ita iuris esse concludo; cætera suppleat religio Dominorum Iudicantium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 **B**ona obligata pro rata veniunt in contributum.
2 *Donatio remuneratoria ex sui natura continet promissionem euictionis.*
3 *Assensus simpliciter præstitus donationi, extenditur ad omne genus donationis inter viuos.*
4 *Assensus censetur præstitus in omnem casum.*
5 *Assensus quamuis stricti iuris latè interpretatur in expressis.*
6 *Assensus non excludit, quod virtualiter sub eo comprahendi potest, & ea, quæ ex assensu insurgunt, num. 7. & 8.*
9 *Licentia Regis super matrimonio operatur in constitutione dotium.*
10 *Assensus præstitus super consignatione dotis, operatur super restitutione.*
11 *Assensus regulatur à contractu, super quo interponitur.*
12 *Expressum dicitur in contractu, quod venit de natura ipsius, vel insurgit ex expresso.*
13 *Rex assentiendo intelligitur id facere, vt ius vult.*
14 *Pater in feudo nouo non succedit filio.*
15 *Pater succedit filio in feudo antiquo, etiam si aliunde fuerit quæsitum, & non sit coniunctus ab illo latere, vnde feudum peruenit de iure constit. Regni, & num. 18.*
16 *Frater succedit fratri in feudo, si est coniunctus ab illo latere, vnde feudum peruenit; quod procedit de iure communi feudorum, secus de iure Regni, num. 17.*
19 *Refutatio feudi, obligatio ipsius, & quilibet contractus permittitur cum proximè successuro, & num. 20. 21. & 29.*
22 *Verba sententiæ intelligi debent secundum iuris dispositionem.*
23 *Bona donata intelliguntur deducto ære alieno, & num. 24.*
25 *Creditor succedens debitori cõsequitur quod superest, deducto eius credito.*
26 *Assensus vbi est difformis à contractu, vterq; actus corruit, & redditur ratio.*
27 *Creditor, qui accepit rem in solutum, re euicta, quando agat actione noua ex empto, vel possit etiam vti primæua actione, & num. 28.*
30 *Refutans iura sua restringere magis, quam alienare dicitur,*
31 *Assensus adhibitus super actu nõ necessario, non nocet.*

Pro Marchione Sancti Lucidi.

ARGVMENTVM.

DE extensione, & interpretatione assensus, & illius inualiditate ex difformitate à contractu. De successione patris, & fratris in fæudo antiquo tam de iure communi, quam de iure Regni; & de refutatione, & contractibus cum proximè successuro.

CONSILIVM LXXXV.

1 NON est dubium, omnia
bona, quæ erant obligata
tempore donationis, pro
rata in contributum veni-
re, *iura sic dicunt l. cum*
possessor, ibi pro modo præ-
diorum, ff. de cens. & in l. procuratoris, §.
tributio. ff. de tribut. actio. Et super hoc pun-
cto generali iam scripsimus; est enim nunc
deueniendum ad particularia, si omnia bona
descripta per Marchionem debent in cōtri-
butum coaceruari. sed antequam id tangam,
Illu. Marchio prætendit à bonis donatis, pro
quorum rata fuit condemnatus ad contri-
buendum, esse deducēdos ducatos sexdecim
mille cū interesse pro dotibus Illustris quon-
dā Iuliæ Concublet, receptos per Ill. quond.
Federicum: quam deductionem, & si non
possit facere Marchio, vt possessor bonorum
donatorum, cum illa integra sint subiecta
hypothecæ; tamen vti creditor tam ex per-
sona propria, quam vt hæres quondam Iuliæ
eius vxoris, per mediam personam eius filiæ,
quam etiam virtute sententiæ Sacri Consilij,
illam sine dubio facere potest. vt creditor ex
propria persona est clarum, & si in donatio-
ne, quam Illustris Federicus fecit Illustri
Marchioni, euictio non fuerit promissa, ta-
tamen intrepidè dico, quod pro ducatis sex-
decim mille, quos Illustris Federicus recepit,
bona pro illa rata non fuisse donata simpli-
2 citer, sed donationem fuisse remuneratoriā,
vice permutatę rei, quæ secum ex natura
ipsius euictionem producit, licet à traditio-
ne cepisset, *l. Aquilius regulus, de donat. l.*
Iulianus, §. qui fundum, vbi omnes, de verb.
obligat. & Doct. in cap. 1. de inuest. de re
alie. fact. huic donationi adest Regius assen-
sus, qui licet non fuissee necessarius, pro illius
validitate, cum illa legis assensum habeat, ex
quo refutatio fuit in proxime immediate
successiurum, vt infra dicam; tamen fuit non
inutiliter præstitus pro ipsius obseruantia,
3 ac obligatione bonorum fæudalium, qui & si
præstitus donationi simpliciter, non est du-
bium illum extendi ad omne genus donatio-
nis inter viuos, & sic ad donationem remu-
neratoriam, vnica namque est species dona-
tionis, quæ sub verbo donare comprehendi-
4 tur, & Rex assentiendo in omnem casum
consensisse videtur, *ad l. si quis pro eo, §. si*
nummo, de fideiussoribus, quem ad hoc alle-
gat Andreas in cap. 1. 4. col. vers. sed si sim-
pliciter. qui succ. tenea. Qui textus loquitur
in materia fideiussionis, quæ stricta est, *l. si*
cum ermes, C. locati, & ita discurrendo firmat
Camer. in cap. Imperialem. car. 45. litera V.
5 Nec est mirum, nam & si assensus strictissimi
sit iuris, tamen in eo, quod exprimit latissi-
me interpretandus est, *Andr. in d. cap. Im-*
perialem 1. col per l. fin. de constit. Principum.
nec est dubitandum assensum præstitum huic
donationi, quæ ex natura ipsius secum eui-
ctionem producit, super illa licet in contra-
ctu non expræssa per partes operari: verum
est enim euictionem sub donatione remune-
ratoria comprahendi, quo fit assensum super
6 illa operare; quod enim virtualiter compræ-
henditur sub assensu, ab eo non excluditur,
not. Andreas in cap. imperialem, dum exem-
plo tradit ex licentia data vendēdi fæudum,
quod poterit vendere eius hæres, qui ab in-
tellectu iuris comprahenditur, *per l. si pa-*
ctum, de probat. quem ibi sequuntur Capyc.
7 *Loffred. cæterique;* quod enim ex mente cō-
prahenditur, non dicitur extendi, nec exclu-
ditur, sed includitur, *singularis est glo. in cap.*
1. de tempo. ordin. in sexto, quam ibi Gemi-
8 *nianus commendat.*, & assensus datus super
principali operatur in ijs, quæ ex eo insur-
8 gunt, ideo licentia Regis super matrimonio
operatur in constitutione dotium, *Andras*
10 *in constitutione licentiam,* & assensus præsti-
tus super cognitione dotium operatur super
restitutione ipsarum, *l. vsufructu, solut. ma-*
tri. si ergo virtualiter euictio in contractu
11 continetur, quid dubij erit, si assensus recō-
ualidatur à contractu, super quo interponi-
tur *argumento l. si vno, ff. locati,* & quod ta-
12 cite inest in contractu ex natura ipsius, iam
dicitur expræssum, *Angel. in cons. 17. 5. col.*
ad l. prætor, §. interdictum hoc, & ibi glo. in
vers. expræssum, de noui oper. nunciat. Deci.
in cons. 68. 4. col. vers. postremo, & vbicun-
que vnum exprimitur, & ex expræsso aliquid
insurgit, illud etiam iudicatur expræssum,
Bart. in l. 1. C. de hijs, quæ in testamento delen.
immo Regi assentienti videtur hoc expræs-
sum, quia hoc resultat fictione, & ministe-
rio legis, quæ statuit euictionem in donatio-
ne remuneratoria deberi: lex hoc casu Regi
expræssit, quæ sancta est, non decipit, & ius
13 suum vnicuique retribuit; immo Rex assen-
tiendo nil aliud cogitat, nisi vt ius vult *l. si*
cui, de seruit. & l. quamquam, de ritu nu-
ptiarum, & sæpius Andreas, ideoque respe-
ctu primi capitis concludo quod si Marchio
pro rata ducatorum sexdecimmille cum
interesse, vt creditor ex propria persona ra-
tione euictionis prædictæ, quam si forte in
aliquo pateretur posset habere recursum su-
per bonis fæudalibus, & ciuitate Vici, cum
assensus adsit obligationi bonorum fæuda-
lium

lium; sic deductionem hanc ex bonis donaris in præiudicium possessorum ad euitandum circuitum fouere potest: & ex hoc quilib r ferupulus clarissime sublatus est.

Similiter, vt hæres Iuliæ Conclubet per mediam personam eius filiæ hanc deductionem facere Marchio non prohibetur; etenim restitutio dotium promissa fuit dictæ Iuliæ, & eius hæredibus, pro quibus bona fæudalia erant obligata, saltim sub assensu legis: hæc enim hipotheca ad fæudum competens, in persona Iuliæ fæudalis erat, & fæudum nouū; qua mortua, in ipsa filia successit, in cuius persona fæudum maternum, seu antiquum aderat: mortua filia in hac hipotheca fæudali, seu fæudo antiquo, Marchio pater licito
14 iure succedere potuit; si quidem pater in fæudo nouo non succedit, cum illud habeat oculos ante, & non retro, *cap. 1. de nat. succ.*
15 *fæud.* in fæudo tamen antiquo, bene succedit; etiam si aliunde fuerit quæsitum, & non sit coniunctus ab illo latere, vnde feudū peruenit, *decidit singulariter Andr. in l. Regni si qñ*, nec patres fæudorum admittentur, nam leges Regni in hoc vsus fæudorum non sequ-
16 tur, quibus statuitur fratrē posse succedere fratri oportere esse coniunctū ab illo latere, vnde fæudum peruenit, *cap. 1. de grad. succed.*
18 *in fæud.* & tamen de iure Regni, frater vterinus succedit fratri tam in fæudo nouo, recepto per se & heredes, quam in antiquo sibi à patre peruento, *Andreas in cap. 1. de nat. succ. feud. & in constit. Regni, & de successionibus, & per Loffredum in cons. 38. num. 8.*
18 idem in patre est dicendum, vt filio succedat in fæudo antiquo etiam aliunde quæsito iure Regni, licet aliud esset de iure communi fæudorum, *secundum Andream in præcitato loco, qui rogo videatur*, si ergo Marchio successit in hac hipotheca fæudali, quis negabit illam posse experiri super bonis fæudalibus, & successiue illius vigore ad euitādū circuitum deductionem prædictam facere posse indubitati iuris est.

Immo vltra assensum hominis super obligatione bonorum fæudalium, Illu. Marchio habet assensum legis; si quidem refutatio est permissa in proxime successurum, vt infra
19 sine assensu; & non solum refutatio, sed quilibet contractus eum immediate successuro permittatur, *§. sed & res, per quos fiat inuestitura, & §. & si libellum, de alienat. feud. pater. & per Camer. in cap. imperialem car. 24. litera E.* ergo si quilibet contractus cum immediate successuro, sine assensu conceditur: ita, & obligatio bonorum fæudalium similiter permissa dicetur, cum obligando contrahat; non enim ratio diuersitatis de casu ad casum assignari potest: ideo Marchio pater obligando feudalia Marchioni filio immediate successuro, assensum legis habuit *per prædicta*; & non eundo per regu-
20 las, quod pater possit obligare feudum filio sine assensu Regis *in specie decidit Par. de reintegr. feud. fol. 130 nu. 8 Blas. in repetitione capituli volentes, num. 31.*
21 Omnis enim contractus, qui fit cum immediate successuro, in vim refutationis resoluitur, *dicto § & si libellum*, & sic obligando refutat in eum casum, quo fæudum adiudicaretur filio, vti creditori, *secundum terminos l. fin. C. de iur. domi. impetr.*

Amplius virtute sententiæ Sacri Consilij deductionem prædictam Marchio facere potest; fuit enim ipse condemnatus, quod pro rata bonorum donatorum contribuat: videamus nunc ministerio iuris, quid important dicta verba, & quid vtiliter fuit donatum; quis enim dubitat, quod verba senten-
22 tiæ intelligantur secundum iuris dispositionem, *ad l. miles, §. decem, de re iud.* & quod
23 bona donata intelligantur deducto ære alieno, *l. subsignaui, §. bona, & l. princeps bona,*
25 *de verb. signific.* & quis dubitat id vtiliter cēseri donatum, quod remanet deductis oneribus, *l. non amplius, in princip. de leg. 1.* nec plus esse in bonis, quam quod superest deducto ære alieno, *dicit tex in l. mulier bona, de iure dot.* & in collatione *videatur (quæso) tex. in l. 2. in §. illud, de coll. bon.* vbi id filius confert, quod sibi superest deductis oneribus; & creditor succedens debitori, id vtiliter consequitur de hæreditate, quod sibi superest deducto eius credito, *l. si eis, §. si his cui, de euictio.* conferat ergo Illustris Marchio, seu contribuat pro bonis donatis, deductis oneribus; id verba fictione iuris important, id tacite Domini de Consilio intellexerunt, sic leges clamant, sic denique Domini Arbitri sentiant.

Deuenio nunc ad particularia bona descripta per Marchionem, quod omnia veniant in contributum. & primo quoad bona Caruizani, est verum, quod in anno 28. Illustris quondam Federicus donauit Ioannocto annuos ducatos centum viginti super fæudo Pili, cum assensu præcedenti in anno 27. qui assensus est difformis à donatione, cum in illa Federicus voluit, vt immediate ab ipso introitus recognoscerentur, in assensu vero, quod immediate à Regia Curia: quo fit
26 neutrum valere, quia nec qualitas, vt teneatur à Barone, nec illa, vt teneatur immediate à Rege adimpleretur, & sumus in regula, *l. non codicillum, C. de testam.* Rex enim præstando assensum non videtur ipse conce-

Digitized by Google

dere, nisi quatenus voluntas Baronis concurrit, *secundum Andream in cap. Imperialem, col. 6.* ideoque si non assentit dationi factæ in fæudo, eo modo, quo facta est; assensisse non videtur: ex quo non consensijt iuxta voluntatem concedentis, qui aliter non fuisset concessurus, *argum. tex. in l. cum te, C. de pactis inter emptorem, & venditorem & ita alias fuisse iudicatum in causa Illustris Ducis Nuceriæ refert Camer. car. 56. littera R. & per Frezz. in suo tractatu 34. quæst. fol. 162.* Si ergo deficit assensus, possessor bonorum Caruizani, qui pro eius rata contribuit, non poterit habere recursum super bonis fæudalibus Illustris Marchionis: vltra quod donatarius iste, seu possessor, in anno 1554. bona Caruizani cepit sibi in solutum, quo fit hypothecam anni 28. esse extinctã;&
27 si in aliquo sibi euictio sequeretur, nõ posset agere actione primeua, sed vtili ex empto, vel alio sibi cõpetere à tẽpore donationis insolutum, *per l. eleganter, de pignorat. act. & l. si quis aliam, de solutio.* & sic patiatur nunc pars aduersa hanc obiectionem, quam ipsa in alia partita sequenti nobis opposuit, & vere non obstat.

Quo ad domum Neapolis valoris ducatorum vigintimillium, & annuos ducatos tercentum, quæ pars prætendit, non venire in contributum, ex quo Marchio illam sibi insolutum accepit in compotum alimentorũ, per ipsius comparitionem; & consequenter pro eo, quod sibi euinceretur ratione contributionis, nõ posse habere recursum super alijs bonis, hypothecaria iam extincta, sed tantum sibi cõpeteret actio vtilis ex empto personalis, *per d. l. eleganter*. Sed certe hoc vanum est, nam Marchio prædicta bona non capit in solutum, sed petijt per comparitionem sibi licere satisfieri super dictis bonis; & sic antequam bona fuissent sibi adiudicata, hypotheca durabat, ex quo dominium adhuc ipsi non superuenerit: & dato quod sibi cæpisset insolutum, in prædicta comparitione
28 reseruantur iura, dum ibi dicitur (citra præiudicium omnium iurium) & sic sumus in terminis cautelæ traditæ per *Bar. in l. si quis alium, quem omnes sequuntur de solutio.* & sic respectu istius partitæ omne id, quod euinceretur Marchioni, per contributum competeret sibi hypothecaria super alijs burgensaticis; idcirco ad euitandum circuitum partitam prædictam coaceruari in cõtributum clarissimi iuris erit.

Quo ad ducatos quindecim mille pro pretio fæudorũ Pili, & Sinellæ petitos aggregari in contributionem, à quibus pars aduersa prætendit esse deducendos ducatos circa quatuor mille pro tot introitibus venditis à Federico Marino Magistro iudici post donationem factam Illustri Marchioni, sed ante assensum super illa impetratum; ex quo si possessor prædictorum introituum contribueret, pro dicta rata haberet recursum super bonis donatis Illustri Marchioni, cum introitus venditi fuerint ante assẽsum donationis. Sed id similiter vanitas est, nam non potest negari donationem fuisse anteriorẽ, illamque non indiguisse assensu hominis constat; siquidem fuit refutatio in proxime
29 immediate successurum, quę hodie permittitur sine Regio assensu, cum legis assensũ habeat, *cap. 1. §. & si libellum, de alien. feud. pater. & ibi Andr. in consist. & diuæ memo-*
30 *ria*, non enim qui refutat alienat, sed magis iura sua restringit, *iuxta terminos l. certa, §. si totos, de serui. rustic. prædio.* quo fit, vt recedendo, & restringendo iura sua, immediate successor iure proprio fæudum capit, *cap. 1. de eo, qui finem fecit agnat. & §. sed & res, per quos fiat inuestit.* Si ergo donatio prædicta habebat assensum legis, assen-
31 su hominis non indigebat, qui & si interuenit in actu non necessario, nihil nocet, *Andr. in §. sed nec alia iustior, col. 3. post num. 38. quæ sit prima. causa beneficij amittendi*. quo fit dominium super bonis donatis quæsitum fuisse Marchioni in anno 1535. super quibus possessor introituum prędictorum nullum potest habere recursum; & successiue integrum pretium ducatorum quindecim mille in contributum venire concludo, simul cum alijs bonis descriptis, obligatis tempore donationis, salua semper correctione subtilius intuentium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Dominium, & hypotheca regulariter ratione incompatibilitatis non possunt cõcurrere, quod qualiter intelligatur, & numero 2.
3 Hypotheca non dicitur extincta per insolutum dationem factam creditori, nisi irreuocabiliter fuerit acquisitum dominium.
4 Hypotheca non extinguitur, quando res est effecta creditoris reuocabiliter.
5 Intellectus ad l. eleganter, ff. de pign. actio. & num. 6.
7 Intellectus ad l. libera, C. de sent. & interlocut. omn. iud.
8 Vsura vsurarum quando debeantur.

9 Vsu-

9 *Vsura vsurarum veniunt in actione negotiorum gestorum, & quare, & num.* 10.

11 *Solutum per tertium nomine debitoris pro vsuris, & sorte, totum sortis vice fungitur.*

12 *Interesse vsurarum, siue alterius interesse debetur, cum quis pro alio soluit vsuras, vel interesse, illudque repetit à vero debitore; secus vero cum quis magis suum, quã alienum negotium gerit, & num.* 13.

14 *Interesse alterius interesse regulariter non debetur.*

15 *Interesse tertiarū debetur, quia tertia principaliter debentur, non accessoriè.*

15 *Redditus tunc principaliter debetur, cum creditor non potest sortem, & redditum ab iniusto debitore simul exigere; vt contigit in nostris censibus.*

17 *Interesse, & pœna accessoriè debentur, & quare, num.* 18.

Pro Marchione Sancti Lucidi in eadem causa.

ARGVMENTVM.

DE extinctione hypothecæ ob dationē in solutum, & quando creditor re euicta agat actione primæua, vel noua ex empto. Vsuræ vsurarum in quibusdam casibus deberi ad instar interesse tertiarum, vt quando quis pro alio soluit sortem, & vsuras.

CONSILIVM LXXXVI.



QVO ad bona burgensatica, quæ pars prætendit non venire in contributum, ex quo Marchio illa sibi in solutum accepit per ipsius comparitionem; & consequenter pro eo, quod sibi euinceretur ratione contributionis non posset habere recursum super alijs bonis, hypothecaria iam extincta, sed tantum competeret sibi actio vtilis ex empto, *per l. eleganter, ff. de pigno. act.* audiant Domini Iudicantes, quomodo *tex.* ille non meretur in proposito allegari; si quidem communis est opinio *Doctorum*, quod
1 licet dominium, & hipotheca ratione incõpatibilitatis non possint concurrere *ad l. neque pignus, de reg. iur.* tamen id procedit, quando dominium irreuocabiliter est acquisitum creditori, tunc creditori extinguitur;
2 sin autem dominium acquiritur reuocabiliter, hipotheca prima non extinguitur, *ita tex. vbi glo. Bar. cæterique in l. ex festante, in §. latinus, ff. de except. rei iud. & est tex. in l. debitor, vbi Bar. sic declarat ad trebell. & in l. cum quis, §. fin. de solutio. & late per Neguf. de pignor. 1. memb. 5. partis, nu.*
3 52. *cum sequenti*, & ratio est in promptu, nã conditio, & natura hipothecæ est, vt nunquam tollatur, nisi creditori sit solutum, vel satisfactum, *in l. grege, in § etiam, vbi glo. & omnes, de pign.* nec dicitur solui creditori per dationem tactam in solutum de re, & translationem dominij, nisi tale dominium sit ei irreuocabiliter acquisitum, *notat Bar. in l. eleganter, in principio, in 1. opposit. ff. de pignorat. actio. & est tex. in l. si rem meam,*
4 *ibi Bar. ff. de solutio.* ideoq; qñ res est effecta creditoris reuocabiliter, hipotheca non extinguitur, *secundum Bar. in l. in bello, in §. si quis seruum, ff. de capt. & postlimi. reuers. & Dec. in reg. neque pignus, num.* 1. quamdiu res est auocabilis à creditore, hipotheca non potest diei extincta, quæ per effectualem solutionem extinguitur, *per dictam legem grege, in §. etiam, de pignor.* sed si Marchio bona prædicta burgensatiea in solutum accepit, dominium illarum reuocabiliter ad eum peruenit; quo sit euictione sequta, hipotecariam primam non esse extinctam, se durare clarissimi iuris erit.
5 Nec obstat *tex. in l. eleganter, de pignora. actio.* dum ibi præsupponitur per dationem in solutum sublata ešse prima iura, & agi euictione sequta vtili actione ex empto. nam ideo in *d. l. eleganter* extincta sunt prima iura, quia creditor accipiendo in solutũ, voluit omnino à priori obligatione recedere, *ita soluendo contrarium dicit glo. in verbo pro soluto in fine*, & ita est interpetranda lex illa, vt euitemus contrarietates iurium prædictorum, quæ dicunt, quod si dominium reuocabiliter peruenit in posse creditoris, hipothecam primam non ešse extinctam.
6 Præterea *tex. in d. l. eleganter* loquitur, quod per dationem in solutum sit sublata actio pignoratitia, quæ actio personalis est, *l. fin. C. de distract. pignor. & in l. pignoris, C. de pignor. vbi Bart. & cæteri.* sed non dicit hipothecariam, quæ est actio realis, ešse extinctam; quæ tunc tollitur cum effectualis solutio est sequta, vel dominium irreuocabiliter superuenisset. Et ne videar nimis subtiliter ponderare tex. illum, videatur quæso,
7 *Iacob. Butrigar. in l. libera, C. de senten. & interlocut.* vbi figurat casum in creditore, qui præcedebat alios in hipotheca, & in personali, & multa habebat bona obligata;

quod

quod si res aliqua fuerit sibi data in solutum
à debitore, & tandem euicta, quod poterit
agere super alijs bonis hipothecaria prima,
per quam omnibus præfertur; & quod per-
sonalis tantum actio sit extincta, per solu-
tionem sibi factam, & hipotheca similiter sit
extincta in re, quam habuit in solutum: sed
in alijs bonis hipothecariam primam dura-
re expresse decidit, sic subtiliter declarando
dicta *l. eleganter*, & id similiter in specie de-
cidit *Neguſ.* loquens in datione in solutum,
quod prima hipotheca nunquam tollatur,
nisi dominium irrenocabiliter sit creditori
quæsitum *de pignor. 1. memb. 5. partis, post
num. 55. verſ. & ratio istius decisionis*, præ-
sumit enim lex creditorem sensisse tunc
voluisse recedere ab hipotheca prima, cum
res irreuocabiliter sua fieret, ne diligentia
sua, quam habuit in debito exigendo, fuerit
sibi damnosa, *vt in l. debitor, ff. de separat.*
idcirco bene dixit, *glo. in dicta l. eleganter*,
ideo ibi, quod prædicta iura sint extincta, eo
quia creditor expræsse voluit ab illis rece-
dere; sed in dubio nunquam præsumitur vo-
luisse ab illis recedere, nisi effectuali solutio-
ne sequta, vel cum res irrenocabiliter cre-
ditoris fieret. & ex his clarissime est funda-
tum Marchioni competere primam hipo-
thecam sequta euictione rerum datarum
sibi in solutum: vltra quod Marchio non de-
claranit in comparitione, quod cepit in so-
lutum bona prædicta, sed voluit in eorum
pretio satisfieri, & sic genus pro genere cepit
in solutum; quo casu euictione sequta agitur
actione prima, & vltima *secundum Bar. in l.
si quis aliam, de solutio.* & tunc per datio-
nem in solutum videtur recessum à primis
iuribus, cum creditori cautum fuerit de
euictione; nam ex tali euictionis promis-
sione videtur voluisse recedere à prima hy-
potheca, & agere ex vltimo cõtractu, *est tex.
in d. l. fin. ff. de cond. ob cau. & Sal. in d. l.
libera.*

Quo ad interesse liquidanda, non est du-
bium per dominos Arbitros illa liquidari
debere ad rationem ducatorum decem
pro centenario, prout Marchio iam sol-
uit à tempore cessionum sibi factarum:
immo Ill. Marchioni debentur interesse
8 illorum decem, quæ soluit, & sic vsuræ vsu-
rarum in præsenti debentur, siquidem Mar-
a chio vti tertius [a] soluit creditoribus, & vsu-
ras soluit similiter, quo sit vsurarum vsuras
sibi competere, *dicit glo. notab. in l. si prior,
in §. sciendum, ff. qui potior. in pignor. ha-*
9 *beantur*, vbi *gloſ.* dicit, quod in actione ne-
gotiorum gestorum veniũt vsuræ vsurarum,
quia gerens negotium alienũ, soluendo alie-
num, & non suum negotium gerit. Ideoque
10 quoad soluentem totum est sors, & ibi in
specie *Albericus* decidit quæstionem in fi-
deiussore, quod possit petere vsurarum vsu-
ras, *& latius in l. 1. C. de dolo, & videtur
tex. in l. si mãdatu 45. §. si fideiuſſor. ff. mand.*
sic in proposito Marchio gerendo negotium
hereditatis, & non suum, soluendo capitale,
& interesse illius interesse; per prædicta de-
beri sibi interesse indubitatum est, & ita cre-
do vos dominos esse arbitraturos, cum ita
iuris sit.

Camillus de Medicis.

a ADDE *tex. in l. idemque, §. 1. in fi. verſ.
denique, cum glo. fin. in verſ. vsuras, ff man-
dati, & in l. tutor qui repertorium, §. si vsu-
ras exactas, cum glo. in ver. vsuras earum,
& in l. qui negotiationem, §. ex duobus, cum
glo. in ver. quartum, & in ver. fungi debet,
& in §. fin. cum glo. vlt. in verſ. efficitur, ff.
de admin. tuto. l. socium qui in eo, cum glo. in
ver. labeo ait, & glo. seq. in ver. non quasi, ibi
(nota etiam hic) ff. pro socio*, & rationem af-
fert I. C. *in d. qui negotiationem, §. 1. in fin.*
11 *ff. de admin. tuto.* quia id, quod ab alio pro
debitore nomine vsurarum cum sorte datur
ei, qui accepit, totum sortis vice fungitur,
vel fungi debet: & in his terminis accipi de-
bet, quod tradit *D. Præſ. de Franch. decis.
254. in fin.* quod si quis soluit debitum, &
interesse, scilicet decursum, vt puta vsuras
cum sorte, *vt dicitur in d. §. ex duobus*, cre-
ditori alterius; quod si postea repetat à ve-
ro debitore, debetur etiam interesse huius
12 interesse; quia respectu soluentis totum di-
citur esse sors. aliud vero est, quando quis
13 magis proprium, quam alterius negotium
gessit; hoc enim casu non debetur aliud in-
teresse, *tex. est in alleg. l. si prior creditor, §.
1. ff. qui potior.* vbi secundus creditor soluẽs
priori creditori confirmat sibi pignus, ita
vt etiam inuito debitore habeat illius bona
hypothecata; tam in suum proprium debi-
tum, quam in debitum primo creditori, &
etiam in vsuras, quas primo creditori soluit,
sed tamen harum vsurarum vsuras consequi
non poterit; non enim negotium alterius
gessit, sed magis suũ. *Hæc Papin.* & cõcordat
Imperatoris resp. *in l. secundus creditor, vbi
glo. in verſ. vsuras*, affert eandem rationem
decis. ad tex. citans plura iura concord. *C. de
pignor & in materia plura tradit Conſ. de
Anna latè in suo cõſ. 48. uol. 1. vbi n.* 14. refert
propè innumeros, qui regulariter verum
14 esse firmant non deberi interesse alterius
interesse, contra opin. *Cagnoli*, licet aliud sit
15 in interesse tertiarum, cuius ea est ratio, q
ter-

tertiæ non accessoriè, sed principaliter debentur, vt in term. probant Bald. in l. eos, in 2. oppos. C. de vsuris, Socc. cons. 41. num. 4. 8. & 10. lib. 4. vbi firmant, quod vbicunque creditor non potest exigere ab inuito debi-
16 tore sortem, & redditum annuum, & sic vtrumque, sed est in facultate debitoris soluere sortem, vel redditum, vt propriè fit in annuis redditibus ex bulla, & Prag. de censibus; tunc redditus non accessoriè, sed principaliter debetur, & hac de causa deberi interesse tertiarum fatetur D. de Franeb. d. decis. 254. num. 14. Pisan. & Vrsil ad Afflict. decis. 291. Anna sen. sing 261. D. Regens
17 Lanar. cons. 79. num. 6. interesse autem accessoriè debetur, & succedit loco eius, quod erat præstandum, & ob id reputatur vnum, & idem, iuxta doctr. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 40. in fin. ff. de verb.
18 oblig. sicut & pœna, quæ subrogatur loco rei, vt per Ias. & Dec in l. cum proponas, la secunda, n. 8. C. de pactis, cum aliis per Surd. decis. 35. nu. 10. & decis. 304. & 306. nu. 8.

Fabius Capitius Galiota.

SVMMARIVM.

1 Mutari non debet, quod antiquitus obseruatum est.
2 Ius eligendi quatraginta annorum spatio præscribitur, & num. 5.
3 Consuetudo circa electionem iurisdictionem tribuit.
4 Statutum improbans consuetudinem, præteritam tantum improbare iudicatur, idque fallit, & num. 8.
6 Electio Officialium Vniuersitatis qualiter de iure communi fieri debeat.
7 Consuetudo, siue præscriptio iuris eligendi contra ius, an debeat esse centenaria, siue immemorialis.
9 Consuetudo vt efficax sit qualiter probanda.
10 Verbum (libere) quid importet.

Pro Vniuersitate Balneoli, contra Comitem Montellæ.

ARGVMENTVM.

De electione Officialium Vniuersitatis ad intellectum Regiæ Pragmaticæ 2. Caroli Quinti editæ de anno 1536. sub titulo de admin. Vniuersit. Consuetudo quomodo inducatur, & tollatur per legem sequentem.

CONSILIVM LXXXVII.



IN hac causa Illu. Comitis Montellæ, cum vniuersitate Balneoli, dubitatur ex quo in dicta vniuersitate ab annis 60. fuit obseruatū, quod Sindici prædecessores offerunt Comiti duplicem listam officialium, & ipse alteram partem eligit, vtrū stante dispositione Regia Pragmatica Caroli Quinti editæ in anno 1536. per quam fuit dispositum, quod Sindici, & alij officiales vniuersitatum eligantur libere per ciues ipsarum, interuenientibus iis, qui secundum vniuersitatum consuetudinem interuenire debent, ac secundum ordinem, & modum in ipsa vniuersitate seruari consuetum. Cum vniuersitas modo fuit conquesta de ordine prædicto, electio fieri debeat libere per ciues seruata forma Pragmatica, an vero obseruari debeat quod hactenus fuit obseruatum. & dubietatem facit ex parte Comitis.

Primo, quia præsupponit, quod hoc non
a sit contra formam Pragmaticæ a cum in ea dicatur secundum ordinem, & modum in ipsa vniuersitate seruari consuetum, cum igitur modus, & ordo talis fuerit; prætendit, quod hic sit casus exceptus in pragmatica. maxime quia ipsamet Regia pragmatica, dum de confirmatione loquitur, dicit quod debeant confirmari per eos, ad quos de iure, vel antiqua, & legitima consuetudine spectat: quare cum consuetudo ea sit vt ex duplici lista ipse alteram partem eligat, muta-
1 ri non debeat, quod diu sic fuit obseruatum, arg. tex. in l. minime, & l. de quibus, ff. de leg.

Secundo, præsupponit Comes, quod etiā si hoc esset contra formam Regiæ pragmaticæ, stante consuetudine prædicta sic inueterata vltra annos 40. ius illud eligendi sit præscriptum vt notatur in l. seruitutes, la
2 grande, ff. de seruit. ita vt consuetudo prædicta tribuerit ei iurisdictionem, vt eodem modo sit facienda electio, vt notatur per glo. in l. 1. in vers. duum viris, & in l. fin. in vers. consuetudine, C. de emancipat. lib. & per Doctor. in l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iud. & per Bar. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. & Fid. Cathol. 3 prætendit, quod Regia pragmatica, vel noluit tollere

con

consuetudinem, cum expresse non dixit *argum. tex. in c. 1. de constit. in 6. Abb. in cap. vlt. de cons. Bar. in l. de quibus, in 10. oppos. ff de leg.* vel præteritam tantum, & non futuram improbauit, *glo. in clem statutum, de electio. in vers. consuetudine, quam Imol. ibi sequitur Abb. cons. 7. lib. 2. Anchar. cons.*
5 *51. in fine*, quare cum ius illud eligendi, præscribatur spatio 40. ann. *vt dicunt Doctor. in d. l. seruitutes, vt supra dictum est, & dixit Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua.* videtur, quod res non possit habere difficultatem, quia sic debeat obseruari.

Sed vana prorsus, & ab omni iure, atque ratione aliena est hæc Ill. Comitis prætensio; nam præsupposito, quod ante dispositionem *Regiæ pagmaticæ* illud idem statutum
6 erat de iure communi, nimirum quod electio officialium fieri deberet per vniuersitatem, seu eius Decuriones, libere, in loco publico, conuocato solemniter consilio, *vt dicitur in l. obseruare, C. de decur. lib. 10. in l. nulli, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, testantur Bar. Bal. Lucas de Penna, Angel. & Io. de Platea in d. l. obseruare, & idem Bar. in rubr. C. de administr. rer. public. lib. 11.* nec vllum ius competit Baroni in electione officialium vniuersitatis sibi subditæ, *vt bene probat. Brunus cons. 138. vol. 2.* Et præsupposito etiam quod dum lex aliquid statuit, aduersus ea vel nulla cadit contraria consuetudo, vel talis est necessaria, quæ hominum memoriam excedat, *vt probat tex. in cap. 1. de præscript. in 6. dixerunt Doctor. in cap. cum Ecclesia, de caus. poss. & propriet. Alex. cons. 106. 2. vol. num. 7.* quæro, quid est illud, in quo se volunt fundare ij, qui partes Comitis tueri volunt.

Si in consuetudine ante dispositionem *Regiæ pragmaticæ.* dico, quod pars non habet probationem, ne dum immemorialis, sed nec etiam per 40. annos: quia si in anno 1580. vix habet probationem per eius testes per annos 40. & ex vniuersitatis confessione per 60. verum est, quod vt cunque res se habet ante annum 36. habebat consuetudinem per annos sexdecim; & sic nec immemorabilem, nec quatrigenalem, quam pars met ipsa dicit necessariam ad præscriptionē iuris eligendi. vltra quod requirebatur centenaria, seu immemorabilis vt rectius loquar,
7 stante, quod de iure communi statutum erat, electionem prædictam ad vniuersitatem spectare, vt supra dictum est.

Cæterum dico, quod etiā si haberet eam probationem, nimirum, quod per 40. annos ante *Regiam pragmaticam* illud sic fuerat obseruatum; immo etiam si in eo immemorialem probationem haberet, minus obstaret: ex quo regula illa quod lex subsequens
8 non præsumitur voluisse tollere præcedentē consuetudinem, non procedit, quando illud idem contra consuetudinem erat prius dispositum per aliam legem; nam tunc lex subsequens, prout in re præsenti *Regia pragmatica*, omnem tollit consuetudinem contrariam in medio existentem absque alia espressione *ita dixit Bart. & Ias. in l. 2. C. quæ sit long. consuetud.* & rationem assignat, quia res de facili reuertit ad sui naturam.

Si volunt se fundare in consuetudine post dispositionem *Pragmaticæ*; nec minus prætensio eorum procedit ex pluribus. primo, quia cum *Pragmatica* vti lex generalis sic disposuit, post eam immemorialis consuetudo requirebatur, vt supra fuit demonstratum: & ea probatio nedum non adest ex parte Comitis, sed nec adesse posset, quia ab anno 36. non est decursum tempus immemoriale; nec præcedēs tempus iungitur, cū ad minus noua dispositio habeat vim interruptionis. vltra quod post *Pragmaticam* Comes nec habet probationem per annos 40. ex quo lis fuit mota in anno 66. *ita* quod ab anno 36. non erant decursi nisi anni 30.

Præterea considero huiusmodi consuetu-
9 dinem non esse probatam cum qualitatibus suis, & requisitis, *quæ ex dictis Doctorum in l. de quibus, ff. de leg. & in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, & in cap. fin. de consuetud. vbi Ant. de Butr. & cæteri Doct. Canonistæ. & in §. ex non scripto, vbi Io. Faber. instit. de iur. nat. gen. & ciuil. Dec. in cons. 216. nu. 4.* inter quæ requisita considerant, quod consuetudo sit introducta à Popolo, vel à maiori parte ipsius cum animo inducendi consuetudinem, & cum approbatione superioris; quorum neutrum est probatum in hoc processu, immo contrarium, nimirum hoc inductum fuisse à sindico, & electis, & non animo induendi consuetudinem, sed ad euitandum eorum differentias. Si igitur ea consuetudo non fuit introducta à Populo, & non fuit animo inducendi consuetudinem, & causa differentiæ quod magis est, cessat, cum electio hodie fiat per vniuersitatem, quia ita dictum est per decretum S. C. saltim ex regula, cessante causa, Comes non habet aliquid prætendere.

Si denique volunt dicere, quod ea prætensio non sit contra formam *Pragmaticæ*, cum in ea dicatur secundum modum, & ordinem in ea seruari consuetū dico, quod talis intellectus non potest ad *Pragmaticam* adaptari, ex quo includeret contrarium. Si enim primo

mo dixit, quod fiat liberè per Ciues; intelligeretur postmodũ secundum ordinem consuetum, idest, quod fiat per dominum, esset contrarium disponere. Cęterum si *Pragmatica* disposuisset, ꝙ obseruaretur, prout obseruabatur, quid disposuit? quid fecit?

10 Insuper dico si *Pragmatica* dicit, quod electio fiat liberè per Ciues, quod verbum importat, ac si esset dictum absque vllo impedimento, absque vlla contradictione, *vt probatur in c. licet Episcopus, de praben. in 6.* & absque alterius requisitione, *vt dicit Anton. Butr. in cap. 1. de off. ord.* Cum Comes prætendit, quod ipse requiratur, & quod ipse habeat facere electionem; quomodo dicit, quod illud est contra formam *Regiæ Pragmaticæ*.

Postremò, quod pragmatica noluerit in hoc consuetum obseruari; considero, quod dum agit de confirmatione, in qua illud obseruari voluit, expressè dixit, quod debeant confirmari per eos, ad quos confirmatio de iure, vel antiqua consuetudine spectat. Si enim illud idem voluisset in præcedenti, dixisset; & sequeretur, quod in omni parte vana fuisset dispositio *Pragmaticæ*, quod ferẽdum non est.

Non desinam etiam dicere, quod nulla posset se tueri præscriptione Ill. Comes, & si illa immutabilis, vel centenaria esset, post quam omnis pręscriptio, & omnis consuetudo in hoc casu esset contra bonos mores, *vt benè probat tex. in l. si quis spontaneos, C. de decurio, l. 10.* prout ad aures Ill. Iudicantis dicetur. Quare ex omni parte remanet fundata intentio Vniuersitatis, aduersus hanc Comitis prætensionem; ita vt nedum ius, sed ęquitas ipsa Vniuersitatem tueri debeat. Cętera, quę multa, ad hanc rem considerari possent, suppleant doctrina, & religio Ill. Iudicantis.

Camillus de Medicis.

a ADDITIO In præsenti causa licet in possessorio fuerit decisum contra has alleg. tamen in petitorio fuit decisum pro Vniuersitate, vt refert *D. Præsid. de Franch. decis. 210. & meminit etiam in decis. 264.*

SVMMARIVM.

1 *Verbum (assignare) præcedente causa habili ad dominij translationem, illam inducit.*

2 *Res data creditori pro æquiualenti pretio, cum pacto de retrouendendo, arguitur data in solutum.*

3 *Pactum vt fructus cum interesse compensentur, contra naturam pignoris est, & conforme dationi in solutum, quæ similis est emptioni, & venditioni, & num. 4.*

5 *Verbum (assignare) à iudice prolatum importat dominij translationem, quia in potiori significatu sumendum est.*

6 *Damnum, quod patitur habens causam ab aliquo, author eius pati dicitur.*

Pro Principe Salerni.

ARGVMENTVM.

Verbum (assignare) quando inducat dominij translationem.

CONSILIVM LXXXVIII.



ADDENDO his, quæ per doctum Collegam allegata fuerunt, dico punctum huius causæ in eo solum consistere, an per assignationẽ domus factam per Regiam Curiam Illustri Principi Bisiniani pro ducatis decem & nouem mille ei debitis, ea lege, vt illam teneat, donec Regia Curia debitum soluerit, & interim interesse non currat; dominium sit translatum, vel pignus constitutum. Et licet ex verbis contractus, & consultationis præcedentis clare non liqueat an sit pignus, vel dominium translatum, quia neutrum exprimitur; tamen considerando verbum (assignare) & causam assignationis, illud in præsenti necessario dominium in Princi-

1 pem transtulit: etenim verbum (assignare) de per se dubium est, quia potest intelligi per translationem dominij, & potest se habere loco pignoris, & custodiæ; verum cum procedit causa habilis, puta debiti, vt nunc accidit, in dubio dominium videtur translatũ. *Bart. hæc omnia tradit in l. si constante, num. 93. ibi Rom. num. 41. ff. sol. matrim. Bald. in l. vbi adhuc, in fine, C. de iur. dot. Ruin. in specie in consi. 162. nu. 19. 5 vol.* loquens de debitore assignante, quod in dubio præcedente causa debiti videatur in solutum assignasse, & dominium transtulisse, *videatur*

2 *rogo quia punctum decidit*, quantitas enim ducatorum decem, & nouem mille Principi debitorum æquiualens tunc pretio domorũ cum pacto redimendi arguit dationem insolutum, *glo. in l. 1. §. 1. de superf. Socc. in l. 1. num. 8. de reb. dub.*

Item

Item postquam inter Regiam Curiam debitricem, & Principem creditorem fuit cõuentum, vt Principi vti frui domibus liceat, easque locare ad libitum posset, & interim interesse non curreret in damnum Curiæ;
3 fructus domorum, qui ex habitatione, seu locatione percipitur cum interesse compensare voluerunt: ex quo pacto videtur potius dominium translatum, quam pignus constitutum; si quidem pactum hoc est contra naturam contractus pignoris, in quo constat fructus non compensari cum interesse, sed sortem extenuare *l. 1. & 2 iC. de pign. actio.*
4 illudque accidit dationi in solutum, quæ cũ similis sit emptioni, & venditioni, in ea fructus cum interesse compensantur, *l. curabit, C. de act. empt.* & proinde facta assignatione domorum cum hoc pacto, magis illam dationem in solutum fuisse, cui hoc pactum quærit, quam pignus de cuius natura contrarium est: quam ob rem propterea Regia Camera consuluit domos Principi assignan-
5 das;& cum verbum (assignare) à Iudice profertur dominij translationem inducit *est tex. in l. arbitrer, ff. de distract. pignor. Rom. in d. l. si constante, num.* 41. & ratio est quia verba Iudicis in decretis intelligenda sunt in potiori significatu *cap. si quem. extr. de sent. excom.* vnde quia verbum (assignare) potest intelligi causa pignoris, & potest transferre dominium, & isto casu erit potius significatum, & quando à Iudice profertur, taliter erit interpretandum: quam ob rem si hæc assignatio domorum per Regiam Curiam facta Principi dationem in solutum induxit, donec curia soluerit, facultas luendi erit in arbitrio Regiæ Curiæ, & consequenter Illu. Principis Salerni ab ea causam habentis; sic enim Regia Curia semper tenuit, & præcipue dum contraxit cum Illustrissimo Principe Salerni, quia ei ins luendi cessit, asserens esse ius luendi, quod erit in facultate venditoris, seu eius cessionarij luere quando voluerit, & si aliter decerneretur, quod imaginari non potest, damnum esset Regiæ Curię, quæ ad omnia damna Principi Salerni teneretur.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Venditio celebrata non dicitur, cum statim sequitur retrouenditio.*
2 *Solutio non dicitur facta, vbi pecunia statim ex pacto restituitur.*
3 *Mulier non dicitur diuertisse, quæ de breui reuertitur.*
4 *Fraus colligitur ex celeritate actuum.*
5 *Simulationis diffinitio.*
6 *Contractus simulatus non est contractus, quia in eo deficit substantia, & est tãquam corpus sine spiritu, & num. 7.*
8 *Contractus simulatus dicitur, cum aliquid fieri dicitur, reuera autem nihil agitur.*
9 *Simulatio dici non potest, vbi casus non existit, propter quem simulatio fieri velit.*
10 *Dominium non transfertur ex contractu simulato.*
11 *Cessio non iuuat debitorem, nisi quoad liberationem.*
12 *Solutio facta priori creditori de pecunia debitoris, non dat locum soluenti prioris creditoris.*
13 *Reemptio resoluit contractum, ac si ab initio celebratus non esset.*
14 *L. licet, C. qui potior. in pignor. habea. declaratio.*
15 *Solutio facta priori creditori sine pacto cessionis iurium non operatur, nec quoad agẽdum, nec quoad excipiendum aduersus secundum creditorem, & soluens remanet posterior secundo creditori, & num. 17.*
16 *Glosæ authoritas in iudicando est maxime attendenda.*
18 *Lex, quæ generaliter loquitur, est generaliter intelligenda.*
16 *Soluens priori creditori sine pacto cessionis, potest à secundo creditore molestari.*
20 *Lex si potiores, C. his qui in priorum creditorum, &c. & l. qui a debitore, ff. qui potior. &c. loquuntur quando est pactum cessionis.*
21 *L. 1. ff. quib. modis pign. vel hypoth. solu. dat possidenti pignora exceptionem aduersus debitorem, non aduersus creditorem.*
22 *Lex cum prior. ff de distract. pigno. declaratio iuxta opin. glosæ.*

In causa Principis Hostiliani.

ARGVMENTVM.

Venditio, & retrouenditio incontinenti arguunt simulationem, quæ impedit dominij ttanslationem, ex defectu consensus; pecunia, quæ soluitur priori creditori sine pacto cessionis iurium, non tribuit soluenti iura prioris creditoris, nec in agendo, nec in excipiendo contra secundum cre-

creditorem, reiecta Pauli, & Negusantij sententia; prodest tamen quoad excipiendum soluenti contra debitorem, cui non tenetur pignora liberata restituere, nisi offeratur pecunia soluta.

CONSILIVM LXXXIX.

DIE 27. Ianuarij 1568. Magnificus Antonius Siluius Baro Contursij, vendidit massariã Lagnani Illustrissimo Principi Hostiliani pro duc. 9000. de quibus duo mille fuerunt soluti magnifico Felici de Ponte, cum cessione iurium in beneficium Principis. Pro restantibus duc. 7000. cauit sibi Princeps, quod conuerterentur in emptionem semper; quæ specialiter remaneret sibi obligata pro defensione, & euictione massariæ prædictæ.

Die primo Iunij 68. magnificus Baro vendidit Terram Contursij pro duc. 11.m. magnifico Marco Antonio Pepe.

Die 22. Iunij 68. volentes dicti magnifici Baro, & Marcus Antonius vti dictis ducatis 7000. non ad effectum destinatum conuertendi in emptionem, sed vt soluerentur magnificis Violanti Spinellę, & Pyrro de Loffredo, qui tot introitus emptos tenebant cum obligatione Terræ Contursij, vt illa à talibus oneribus eximeretur. Simulauerunt duos contractus, emptionis, & retrouenditionis eodem instanti factos, vz. Baro finxit emere de dicta pecunia à magnifico Marco Antonio annuos ducatos quingẽtum nonaginta quinq; cum pacto de retrouendendo, cum conditione etiam, quod in casu reemptionis faciendæ pecunia depositetur in banco, vt conuertatur in emptionem donec libera fiat.

Eodem die 22. Iunij 1568. immo eodem instanti dictus Marcus Antonius similiter simulauit redimere dictos introitus à magnifico Barone pro dictis duc. 7000. qui cum debuissent poni in banco, vt Baro inde emptionem faceret; contentus remansit, quod soluerentur magnificis Violanti Spinellæ, & Pyrro de Loffredo, à quibus Baro redimeret introitus venditos. Et ne ex hoc Marcus Antonius damnum vllum pateretur, promisit Baro omni tempore illum indemnem, & illęsum extrahere; & pro securitate indemnitatis prędictæ, quod prædicti Violans, & Pyrrus cederent corũ iura anteriora dicto magnifico Marco Antonio; nec non, quod sequuta reemptione introituum ab illis, dicti introitus specialiter remaneant Marco Antonio obligati. Quæritur nunc, si Marcus Antonius, qui obtinuit cessionem iurium à magnificis Violante, & Pirro, quibus pecunia prædicta fuit soluta per Baronem pro reemptione introituum venditorum, possit illa vti; postquam retrouenditio est facta Baroni, & solutio de eius pecunia facta.

Secundo, si sic sequta reemptione, introitus reempti specialiter sint obligati Marco Antonio ea prærogatiua, quod cæteris præferatur, *iuxta l. licet, C. qui pot. in pign.*

Tertio, si ex quo (vt prætenditur) pecunia Principis sit soluta Pyrro de Loffredo, & Violãti Spinellæ prioribus creditoribus Baronis Contursij, & si non adsit pactum, quod Princeps in eorum iura succedat; possit & si non agendo, saltim retinendo rem emptam tueri.

Ad primum dico, & pro constanti affirmo, prænarratos duos contractus, emptionis, & retrouenditionis eodem instanti inter prædictos Baronem, & Marcum Antonium initos fuisse simulatos; ex quo enim fuerunt sic incontinenti facti, apparentes fuerunt, sed in mente, & veritate nihil actum. Qui enim vendit, vt statim redimat, vendidisse non
1 videtur; sicut qui soluit, vt statim repetat,
2 soluisse non dicitur, *sing. tex. in l. qui sic, de solut.* & non dicitur diuertisse, quæ statim
3 reddit, *l. plerumque, ff. de rit. nupt. & l. 3.*
4 *ff. de diuort.* Breuitas enim temporis frau-
a dem, 2 & simulationem arguit, *l. si ventri, §. fin. vbi not. de priuil. cred. Bald. in l. pacta nouissima, C. de pact. & Bart. in l. post contractum, ff. de donat.* & in specie, cum contractus modico tempore durat, quod simulatus præsumatur. *in l. 4. §. si ab ignoto, de manumiss. Bart. in cons. 65. Petrus Nicola, num. 2. Afflict. in cap. 1. num. 69. de feud. dato in vic. leg. commiss. Gram. 76. num. 1. & Aym. 153. num. 13.* Et erit secunda species simulationis, quam *Bart.* posuit *in alleg. cons. Petrus Nicola num. 2.* Nam simulatio
5 nil aliud est, nisi actus momentaneus, qui ex conuentione partium consumatur, *Anchar. 227. num. 5.* Immo magis in præsenti propriè simulatio arguenda est, cum contractus emptionis, nec modico tempore durauit; quoniam facta emptione, illicò reemptio fuit sequuta: quo fit, contrahentes in mente non habuisse animum emendi, nec vendendi; sed apparenter hos contractus imaginarios celebrasse, qui nihil sunt, cum nihil sit actum, *l. nuda, de contraben. empt. & l. imaginaria,*
6 *de reg. iur.* Contractus enim simulatus non

est contractus: quia in eo deficit substantia, *Bart. in l. nemo potest, col. 2. vers. quaro an*
7 *renunciatio, de leg.* 1. & est sicut corpus sine spiritu, quia deficit consensus, *inquit Bald. in l.* 1. *C. plus valer. quod agit. & Dec.*587. *nu.* 2. Quare, dico, prænarratos contractus comprehendi sub tertia specie simulationis, quam *Bart.* posuit *in alleg. cons.*2. Et hæc est vera, & propriè simulatio, quando fingitur
8 aliquid agi, sed in veritate nihil agitur, *Socc.* 264.*num.*4. Et licet causa simulandi debeat apparere, ad arguendum contractum simulatum, *l. si maritus, §. fin. qui, & à quib.l. si mulier, §. fin. ff. rer.amot.Loffr.*52.*num.*43. Cum non possit dici actus factus ad euitandum alium casum, nisi probetur ille casus in-
9 stare; & tunc ex præexistenti causa probata, inducitur vrgens coniectura simulationis, *Anch.*227.*n.*2.*& Socc.*264.*n.*2.Ita in præsēti causa simulandi hos contractus ad euitandū casū clarissime apparet; nā Baro nō poterat vti hac pecunia, nisi in emptionem finxit emere introitus à Marco Antonio, qui statim redemit, vt pecuniam destinatam in emptionem solueret Baro Magnificis Violanti, & Pyrro. Quapropter probata causa præexistenti, quæ (vt euitaretur) celebrati fuerunt hi fictitij contractus, probata est causa simulandi; & consequenter non potest negari contractus fuisse simulatos, prout pars aperto ore fatetur. Sequitur inde hanc pecuniam solutam Magnificis Violanti, & Pyrro in reemptionem introituum semper fuisse in dominio Baronis sibi obuentam ex venditione rei suæ Illustrissimo Principi Hostiliani, licet sub conditione illam conuertendi in emptionem; quam conditionem simulando hos contractus Baro, & Marcus Antonius voluerunt reijcere, ea tamen intentione, vt dictis Violanti, & Pyrro solueretur. Idcirco si Baro de dicta pecunia finxit emere introitus à Marco Antonio, qui statim redemit, simulate id fuit actum (vt supra fundaui) & simulatus fuit contractus emptionis, nec dominium introituum emptorum fuit à Marco Antonio in Baronem translatum: nec dominium pecuniæ vnquam à posse Baronis recessit; cum ex contractu simulato,
10 dominium non transferatur, quia in eo deficit consensus, *l. emptor, vbi Bar. de aq. pluu. arcen. Socc.*264. *num.* 4. Adeoquod si Baro soluit Pyrro, & Violanti eius creditoribus, de sua pecunia soluit; non mirum si solutione omnia eorum iura sunt extincta, *instit. quib. mo. toll. oblig. in princ.* & si prædicti Violans, & Pyrrus cesserunt eorum iura Marco Antonio, reemptione sequta per Baronem de sua pecunia, cessio frustratoria est; quia cessio nulla fit debitori, nisi ad liberan-
11 dum, *l. nulla, C. de solut. & Salic. in l.*1.*C. de act. & oblig.* & clarum sit, vt quis possit subingredi in locum anterioris, & eius iuribus vti, principaliter requiri, vt de sua pecunia, non debitoris fiat solutio; alias si cum pecunia debitoris solutio fieret priori, nulla da-
12 retur successio *glo. Bar. cæteriq; ita decidunt in l. aristo, ff. qua res pigno.* tantomagis quia retrouenditio fuit prius facta Baroni venditori, & debitori, quo casu omnia iura fuerunt extincta; & demum extinctis iuribus celsio inutiliter fuit facta Marco Antonio, in quem Pyrrus, & Violans non poterant transferre eorum iura iam resoluta facta reemptione per Baronem, qui redimendo contractum resoluit, & resolutio ad tempus contractus trahitur, & operatur, ac si nunquam contra-
13 ctus fuisset celebratus, *l.* 2. *§. id quoque, ff. de collat. bonorum.*

Ad secundum similiter dico, Marcum Antonium non posse vti prærogatiua specialis obligationis super introitibus reemptis per Baronem, itaquod cæteris præferatur *secundum terminos l. licet, C. qui pot. in pign.* Nā tex. ille procedit quando quis mutuat pecuniam suam alicui, vt emat, vel redimat rem, quæ empta, vel reempta specialiter sibi obligata permaneat; tunc mutuans in illa re præfereretur creditoribus anterioribus: & hoc ea ratione, quia de pecunia mutuantis res empta est, & in dominio debitoris peruenit affecta onere specialis hipothecæ, & cum prerogatiua anterioritatis; quo casu nullum damnum infertur alijs creditoribus, licet anterioribus, qui idem ius habuissent, si debitor rem illam non emisset. At in præsenti Marcus Antonius non soluit de sua pecunia Baroni, vt inde introitus redimeret: sed Baro de sua pecunia soluit; qui si super introitibus reemptis, & in dominio Baronis obuentis, reemptione sequta specialē obligationem in beneficium Marci Antonij contraxerit; nihilominus, creditores anteriores generalem hipothecam super illis, sine dubio præferuntur, *l. generaliter, vbi casus, C. qui pot. in pigno. & l. qui generaliter, ff. eo. tit.*

Ad tertium, licet ex aduerso prætendatur, Illustrissimum Principem posse se defendere aduersus Dominum Villanouam, ex iuribus Pyrri de Loffredo, & Violantis Spinellæ creditorum anteriorū Baronis Contursij; cū ex eius pecunia dimissi sint priores creditores, qui licet nō cesserint eorū iura Principi, nec adsit pactum, q. Princeps in eorū iura succedat; & si nō agendo, saltē retinendo Princeps rem emptā tueatur *per ea, qua voluit Neguf.*

ac

Digitized by Google

de pignor. 3. *memb.* 5. *par. post nu.* 3. Tamen contraria opinio, vti magis communis, & fulcita melioribus rationibus, verior est. *Glossa decidit in l. cum prior, in fin. ff. de distr. pign.* ibi vult, quod secundus creditor non tenetur offerre tertio, seu emptori, cuius pecunia sit soluta primo, si non adsit pactum, quod emptor succedat in ius primi, quia tunc secundus eo potior erit, *l. Aristo, ff. quæ res pignor.* & adeo erit potior, quod emptor nec retinendo possit se defendere: *ita glo. concludit*; cuius authoritas tanta est, vt in iudi-
16 cando ab ea non est recedendum, *Iacob. Butrig. in l.* 1. *in fin. C. qui pro sua iurisd. Opinionem glo. expresse ibi sequuntur, & approbant Bar. Salic. Fulgos. qui sunt luminaria iuris*; & ratio euidens, quia inter cætera requisita, vt tertius cuius pecunia peruenit ad primum creditorem in eius locum succedat; illud principale est, quod fiat pactum, vt in ius prioris subingrediatur, alias secundus eo
17 potior erit, *est tex. in d. l. Aristo, vbi glo. ff. quæ res pigno. & l.* 1. *C. de his qui in prior. cred. loc. succed.* quæ iura simpliciter dicunt, tunc tertium succedere in locum primi quando adest pactum; & si non adest pactum; successio non datur; & si non datur, nec agendo, nec retinendo; quia generaliter, vt loquuntur, intelligenda sunt, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l.*
18 1. *§. & generaliter, ff. de legat. præstand. & l. de pretio, ff. de publici. in rem actio.* maxime quia *tex. in d. l.* 1. *C. de his qui in prior. cred. succed.* expresse dicit: Frustra dari auxilium illius constitutionis tertio, cuius pecunia peruenit ad primum; si per pactum succedendi in locum primi sibi non cauit: quæ verba excludunt penitus omne auxiliũ, tam actionis, quam exceptionis, siue retentionis. Quando enim emptor debitori simpliciter soluit pecuniam, eaque licet perueniat ad primum creditorem; si tamen per pactum noluit succedere in locum primi, videtur voluisse (sequendo fidem debitoris) confidere tantum in obligatione tunc contracta cum eo, qui si pecuniam soluerit creditoribus anterioribus, iura illorum penitus solutione extinguntur, *inst. quib. mod. toll. oblig. in princip.* & quia debitor, vt suam pecuniam soluit creditoribus, nulla potest cõsiderari cessio, sed liberatio, & quietatio, *l. nulla. C. de solut.* & si iura illorum penitus sunt extincta solutione, quomodo tertius emptor sine pacto, ex iuribus eorum iam extinctis possit retinendo se tueri? certe non video. Et quod tertius possessor soluens simpliciter priori creditori poterit à secundo
19 creditore molestari, *est tex. apertus in l. creditor qui prior, §. si tamen, ff. qui pot. in pign.* si enim absque pacto succedendi in locum primi ex solutione eidem facta retentionem seu exceptionem haberet; vtique à secundo creditore non posset molestari: quod negat *tex. in d. §. si tamen.* Inde dico *legem si potiores, C. de his qui in prior. cred. succed. & l. qui à debitore, ff. qui pot. in pigno.* quæ volunt, emptorem posse tueri, si eius pecunia dimissi sint priores creditores; procedere, quia fuit pactum appositum ab emptore, vt pretium solueretur creditoribus anteriori-
20 bus, *vt in dicta l. si potiores expresse iuncta glo. dicitur*; & *in d. l. qui à debitore* aderat etiã pactum vt emptor in ius primi succederet *secundum Bar. ibi.* Vnde asseuero, *Negusantium in alleg. loco, & Paulum per eum falsò allegatum in cons.* 370. *visis actis, quem voluit allegare in cons.* 15. 3. *vol. secundum nouam impressionem*, tenentes contrariam opinionem contra *glo.* magnopere errasse (parcant mihi tanti viri) qui in alium errorem inciderunt, dum allegant pro eorum opinione esse *tex. in l.* 1. *ff. quib. mod. pigno. vel hipoth. solui.* fingitur ibi, *glo. Bar. & Salic. sentire*, tertium, cuius pecunia peruenit ad primum creditorem, posse retinere aduersus secundum creditorem, etiam quod pactum non adsit de succedendo in locum primi. nam medullitus considerando *tex. in d. l.* 1. *iuncta glo.* error *Negusantij, & Pauli* clare perpenditur, vt non dicant, quod ex eorum capitibus voluerunt. Ibi enim deciditur, quod si amicus absentis negotia gerens sua pecunia pignora liberauit, non hoc acto, vt loco creditoris succedat; inquit *glo. in vers. liberauit*, vtilem actionem seruianã non recte desiderari; subdens, quia cessa non fuit: si tamen possidet exceptione doli defenditur. Dicit *ibi glo.* defenditur aduersus debitorem vendicantem pignora, quæ non aliter reddere tenetur, nisi prius sibi detur,
21 quod soluit: & in his terminis loquuntur *Bar. & Salic. ibi.* Adeoquod *tex. in d. l.* 1. *quib. mod. pigno. vel hipoth. sol. vbi glo. & alleg. Doctores* procedunt, quando tertius, cuius pecunia pignora liberauit, illa possidet; ꝙ possit illa retinere aduersus debitorem vendicantem, non autem contra creditorem: *Ita singulariter distinguit, & declarat Fulgos. in d. l. cum prior, respondendo ad tex. in d. l.* 1. Quam solutionem priusquam illum videram, ex dictis iuribus cogitaueram; si quidem facilius datur retentio contra debitorem, quam contra creditorem; cũ liqueat retentionem dari etiam pro debito chirographario contra debitorem, sed non contra secundum creditorem, *est tex. in l.* 1. *C.*

etiam ob thirograph. pecun. Sed *glo. & cæteri Doctores allegati, in dicta l. cum prior, ff. de distract. pignor.* loquntur, non dari retentionem tertio contra secundum creditorem, si non adsit pactum de succedendo in locum primi (vt dixi.) Ita clare loquntur, & ita intelligendi sunt, ne sibi ipsis contrarientur. Pariter *Neguſ. allegat Corneum in conſ. 145. vol. 4 vtrſ. non obſtat, litera 1. vol. 2.* qui *Corn.* non tenet opinionem contra *glo. in d. l. cum prior,* sed tantum dicit, quod si debitor vendit tertio pro soluendo primo creditori, & ex pretio illi fit solutio; quod secūdus creditor non potest auocare rem emptam ab emptore, nisi offerat ei quantitatem solutam primo creditori, allegat *tex. in d. l cum prior, ff. de distract. pigno.* quæ lex intelligitur ibi *secundum glo.* si tertius fecit pactum succedendi in locum primi, tunc enim necessariū erit secundo creditori offerre emptori: sin
2 autem pactum non adest, secundus creditor non tenetur offerre, nec emptor poterit retinere. Dum enim *Corn.* allegat simpliciter *l. cū prior,* voluit illā intelligere, iuxt *glo.* ibi, cū illam non reprobet, nec de ea mentionem faciat: nec dicit *Corn.* dari retētionē emptori cōtra secundū creditorem si non adit pactū. Vt sic possumus dicere *Corneum* sequi opinionem *glo. & Neguſ.* non bene illum considerasse; & proinde opinionē *glo. Bar. Salic. Fulgoſ. & Corn.* communem, & veriorem esse, reiecta penitus illa *Neguſ. & Pauli,* qui hac vice non bene senserunt.

Veruntamen, potuissem hunc punctum in præsenti discutiendum deserere; siquidem Baro Contursij non vendidit massariam Illu. Principi pro soluendo pretio prioribus creditoribus, itaquod vterque id voluisset: quia in hac specie facti loquitur *d. l. cum prior, iuncta glo. ff. de distract. pignor.* & desuper allegata procederent. Sed fuit inter eos cōuentum, quod pretium conuerteretur in emptionem pro securitate euictionis Illu. Principis, quæ emptio fuit simulatè facta per Baronem Contursij cum magn. Marco Antonio Pepe, sed nō simulata respectu Principis, qui simulationis non fuit conscius: nimirū si respectu ipsius hodie existit emptio, & super ea Principi est cautum. Si enim Baro Contursij ex simulata emptione, & reemptione per eum, & Marcum Antonium facta ad illum finem, vt pecunia vteretur, illam soluit prioribus creditoribus; vt suam pecuniam soluit peruentam ex simulata retrouēditione introituum, & non vt pecuniam Principis, cui super dicta emptione est consultum. Quamobrem omnia iura priorum creditorum penitus solutione sint extincta, & termini prætensæ retentionis in præsenti non militant. Quam reemptionem in eum casum posset Princeps prætendere (si vera esset opinio *Neguſ.*) quando ipse ex pacto soluisset pretium creditoribus anterioribus Baronis Contursij, & non esset sibi consultum super emptione facta cum eius pecunia; quia tunc secundus creditor teneretur offerre emptori pretium solutum primo, *d. l. cum prior.* licet, vt dixi, etiam si id cessaret, communis, & verior opinio est *glo ibi,* secundum creditorem non teneri ad offerendum emptori solutum primo, nec illi dari retentionem, si deficit pactum, quod emptor succedat in locum primi; secundum quam opinionem communem, & veram contra *Neguſ.* iudicandum esse affirmo. Quibus additis, tum quia Marcus Antonius cessione iurium iam extinctorum Pyrri, & Violantis non potest vti, nec similiter gaudere speciali hypotheca in introitibus ab illis reemptis cū pecunia Baronis Contursij debitoris; tum etiam quia Principem non potest defendere per viam retentionis, ex iuribus illorū: optimè iunctis Aulis fuisse iudicatum, & denuò sententiam, qua præstita fuit assistentia Domino Villanouæ contra Principem possessorem, & ad eius instantiam contra Marcum Antonium, confirmandam fore indubitate censeo.

a Adde *latiſſimè Conſil. de Georgio in materia fraudis ad excludendam diſpoſitionem Conſuet. Neap. alleg. 22.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 MAtrimonio contracto nihil in præiudicium dotis potest pacisci.
2 Maritus habendo fidem de dote, habetur ac si dos vere eidem fuisset soluta, quo ad lucra mulieri quærenda, & num. 5.
3 Maritus ex sola promiſſione dicitur habere dotem.
4 Dos promiſſa dicitur vera dos, etiam in materia statutaria.
6 Intellectus ad l. si extraneus, de iure dotiū vt non procedat quando pater ab initio potuiſſet soluere dotem, & non fuit exacta per maritum, & num. 7.
8 Boer. dictum in decis. 32. num. 2. refutatur.
9 Tex. in l. si extraneus, non procedit in hærede patris, qui poteſt conueniri in omnem casum.

Pro

Pro uxore Pauli de Afflicto.

ARGVMENTVM.

MAritus faciens dilationem patri de dote sibi promissa, an habeatur, ac si realiter fuisset soluta; & quid quoad lucra nuptialia spectantia vxori, & in materia statutaria, agitur de intellectu l. si extraneus, ff. de iure dotium, cum duabus limitationibus.

CONSILIVM XC.



PRÆSVPPONIT Magnifica Actrix integras dotes ducatorum octingentũ fuisse solutas Magn. quond. Paulo de Afflicto eius viro, per quond. Christofarum de Taroniti dotantem: siquidem ex instrumento constat, magnificum quond. Paulum in anno 42. recepisse ducatos tercentum quinquaginta in bonis stabilibus, & alios ducatos centum quinquaginta remisit, seu do-
1 nauit; cui donationi, & si attrix consenserit, nihil sibi nocet, cum in sui præiudicium, & dotis diminutionem, nec quicquam pacisci possit, *ad l. de die, l. attilicinus, de pactis dotalibus*, & si consensit, cautè id fecit habens per prius obligata bona mariti, pro residuo tempus indulsit infra annos iam elapsos, & credo iam solutum stante antiquitate temporis; & ita quilibet sani iudicij credere de-
2 bet. Et si vere residuum dotis non constet esse solutum, intellectu iuris censetur solutũ; nam ex quo maritus contentus remansit indulgere tempus habendo fidem de residuo dotis, perinde haberi debet, ac si solutum fuerit, *arg. §. vendita, de verum diuisione, &*
3 *l. quod vendidi, de contrah. empt.* etenim ex sola promissione maritus dicitur habere dotem, *l. cum post, §. si is, de admin. tutor.* id-
4 circo stante statuto, quod maritus lucretur dimidiam partem dotis, intelligitur, & de promissa, *inquit Salicetus in l. si constante, C. de donat. ante nup. Bar. in cons. 133. Statuto Ciuitatis, sequitur Angelus in cons. 26. & eorum opiniones refert Boer. decis. 22. nu. 13.*
5 Marito est imputandum, qui voluit dilationem concedere, eiusque respectu, per quem stetit quominus à principio sibi solueretur dos, pro soluta haberi debet quo ad lucra mulieri quærenda, *sic dicit tex. in §. fin. auth. vt exact. in stan dot* maritus enim recipiendo promissionem, videtur sibi satisfactum sicut voluit, *l. non omnis, §. si rem, de pignor. act.* hæc enim dilatio temporis data per virum loco solutionis habetur respectu mulieris, vt possit postea agere soluto matrimonio contra hæredes mariti, *singul. decidit Paul. in l. si socer, §. lucius, num. 3 & ibi Hercula soluto matrimonio*. Nec obstat non
6 esse imputandum marito, cur patrem non vrserit, *per l. extraneus, ff de iur. dot.* & ad hunc *tex. vide Vrsil. ad Affl. decis. 242. D. de Franch. decis. 424.* Nam *tex.* ille per prædicta non procederet, cum maritus fidem habuerit de dote, quo casu soluta dos dicitur. Secundo *tex.* ille procedit, quando à principio pater non sine magno eius incommodo potuisset soluere dotem: & tunc militant verba, & ratio *tex.* quis Iudex audiet proprijs auribus dicentem mulierem cur patrem non vrserit; quasi contra pietatem esset molesta-
7 re patrem onustum: sed quando à principio est soluendo, & commodè potuisset soluere dotem, tunc si differendo maritus exigere, euasisset non soluendo eius culpa, sibi imputari debet, ita limitatur *d. l. si extraneus, per tex. in l. nupta, §. quoties, à contrario sen. solut. matrim. & ibi in specie Paul. videatur, & in l. si maritus, §. 1. sol. matrim. quod dictum Paul. diligenter est notandum secundũ Alex. in d. §. quoties, sequitur Campeg. in tract. de dot. par. 2. quæst. 77. & Hercul. in d. l. si marito, §. 1. & in l. si socer, §. lucius*
8 hæc enim opinio verior, & æquior est: quidquid *Boer. dicat in decis. 329. num. 2.* vbi ex mente *Dini, & Cumani in d. §. quoties*, sensit contrarium; nam *prædicti Doctores* generaliter loquuntur negligentiam viri in non exigendo dotem à socero sibi non nocere, idque generaliter verum est: sed non distinguunt si à principio pater commode soluere potuisset, *prout Paul. de Castro cum alijs distinguit, & optime fauore dotis concludit*. Præ-
9 terea *tex. in d. l. si extraneus* limitatur, nam si marito non imputaretur cur patrem non conuenerit; tamen imputabitur negligentia, si hæredes patris non conuenerit, *l. ob as, §. fin. vbi Bald. de pactis dotalibus, & in d. l. si extraneus, glos. in d. l. si socer, §. lucius, in verb. rediturus, in fin. Bald. nouell. in tract. de dot. par 8. priuil. 24. quos refert, & sequitur Boer. in alleg. decis. 329. post nu. 3.* constat enim patrem dotantem mortuum esse in anno 43. à quo tẽpore post potuisset maritus agere contra hæredes, & eorum bona, qui tunc erant soluendo; nimirum si non egit negligentia, & culpa imputari debet.

Hæc sunt currenti calamo scripta, vt Sacrum Consilium cognoscat clara iura huius Actricis, & quam bene Magna Curia bis in ipsius fauorem iudicauerit, præstando sibi assistentiam, quam confirmari debere in re tam clara non dubito, & si essemus in dubio pro dotibus est iudicandum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alimentorum, etiam si sit annuū cum præfinitione temporis, cum vita finitur.*

2 *Legare alimenta vxori, vel ipsam relinquere dominam, & patronam, quando filij extant, idem est.*

3 *Legatum annuum pro anno primo purum, pro sequentibus vero conditionale erit; & proinde non transmictitur: limitatur tamen dupliciter, num. 5. & 6.*

4 *Legatum conditionale non est transmisibile.*

7 *Legato annuo facto annus ceptus pro completo habetur, & exigi, & transmicti potest, num. 8.*

9 *Legatum alimentorum per promissionem, & liquidationem ipsorum ab hærede factā non alteratur.*

Pro Marchione Vasti, cum Domino Ioanne de Aualo.

ARGVMENTVM.

Legatum alimentorum ad hæredes non transmictitur, an idem procedat in legatis annuis, & quid in legato conditionali.

CONSILIVM XCI.



VT cognoscatur, quam iniuste Ill. Don Ioannes petat alimenta residui anni post mortem Illustris. quond. Marchionissæ Vasti, distinguendo duos casus, foleclarius id liquebit.

Primus est, quando legantur, seu alio mo-
1 do debentur alicui alimenta; non est dubium isto casu alimenta cum vita finiri, *l. cum hi, §. modus, ff. de transact.* illico enim, quod deficit persona alimentarij, causa præstandi alimenta limitata ad vitam, extinguitur, *l. firmio, §. fin. ff. quando dies leg. ced.* indè legatum annuum, quod sui natura si est cum præfinitione temporis transmittitur ad hæredes; si tamen erit ex causa alimentorum, non transmittitur, *l. si eum præfinitione, ff.*
2 *quando dies le. ced.* Et in hoc aduertatur idē esse si maritus legat vxori alimenta, vel si illam dominam, & vsufructuariam relinquit; quia existentibus filijs, nil aliud nisi alimenta consequetur, *l. titium, §. titia cum nubere t. & ibi Scribent. de leg. 2.* adeo quod dum Marchio relinquit Marchionissam dominā, & vsufructuariam, perinde erit ac si ei alimenta reliquisset, quæ per eius mortem extinguntur.

3 Secundus casus est, quando fit legatum annuus soluendum in singulos annos, seu singulis annis, seu quot annis; & tunc hoc legatum plura continet legata, quot erunt anni; quia pro primo anno legatum erit purum, & pro sequentibus conditionale; & si in sequentibus annis legatarius decesserit, legatum non transmittet, *l. si in singulos, ff. de*
4 *an. leg.* quia quando legatarius moritur pendente conditione, non transmittit legatum ad hæredes, *l. vnica, §. sin autem sub condi-*
5 *tione, C. de cad. tollen.* Idque duobus modis limitatur, Primo, quando legatum annuum fieret cum præfatione certi temporis; nam tunc transiret ad hæredes, si non esset factum causa alimentorum, *d. l. si cum præfinitione, ff. quando dies leg. ced. de quo Bart. ibi facit festum, dicens illum tex. distinguere omnes leges de hac materia loquentes.* Secundo limi-
6 tatur, quando testator gratia hæredis gratuiti diuiserit legatum in præstationes annuas, tunc vnum esset legatum, & ad hæredes trāsiret, *l. firmio, §. fin. vbi glo. & l. nec semel, vers. idem celsus, ff. quando die. leg. ced. hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Ias. in l. si stichum, §. si stipulatio, num. 4. ff.*
7 *de verb. oblig.* & in his legatis, quæ debentur in singulos annos, vel singulis annis, clarum est annum ceptum haberi pro completo,
8 ve si intra annum legatarius decesserit, pro toto illo anno illud annuum legatum ad eius hæredes transmittit, *l. in singulos, ff. de ann. leg.* & ratio est, quia in initio cuiuslibet anni dies huius legati cedit, *l. nec semel, ff. quando die. leg. ced.* & hoc non solum quoad trāsmissionem ad hæredes, *d. l. in singulos*, sed etiam quoad petitionem, & exactionem dicti legati, quia in initio cuiuscunque anni legatarius habet facultatem illud exigendi,

l. 1.

l. 1. C. quando die. leg. ced. & si in ingressu anni annuum legatum est soluendum, non est mirum si anno cœpto legatarius moritur, annuum legatum tunc sibi debitum ad eius hæredes transmittet.

Ex hac enim distinctione veritas clare colligitur, iniustam esse petitionem Don. Ioannis; nam allegata per eum procederent in secundo casu, quando Marchio Vasti legasset Marchionissæ eius vxori aliquod annuum in singulos, vel singulis annis soluendum, quia tunc annus cœptus haberetur pro completo; sed nos non loquimur in hoc secundo casu, sed in primo, postquam Marchio non legauit vxori annuum legatum, sed legauit tantum alimenta, quæ statim cum vita

9 finiuntur: & in hoc simplici legato alimentorum, quia vnum est legatum, & quia alimenta menstrua debentur, & quandoque dictim, *l. fin. ff. de agn. lib. & l. pecunia, in fin. vbi Bar. ff. de alim. & cib. leg.* non potest considerari annum ceptum haberi pro completo, sicut consideramus in annuo legato; quia alimenta præscriptam habent legem, vt in tantum debeantur, in quantum durat vita alimentarij, *d. l. cum hi, §. modus, de transactio.*

10 Nec dicatur Marchionem Piscariæ filium promisisse pro alimentis Marchionissæ matri annuos ducatos tres mille in tribus tertijs soluendos: nam hæc non fuit noua promissio, sed exequutio, & liquidatio alimentorum per Marchionem Vasti eius vxori relictorum, quæ nihil adidit legato alimentorū; sed hæc liquidatio, seu exequutio eandem naturam legati alimentorum sortitur, quæ cum vita extinguuntur, *l. si stipulatus, ff. de vsur.* & proinde cum clarum sit Marchionissam Vasti alimenta habuisse pro ratis sibi debitis vsque ad horam mortis; vana quidē, & sine dubio pro residuo anni post mortem redditur prætensio partis.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni reginali de proprio facto credendum est.*
2 *Beneficia Principum latissime interpretanda, etiam si fiant ad partis petitionem quando adest clausula (motu proprio) & num. 3.*
4 *Dictio (siquidem) resoluitur pro (quia) & est affirmatiua, non conditionalis.*
5 *Sequentia cum præcedentibus sunt concordanda, maxime ne repugnantiā contineāt, & num. 6.*
7 *Dictio (hactenus) prout (iuxta) & similes posita in priuilegijs non importāt conditionem quando Princeps ex certa scientia disponit.*
8 *Pura dicitur dispositio purificata conditione.*
9 *Fundus concessus ad vsum dicitur concessus quoad proprietatem, scilicet si concedatur fundus ad alimenta, & num. 10.*
11 *Concessio facta pro vsu, & pascuis animaliū importat proprietatem.*
12 *Verba, quæ respiciunt commodum concessionarij non arctant concessionem.*
13 *Contractus strictam admittunt interpretationem, secus autem beneficia Principum, & num. 14.*
15 *Verbum (concedimus) donationem importat.*
16 *Verbum (habere) importat dominium, & propterea non videtur habere, qui tenetur restituere, & num. 17.*
18 *Concessio facta alicui, quod sine impedimento vti possit re concessa dat dominium.*
19 *Dictio (aliqua) verificatur etiam in minima parte.*
20 *Franchum dicitur, quod nullam solutionē, & nullum onus substinet.*
21 *Possessio interpretatur concessionem.*

Pro Vniuersitate Cirignolæ.

ARGVMENTVM.

Concessio facta motu proprio, etiam quod præcesserit partis petitio, plenissimam admittit interpretationem; concessio rei ad vsum, aut ad alimenta, vel pro vsu, & pascuis animalium, importat cōcessionem plenæ proprietatis: & de natura dictionis (siquidem, hactenus, prout, & similium) ac de verbis (concedimus, habere, & alijs) quid importent.

CONSILIVM XCII.



POSTQVAM nunc agitur iudicium petitorum inter Vniuersitatem Cirignolæ, cum Ill. Comite Sancti Angeli circa integrum quartum vulgo dictum *della Cirignola* clarissime liquet ex concessione

Secundæ

Secundæ dominium illius esse Vniuersitatis; & proinde Comitem partem illam, quam iniuste possidet, cogi ad dimittendum vna cum fructibus indubitati iuris erit.

Narrat Regina in sua gratiosa concessione merita, & inconcussæ fidelitatis constantiam Vniuersitatis, & hominum Cirignolæ, damna realia, & personalia, quæ pro fidelitate seruanda supportarunt; ex quibus eos pristinis diuitijs diminutos suo præsidio dignos, & benemeritos esse putauit. Idcirco eidem ex certa scientia, & motu proprio tria gratiosè donauit. Primum remisit vnciam vnam, & tt. 10. de summa generalis subuentionis, & collectæ vnciarum trium, & tt. 10. Secundum in augmentum plenioris gratiæ voluit, quod messores quicunque singulis annis in perpetuum venientes ad metedum fruges in territorio Cirignolæ tempore messium sint immunes à iure Startiæ, seu Iornalium per eos debitorum gabellæ baiulationis, idque facit intuitu fidelitatis hominum dictæ terræ, quos erga eam claruisse didicit. Tertium concedit quartam partem territorij eiusdem terræ, & est id, de quo nūc agitur per hæc verba. *Caterum, quia prout expositio Vniuersitatis nobis facta continet, plenariè didicimus, quod Vniuersitas, & Homines ipsi asserunt habere quartam partem territorij dicta Terra pro vsu, & pascuis animalium, sine solutione aliqua nostra Curia prastanda. Nec non & Mezzanam pro vsu bobum domitorum, secundum vsum, & consuetudinem antiquatam. Intendentes propterea cum eisdem benigne agere, ac etiam gratiosè volumus de certa scientia eidem Vniuersitati, & Hominibus concedimus, quod iuxta dictum antiquum vsum, & consuetudinem antiquatam Homines ipsi dictā quartam partem territorij, atque Mezzanam, si quidem in possessione fuerint, & ad præsens existant, habeant eisque fruantur de catero in futurum, eo modo, & forma, quibus illis hactenus vsi sunt, & sic eis obseruari intendimus sine impedimento quocunque.*

Ex hac enim concessione duo correlariè infero. Primum Reginam hanc donationē fecisse ex certa scientia, & motu proprio ob merita Vniuersitatis, cum ipsa sic asserat, &
1 eius assertioni, quia de proprio facto agitur, standum est *Clem. literis, ibi glo. in verf. fecisse, in fine, de probat. Andr. in c. sanctimus, in fine, quo tempore miles*, eaque in beneficium Vniuersitatis latissimè interpretanda erit, *glo. Paul. & alij in l. beneficia, ff. de con-*
2 *stitut. Princip.* Quod procedit etiam si gra-
3 tia fieret ad partis petitionem, stante clausula motus proprij; quæ operatur, vt gratia licet non petita, fuisset concessa, *Bald. in cap. nisi specialis, col. 2. verf. pone in literis. de officio deleg. Dec. conf. 51. post num. 2. verf. ex quibus datur intelligi.*

Secundum, respectu quartæ partis Territorij concessi, Reginam plenariè didicisse, & se informasse Vniuersitatem possedisse quartam partem, vt asseruit; nimirum si illam concessit. adeoquod Regina noluit stare soli assertioni Vniuersitatis eā possedisse, sed ab alijs se informauerat, ex illis verbis (plenariè didicimus) quæ apertè demonstrant certò illud scire. Vnde si dictam quartam partem Vniuersitati, & hominibus concessit, licet subiungat illa verba (si quidem in possessione fuerint, & ad præsens existāt) verba hęc conditionem non arguunt, sed potius affirmant possessionem in posse Vniuersitatis; quia dictio (siquidem) est affirma-
4 tiua, & non conditionalis; vt intelligatur, siquidem, pro (quia) *l. videamus, ibi glo. de in lit. iur. & l. qui cum tutoribus, §. ei qui, ff. de transact.* Aliter enim si verba hęc conditionem inducerent, quodammodo daretur repugnantia cum verbis præcedentibus eiusdem Reginæ, quæ de hac possessione apud Vniuersitatem fuisse plenissimè certioratam asserit. Si demum Regina sub conditione voluisset concedere (si Vniuersitas possederit) vtique dubitasset de possessione, de qua plenissimè informatam paulo ante fuisse didicit. Et sic quædam repugnantia daretur in verbis eiusdem priuilegij: quæ, vt euitetur, concordare debemus verba sequentia
5 cum præcedentibus, *cap. inter dilectos, §. caterum, de fid. instrum.* verba enim debent
6 adiuuari ne repugnantiam contineant, *Bar. in l. fin. §. idem quæsiuit, num. 4. de cond. indeb. Dec. conf. 168.* Idque clarius ex sequentibus verbis concessionis, colligitur in illis verbis (de cætero fruantur, eo modo, & forma quibus hactenus vsi sunt.) Hæc enim verba præteriti temporis indicatiui, præsupponunt possessionem apud Vniuersitatem, & illa dictio (hactenus) sicut illæ (prout, iuxta, secundum) & similes in priuilegijs positæ, eum de re certa Princeps disponit, vt in
7 præsenti; non stant conditionaliter, sed causatiuè exponuntur, pro (quia) *cap. Abbate Sancti Siluani, de verb. signif. Rom. conf. 336. num. 6. Aret. conf. 71. vtilis verf. circa secundum, & Gram. late decis. 59. num. 22.* quasi Regina informata, quod Vniuersitas semper possedit quartam partem, illam ei gratiosè concessit.

Sed quorsum hæc tractaui? si constat Vniuersitatem antiquitus semper possedisse? in tantum, quod si concessio fuerit conditionalis,

nalis, prout non fuit, data possessione, & sic
8 purificata conditione, ab initio pura fuerit concessio, *l. necessario, §. quod si pendente ff. de peric. & comm. rei vend. & l. pecuniam, vbi notat. si cer. pet.*

His ergo præhabitis nunc clare videbimus, Reginam dum Vniuersitati concessit quartam partem Territorij pro vsu, & pascuis animalium; non vsum, vt Aduersarius figurat, sed plenam proprietatem concessisse. Vtq; facilius id demonstrem duos casus considero, *secundum Curt. iuniorem conf. 38. num. 4.* Primus erit quando conceditur vsus, vel vsusfructus in fundo; & tunc non proprietas, sed vsus tantum, seu vsusfructus conceditur, *l. 1. ff. de vsufr. leg.* & hic non est casus noster. Secundus, erit quando concedi-
9 tur fundus ad vsum, seu ad vsumfructum, & tunc quia præcedūt verba concessionis fundi, plena proprietas data censetur, *est tex in l. donationes, §. si species, ibi Bar. Rom. caeteriq. ff. de donat. l. titia testamento, §. titia cum nuberet, ibi, ad vitæ vsum, iuncta glo & optime Baldus de leg. 2. glo. in l. si mulier, ibi Salic. Bald. caeterique C. de iur. dot.* Inde fit si legetur fundus ad alimenta, proprietas
10 est legata transmissibilis ad hæredes, *l libertis ibi, pleno dominio hæc habeant, ff. de alimen. & cibar. legat. & l. cum hi, §. si vni, ibi Scriben. de transact. & l. species, de aur. & arg. legat. Napod. in consuet. viro mortuo, in ver. uxore superstite, num. 58. Guid. Papa decis. 525.* Et cum donatur res ad vsum, quod proprietas sit donata, *Bald. in l. 2. num. 10. C. de inoffic. donat & l. 1. in principio, C. de fruct. & lit. expens. Rom. cons. 229. in fine, Alex. cons. 223. in fine, lib. 2. sequitur Dec. 262. post num. 9. Ias. cons. 27. num. 3. lib. 1. Bertr. 233. lib. 2. Ias. in l. fin. nu. 3. C. de legat. & plenissimè in vsibus feudorum num. 105. Iacob. de feud in ver. in feudum, nu. 18. Cremens. sing. 34. Napod. in consuet. si qua moriens, in ver. ad vsum, ante nu. 42. Cepol. de seruit. vrb. præd. cap. 4. nu. 4. Paris. cons. 21. num. 36. & seq vol. 2. Franc. Marc. dec. 870. num. 7. 1. par. & tandem Caualcan. qui alios cumulat in tract. de vsufr. mulieri relicto, num. 78. car. 229.* Et in concessione facta pro vsu, & pascuis animalium, quod do-
11 minium sit translatum, sic alias fuisse decisum, *refert Capic. qui hæc omnia non vidit in decis. 188.* & ratio est, quia cum præcedant verba concessionis fundi, licet postea subsequantur verba (ad vsum pascui, ad alimenta,
12 & similia) ex quo in futurum respiciūt commodum concessionarij, concessionem non arctant, nec minuunt, *l. titio, in principio, ff. de con. & demonstr. l. libertis, ibi Bar. n. 3, vers. sed iste modus, de alim. & cibar. legat. Bald. in d. l. si mulier, post nu. 1. vers. pone, C. de iur. dot. Alex. 223. in fin lib 2* Etenim verba illa (ad vsum pascui) causam cōcessionis demonstrant, *l. cum alimenta, in fine, C. de alim. & cibar. legat. l. 2. in fine, ff de donat. glo. in l. si mulier, in fine, C. de iur. dot.* & stāt demonstratiuè, non taxatiuè, *Bald. in*
13 *rub. de iure emph.* Et sic hæc omnia procedunt in contractibus, in quibus stricta fit in-
13 terpretatio, *l quicquid astringendæ, de verb. oblig.* & in legatis, in quibus quod minimum est sequimur, *l. nummis, & l. si ita scriptum, de legat. 3.* cum disponens præsumatur minus grauare hæredem, quam possit, *l. vnum ex familia, §. si rem, de leg. 2.* quanto magis militabunt in gratiosa Principis concessione ob merita facta? in qua ad beneficium concessionarij latissima fiet interpretatio,
14 *l. fin. ff. de constit. Princip. Ias. in specie in alleg. cons. 27. num. 3. lib. 1.*

Præterea quamplurima verba priuilegij, dominiū in Vniuersitatem fuisse translatum arguunt. Considera illud verbum (concedimus) quod de sui natura in dubio donatio-
15 nem importat *Soce. iun. cons. 102. num. 12. vol. 2.* est enim verbum latæ significationis comprehendens dominij translationem, *Bar. in l. vxori, §. fin. de legat. 3. Alex. in l. à titio, nu. 7. ff. de verb. oblig.* Item illud verbum (quod Vniuersitas, & homines habeant quartam partem) verbum (habere) ex propria significatione dominium significat, *l.*
16 *habere duobus, ff. de verb. signific.* Hinc est quod non videtur quis habere rem, quam alteri restituere tenetur, *Paul. in l. plane. §.*
17 *quod si rem, num. 4. de legat. 1.* pariter verba (quod dicta quarta parte Vniuersitas fruatur sine impedimento aliquo) dominiū demonstrant; quia libera censetur facta concessio Vniuersitati, quo casu proprietas con-
18 cessa erit, *pulchre Dec. cons. 41. num. 2.* & verbum (fruantur) non pertinent ad vsum, sed ad vsumfructum formalem, & causalem, & sic ad dominium, *l. vtifrui, ff. si vsufr. petat.*

Nec dicatur prædicta vera esse si Regina motu proprio concessisset quartam partem territorij pro vsu, & pascuis animalium; tūc enim fatetur aduersarius dominium fuisse translatum. Verum id fecit ad petitionem Vniuersitatis, quæ cum asseruerit habere quartam partē territorij pro vsu, & pascuis animalium, sine solutione aliqua Regiæ Curiæ præstanda; videtur ex his verbis Vniuersitatem annuisse potius ius vsus, & seruitutis, quam dominij. Sed rectè considerando hanc assertionem Vniuersitatis, tanto magis dicemus

mus dominium eam habere. Ipsa enim asseruit habere quartam partem territorij: Dũ dixit (habere) dominiũ,& possessionẽ habere fatetur, *l. habere duobus, ff. de verb. signi.* Dũ dixit (habere pro vsu,& pascuis animalium) narrauit modum vtendi in eius beneficium, qui non restringit præcedentia verba, *l. libertus, ibi Bart. ff. de alim. & cibar. legat. & Capyc. d. decis.* 188. Dum dixit (habere quartam partem pro vsu,& pascuis sine solutione aliqua Curiæ præstanda) exposuit habere territorium francum,& liberum: nam dictio illa (aliqua) verificatur etiam in minima
19 pecuniæ solutione, *§. prater ea intestatus, instit. de fideicom. haredit. glo. in clem. 1. vers. aut earum parte, de for. compet.* & sic territorium nihil penitus Curiæ soluebat: quo casu dicere quod nihil penitus soluat Curiæ, idem est ac dicere territorium francum; quia quod ad præstandam solutionem
20 Regi non tenetur, francum est, *Bal. in cap. 1. in fine. de Capit. qui Cur. vendid.* & si est francum, proprietas erat apud Vniuersitatem; quoniam francum est, quando etiam proprietas est apud eum, qui rem habet, *Bal. in l. si plures, num. 7. C. de cond. insert.* hæc enim fuit assertio Vniuersitatis; cum qua volens Regina gratiosè agere in recompensam tot damnorum ob eius inconcussam fidelitatem passorum, plenissime informata, quod asserebat Vniuersitas esse verum, eidem quartam partem territorij concedendo pro vsu, & pascuis animalium, & quod de cætero fruatur sine impedimento aliquo; plenum dominium in eam transtulit, *iuxt. d. §. species, & superius allegata.* Sic enim concessio hæc propriè intelligitur, sed latius in beneficium Vniuersitatis vt gratiosa concessio, ob merita facta amplianda erit, *d. l. fin. ff. de const. Princip.*

Postremo licet verba huius concessionis sole clariora sint, dominium quartæ partis in vniuersitatem translatum: tamen quando dubia essent (prout clarissima sunt) tam diutina possessio Vniuersitatis liquidata per scripturas, in hoc quarto, vt quarto Vniuersitatis Regiam dohanam nunquam se intromisisse, sicut in tribus alijs quartis Comitis; & Comitem sepius in iudicijs id fassum esse, cũ alijs vt in notula facti; interpretatur concessionẽ, *c. cum dilectus, de consuet. & in c. 1. §. si vero fidelis, de controuer. inuest. Bal. 446. 1. vol.* etenim posterior qualitas possessionis declarat quid fuerit dubiæ intentionis, *l. cum fundus, de legat. 2. l. scie, §. tiranna, ff. de fundo instr.* semper enim illud integrum Vniuersitas habuit: quomodo nunc Comes non erubescit contra tam claram veritatem, & contra tot confessiones partis iudiciales prætendere in hoc quarto habere partem? quamobrem omni ex parte fulget ius Vniuersitatis, ideoque Comitem condẽnandum fore ad dimittendum illam partem, quam iniustè detinet, vna cum fructibus, iuri consonum esse sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Tridentini cap. 6. de reformatione declaratur.*
2 *Clericus fori priuilegio gaudens, qua forma illo priuari debeat, & seculari Curia tradi, ne amplius eo vti possit.*
3 *Clericus propter beneficiorum priuationem, aliasque pœnas, fori priuilegio adhuc gaudet.*
4 *Clerici habent ordinem, qui lato vocabulo sacer ordo nuncupatur.*

Pro Clerico Io. Baptista de Luca.

ARGVMENTVM.

Clericus in minoribus ob delictum à proprio ordinario per sententiam beneficijs priuatus, vtrum pro alio delicto posteà commisso, vt beneficijs exutus à iudice seculari puniri possit. Expenditur locus Sacri Concilij Trid. de reform. cap. 6.

CONSILIVM XCIII.

Reuerendus Ioannes Baptista de Luca in anno 1568. tanquam Clericus beneficiatus per Magnam Curiam Vicariæ fuit remissus ad Curiam Illustrissimi,& Reuerendissimi Archiepiscopi Neapolitani, pro quodam prætenso delicto; de quo demum per dictam Curiam Archiepiscopalem fuit condemnatus ad exulandum, & beneficijs priuatus. Modo dum eadem Magna C. V. pro prætenso homicidio ipsum citauerit ad informãdum, & foriudicãdum, opponitur de Clericatu tam pro parte dicti Reuerendi Io. Baptistæ, quam dicti Illustrissimi Archiepiscopi.

scopi. Et dubium facit quominus causa sit remittenda, vel saltem supersedendum in actu prædicto foriudicationis, *Decretum S. C. Tridentini, sub rubrica de reformatione cap. 6.* vbi videtur tradi regula negatiua in clericis in minoribus quod fori priuilegio non gaudeant, nisi beneficium obtineant; vel incedendo in habitu Ecclesijs inseruiant, vel Seminario, vel Scholis vacauerint. Quare cum ad præsens careat Reuerendus Ioannes Baptista beneficijs, & secundum prætensa per Regium Fiscum in habitu non incessit, nec Seminario addictus reperiatur; merito fori priuilegio gaudere non debeat. Quibus tamen non obstantibus contrarium de iure verum esse, & iudicandum videtur, vt breuiter ex infrascriptis apparet, & ante omnia ne tam maximum obstaculum Tridentinũ
1 decretum facere videatur. dico illud in propositâ quæstione allegari non mereri;
2 aliud namque est loqui in clerico in minoribus, qui nec beneficium obtinuit, nec in habitu incessit, nec Ecclesijs inseruiuit.

Aliud vero in clerico, qui in habitu incessit, Ecclesijs inseruiuit, & beneficia obtinuit; licet propter pœnam delicti illis priuatus fuit per sententiam sui superioris. loquitur etenim dictum decretum in primo casu, vt verba met demonstrant aperte, & ex intentione statuentium colligitur; voluerunt namque colligere voluntatem clericorum ad maiora promouendi, inde in minoribus tantum constitutorum qui vlterius non processerunt, beneficia assumendo, vel alia requisita adimpleruntur, à fori priuilegio respuerunt; ad maiora autem promouendi animum demonstrantes ex supradictis admiserunt: inde effectum est quod dictus Reuerendus Ioannes Baptista ex his omnibus in via ad maiora existens de Ecclesiastico foro, & Ecclesiasticorum priuilegiorum merito dignus effectus per dictam Magnam Curiam remissus fuit. modo si per eius iudicem ad pœnam beneficijs priuatur, non remanet sub terminis Concilij prædicti Tridentini; sed erit casus ommissus, qui secundum Canones iudicari debet.

3 Recurro propterea ad *tex. in cap. cum non ab homine, de iud. ad cap. 2. de pœn. in 6. ad cap. 2. de foro compet. aliaque iura per glo. ibidem allegata*, per quæ datur forma, qua clerici fori priuilegio gaudẽtes illo priuentur, & seculari iudicio subijci debeant; quæ satis distat à prætensis per Regium Fiscum, qui ex simplici beneficiorum priuatione intendit admitti ad id, quod post degradationem, & incorrigibilitatis sententiam sperandum est; cum alias semper sub Ecclesiastica censura, & disciplina remaneant, *ita Abb. in cap. at si clerici, num. 39. & in §. de adulterijs, num. 2. de iudicijs* qui voluit tunc tradendum seculari Curiæ, cum Ecclesia non habeat quid vltra faciat, quod idem *Abb. in d. cap. cum non ab homine, in 2. not.* in minoribus constitutis habere locũ voluit, *exorditur fortius Hostiensis in tit. de immunit. Eccles. vers. in quantum, num. 9. Abb. in cap. Ecclesia, de immunit. Eccles. num. 8.* vbi dant rationem quare priuatio beneficiorum, aliaque pœnæ, quæ clerico traduntur, illum fori priuilegio non priuant; nam pœna suum authorem non debet egredi, & puniretur si quidem Ecclesia, quæ non delinquit si ex pęna clerico infligenda subdito priuaretur; aliaque subdunt pulchra, quæ non recito, *dixit idem in cap. contingit, de ætate, & qualitate, sequitur illam opinionẽ Imol. Fely. cæterique Doctores in d. c. cum non ab homine, & cap. 2. de pœn. in 6. est videre latissime per Ioannes de Vsicis in tract. de immunit. Eccles. num. 49.* & allegare illud procedere in clericis in sacris constitutis, non solum est contra doctrinam tantorum virorum, sed contra expræssa verba *tex. in d. c. cum non ab homine*, vbi dicitur quocunque delicto, & cuiuscunque fuerint ordinis, & apparet etiam ex concludenti ratione; sic enim in clerico *Barb. in cap. cum non ab homine, 2. col. & exorditur latissime Io Bernardus Hispanus in practica crim. cler. cap. 132.* & *tex.* vult vsque ad actum illum procedi antequã subijciatur seculari iudicio. ergo necessario oportet in clerico in minoribus tantum adhuc illam pœnarum graduationem requiri. Et certe si data beneficiorum priuatione ex delicto ad pœnam Ecclesia subdito priuaretur, vel pauci remanerent sub eius imperio, vel nunquam beneficijs clericos priuare oporteret. Nec vnquam accideret aliam pœnam maiorem per Ecclesiam imponi dictis clericis, cum beneficiorum priuatione data alterius fori remanerent; quod falsissimum ex prædictis, & alijs quæ communiter concludunt *Doctores* in dictis iuribus: habẽt
4 enim clerici ordinem, *d. cap. cum contingat*, qui lato supradicto vocabulo sacer ordo nũcupatur *32. distinct. cap. in summa dixit Gemin. in cap. sicut Sacerdotes 2. q. 7. accedant ea omnia, quæ exorditur Gram. in eius vot. 33. per qua &c.* in minoribus constitutos clericos, & in habitu incedentes sepe sepius remisit d. Magna Curia. Nec prætermittam in facto dictum Reuerendũ Io. Baptistam in habitu incessisse, imo in Ecclesijs, diuinisque officijs inseruiuisse; licet contrarium Regius Fiscus prętendat probasse per multos testes,
sunt

ſunt namque teſtes recepti ad Curiæ informationem parte non citata, ex quibus non poteſt ſequi legitima condemnatio cum ſententia foriudicationis cõtra clericũ; cõpetit nãq; aduerſus dictos teſtes defenſio, poteſt contrarium probare, illos repellere, & alia ad clericatus concomitantiam adducere. Erit propterea cauſa ipſa remittenda, vel ſaltim in tam pręiudiciali actu ſuperſedendum: quo fiet, vt Fiſci inquiſitio, & Curiæ Eccleſiaſticę iura ſint ſalua, ſuo loco, & tempore diſcutienda, magis particulariter clerico ad præſens abſente audito.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Fines Curiarum, & plebanatuum non probantur per inſtrumenta emptionum.*

2 *Confines probantur ex pluribus inſtrumentis ſuper antiquo, & num. 6. limitatur ſi agatur contra reum iuſtum poſſeſſorem, & num. 11.*

3 *Decretum Sacri Conſilij in fauorem Marchionis Sancti Elmi ſuper Caſali Balenzani.*

4 *Confinium vnus verificatur per alterum, & alter per alterum.*

5 *Loca adiacentia præſumuntur eſſe illius Ciuitatis, cuius territorio magis adiacent.*

6 *Confines non probantur per verba enunciatiua plurium inſtrumentorum, quãdo eſſet probata fama de finibus ipſis contraria, & ratio num. 8.*

7 *Fama probatur ex verbis enunciatiuis plurium inſtrumentorum, illaque probat in antiquis.*

9 *Opinio generalis in multum antiquis habetur pro veritate, quãdo eſt vniformis apud omnes.*

10 *Verba enunciatiua erronea non probant etiam pro libertate.*

11 *Poſſeſſor iuſtus dicitur, qui non habet contra ſe iuris præſumptionem.*

13 *Titulus, & bona fides cauſatur ex verbis enunciatiuis confinium in inſtrumentis, quamuis talia inſtrumenta ſuper finibus facta non ſint.*

14 *Poſſeſſio præſumitur in dubio ex titulo præcedenti.*

15 *Poſſeſſio præſumitur potius ex cauſa licita, quam illicita.*

16 *Demonſtratio vnica, ſeu ſola non ſufficit in materia confinium, & num. 17.*

18 *Demonſtrationes plures in inſtrumento contenta, ſi ſunt aliqua vera, aliqua vero falſa, numero tamen pares; neutra præualent, ſed redditur res dubia.*

19 *Radice prima infecta omnia alia inſtrumenta, quæ ex ea procedunt ſunt infecta.*

20 *Probatio dubia non releuat probantem.*

21 *Verba enunciatiua in inſtrumẽtis antiquis, vt probent duo requiruntur, & quæ, & quid operentur, num. 32.*

22 *Inſtrumenta antiqua in enunciatiuis ideo probant, quia ex his fama, & communis opinio probatur.*

23 *Fama, vt probet plures requirit authores.*

24 *Scripturæ plures, ſiue inſtrumenta habentia actum non à diuerſis, ſed ab iiſdem perſonis; non vt plures, ſed pro vno haberi debent.*

26 *Inſtrumenta ſi ſint ad inuicem contraria, & incompatibilia, neutri creditur; limita quando alterum iuuaretur maioribus adminiculis, num. 27.*

17 *Sententia vbi ſunt ſcripturæ contrariæ ferẽda eſt contra actorem.*

28 *Adminicula, quæ de iure operari poſſunt, vt potius vni inſtrumento, quam alteri credatur, in materia probationis confinium, aliqua recenſentur.*

29 *Confines illi ſunt attendendi, quos demonſtrauit is, qui vtriuſque fundi dominus fuit.*

30 *Princeps ſi in concedendo caſtro deſignauit fines maiores antiquis finibus, attenditur noua deſignatio, non autem antiqua.*

31 *Probationibus paribus, & iurium obſcuritate, pro reo debet decerni in materia confinium.*

33 *Præſumptiones plures vincunt vnam, & proximiores vero ſunt potiores, nu. 35.*

34 *Veriſimile debet attendi.*

36 *Veritas, & fictio vbi ad eundem finem tendunt, veritas fictioni præualet.*

Pro Barone Canneti, contra Baronem Montroni.

ARGVMENTVM.

QVando probentur confines per verba enunciatiua plurium inſtrumẽtorum antiquorum, & quomodo ex his reſultet fama ſufficiens ad probationem finium; Vtrum vnica demonſtratio ſufficiat ad probandum confines. & quid in pluribus, quarum aliquę

aliquę sunt veræ, aliæ vero falsæ: & in instrumentis contrarijs, & de adminiculis, ex quibus potius sit credendũ vni instrumento, quam alteri.

CONSILIVM XCIV.



AGNIFICVS Baro Montroni Actor ad fundandum intentionem suam contra MagnificumBaronem Cãneti, produxit instrumentum venditionis factę olim in anno 1417. de Castro Luseti per Reginam Ioannam quond. Ioannello Buzzuto; & alterum instrumentum venditionis factæ in anno 1465. per Nicolaum Mariam Buzzutum de eodem Castro: item priuilegium assensus super hac secunda venditione, & alterum priuilegium confirmationis. In quibus omnibus instrumentis, & priuilegijs Castrum Luseti confinatur cum territorio Montroni; dicens, quod territorium Luseti non potest confinare cum territorio Montroni ex alio latere, quam ex loco differentiæ; & quod propterea locus differentiæ debet reintegrari cum territorio prædicto, tamquam occupato per magnificum Baronem Canneti. Quæritur numquid per illa verba dictorum instrumentorum enunciatiua inter alios de finibus, probet Actor intentionem suam.

Videbatur prima consideratione, dicendum, quod sic; nam quamuis *glo. in l. prædijs,*
1 *§. titio, de leg. 3. & in l. cum aliquis, C. de iur. deliber.* dicat per instrumentum emptionum non probari fines Curiarum, & plebanatuum: tamen *Bald. in d. l. cum aliquis, quem ibi sequitur Paul. Saly. & alij,* limitat illam *glo.* vt non procedat, quando essene plura instrumenta super antiquo, prout in
2 casu nostro facientia mentionem de confinibus; quia illa probarent communem opinionem, quæ præsumitur esse vera, & pro veritate habetur, *l. 1. §. 1. ff. de flumin. cum alijs allegatis per Bald. quem etiam sequitur Areti. in cons. 42. & per Bald. est bonus text. in cap. cum causam, extra de probatio. glo. in cap. si Papa, de priuileg. in 6. & in cap. cum olim, in verbo instrumentis, extra de censib.*

His tamen non obstantibus contrarium est verius in casu, de quo agitur; nam magnificus Baro Canneti ad suam defensionem produxit concessionem dicti castri Canneti factam olim in anno 1437. per Regem Alphonsum quondam Iacobo Passarello, & priuilegium confirmationis factæ olim in anno 1470. per Regem Ferdinandũ faciens plenã mentionẽ de concessione pdicta, vbi castrum Canneti confinatur cũ territorio Balenzani: & in tñ Balenzanũ confinat cũ Canneto, vt necessariũ fuerit in anno 1455. per Baronem Canneti seniorem obtinere prouisiones à Rege Ferdinãdo contra homines Balenzani vsurpãtes territoriũ Canneti excedẽdo proprios fines, quæ sunt in pcessu magno. Sicut ẽ conuerso in instrumẽto venditionis Balenzani in anno 1424. in processu reclamationis, inter alios confines descriptos dicitur iux. territoriũ Canneti. Item probauit optime per testes, quod fæudum Zizari est de territorio Balenzani, vt declaratum fuit per sententiam Sacri Consilij, in qua prætendẽs Ciuitas Barensis Casale Balenzani esse sub eius territorio, ẽ conuerso Marchio Sancti Elmi Dominus dicti castri allegauit possidere dictum casale vt territorium separatum, & fecit rubricã articulorum in processu reclamationis, comprehendentem fæudum Zizari sub territorio Balenzani, quod dixit confinare cum territorio Canneti; quod cum fuisset cognitum per Sacrum Consiliũ
3 per Dominum de Franchis fuit decisum lite pendente Marchionem manuteneri in possione territorij prædicti: & etiam constat ex instrumento venditionis fæudi prædicti de Zizaro factæ à magnico Io. Francesco Carductio Ciue Barensi Ill. Marchioni Sancti Elmi, declarando fæudum prædictum esse in territorio Balenzani, in processu reclamationis, produxit insuper duas antiquissimas scripturas loquentes de finibus eiusdem fæudi de Zizaro, in quibus legitur, quod fæudum ipsum confinat cum territorio Canneti, alteram in anno 1277. & alteram in anno 1310. in processu magno.

Ex his enim Baro Canneti plenè probauit territorium Canneti confinare cum territorio Balenzani, idest cum fæudo Zizari, quod est de territorio Balẽzani; & ꝙ Territorium Balenzani scilicet fæudum Zizari confinat
4 cum territorio Canneti: his enim medijs probantur fines vtriusque, quia vnus finis verificatur per alterum, & alter per alterum, *vt habetur per Par. de Put. in suo tract. de fini. faud. cap. si dicatur in inuent. num. 8. fol. 166.* Et si verum est (prout negari non potest) territorium Canneti confinare cum territorio Balenzani de Zizaro, sequitur necessaria conclusio, quod locus differentiæ sit in territorio Canneti; quia territorium Cãneti ex alio latere non posset confinare cum fæudo Zizari, nisi ex loco differentiæ, prout ex inspectione loci fuit ostensum.

Et quinimò si essemus in dubijs, prout sumus in claris, iudicandum esset locum differentiæ

ferentiæ esse in territorio Canneti, tanquam magis adiacente, postquam idem locus est proximior castro Canneti, *l. adeo, §. insula, ff. de acquir. rer. do, & in §. insula, insist de re diuisio. per quæ iura ita in specie ad decisionem finium concludit Alex. ad Bart. in l. si conuenerit, §. si nuda, num. 3. ff. de pignor. actio. Bal. in cap. cum olim, ext. de præscript.* vbi dicit, quod loca adiacentia, præsumuntur esse illius ciuitatis, cuius territorio magis adiacent, *per tex. in d. §. insula.*

Nec obstant in contrarium adducta ex pluribus.

Primo, quia illud q dicit *Bal. in d. l. eū aliquis* probari fines antiquos per verba enunciatiua plurium instrumentorum, non procedit, quando esset probata fama de finibus
6 contraria verbis prædictis enunciatiuis, tūc enim per illa verba non probarentur fines antiqui, *ita Andreas Barb. in addit. ad Bal. in d. l. cum aliquis, de iur. deliber.* & licet hoc dicat sub dubio, tamen pro eius dicto reddi potest ratio satis efficax iudicio meo; nam vt ibidem *Paul. de Castr.* ideo illa verba enunciatiua plurium instrumentorum in antiquis probant fines, quia per illa probatur
7 fama, quæ probat in antiquis *iuxt. not. in l. proprietatis, C. de probat.* Modo quando per testes probatur fama contraria, huiusmodi conclusio procedere non potest; quia fama resultans ex illis verbis enunciatiuis, ener-
8 uatur per contrariam famam, *l. si arbiter. ff. de probat. & reperi. quod Bal. antea tenuerat idem (quod dicit Andr. Barb.) in l. conuenticulam, num. 12. C. de Episc. & Cler.* ibi dicit quod tunc opinio generalis in multum
9 antiquis habetur pro veritate, quando est vniformis apud omnes, nec fit de ea contradictio, *refert, & sequitur Par. in d. tract. de fini. feud. cap. in probatione, num. 166. & colligitur ex dicta decis. Bal. in d. l. cum aliquis,* vbi se fundat in communi opinione hominum, in qua etiam se fundant alij ipsum sequentes. Cū itaque magnificus Baro Canneti probauerit per scripturas, & plures testes formiter deponentes in effectu de contraria fama, scilicet q ab immemorabili tēpore semper fines Canneti fuerunt, prout de præsenti reperiuntur, incluso loco differentiæ: sequitur, quod illa fama resultans ex illis verbis enunciatiuis non habet efficaciam, &
10 quod dicta verba enunciatiua sunt erronea, quo casu non probant, etiam pro libertate, *not. Bar. in l. cum testamentum, in princip. per illum tex. C. de iur. & fact. ignor.*

Secundo, quia id quod dicit *Bal. in d. l.*
11 *eum aliquis*, non procedit quando reus esset iustus possessor, tunc enim non sufficit illa coniecturalis, & præsumptiua probatio facta per Actorem ex illis verbis enunciatiuis, sed plena probatio requiritur *secundum communem opinionem Innoc. Hostien. & Canonistarum in d. cap cum causam, quam in proposito refert. & sequitur Soce. in cons. 194. in fin. fol vol. 2. & Hierony de monte Brix. in tract. de fini. cap. 60. num. 12.* & iustus pos-
12 sessor dicitur *secundum Doct. prædictos* is, qui non habet contra se iuris præsumptionē. cum igitur magnificus Baro Canneti sit iustus possessor, non solum quia non habet cōtra se iuris præsumptionem, verum etiam, quia habet titulum suæ possessionis: sequitur quod nō vendicat sibi locum illa præsumpta probatio, quæ fit ex illis verbis enunciatiuis; habet autem titulum suæ possessionis non solum vigore dictæ concessionis factæ de anno 1417. sed etiam vigore enunciationis illorum finium in instrumentis prædictis de feudo Zizari, & aliarum scripturarum supradictarum; nam ex his etiam causatur titulus, & bona fides, licet super finibus hæc instru-
13 menta facta non fuerint, *secundum Bal. in l. fina. in fin. C. si à non comp. iud. & Par. de Put. vbi supra, cap. quia in materia, in fine, fol 164.* & in dubio præsumeretur possidere titulo præcedente *Bar. in l. 2. de acquir.*
14 *possi.* & potius ex causa licita, quam illicita, *iux. doctr. Bar. in l. non solum, §. sed vt probari, num. 3. ff. de oper. nou. nunciat.*
15 Tertio, quia illa verba enunciatiua non probant intentionem Actoris, nam quatuor demonstrationes enunciantur in scripturis præsentatis per magnificum Baronem Montroni. vna de Sancto N candro. altera de Bitetto, & vtraque est falsa, vt per ocularem inspectionem apparuit in loco. Tertia de Balenzano, & hæc si esset vera non sufficeret ad probandum confinium de Montrone, super quo disputatur, quia præcedunt duæ de-
16 monstrationes falsæ, & vna sola demonstratio non sufficit, *l. forma, ff de censi. Bart. in l. demonstratio falsa, q. 7. ff de cond. & demon.* Tanto magis, quia etiam illa demonstratio Balenzani est falsa, nam tempore, quo fuerūt celebratæ scripturæ ex aduerso præsentatæ, castrum Luseti non poterat confinare cum Balenzano, nisi mediante feudo Zizari, vt super faciem loci fuit ostensum. Vnde pars aduersa cogitur fateri, aut quod illa demonstratio est falsa, aut quod est vera intelligendo, quod feudum Zizari sit de territorio Balenzani: quod si fateatur hoc actor, vtique plene fundat exceptionem rei propter concessionem, quam produxit de Canneto iuxta territorium Balenzani, vt supra dixi.

Et

Et si diceretur, quod ex alia parte, quam
quod ex fæudo Zizari, Lusetum confinat cũ
Balenzano. Respondeo, verum esse inspecto
tempore præsenti, attento quod ab annis 30.
citra Balenzanum habuit in pertinentijs Ci-
uitatis Bari quasdam terras Sancti Nicolai,
quibus mediantibus confinat hodie cum
castro Luseti; verum ab annis centum retro
tempore scripturarum ex aduerso præsenta-
tarum, non poterat confinare, nisi median-
te fæudo prædicto vt plenè fuit ostensum in
loco, & probatum in facto, & clare videtur
ex concessione capituli Sancti Nicolai in
processu reclamationis. remanet igitur falsa
etiam hæc demonstratio de Balenzano mo-
do prædicto.

Nec obstat, quod aliæ scripturæ Luseti
vocant Bitrictum pro confine, quod confi-
nium Bitricti cum Luseto fuit, & est verum;
nam adhuc de quatuor demonstrationibus
duæ sunt falsæ, illa de Sancto Nicandro, &
17 illa de Balenzano. Vnde sola illa demon-
tio de Bitricto nihil operaretur *d. l. forma,
de cens.* Immo si essent aliæ duæ demonstra-
tiones veræ, adhuc res dubia redderetur *se-
cundum Alex. in cons. 73. num. 8. vers. plus
dicit vol. 3.* vbi dicit, quod quando in instru-
mento sunt quatuor demonstrationes duæ
18 veræ, & duæ falsæ; redderetur res dubia, &
non deberent præualere potius illæ veræ,
quam illæ falsæ, *allegat Paul. de Castr. in l.
in testamento quidam, ff. de cond. & demonst.
Idem tenet Alex. in cons. 38. num. 5. vol. 5.
& Paris ibi supra, cap. si in finibus, fol. 169.*
19 & infecta prima radice omnia alia instru-
menta, quæ ab ea procedunt sunt etiam in-
fecta, & non probant *Barbat. cons. 27. num.
13. lib. 1.* itaque propter dubietatem Actor
non fundat intentionem suam, quia dubia
20 probatio non releuat probantem, *cap. in
præsentia, de probatio.* Concedo tamen, quod
si magnificus Baro Montroni accepit fæudũ
Zizari pro territorio Balenzani, quod plures
essent demonstrationes veræ, quam falsæ; sed
tunc incideret in Scillam cupiens euitare
carybdim, quia fundaret exceptionem ma-
gnifici Baronis Canneti, vt supra dixi.

Quarto dicitur ad hoc vt verba enuncia-
tiua instrumentorũ antiquorũ plene probẽt,
duo sunt copulatiue necessaria, pluralitas s.
21 scripturarum, & quod ortum habuerint à
diuersis personis *secũdum Abb. Fely. & alios
in cap. cum causam, de probatio. Socc. cons.
194. vol. 2. col. fi. Florian. in l. in finalibus,
ff. fini. regun. Crauett. de antiquit. temp. 1.
par. fol. mihi 31. à t. nu. 17. & 18. Hierony.
de Monte in tract. de fin. Regni cap. 60. num.*
22 *7. & 9.* & ratio est nam instrumenta anti-
qua in enunciatiuis ideo probant, quia ex
his fama, & communis opinio probatur; quod
probationis genus sufficit vt supra dictum
23 est, fama autem plures requirit authores,
cap. licet ex quadam, de test. cum simil.
vnde non resultat communis opinio quando
instrumẽta ab eisdem personis oriuntur. His
sic firmatis, dico in casu nostro vtrumque
ex istis requisitis deficere, si quidem non
adest pluralitas scripturarum, postquam
scripturæ per partem productæ sunt vendi-
tiones castri Luseti, & assensus impetrati, &
confirmationes eiusdem venditionis, ita vt
effectualiter vna sit scriptura habens ad aliã
24 relationem, & ideo non vere plures scriptu-
ræ dici possunt, sed pro vna haberi debent, *vt
satis notabiliter tradidit glo. in d. cap. licet
ex quadam, in vers. ab vno & in cap. pasto-
ralis, in vers. plures, ext. de rescript. facit
tex. in l. cui fundus, in fine, ff. de cond. &
demon. & docte considerauit Barbat. cons. 27.
num. 13. lib. 1. ponens exemplum in sole, &
arbore habentibus plures radios, & ramos,
& in l. 2. §. non solum, ff. de excus. tutor.* de-
ficit, & secundum requisitum, quia hæ scri-
pturæ non à diuersis personis ortum habent,
sed simpliciter per Dños Luseti huiusmodi
confines enunciantur; itaquod famam pu-
blicam eo tempore ad fuisse non constat, cũ
non apud diuersos homines, sed apud eosdem
tantum hi confines reputati fuerunt.

Quinto ex alio illa verba enunciatiua non
probant, quia aduersus instrumenta actoris
reus produxit alia instrumẽta, quæ sunt ad-
inuicem contraria, & adinuicem incompa-
tibilia respectu loci differentiæ; nam si verũ
est quod territorium Luseti confinat cum
territorio Montroni secundum instrumenta
actoris, non posset esse verum, quod fæudum
Zizari confinet cum territorio Canneti se-
cundum instrumenta rei: sic etiam contra
si verum est, quod territorium Zizari confi-
nat cum territorio Canneti, secundum in-
strumenta Actoris, prout fuit ostensum ad
oculum, sunt igitur in proposito huiusmodi
25 instrumenta adinuicem contraria, & incom-
patibilia, & sic neutri creditur, *l. scriptura,
C. de fid. instrum. per quam ita dicit glo. in
l. optimam, in ver. & melius, C. de contrah.
& comm. stipul. vbi Bald. col. fin. vers. in
tempore sunt duo instrumenta,* infert ex hoc,
quod si instrumentum vnum venit ad fundã-
dum intentionem Actoris, eneruatur per al-
terum in contrarium, & sic Actoris intentio
non fundatur. ergo reus debet absolui, nam
26 isto casu ferenda est sententia contra eum,
qui probare debebat, & non probauit, *vt not.
Cyn. in l. in exercendis, C. de fid. instrum. &*

sequitur Salicetus in d. l. scriptura, num. 4. ac tenet Iacob. Butr. in d. l. optimam, vbi licet *Bal. ex intentione glo.* subdat, hoc pro-
27 cedere, quando alterum ex his instrumentis contrarium iuuaretur maioribus adminiculis; ex quo inter contrarietates est datum arbitrium Iudici, cui magis credatur: tamen dubitandum non est huiusmodi arbitrium facere pro instrumentis rei, quibus adminiculantur fama, notorij fines, verisimilitudo,
28 vicinitas, & antiqua possessio, fama enim in antiquis probat fines *Innoc. in d. cap. cum causam*, fines, & termini apparentes habentur loco instrumentorum, *Bal. in l. 2. C. fin. regun.* verisimilitudo in finibus est attendenda *Paris. vbi supra, si dicatur, fol. 166.* vicinitas ac aptitudo sunt argumenta dominij, *Bal. in d. cap. cum causam, num. 8.* possessio roborat instrumentum, *l. 2. C. de acquir. poss.* & quando est antiqua, facit etiam præsumere ius in re, *l. si quis emptionis, ff. de præscrip. 30. annorum.*

Sexto, posito citra veri præiudicium per illa verba enunciatiua probari, quod de anno 1417. territoriũ Montroni protendebatur vsque ad territorium Luseri iuxta instrumenta ex aduerso producta: nihilominus quia apparet noua concessio facta postmodum à Rege Alphonso in anno 1437. de castro Cãneti cum suo territorio, quod voluit confinare cum territorio Balenzani hoc est cum fæudo Zizari, quod est de territorio Balenzani; vtque fines isti debent attendi, quia
29 Rex erat vtriusque castri dominus, ait enim *Paul. Iurisconf.* eos terminos quantum ad dominij quæstionẽ pertinet obseruari oportere fæudorum, quos demonstrauit is, qui vtriusque fundi Dominus fuit, cum alterum vendidit; non autem eos, qui singulos fundos diuidebant, *l. eos. ff. fini. regun. Et concordat tex. in l. 1. C. eod. titulo.* vbi dixit *Bal.* quod si Princeps alicui concessit castrum, & desi-
30 gnauit fines maiores finibus antiquis, attenditur id, quod nunc est, non autem illud, quod fuit, *& sequitur Par in suo tract. de fini. fau. in cap. pone quod dominus, num. 6 fol. 163. & Hieronymus de Monte Brix. in d. tract. de fin. cap. 21. num. 3. fol. 26.*

Septimo negari non potest, circũscriptis alijs, quin ex prædictis probationes Actoris saltem reddantur dubiæ propter probationes rei, quæ aut præualent aut certè sunt pares; quo casu sententia erit in fauorem rei confirmanda, & Actori perpetuum silentium imponendum: nam data paritate probatio-
31 num, & iurium obscuritate, ipsi reo debent esse potiores in iudicio finium, *cap. ex literis, cum ibi notatis, extra de probatio. cap. cum sint partium, de reg. iur. in 6. & Boerius in decis. 42. in fine.*

Vltimo est considerandum dicta verba enunciatiua non facere nisi vnicam præsum-
32 ptionem; immo, & si plures sint, non haberi nisi pro vnica scriptura: nostræ enim sunt infinitę præsumptiones, immo, & probationes, & efficaces, vt in facto ostendimus, vnde vin-
33 cunt vnicam præsumptionem partis aduersæ *auth. itaque, C. commu. de success. & glo. fin. ibi infin. Bal. in l. non ignorat, num. 5. C. qui accus. non poss.* & nostræ probationes
34 sunt etiam magis verisimiles, debet enim considerari id, quod est verisimile *Dec. in cons. 343. in princ. alleg. tex. in l. fin. ff. quod met. causa, in cap quia verisimile, extra de præsumpt. in cap. licet causam, extra de proba. & in cap. præterea, extra de test.* vnde quod est longe à verisimili est falsitatis imago, *Bal. in l. 1. num. 9. C. de ser. fug.* & præsumptiones proximiores vero sunt potiores, *Bal in d. l. non ignorat. num. 5.* & pari modo
35 conscientia iudicis, quanto est causata ab indicijs proximioribus, tanto est validior, *Bal ibidem num. 4.* Nec non pro nobis adest
36 veritas, pro parte aduersa fictio; & quando veritas, & fictio tendunt ad vnum finem, veritas præualet fictioni *vt est tex. in l. filio. ff. de lib. & posthum.* & leges adaptantur secundum naturæ veritatem, *auth. de fid. instrum, §. quia igitur.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatus verbis iniuriosis se vlcisci potest.*
2 *Prouocatus delicti vera pœna puniri nequit.*
3 *Pro verbis iniuriosis Prætorem adiri de honestate non consuetum.*
4 *Pœna de vindicta ad propulsationem iniuria facta non datur.*
5 *Honor cunctis rebus præponendus.*
6 *Honorem offensum relinquere inultum cuique verecundum est, & alia in materia honoris.*
7 *Offensus non est in plenitudine intellectus, & proinde delinquens de toto non tenetur.*
8 *Delinquens se defendendo qualiter puniatur, & in materia plura.*
9 *Offendere qui se præparat offendere licet.*
10 *Occidens offendentem, licet se non defendendo occidat, de excessu tantum tenetur.*
11 *Insultatus non tenetur nisi de excessu, & quare.*

12 *Per-*

12 *Percutiens primo semper dicitur in culpa.*
13 *Homicidium in dubio potius ad defensionẽ, quam ad vltionem interpretandum.*
14 *Testes deponentes delictum esse commissum defensionis causa probant, licet de credulitate deponant, vel sint domestici, vel coniuncti, vel rationem dicti non allegent; quinimmo pater pro filio quando alios contestes habet, & num. 15.*
16 *Insultatus, & insultans ex quibus coniecturis dijudicetur.*
17 *Vulneratus si percutit, ad sui defensionem percussisse præsumitur.*
18 *Pœna quando ex causa minoratur, tunc corporis afflictiua esse non debet.*
19 *Delinquens se defendendo pro excessu qua pœna plectetur.*
20 *Homicidium culposum cuius sit pœna.*
21 *Insultatus, & percussus sequens percussorẽ, & illum occidens, vti homicida non puniẽdus.*
22 *Rixa durante, idem ira calor durat.*
23 *Defensionem suam non solum suscipere, sed suorum, & extraneorum licet.*
24 *Filius patrem rixantem non defendens punitur.*

Pro Petro Iacobo, & Alexandro Codillis.

ARGVMENTVM.

Prouocatus si delinquat qua pœna veniat plectendus, & an filius patri rixanti auxilium præbens excusetur.

CONSILIVM XCV.



VISA inquisitione formata contra Petrum Iacobum, & Alexandrum Codillos patrem, & filium pro homicidio commisso in persona Iulij Vituli, visisque diligenter testibus: ex pluribus arbitror, partes integerrimi iudicis esse in reuocando sentẽtiam Magnæ Curiæ Vicariæ, qua perpetuo ad remigandum fuerunt condemnati. Et pro clara, & euidenti demonstratione præmitto
1 prouocatum posse se de iniuria vlcisci, & ei esse ignoscendum, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. aquil. clem. 1. de hom. & tex. sing. in l. si adulterium cum incestu, §. imperatores, ff. ad l. iul. de adult. ibi difficillimum iustum temperare dolorem*, per quæ iura di-
2 cunt *Doct.* quod de eo, quod facit prouocatus, non debet puniri vera pœna delicti, *prout ita expresse firmat Specul. in tit. de crim. per mo. excep. oppo. §. in primis, ver. sed quare Paul. de Castr in cõs. 277. in causa in carceratorum, lib 2 Old. cons. 53. consueuit vlt. col. & con. 71. numquid, in prin. Corn. cons. 204. pro decisione in fin. 1. vol.* Quo stante firmiter assero dictos inquisitos esse absoluendos: constat enim in processu patrem inquisitum, antequam Iulium vulnerasset fuisse pluribus iniurijs prouocatum, & grauiter offensũ, vna iniuria verbali dicendo, *cornuto fuergognato*, & duabus realibus, dando ei duas alapas manu aperta; & prædictis non contentus dum dictus inquisitus introiret domum, vt acciperet bastonum, & statim exeundo lapides in eius caput proiecit, ex quorum ictu grauiter fuisse vulneratum, & per viginti dies de eo lætali vulnere sub discrimine mortis fuisse medicatum, vt ex testibus, medici fide, & cicatrice in eius capitem remansa lucide constat: ex quibus apparet ipsum inquisitum triplici offensa fuisse prouocatum. quibus stantibus nemini dubium est dicto inquisito licuisse dictas vituperosas iniurias ei illatas repellere: profecto quilibet homo patientissimus se voluisset, totisq; viribus suis, tales percussiones eijcere, stante iuris regula, vt vim vi repellere liceat;
3 cum ex huiusmodi verbis iniuriosis, tangentibus honorem non consueuit pro conserua-
4 tione honestatis adiri Prætor. Vnde de vindicta ad propulsationem iniuriæ, licet multum excedatur, nulla pœna sequi debet, *ita consulendo exorditur Paul. de Cast. in cons. 277. in causa in carceratorum*, considerans maximè id causa honoris factum esse, quem
5 omnibus rebus præponendum esse quisque sentit, *l. Iulianus, vbi not. ff. si quis omis. ca. test. quem ad hoc ita allegat Ias. in l. repre-*
6 *hendenda, C. de inst. & subst.* Ideoque verecundum esse honorem suum, cuique inultũ relinquere iura testãtur; & alibi crudelis est, qui famam suam spernit & in tãtum honor, & honestas sunt habendi: pretio, quod pari passu cum vita ambulare noscantur. vnde
7 cum inquisitus ipse immenso dolore atrocissimæ iniuriæ, & successiuè alaparum, & vulneris motus, si se defẽdẽdo, & offensas repellendo debitum moderamen excesserit, non fuit in plenitudine intellectus, *secũdum Bal. in cap. 1. §. si quis vero, de pac. iuram. firm. cap. si pœnituerit, §. notandum, 2. q. 3.* ibi inconsultus calor vitio caret; ex quo sequitur ipsum non pro toto facto, sed pro excessu puniri, *ita Abb. in cap. dilecti, num. 8. de excep. Alex. cons. 76. 1. vol. Afflict. decis. 206.*
8 Nam excedendo modum se defendendo non

dicitur dolosus, sed culposus, *secundum Dec. in cons.* 482. *nu.* 15. maxime quia in faciente actu licitum dolus non præsumitur, *Salic. in l. gracchus, C. de adul Iaf. in l. vt vim, nu.* 12. *de iust. & iur.* vnde cum intenso dolore accensus deliquerit, pœna debet omnino temperari, *firmat Abb. in cap. olim.* 2. *col. de rescrip.* immo si se defendendo aliquem occiderit, non dicitur commiĉtere maleficium, *Bal. in l. data opera, num.* 8. *C. qui acc. poss.* & si agressor est mortuus ab agresso, videtur à se ipso occisus, *dicit Abb. in cap. clerici, el primo, de vit. & hon. cler.* Prodest, quod prouocatus ex solo insultu cum armis, & adhuc non percussus, si occidit insultantem non tenetur de homicidio, *ponit Alex. in l. non solum, §. sciendum, num.* 6. *ff. de nou. oper. nunc. sequitur Hipp. cons.* 68. *nu.* 11. immo
9 ex sola præparatione ad offendendum, licet occidere præparantem, *ita decidit Bald. in l. in lege, ff. loc. approbat Iaf in l. vt vim, num.* 9. & qui aliter non potest sine vituperio euadere maxillatam, nisi cum gladio, excusatur, *secundum Bald. in l.* 1. *nu.* 10. *C. vn. de ui, Alex. in cons.* 119. *viso processu*, 2. *col.* 7.
10 *vol.* fortius si occiderit offendentem se non defendendo, tenetur etiam de excessu. *firmat Ant. de Butr. in cap. olim, el primo, ad fin. & ibi Abb.* 10. *col. de restit. spoliat.* Immo si ex animo, & proposito debitum modum excesserit, similiter de excessu obligatur *Alex. in cons.* 140. *col. fin.* 2. *vol. & cons.* 76. *nu.* 4. *lib.* 1.
11 Et ratio quare insultatus non tenetur nisi de excessu, quia quicquid facit, ad sui defensionem fecisse præsumitur, *Bart in l. sed si quacunque, ff. ad l. aquil. Bal. in l.* 1. *§. cum arietes, ff. si quadr. pau. fecis. dic. & in l. si ex pla-*
12 *gijs, §. tabernarius*, inquit semper est in culpa, qui incipit percutere, *Alex. cons.* 119. *lib.* 1. *Dec. cons.* 676. *&* 678. *in princ. Aym.*
13 *Crau. in cons.* 119. *num.* 7. Et in dubio interpretatio faciẽda homicidium potius esse commissum ad defensionem, quam ad vltionem, *Aret. in §. ius autem gentium, num.* 3. *inst. de iu. nat. sequitur Dec. in cons.* 459.
14 *num.* 4. *&* 678. Quæ probatio defensionis in tantum fauorabilis extat, quod ad eius probationem testes de crudelitate admiĉtuntur, qui alias de iure repelluntur, *Alex. cons.* 76. *vit. col. insi.* 1. *vol. & cons.* 109. *eod. vol.*
15 Similiter testes deponentes homicidium esse commissum ad defensionem probant, licet aliam rationem non reddant, *not. Bal. in l. solam, col fin. vers. secundo quæritur, C. de test. Dec. in cons.* 459. *nu.* 6. Et in probando talem defensionem etiam domestici admiĉtuntur. *Dec. in cons.* 469. *num.* 2. & omnes coniuncti tali casu sunt idonei, *Alex. in d. cons.* 119. *col.* 1. *post medium*, 7. *vol. sequitur Aym. in cons.* 119 *num.* 8. Immo frater pro fratre ad ipsum defendendum pro teste admiĉtitur, *Bal. in l. parentes, C. de testib. approbat Alex. in d. cons.* 119. *num.* 5. fortius pater pro fi-
16 lio, quando eius diĉtum cum aliorum diĉtis concordaret, *Ang. cons.* 1. *Alex. cons.* 56. 2. *vol. vlt. col. & cons.* 24. *eod. vol. num.* 22. Et quod in casu proposito vltra testes clare deponentes de prouocatione, præsumatur inquisitum fuisse insultatum, ex forti præsumptione apparet: constat enim mortuum fuisse robustiorem, inquisitum debilem, & senem; quo casu pro inquisito præsumendum, *Cuma. quem sequitur Floria. in l.* 1. *§. cum arietes, ff. si quad. pau. fecis. dic.* tum quia mortuus erat rixosus, inquisitus vero pacificus, & quietus; vnde contra mortuum præsumendum *firmat Veron. in cons.* 1. *num.* 12. & licet in dubio mortuus præsumatur aggressus; hoc nisi contrarium probatur, vt in proposito per testes, & nisi aliud ex præsũptionibus, & coniecturis appareat; quæ omnia in persona inquisiti interueniunt, *secundum Boer. decis.* 237. *num.* 2. & vltra adducta, quod licuerit diĉto inquisito tale homicidium commiĉtere; ex pluribus constat ipsum fuisse in discrimine vitæ constitutum; primo, quod fuit insultatus; secundo, quod Iulius mortuus fuit author rixæ, contra quem interpretatio facienda, *l. quoniam, & ibi glo. ad l. Iul. de vi*; tertio insultum esse factum ab homine robusto, *not. in l.* 1. *C. vnde vi.* quarto mortuum fuisse rixosum, & in-
17 quietum; inquisitum vero pacificum, & quietum. quinto, inquisitum fuisse vulneratum, adeoquod si ipsum percussorem occiderit, præsumitur ad sui defensionem fecisse, *not. in l. si ex plagijs, §. tabernarius, ff. ad l. aquil.* vltimo magnitudinem vulneris illati, *argu. cap. significasti, in fin. de homic.* Quibus existentibus patet fuisse indiscriminine vitæ constitutum, ideoque si ipsum Iulium interfecit, non tenetur, *l.* 1. *&* 2. *C. ad l. Corn. de sicar.* Idcirco stante prouocatione, sequitur maxima causa minorationis deliĉti; & quando or-
18 dinaria pœna deliĉti ex causa minoratur, illa non debet esse corporis aſſliĉtiua, sed pecuniaria, *probat tex. in l. qui ades, & in l. si fortuito, ff. de incend. ruin. nauf. Bal. in l. data opera, C. qui acc. non possunt, Gramm. decis.*
19 8. *num.* 10. *& decis.* 98. *num.* 9. Pro quo excessu proprius non debet imponi nisi pœna pecuniaria, vel relegatio, *ita firmat Azo. in summa de sicar. Cepol. in cons.* 30. *in fi. Gram.*
20 *cons.* 18. *num.* 7. & cum culpa sit commissum tale homicidium, sequitur non posse puniri, nisi exilio per quinquennium, *l. lege*

Cor-

Cornelia, §. cum quidem, ff. ad l, Cor. de sic. Paul. de Castr. in l. 1. vbi Senat. vel clarif. Deci. cons. 9. nu. 3. secundum quam partem ita fuisse decisum, refert Boer. decis. 169 Nec
21 obstat si diceretur, quod inquisitus percussus, fuerit sequutus percussorem fugientem, & ipsum occiderit; nam per hoc non tenetur vt homicida, quia potius culposus, quam dolosus, *exclamat Fely. in cap. dilecti, 8. col. de except. Corn. cons. 204. in fin. 1. vol. Aret. cons. 80. decet in fi. Hippo. cons. 119. num. 11. & cons. vltimo per totum, quod rogo excellentes Iudices videant*; maxime, quod stante tali persequtione apparet in productis, percussorem fugientem proiecisse lapidem in caput inquisiti, & sic adhuc durare animum offendendi: & si forte diceretur, inquisitum
22 iterum repercussisse; dicitur, quod durante rixa, & eodem intenso dolore, quicquid fecerit præsumitur ad sui defensionem fecisse, *Veron. in cons. 65. num. 19.* Ex quibus omnibus stante dicta prouocatione, iniurijs, & & vulnere, ad quæ omnia aduertat religio Iudicantis, indubitanter concludo dictum patrem inquisitum à pœna remigationis esse absoluendum, stāte maximè ætate ipsius annorum sexaginta.

Nec pariter filius inquisitus pœna remigationis plectendus venit, immo ab omni pœna penitus absoluendus vrgenti ratione: Nam constat ipsum non fuisse nec authorē, nec in principio rixæ, sed cum audiuerit rixam videns patrem grauiter vulneratum, & atrociter percussum, filiali amore motus ipsum iure licito defendit: clarum est enim,
23 quemlibet, non solum suam, vel suorum defensionem suscipere, sed etiam pro extraneo, qui est in periculo vitæ, *Bart. in l si quis in seruitute, in fi. ff. de iniurijs*, inquit si quilibet potest me iuuare, & defendere pro rebus, multo magis pro defensione personæ, *idem dicit in l. vt vim, col pen. ponit Dec. cons. 469. in princ.* si pro extraneo, quanto magis pro
24 patre: immo si filius patrem in rixa non defenderit punitur, *ita not. firmat Bald. in l. 1. nu. 17. C. vnde vi.* quo iustissimo filiali amore stante, sine difficultate, saluo semper iudicio cuiusuis rectius, & subtilius intuentis, iuris arbitror ipsum nulla pœna esse plectendum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *IN generali sermone loquentis persona excluditur.*
2 *Promittens dominum defendere contra omnes, non tenetur contra se.*
3 *Cedens omnia iura non videtur contra seipsum cessisse.*
4 *Locatio in iuribus importat cessionem.*
5 *Venditor hæreditatis si est debitor eiusdem hæreditatis conueniri non potest.*
6 *Gabella conductori à locatore non soluitur.*
7 *Bartoli contrarietas in materia solutionis gabellarum.*
8 *Venditor dicitur vendere ius tantum, quod habet.*
9 *Obligatio, & actio in eadem persona non concurrunt,*

Pro Marchione Piscariæ.

ARGVMENTVM.

IN conductorem vtrum transeat ius exigendi dirictus ab ipsomet locatore.

CONSILIVM XCVI.

NON tenetur Illustrissimus Marchio Piscariæ soluere ius releuiorum quod ipse magnifico Pontecorbo ab
1 alijs exigendum locauit; regula enim iuris clarissima est, in generali sermone personam loquen-
2 tis non includi, *l. inquisitio*, a *cum vulgat. C. de solut.* etiam in locatione, *l. quod insulam,*
2 *§. fin. ff. locat.* in tantum quod promittens defendere Dominum contra omnes, non intelligitur contra se ipsum, *glo. in cap. petitio, de iure iur. consimilis in §. contra omnes, vbi Andr. Aluar. caterique, hic fin. lex.* & ce-
3 dens omnia eius iura, quod cessionarius non agat contra cedentem; quia cedens non videtur cessisse contra ipsum, sed contra alios, *est tex. in l. si peculium, §. sicut, ff. de pecul. leg. Bal. in l. 2. C. an seruus ex suo facto, &*
4 *per Dec. in cons. 104. in princ.* locatio enim in iuribus nil aliud importat, nisi cessionem, *l. creditor, de action. empt. & Alex. in cons.*
5 *107. num. 13. 3. vol.* similiter venditor hæreditatis, cedendo omnia eius iura in emptorem, si ipse debitor esset hæreditarius; ab emptore in quem omnia eius iura transtulit, non posset conueniri, *inquit glo. sing. quam omnes ibi sequntur in l. emptor, C. de hæred. vel vend. & Alex. in cons. 149. num. 7. 2. vol.* prædicta enim non alia ratione procedunt, nisi quia à generali sermone persona loquen-
tis

tis semper excluditur, & de extraneis censetur semper cogitatum: taliter quod dum Ill. Marchio ius tappeti locauit, non de se ipso, sed extraneis cogitasse videtur; & sub his generalibus clare casus iste posset decidi. Sed in specie quod non teneatur, *decidit Dyn. in l. licitatio, §. Fiscus, quem Bart. Paul. de Castr. & omnes ibi sequntur, de public.* ibi concludunt quod si Dominus, vel communitas locant gabellam frumenti, deinde dominus locans emit frumentum, quod non teneatur gabellarijs soluere gabellam; quia non censetur concessum, nisi ius quod habebat tantum: sed exigere à semetipso non poterat; ergo nec habens causam ab eo, *eandē opinionem sequitur ibi Alber. dicens Pergami ita fuisse iudicatum, Bald. Salic. & alij in l. emptor, C. de hered. vel action. vend. Alex. in cons. 149. num. 7. 2. vol. Francis. Lucan. de priuileg. fisc. in 4. par. q. 14. & 15. num. 22. & hanc opinionem communem, & veram esse tradit Boer. in decis. 213. qui rogo videatur*, quapropter sileat *Bart.* sibi contrarius, qui consulendo contrarium tenuit, *in cons. 226. Statuto Montis Policiani, cum in d. §. Fiscus* opinionem *Dyni* veram, & ab omnibus approbatam sequtus fuerit: rationem enim super qua *DD.* omnes fundantur,

8 aduertant quæso Domini Iudicantes, si quidem vendens, vel locans, non videtur cedere, nisi ius quod habet *l. si domus, in fin. de leg. 1. & l. qui tabernam, de contrab. empt*

9 sed vendens, aut locans à seipso non poterat exigere, ne videatur sibi pro se ipso obligatus, quod non procedit *l. heres à debitore, §. seruo, de fideiuss.* ergo nec habens causam ab eo, cum conductor censeatur substitutus locatoris, quod sicut à se ipso ius exigendi non habebat, in conductorem non potuit transferre; cum nemo plus iuris in alium transferat, quam ipse habeat: quibus fit postquam Ill. Marchio à se ipso ius Tappeti exigendi non habebat, locando in alium non transtulit; tum quia persona loquentis non includitur, tum etiam quia contra se ipsum cessisse non videtur. Ideirco ipsum ex prædictis non teneri, indubitati iuris esse censeo.

a Adde. *adhunc tex. vide latiss. tradita per Menoch. in 2. responso causa Finariens. num. 75. impresso post tract. de possess.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Gabella, seu exactio imposita per Regem super mercibus dicitur fauorabilis, & quare.*

2 *Extensio an & quando sit facienda in aliquo actu.*

3 *Interpretatio ea facienda est, quam verisimiliter disponens dixisset, si fuisset interrogatus.*

4 *Frumentum si probibeatur extrahi per statutum, an censeatur probibitum extrahi farina.*

5 *Gabella si soluitur de frumento, debet solui de farina.*

6 *Intellectus ad tex. in l. si cui lana, ff. de leg. 3.*

7 *Tex. in l. si cui lana, ff. de leg. 3. non habet locum quando fit mentio lanæ cum signo vniuersali, & procedit in vltima voluntate, & non in contractu, & quare, nu. 8.*

9 *Interpretatio ea facienda est, ne excludatur statutum, & dispositio.*

10 *Gabella si imponatur super frumento, & oleo, quamuis ex oleo fiat alia species, vt ex frumento panis: tamen ex eis adhuc exigenda est gabella.*

Pro Michaele Conilio.

ARGVMENTVM.

Gabella, quæ soluenda est de serico, an soluenda quoque sit de serico contexto; & an prohibita extractione frumenti censeatur etiam prohibitum extrahi farinam, & traditur intell. l. si cui lana, ff. de leg. 3.

CONSILIVM XCVII.



DVM Magnifi. Michael Conilius in anno 69. petijt di rictum caroleni pro qualibet libra serici conuersa, *in trenette, passamani, vernili, & altre opere minute*, quæ extrahuntur vt dirictum spectans ad eius arrendamentum, cum in specie conduduxerit dirictus non solitos exigi: fundatā habet intentionem, quod ex nouiter deductis, absq; dubio decretum reuocari debeat.

1 Constat enim exactionem caroleni pro libra fuisse impositam in anno 1555. bono publico, super omni quantitate serici extrahenda, pro confectione tormentorum ad Regni defensionem, vt ex eo legitur; quo fie fauorabilem fuisse hanc impositionem, & proinde intelligi, & extendi de omni serico, de vernilibus, quæ in effectu serica sunt, eadem ratione attenta, *l. si vero, §. de viro, vbi*

Sers

2 *Scribentes, solut. matr.* Inde *Baldus in l. 1. C. si rect. prouinc. num.* 10. dixit, quod interpretatio extensiua non est aliud, quam interpretatio suppletiua, quando verba deficiunt, sed non ratio; & extentionem fieri *late firmat Bar. in l. omnes populi num* 60. *de iust. & iur.* licet enim impositio fuerit super serico, vernilia sunt tota serica, & in eis factura non est in consideratione, quia minus pratiosum cedit pratiosiori, *l. quicquid, in fine, ff. de acquir. rer. domi. Aret. in §. cum ex aliena, in verbo ab aliqua, instit. de rer. diuis.* quando enim fuit facta hæc impositio, vernilia, cæteraque opera minuta non extrahebantur: immo ab extra Regnum Neap. immectebantur, vt clare probatum est;
3 tunc enim si imponens fuisset interrogatus, de istis, respondisset deberi, *ad glo. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. & Aret. in materia gabella in d. §. cum ex aliena, in fine, de rer. diuis.*

Secundo, iam est probatum tam creuisse numerum artificum quod hæc opera minuta construunt propter lucrum, quod in eo quærunt; quod fabricatores, telæ textores, & alij hanc artem exercent, & ad finem non soluendi carolenum pro libra taliter exercentes fraudant arrendamentum serici, & dohanæ; propter quod ratione fraudis de his vernilibus, & alijs hic directus solui debet:
4 etenim statutum prohibens extrahi frumentum, ratione fraudis trahitur ad farinam, *Bar. in l. quæsitum, §. illud, de leg. 3. Aret.*
5 *in d. §. cum ex aliena, in fine*, & è contra si de frumento soluitur gabella, debet solui de farina, *Beltraeb. de gabella in 8. par. in verbo, 2. loco in 10. quæst. fol. 33. num. 14.* & si de instrumento debet solui gabella, soluetur etiam de apodissa, *Afflict. quæ sint regalia, in verbo vectigalium, num. 52. ad l. si arborem, ff. de seruit. vrba. prædior.* vbi si est imposita seruitus quod non possit tolli edifitium in altū ne luminibus officiatur, nec poterit plantari arbor, quia in altum tendit.
6 Nec refragatur, *l. si cui lana, de leg. 3.* vbi legata lana, non contineri lanam tinctam; quasi pars velit dicere impositionem factam super serico intelligi de serico crudo, & non tincto. nam ex pluribus apparebit illam legem non mereri in contrarium allegari.
7 Primo *d. l. si cui lana* non procedit qn̄ fit mentio lanę cū signo vniuersali omnis lana; nā tunc & lana tincta, & non tincta continetur, *l. pediculis, §. labeo, ibi glo. in verbo debebuntur, qua sic respondet d. l. si cui lana, ff. de aur. & arg.* in præsenti impositio est facta super omni quantitate serici extrahenda, & sic cum signo vniuersali; non mirum si omne sericum tam tinctum, quam non tinctum compræhendetur. *Dynus in prohem. de reg. iuris, in 6.*
8 Secundo, & melius inspecta naturali significatione lanæ appellatione contineri etiam lanam tinctam, quæ non per hoc quod sit tincta, desinit esse lana, *est tex. apertus in l. sed si ex meis, §. fin. ff. de acquir. rer. dom.* adeo quod cum semper fiat mentio de lana, etiam tincta continetur: sed in legato lanæ ex interpetratione voluntatis disponentis, tincta non continetur; non quod ex vi verborum non contineatur, sed quia testator præsumitur minus grauare hæredem quam possit, *l. titio cum testamento, §. qui in vita, de leg. 2. ita glo. respondit, & singulariter dixit in d. l. si cui lana, in princ. in verbo si cui,* quæ glo. clare decidit punctum pro nobis lanæ appellatione omnem lanam etiam tinctam ex naturali significatione contineri; sed considerata voluntatis interpretatione in legato, non contineri. ergo extra legatum, in quo cadit interpretatio voluntatis, in cæteris casibus lanæ, & serici appellatione, omnia tam tincta, quam non tincta contineri, *d. l. sed si ex meis, §. fin. ff. de acquir. rer. domi.*
9 Vltimo prædicta non procedunt in casu, de quo agitur, nam gabella est imposita super omni serico extrahendo, ita quod rei onus est adiectum: licet enim ex serico fiant vernilia, si hæc essent immunia, fraus fieret impositioni; & ratio quæ mouit imponentem fuit de omni serico gabellam exigi. sicut enim statutum imponens frumento gabellam comprehendit farinam ex eo confectam, *secundum Beltraeb. in alleg. loco* sic impositio super serico comprehendet, quod factum est ex serico, maxime quia id in specie *ritus Cameræ* disponit *in tit. de fundiis fragellis. car. 7. à t.* ibi traditur, ꝙ si de filo soluitur ius, & de filo, & serico sit bursa, ꝙ pro rata fili conuersa in bursa soluitur ius; & sic per illum ritum non obstante quod de filo fuerit factum aliud opus, de illo semel subdito semper soluetur. & sic idem dicamus in serico, quod si oneri est subiectum, de eo licet conuerso in vernilio, & alia quæ serica sunt, gabella soluenda erit. Inde iudicatum per Cameram vidimus, & recte quod gabella oleo imposita exigatur ex saponibus pro rata olei ibi conuersa: & in Serenissimo Rege Portugalliæ, qui extraxit tot milliaria biscoctorum, fuit eius ministris iniunctum, quod soluerent tractam pro quantitate frumenti conuersa vltra ius; idque ea ratione,
10 quia si gabella erat imposita oleo, & frumēto, licet ex oleo fiat alia species, & ex frumēto fiat panis, quæ extrahuntur ex illis optima

ma ratione fuit prouisum exigi, *ad quod facit decisio Guid. Pap. 378.* loquens de frumento, & blado prohibito extrahi, vt comcomprahendat farinam, & panem ibi confectum ex eadem ratione. & ante has decisiones in diriĉtibus Regij Fundici,& Dohanæ in anno 1551. in fericis tortis, & manganis, quæ ex fericis fubiectis conficiuntur; idem fuit decifum de eis diriĉtus Regios exigi: immo ex fide Dohanæ apparet femper fuiffe obferuatum, quod licet de vellutis, quæ erãt immunia ius Dohanæ non exigeretur;tamen de burfis, & birectis velluti ius continuo fuit exactum, quia mutata fpecies. fi igitur id liquet de vellutis, quando mutant fpeciẽ; quantomagis erit dicendum hunc diriĉtum exigi de vernilibus,quæ non mutant fubftantiam ferici, fed in eadem fubftantia ferici durant, *l. idem Pomponius, §. fi plumbum, ff. de rei vend.* vt ficut de ferico foluitur, fic de illis.

Quare vndique ius Magnifici Confilei, & Regij Fifci à tempore litis motæ fulget, & proinde in eorum fauorem effe prouidendũ, & decretũm ex noniter deductis reuocandũ fore arbitror.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

2 *CReditores fraudantur, cum debitor patrimonium diminuit, non autem cum id agit, vt non acquirat,& ratio redditur, num. 2.*

3 *Obligatio bonorum, & iurium comprehendit futura, & idem operatur obligatio in iuribus, quod ceffio,num. 4.*

5 *Debitor iuri ceffo, & creditori quafito renuntiare non poteft.*

6 *Decifio tex. in l. qui autem, ff. qua in fraud. credi. procedit in creditoribus chirographarijs, non autem in hypothecarijs,& aliter limitatur, num. 19.*

7 *Renunciatio iuris delati dicitur donatio, fecus in renunciatione iuris quarendi.*

8 *Spes, & iura futura in obligationem incidunt, & in contractum deduci poffunt.*

9 *Fraus fit fifco per eius debitorem ne dum fi donet,vel alienet eius bona;fed etiam fi non acquirat, & hoc non oritur ex priuilegio fifci, fed propter hypothecam, num. 10.*

11 *Fifcus in dubio vtitur iure priuati, nifi in cafibus expreffis, & ratio redditur, n. 12.*

13 *Dos, & fifcus pari paffu ambulant.*

14 *Obligatio omnium bonorum præfentium,& futurorum comprehendit hæreditates in futurum obuenturas incerti hominis, ad inftar pacti de futura fucceffione incerti hominis, quod valet.*

15 *Obligatio bonorum hæreditatis deuoluenda habet tacitam conditionem fi hæreditas deferatur, ficut in renunciatione hæreditatis deuoluenda.*

16 *Renunciatio, & obligatio hæreditatis obuētura incipiunt habere effectum delata hæreditate, velut purificata conditione, quāuis conditio ipfa retrotrahatur.*

17 *Difponens de hæreditate fibi relicta, vt difpofitio valeat videtur iam adiffe.*

18 *Debitor, qui obligauit bona futura, vt obligatio fubftineatur, tenetur acquirere bona delata, alias eft in dolo.*

20 *Ius adeundi vtrum fit ius, vel facultas, an fit in bonis noftris, & ad quem finem, & an poffit obligari, vel cedi, & num. 21. & 22.*

23 *Filius repudians hæreditatem fibi delatam non nocet patri habenti ius vfufructus.*

24 *Abbas repudiare non poteft ius delatum monacho in præiudicium monafterij habentis ius in illo iure.*

25 *Decocti, feu falliti funt ipfo iure priuati adminiftratione fuorum bonorum, & funt inhabiles ad velle, & nolle.*

26 *Ius fideicommiffi, & ius adeundi non poffunt cedi, & ratio pulchra redditur, & num. 27. & 29.*

28 *Iura hæreditaria in alium tranfire non poffunt ex contractu, nifi in illum, cui testator iuffit.*

30 *Procurator ad adeundam hæreditatem conftitui non poteft, quia ex hoc ipfo hæreditas videtur adita.*

Pro Ifabella Iuftiniana.

ARGVMENTVM.

DEbitor vtrum poffit hæreditatem fibi delatam non acquirere in præiudicium creditorum, vel aliter effugere occafionem acquirendi; probatur opinio diftinguentium inter debitores chirographarios, & hypothecarios, etiam contra fifcum, qui in hoc non reperitur priuilegiatus. Declaratur quæ bona, & iura futura veniant in obligatione, & effectus obligationis futurorum; De iure adeundi vtrum fit ius, vel facultas, & cur cedi non poffit;& de filio & Monacho vtrũ poffint

possint renũciare hæreditatem eis de-
latam in damnum patris, vel Abbatis.

CONSILIVM XCVIII.



VÆRITVR si Michael
Brisegna iam decoctus, he-
reditatem quond. Ioa. An-
tonij Soroni sibi pro parte
delatam potuerit repudia-
1 re a in necem creditorum
habentium hypothecam, & præcipuè domi-
næ Isabellæ Iustinianæ eius vxoris, quæ de
dotibus assecurandis agit. Et licet dubita-
tio oriatur ex *l. qui autē. ff. quæ in frau. cred.*
2 vbi non fraudantur creditores, cum debitor
posset acquirere, & non id agit, vt acquirat;
quia illud edictum fraudatoriũ ad diminuen-
tes patrimonium pertinet, & non ad illos,
qui id agunt ne locupletentur, & occasione
acquirendi non vtuntur, *l. 1. §. vtrum, ff. si
quid in frau. patron. l. nemo, §. 1. ff. pro Soc.
& l. non fraudantur, de reg. iur.* Quando
enim quis sibi non acquirit, & alijs, & sibi
insidiatur, *inquit l. 1. §. confertur, ff. de coll.
bon.* Tamen his non obstantibus affirmo hãc
repudiationem non potuisse fieri; siquidem
magna est differentia isto casu inter credi-
tores chirographarios, & creditores hi-
pothecarios. Cum enim loquimur de cre-
ditoribus habentibus hypothecas, quia in
3 obligatione bonorum, & iurium veniunt fu-
tura, *l. fin. C. quæ res pign.* venit etiam obli-
gatum ius delatæ hæreditatis, quod per obli-
gationẽ est cessum creditori hypothecario;
4 cum in iuribus, idem operetur obligatio, q̃
cessio, *glo. in l. fin. C. quan. fis. vel priu.* ni-
5 mirum si iuri cesso, & creditori quæsito non
potest renunciari, *arg. l. si post mortem, §. fin.
ff. de contra tab. Bald. cons. 408. num. 3. 4.
vol. 1.* Adeoquod *d. l. qui autem,* loquitur in
creditoribus chirographarijs, & limitatur
6 nõ procedere in creditoribus hypothecarijs,
*Anchar. in cons. 101 sequitur Franc. Pepius
inter consilia Soce. in cons. 76. vol. 4. Neguſ.
de pignor. 4. par. num. 33. & 41. Paul. de
Castr. in l. legatum, num. 4. de leg. t.* ibi cla-
re vult *d. l. qui autem* procedere in credito-
ribus chirographarijs, & non in illis, qui ha-
berent ius super bonis. & ab hac opinione
Anch. non totaliter *recedit Rip. in l. 1. n. 7.
ff. de pignor.* licet de eo dubitet; tamen dicit
magna est authoritas *Anchorani,* ideo cogi-
tabis: immo idem *Rip. in l. si vnquam, in
21. quæst. C. de reuo. dona.* distinguit inter
renunciationem iuris quærendi, & iuris de-
7 lati. Cui iuri delato quando renunciatur quia
spes est certa, donatio videtur, & tanquam
spes certa erit hipothecata creditoribus; cũ
8 non solum spes, sed, & quæ non dum sunt, sed
futura erunt, in obligationem, & contractum
deducantur, *l. spem, C. de donat. & l. & quæ
non dum sunt, ff. de pignor.*

Nec obstat *Consilium Mariani Soce. 124.
3. vol. tenentis contra opinionem Anch.* nam
discurrendo iura, & rationes *Anchar.* quas
Soce. nixus fuit impugnare, apparebit omni-
no eius opinioni esse adhærendum. Firmauit
enim *Anch.* principaliter suam intentionem
*in l. in fraudem, vers. idemque iuris, ff. de iur.
fis.* vbi fit in fraudem Fisci, non solum per
9 donationem, seu quamcunq; alienationem,
sed etiam si non quæratur. Quod intelligi-
tur, *per glo. in 2. lect. quam tenet,* idest, si
non acquiratur; & hoc non operatur priuile-
gium Fisci, vt aliqui *Doct. ibi* voluerunt: sed
10 hypotheca, quam habet Fiscus in bonis de-
bitoris, *l. aufertur, §. fiscus, ff. de iur. fis.* in
qua veniunt obligata iura delata, non mi-
rum si debitor non acquirendo, in fraudem
facit. Idque generaliter erit in quolibet cre-
11 ditore habente hypothecam, cum Fiscus in
dubio vtatur iure priuati, nisi in casibus ex-
pressis, in quibus priuilegiatus reperitur, *l.
item veniunt, §. in priuatorum, iuncta glo.
ff. de pet. har. & l. 1. C. eo.* Et cum possumus
dicere aliquod ius competere Fisco, de iure
communi, non priuilegio ipsius, vt regulę ad-
12 hæreamus, id erit dicendum; vt tantominus,
& quantum possit ius commune lædatur, *l. 2.
C. de nox. act.* Vel si dicamus, *tex. in d. l. in
fraudem* procedere priuilegio Fisci: & idem
erit in dote dominæ Isabellæ, quam nunc de-
13 fendo, cum dos, & Fiscus pari passu ambu-
lent, *l. dotis, iuncta glo. C. de iur. dot. & l. 2.
C. de priuilegio Fisci.*

Item quod opinio *Anchorani* sit vera, vl-
tra rationes per eum adductas. Considero,
14 quod in obligatione omnium bonorũ prę-
sentium, & futurorum veniunt etiam bona
hæreditatis in futurum deuoluendæ, incerti
tamen hominis, sicut valet pactum de futura
successione incerti hominis, *per l. 3. §. de
illo, ff. pro soc. ita Salic. in l. fin. 6. not. ibiq;
Dec. num. 17. cir. fin. Alex. & Ias. C. de
pact. Neguſ. de pig. 3. membro 2. par. nu. 59.*
Secus tamen certi hominis, *d. l. fin. in fine,
vers. nec hypothecas.* Inde sequitur, hanc
obligationem bonorum hæreditatis deuol-
uendæ habere tacitam conditionem, si hęre-
15 ditas illa deferatur. Sicut in renunciatio-
ne hæreditatis deuoluendæ, tradunt *Scriben.
in l. qui superstitis, ff. de acq. har. & Capye.
decis. 159. nu. 14.* & cum defertur; sicut tunc
in renunciatione præcedenti virtus ipsius
opera-

operatur, *tradit sing. Paul. in d. l. qui super-stitis*, pariter tunc obligatio incipit habere
16 effectum, quia conditio est purificata, licet
retrotrahatur, *l. potior, & l. qui balneum, ff. qui pot. in pig.* & vt talis obligatio bonorum hæreditatis deuoluendæ facta per debitorem operetur effectum, & sit valida; videtur ex ea debitor tunc adiuisse hæreditatem. Sicut di-
17 cimus de eo, qui disponit de hæreditate sibi
relicta, vt dispositio valeat, videtur iam adijsse, *l. si auia, C. de iu. delib.* Qui enim vult vnum, videtur velle omnia, quæ requiruntur, vt illud sortiatur effectum, *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, cum simil. ff. de procur.*

Præterea dum debitor in generali obligatione obligauit bona futura etiam hęreditates deuoluendas: cum defertur hæreditas, licet aditio esset necessaria; tamen vt illa obligatio teneat, ex illo contractu obligatio-
18 nis præcedenti videtur debitor obligatus
ad acquirendum, & nisi acquirat in dolo existit, *est tex. in l. 2. §. non tantum, ff. de hær. vel act. vend.* ibi venditor hæreditatis tenetur tradere emptori, quæ ad eum peruenerunt; & peruenisse dicitur, si non acquirit ratione doli, quia ratione contractus præcedentis tenebatur acquirere, *dicit ibi glo.* Sē-
19 per enim, quod præcedit contractus, ex quo
quis tenetur acquirere, in fraudem facit, si non acquirit; & hoc modo limitatur *tex. in d. l. qui autem, ff. quæ in frau. cred. ita sing. Bar. in l. 1. §. non quærimus, ff. si quis om. cau. test, Dec. in l non fraudantur, de reg. iur. Alc. in l. alienationis, de verb. sign. & Fab. quem nullus istorum allegat, in §. manet, qui videatur rogo, inst. de societ cui nullo modo sine cauillationis nota responderi poterit.*

Nec dicatur ius adeundi non esse ius, sed facultatem, *Bald. in l. 1. post num. 43. C. qui adm.* nec esse in bonis nostris, *l pretia rerum, ff. ad l. falc.* ideoque non posse obliga-
20 ri, nec cedi, sicut ius fideicommissi vniuer-
salis non ceditur, *l. mulier, §. ex asse, vbi Bar.*
21 *ff. de iur. dot.* Nam ius adeundi verè ius est,
inde sequitur Dominum posse cogere seruū, vt adeat hæreditatem; quod si ius adeundi nō esset ius, non posset, *l. cum proponas, vbi not. C. de pact.* & si non est in bonis nostris antequam adeatur, est ad illum finem, vt non sit
22 mihi profiguum, nec locupletior fiam, *vt in
d. l. pretia rerum,* sed bene erit ius tale, quod sit obligatum creditori, in cuius fraudem
23 non poterit renunciari. Videmus enim fi-
lium repudiantem hæreditatem, non nocere patri habenti ius vsufructus in hæreditate filio delata, *l. cum non solum, C. de bon. quæ lib.* & similiter Abbas ius delatum Monaco
24 non repudiat in præiudicium capituli habē-
tis ius in illo iure delato, *Paul. in l. legatum, num. 4. de leg. 1.* ergo idem dicamus in creditore hypothecario habente ius in iure delato, quod erit ius, & creditori obligatum, in cuius necem non poterit renunciari; maximè quia hæc repudiatio facta per Michaelem iam decoctum erit nulla, cum isti falliti
25 fiat priuati ipso iure administratione suorū
bonorum, & sunt inhabiles ad velle, & nolle, *Socc. cons. 78. num. 2. vol. 4 Bal. 249. nu. 1. vers. isti falliti, Stracc. de decoct 3. par. per*
26 *totum.* Pariter si ius fideicommissi, & adeun-
di non ceditur, *d. l. mulier, §. ex asse*, est illa ratione, quia voluntas cedi non potest, & ius
27 adeundi est inseperabile à persona, & hære-
ditas alieno animo non potest adiri, *l. Paul. ff. de acq. hær. ita sing. Bald. in rub. de procu. num. 26. & in cap. ex rescripto, num. 1. de*
28 *iur. iur.* Iura enim hæreditaria in alium
transire non possunt ex contractu, nisi illi cui testator iussit, *sentit tex. in d. §. ex asse*, alias enim non fieret, pront testator disposuit, *Ias. in l. 1. nu. 96. ff. de leg. 1.* & licet ius adeundi non possit cedi, *Corn. cons. 211 per totum,*
29 *lib. 2.* erit illa ratione; quia cedendo vide-
tur adiuisse hæreditatem, *d. l si auia. C. de*
30 *iur. delib.* Et sicut dicimus, quando consti-
tuo procuratorem ad adeundum hæreditatem, hic actus non valet, quia iam videor adiuisse hęreditatem, & nihil remanet faciēdum per procuratorem, *l. Paulus, vbi glo. ff. de acq. hered. & ibi Bar.* Ex his enim vndiq; patet, sublatis omnibus contrarijs, veram esse opinionem *Anch* iuri, & æquitati consonam, secundum quam tamquam communem, & optimis rationibus fundatam esse iudicandum; attento maximè, quia hæc mulier sic aciter defensa de dotibus assecurādis agit, & quod in Fisco dicitur, idem in dotibus erit.

a *Vide decis. D. de Franch. 101. & ibid. addit. in 4. par. in hac eadem causa; sed vide etiam aliquid per Surdum decis. 286. num. 7.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *MOS magnatum importat, vt viro præmoriente, superstite patre, vxor lucretur medietatem antefati, seu tertiaria.*

2 *Solutio facta per errorem repetitur condictione indebiti.*

3 *Sententia parit exceptionem rei iudicatæ, & de indebito facit debitum.*

4 Ex-

4 Exceptio rei iudicatæ non oritur, quando aliquid non fuit oppositum, nec discussum.
5 Sententia non facit de indebito debitum, quando aliquid non fuit sententialiter terminatum.
6 Hæredibus suis licet quilibet prospicere videatur, ex regula l. si pactum, ff. de prob. procedit hoc tamẽ in dubio, secus vbi aliud apparet.
7 Hæredis appellatione quandoque non comprahenduntur extranei ex coniecturata mente disponentis.
8 Hæredis appellatione comprahenduntur extranei in materia indifferenti, secus in materia differenti, & infra num. 15.
9 Materia differens esse dicitur, quando non est eadem, & vniformis ratio in vtroque, & infra num. 16.
10 Iniquum resultare dicitur ex dispositione, quando illa interpretatur contra intentionem disponentis.
11 Protestatio declaratoria antecedens in actibus dependentibus à voluntate vnius, sicut actum sequentem in totum tollit, sic fortius moderatur.
12 Mens declarata etiam in contractibus principaliter attenditur.
13 Hæredis appellatione in feudis ex natura res intelligitur pro filio, & descendenti.
14 Donatio eadem diuerso iure nõ est censenda.
17 Feudorum dominiũ mortuo refutatario, & eius descendentibus, reuertitur ad refutantem.
18 Donatio interdum est dispositio mista, sapiẽs naturam contractus, & vltimæ voluntatis, sicut est diuisio supremi iudicij.
19 Donatio in anticipationẽ successionis iudicatur ad instar successionis.
20 Successio non datur, nisi præmoriatur is, cui succedendum est; alias præmoriente successore caducatur dispositio.
21 Dispositio collata post mortem intelligi debet si is, in quem confertur, eiusq; descendentes superuixerint, ne dum in vltimis voluntatibus, sed etiam in contractibus, quãdo mortis conditio apponitur in ipsa dispositione.
22 Donatio inter patrem, & filium quamuis à iure improbetur, validatur tamen iuramento indistinctè, secundum opin. Aymo.
23 Donatio prædicta ita demum substinetur, si donatarius superuixerit donatori, secundum opin. Decij.
24 Donatio prædicta substinetur, etiam si præmoriatur donatarius superstitibus tamen eius descendentibus; secus si nulli descendentes superstiterint, sed solum extraneus hæres, secundum opin. Aleia. distinguentis.
25 Ascendentes ex linea paterna in successione descendentis præferuntur matri, & ascendentibus maternis in bonis obuentis ex linea paterna, secundum opinionem veriorem, & magis communem.
26 l. quod scitis, §. 1. C. de bonis quæ liber. secundum intellectum Bart. non est correcta per authen. defuncto, C. ad tertullia. & ita decisum per Sacrum Consilium.
27 Bonorum distinctio ne dum consideratur in linea ascendenti, sed in linea descendenti, & collaterali.
28 Ascendentes ex linea paterna quamuis non essent præferendi in bonis obuentis ex propria linea ascendentibus maternis, sed esset attendenda dispositio authen. defuncto, cõtra opin. Bar. tamen.
29 Ascendentes prædicti præferentur omnino in lucris nuptialibus, in quibus limitatur opinio prædicta contra Bar.
30 Donatio facta filio contemplatione matrimonij idem est, quod donatio propter nuptias, quæ lucrum matrimoniale appellatur à Capycio.
31 Ascendens paternus vbi præfertur ascendẽti materno, iuxta opin. prædictam Bar. procedit etiam data disparitate gradus, vt remotior proximiori præferatur. Nec est verum contrarium fuisse decisum in decis. de Franch. 59. secundum opin. Martial. quæ est falsa num. 34.
32 Subingressio sicut habet locum in linea descendenti, ita in linea ascendenti, vt auus subingrediatur locum patris, vt in eodem gradu cum matre concurrat.
33 Pater vti præfertur matri in bonis obuentis ex linea paterna, secundum opinionem communem cum Bar. sic & auus.
35 Ascendentes præferuntur in bonis obuentis ab eorum linea, etiam quando cum ipsis transuersales concurrunt, secundum communem cum Bar. quicquid Socc. & Aym. consulendo tenuerint.
36 Transuersalium concursus data opin. contra Bart. operaretur tantum ad eorum beneficium, vt concurrerent cum ascendente paterno, non autem quod ascendentes materni includerentur.
37 Transuersalis descendit ex linea, vnde bona obuenerunt.
38 Ius accrescendi velut potentius excludit transmissionem.
39 Successionis mutatione bona non dicuntur amplius paterna, sed fraterna.
46 Successio in materia l. quod scitis operatur, quod patrimonia non confundantur, sed remaneant distincta attenta origine, quæ nunquam mutatur.

41 *Hæreditas non adhita non transmittitur.*

42 *Suitas non potest operari trasmissionem hæreditatis non adhitæ, vbi filius non est in potestate patris.*

43 *Transmissio hæreditatis non adhitæ iure sanguinis requirit, vt transmittens, & is in quem transmittitur sint de descendentibus.*

44 *Hæreditas non transmissa habetur, ac si nunquam fuisset delata.*

45 *Transmissio iš non fiat in ascendentes, fit tñ in illos qui sunt transmittentis ascendentes, & eius, de cuius hæreditatis transmissione agitur.*

46 *Hæreditas delata filio existenti in potestate aui, non ad matrem, sed ad eius auum transmittitur.*

47 *Hæreditas infanti delata transmittitur ad patrem, in cuius potestate est.*

48 *Intellectus auth. defuncto C. ad tertull.*

49 *Clausula (nunc prout ex tunc) operatur translationem dominij.*

50 *Patri nihil quæritur ex hæreditate filio delata, quando consistit in nuda propietate.*

51 *Pater non est legitimus administrator quando ipsi non quæritur vsusfructus, sed tantum gubernium extraiudiciale habet, & num. 53. & in quibus casibus possit esse legitimus administrator etiam si non habeat vsumfructum, & num. 54 & 55.*

52 *Pater non potest adire hæreditatem delatã filio minori, cum ipsi non quæritur vsusfructus, & num. 59.*

56 *Pater administrator an teneatur reddere rationem, & an teneatur conficere inuentarium, & num. 57.*

58 *Pater licet non sit legitima persona, cum ei non quæritur vsusfructus, est tamen legitimus tutor filij emancipati.*

60 *Mater quãdo restituatur aduersus omissam aditionem hæreditatis eius filijs minoribus delatæ, & num. 61. limitatur num. 62. & 63.*

64 *Tutor tenetur ad interesse ob omissam aditionem, non tamen pater administrator.*

65 *Pater qui non est administrator non habet onus adeundi hæreditatem delatam filio, sed curator est dandus.*

66 *Mater sollicitè debet petere filijs tutorem, seu curatorem, & si non petat priuatur successione, & num. 67.*

68 *Mater quando priuetur successione filij in propietate, vel vsufructu ob transitum ad 2. & 3. vota.*



Pro Marchionissa S. Luciti, contra D. Mariam Auolos.

ARGVMENTVM.

DE more magnatum, exceptione rei iudicatæ, quando hæredis appellatione compræhendantur descendentes tantum, vt in fæudis. De dispositione mista. Donatione in anticipationem successionis. De validitate donationis inter patrem, & filium. Ad materiam l. quod scitis, S. 1. C. de bon. quæ lib. vt ascendens paternus etiam remotior præferatur matri in bonis obuentis à propria linea. De transmissione hæreditatis non adhitæ, & quando, & in quibus pater sit legitimus administrator. De restitutione matris aduersus omissam adhitionem hæreditatis delatæ filio minori, & pænis secundo nubentis.

CONSILIVM XCIX.



IN præsenti causa conuentionali, & reconuentionali D. Mariæ agentis, a se declarari hæredem Beatricis filiæ præmortuæ in bonis allodialibus donatis à Marchione Sancti Lucid. Federico filio, & recõuentæ per Marchionem ad restituendum medietatem antefati cum interesse; quod in vtraque causa D. Maria succumbere debeat, succinctè procedendo, ex infrascriptis liquebit.

a

Quo ad reconuentionem, in qua Marchio est actor, indubitatum est, quia casum legis habet pro se; etenim matrimonium inter Federicum, & D. Mariam contractum fuit secundum morem magnatum, secundum quẽ inter cætera vsus ille induxit, quod præmoriente viro superstite patre, vxor lucratur tantum medietatem tertiariæ, seu antefati constituti, *ita legitur de hoc vsu recollecto in consuetudine Neap. fol. 131.* Cumque nunc liqueat Federicum prædecessisse superstite Marchione patre, clarissimè sequitur D. Mariam non fuisse lucratam, nisi medietatem antefati. Ideoque si Marchio ignoranter,

1

2 ter, & per errorem soluit integrum antefa-
tum, condictione indebiti medietatem cum
interesse indebitè solutam D. Maria resti-
tuere tenetur, *l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. & l. 1. ff. de cond. indeb.*

Nec dicatur D. Mariam petijsse in Sacro
Consilio condemnari Marchionem ad inte-
3 grum antefatum, & per sententiam sic fuisse
decisum, ex qua vel obstabit exceptio rei iu-
dicatæ, vel quod sententia de indebito fece-
rit debitum, *l. 1. C. de cond. indeb.* Respon-
detur, quod statim moto tali iudicio per D.
Mariam, Marchio obtulit soluere antefatum
seruata forma iuris, & nũquã opposuit de hoc
vsu moris magnatum, quod præmortuo filio,
superstite patre, D. Maria lucrata fuerit me-
dietatem antefati tantum: sequitur deindè
decretum Sacri Consilij, quod stãte oblatio-
ne Marchio soluat antefatum; & credens
Marchio integrum deberi, integrum per er-
rorem soluit. Ex hoc decreto exceptio rei
iudicatæ non potest oriri, quando de hoc vsu
4 moris magnatum non fuit oppositum; Ergo
indiscussum fuit, & consequenter non sentẽ-
tialiter terminatum, *Bal. in l. receptitia, num. 3. C. de const. pecu.* & si non fuit senten-
tialiter terminatum, tantominus potest prę-
tendi, quod sententia faciat de indebito de-
5 bitum; nam illud facit sententia de indebito
debitum, quod sententialiter fuit termina-
tum: quamobrem si indebitè D. Maria ha-
buit hanc medietatem, illam cum interesse
absque dubio restituere tenetur.

Quouerò ad causam conuentionalem in
duobus iudicijs consistentem, in vno petijt
D. Maria se declarari hæredem Beatricis fi-
liæ, excluso Marchione auo; & videns in hoc
nullum ius fouere, in altero petijt restitui in
integrum ad adeundam hæreditatem non
aditam per Beatricem, & Ferdinandũ filios,
vel condẽnari Marchionẽ auum ad interesse,
quia onus erat suum adire nomine suorum
nepotum infantium hæreditatem Federici
patris: & in vtroque D. Mariam omni iure
carere, infrascriptæ conclusiones apertè de-
monstrant.

Prima erit, Marchio pater contemplatio-
ne matrimonij inter eum, & D. Mariam do-
nauit feuda Federico vnigenito pro se, & hę-
redibus, ex tunc sequuta eius morte, nec nõ
similiter D. Federico donauit duc. 20.m. su-
per allodialibus consequendis post mortem
dicti Marchionis, qui talem donationem fe-
cit, vt eum successione assecuraret. Verum
est in facto, in tractatu matrimonij incidisse
controuersiam, D. Carolus pro D. Maria vo-
lebat, quod Marchio pater donaret ducatos
decem mille Federico, & alios decem mille
Marchionissa mater; & nolens consentire
Marchionissa, Marchio sæpius declarauit,
velle ipsum facere integram donationem;
nam non donabat D. Mariæ, nec D. Carolo,
sed Federico filio, eiusque filijs descendenti-
bus tantum. Dum postea Marchio donauit
Federico, iuxta eius voluntatem patefactam,
donauit, scilicet Federico, eiusque descendẽ-
tibus: licet enim *ex reg. l. si pactum, ff. de*
6 *probatio.* Quilibet sibi, & hæredibus suis pro-
spicere videatur; id oritur ex præsumptione
iuris, sed si contrarium apparet, vt in præ-
senti, statur veritati, & non præsumptioni,
ita dicit glo. in d. l. si pactum, in vers. probare.
7 Quinimmo & plus, etiam si coniectura ali-
qua esset in contrarium, sufficeret, vt verbũ
(hæres) extraneos non cõprehenderet, *Abb. in cap. in præsentia, num. 26. Dec. num. 48. de probatio.*

Amplius, & si verbum (hæredibus) extra-
8 neos comprehendat, id procedit in materia
indifferenti; verum in materia differenti, non
omnis hæres compræhenditur, sed ille tan-
tum, cui talis appellatio, secundum subiectã
9 materiam, congruit: eritq; materia differens,
quando non est eadem, & vniformis ratio
circa comprehensionem, vel exclusionem
qualitatis hæredis, quia comprehendendo
omnem hæredem, aliquod iniquum resulta-
10 ret; & tunc resultaret iniquum, quando cõ-
prehensio omnium hæredum etiam extra-
neorum, esset contra intentionem disponen-
tis, *ad propositum Angel. videndus in cons. 306.*

Nec refragatur, hanc voluntatem Mar-
chionis non fuisse declaratam D. Carolo, &
D. Marię; nam & si testes credant eis inno-
tuisse, adhuc non erat necessarium: sufficit
enim, quod fuerit declarata per Marchionẽ
Federico donatario, immo solum per Mar-
chionem; in actibus enim dependentibus ex
voluntate vnius, prout cõsideratur iste actus
donandi, qui à sola voluntate Marchionis
11 dependet, protestatio declaratoria antece-
dens, sicut actum subsequentem in totum
tollit, sic & multo magis moderatur, *Bart. in l. non solum, §. morte, num. 17. ff. de op. nou. nunc.* Si ergo Marchio declarauit velle do-
nare Federico filio, pro se, eiusq; descenden-
tibus, & demum simpliciter illi donat; Immò
si donasset pro se, & hæredibus, de hæredibus
descendentibus intellexisse voluit, secundum
12 mentem declaratam, quæ etiam in contra-
ctibus principaliter attenditur, *l. blanditus C. de fideiuss.*

Item si Marchio donauit feuda Federico
13 pro se, & hæredibus, & in feudis verbum
(hæres) ex natura rei, intelligitur pro filio, &

descendente, *§. & si clientulus, de alie. feu.* Quando eidem donauit bona allodialia, ne eadem donatio vnica, & indiuidua compre-
14 hendens fæuda,& allodialia diuerso iure censeretur, contra *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil.* sicut pro fæudis ad descendentes Federici ex natura rei,sic pro allodijs ex intentione donantis,ad eiusdem Federici descendentes tantum donationem prodesse voluit: etenim in materia differenti verbum (hæres)
15 non omnem hæredem, sed descendentem comprehendit; & tunc dicetur materia dif-
16 ferens, quando natura rei repugnat extraneum hæredem comprehendi, vt in fæudis, vel resultaret iniquum contra intentionem disponentis, vt nunc contigeret, *Angel. in alleg. conf.* 306.& sicut in fæudis mortuo Federico,& descendentibus, dominium fæudo-
17 rum in Federicū translatum, ad Marchionē refutantem reuertitur, *Andr. in cap.* 1.3.*col. vers. sed in fæudo antiquo, de nat. succ. feud.* sic & pariter dominium allodialium in Federicum translatum, eo mortuo cum eius descendentibus ad Marchionem donantem reuerti debet.

Præterea ex verbis donationis colligimus, quid voluit facere donator, voluit assecurare filium successione; voluit,quod filius consequatur summam donatam post mortem patris: inde talis actus non simplex donatio
18 erit, sed quædam dispositio mixta, quæ sapit naturam contractus, & vltimæ voluntatis *sing. tex. in l. si filia. §. si pater, ff. famil. hercis.* loquitur in patre in vita diuidente bona inter filios, non censeri simplicem, sed supremi iudicij diuisionem, *Bertan. de dom.*
19 *asser. art.* 266.*num.*40.*fol* 236. idemque iudicatur de donatione in anticipationem successionis, ac si donatum iure legitimo successionis in donatarium deueniret, *glo.*—— *§.* 17.*per totum, & num.* 4. & si talis actus fuit in anticipationem successionis, intelligendus est, quod effectū habeat, si Marchio
20 prius decesserit; nam successio non potest considerari,nisi is,cui succedendum est,præmoriatur ei, qui successurus est, alias præmoriente successore caducatur dispositio,
21 *toto tit. C. de cad. toll.* & quia fuit post mortem Marchionis, omnino intelligendus est, si Federicus, eiusque descendentes superuixerint, *l. hares meus, vers. hares meus, ff. de cond. & demo,* quod etiam in contractibus procedit, quando mortis conditio apponitur in ipsa dispositione, *Alcia. videndus re-sponsi.* 99. *num.* 1. & 18. tradit de donatione facta Petro, & post eius mortem Michaeli, eiusque hæredibus, esse conditionalem; adeoquod Michaele præmortuo, donationē resolui, & non transire ad eius hæredes. Sed hæc omnia ex abundanti dicta sunt, postquā in casu, de quo agitur, de enixa voluntate donantis apparet voluisse donare Federico, eiusque descendentibus tantum.

Secunda erit conclusio, donatio inter pa-
22 trem, & filium de iure est improbata, validatur tamen iuramento. Verum controuersia fuit inter *Dec.& Aym. Dec. in conf.*659.
23 & 240. voluit validari iuramento, ea tacita conditione subintellecta, si donatarius superuixerit donatori, *per l. à marito, C. de dona. int. vir. & uxo. Aym. in conf.*102. contra *Dec.* simpliciter tenuit validari iuramēto, & alias opinionem *Aym.* Sacrum Consilium fuisse sequutum. Sed fœdere distinctionis
24 hæ opiniones concordantur: opinio *Decij* procedit, præmortuis donatario, eiusque descendentibus; tunc enim donans verisimiliter erit præferendus hæredibus extraneis: sed præmortuo donatario cum descendentibus, opinio *Aym.* erit vera. Hanc distinctionem rationi consonam, & in casu nostro voluntati donantis conformem, sentit *Alcia. respons.*154.*num.* 8. & *conf.*442 *circa fin.*& si id considerauerunt *Scribentes* præsumptiuè; quanto magis id erit clarum in præsenti, vbi de clara voluntate donantis apparet voluisse donare filijs, eiusque descendentibus: qui cum sint præmortui, non erit dubium, donationem fuisse resolutam, & D. Mariam extraneam esse repellendam.

Tertia erit conclusio, Marchio donauit filio, filius est præmortuus, successerunt eius filij ordine successiuo. Primo Ferdinandus iunior, postea Beatrix, qui licet adiuissent, prout nunquam adiuerunt hæreditatem paternis, vltimo decedens fuit Beatrix, superstitibus matre, D. Maria,& Marchione auo pa-
25 terno, qui tanquam ascendens paternus, q̄ sit præferendus matri, & cuicunque ascendenti materno in bonis obuentis ex linea paterna, vt nunc accidit, non erit dubium, *dictum fuit originale Bart. in l. quod scitis, §.* 1.*per illum tex. C. de bon. quæ lib. & in l. post dotem, in fin. sol. matri. Ias. ibi num.* 105. *in fine tradit ab opinione Bart. non esse recedendum, nec iudicando, nec consulendo, Alex.* 42. *num.* 6. *vol.*7. *& ibi glo. Additio dicit, hanc opinionem iustiorem, & equiorem, Alex.* 168. *num.* 13. *vol.* 7. *asserit esse veriorem, & magis communem, Anto. Gabr. qui alios congerit, pro communi refert in tit. de succes. ab intest. conclus.* 3. omnesque præalleg. *Doctor.* tenent dispositionem, *d. l. quod*
26 *scitis,* secundum dictum intellectū *Bar.* nō esse correctā *per auth. defuncto, C. ad tertul.* & eō hāc opinionem *Bart. communem*, Sa-

crum

Digitized by Google

erum Consilium iudicasse *in nouis decisionibus num. 59.* clarissime legitur. Nec mirum
27 est in linea ascendenti considerari distinctionem bonorum, si eadem distinctio consideratur in linea descendenti, & in linea collaterali; in linea descendenti patet, *in l. cum alijs, C. de secund. nupt.* vbi filij eiusdem matris ex diuersis maritis in quæsitis matri à maritis, quilibet ex filijs in obuentis ex suo patre solus succedit, & non cum illo filio ex altero patre, idemque in linea collaterali ap-
b paret; *in l. de* b *emancipatis, C. de leg. hared. vbi & in auth. itaq; C. comu. de success. ibi glo.* cæteriq; tradunt, inter fratres fratri succedentes distinctionem bonorum considerari, videlicet, vt vterini præferantur in obuentis à matre, & consanguinei præferantur in obuentis à patre; quæ leges incorrectæ remanent, *secundum Bart. in l. de emancipatis, communiter sequutum, & per Roman. cons. 40.*

Insuper etiam illi *Doct.* qui tenuerunt cōtra opinionem *Bart.* vt supra, *l. quod scitis,*
28 esse correctam, *per auth. defuncto,* concordauerunt cum *Bar.* in lucris nuptialibus, *vt*
29 *per Bal. & sequaces in d. l. quod scitis,* illa ratione, ne parentes retardentur ad donandum filijs, *l. 2. C. de bon. quæ lib.* Et quia
30 nunc agitur de donatione facta filio contéplatione matrimonij, idem erit quod donatio propter nuptias, quam lucrum matrimoniale appellat, *Capyc. in repet. cap. imperialem, fol. 17. vers. secunda conclusio.* Ergo tum attenta opinione *Bart.* communi, tum etiam opinione contraria, vndique res est in tuto, Marchionem auum paternum in obuētis ex linea paterna, & ab ipso donatis, in successione Beatricis neptis matri esse præferendū, etiā quia de bonis donatis propter nuptias agitur: & si allegata procedunt ex præsumpta mente donantis, qui dum donat descendenti, eo mortuo absque liberis præsumitur voluisse bona reuerti ad ipsum, vnde bona peruenerunt; quanto magis & clarius in præsenti militant, vbi de expressa voluntate donantis constat, voluisse Marchionem donare filio, eiusque descendentibus tantum.

Hanc opinionem *Bar. communem,* ascendentem paternum ascendenti materno præferri in bonis obuentis ex linea materna,
31 procedere etiam data disparitate gradus, vt auus paternus, & quicunque remotior matri præferatur; quia linea, vnde bona obuenerunt, fuit considerata, & non gradus, *Abb. legendus in cons. 75. in fi. vol. 1. Ang. in l. quod scitis, sic summat illam legē, C. de bon. quæ lib. ibi Fulg. n. 7. & Corn. supra n. 4.* Idq; clarius in auo procedit, præmortuo patre, quia locum patris subingreditur, & sic in pari gradu cum matre existit: sicut enim in linea
32 descendenti nepos subingreditur gradum filij, vt in pari gradu reperiatur cū altero filio; sic in linea ascendenti auus subingreditur gradum patris, vt in eodem gradu videatur, *Ita dixit Iacob. Butric. in d. auth. defuncto, & in auth post fratres, C. de leg. hared.* Et si pars fateatur opinionem *Bar.* communem esse veram, quod pater in eodem gradu exi-
33 stens cum matre ei præferatur in bonis obuentis ex linea paterna; quis in sole cecutiens poterit dubitare, idem non esse in auo, qui sicut maius ius habet in personam nepotis in sua potestate, & non patris existentis, pariter, & maius ius in eius bonis habere debet.

Et ex his miror, quomodo ex aduerso dicatur, contrarium fuisse decisum *in alleg. decis. 59.* ibi enim accuratus collector postquam retulit, opinionē *Bart.* fuisse receptā, in fine aduertit notanda esse verba *Martialis* dicentis, *d. l. quod scitis,* procedere data
34 paritate gradus, & lineæ; non quod sic fuit decisum, sed quando casus contigeret, id notat. Nec *Martialis alleg. in cōsue. si quis, vel si qua* ex proposito hoc firmat, sed obiter nō digerendo, nec aliquid allegando, prout erat contingentia casus, talia verba protulit; & contra eum obstant decisiones, & rationes desuper allegatæ.

Non obstant duo ex aduerso prætensa. Primum opinionem *Bart. in d. l. quod scitis* non procedere, quando cum ascendentibus transuersales concurrunt, *secundū Socc. cons. 89. lib. 4. & Aym. 176.* Adeoquod mortuo Ferdinando iuniore, relictis auo, matre, & Beatrice sorore, cessante *d. l. quod scitis,* ex *auth. defuncto* mater, & soror successerint; nam non miror, si *Socc. & Aym.* consulendo
35 mediante pecunia hoc dixerint. Non enim aduertit *Soccin. Bart. in l. post dotem, in fin. ff. solu. matr.* loqui, existente patre, matre, & fratre; & concludere solum patrem succedere in bonis obuentis ab eius linea, *idemque sequitur ibi Ias. num. 105. Alexan. 42. num. 7. & alij, quos longum esset referre.* Verum, si vellemus tenere opinionem, quod
36 existentia transuersalis aliquid operetur, id erit in sui beneficium, vt ipse concurrat cum ascendente paterno in successione bonorum ex linea paterna prouenientium, *prout loquitur alleg. decis. sacri Consilij 59.* non autem quod ascendentes materni includantur;
37 & ratio est, quia collateralis similiter descēdit ex illa linea, vnde bona obuenerunt, *ita pulchrè Bened. in cap. Raynuntius, in verbo, & vxorem, nomine Adelasiam.*

Et secundum hanc opinionem similiter res est in tuto; siquidem mortuo Ferdinando, eius hæreditas pro dimidia deuenit ad Marchionem auum, & alia dimidia Beatrici sorori delata, quia ab ipsa non fuit agnita, iure accrescendi ad eundem Marchionem deuenit, & ob id non esse locum transmissionis in D. Mariam, postquam ius accrescendi, tam-
38 quam potentius transmissione illam exclu-dit, *Bart. in l. sed cum patrono, num. 3. ff. de bon. poss.*

Secundum, mortuo Federico patre, eius hæreditatem peruenisse in Ferdinandum filium, quo mortuo peruenisse in Beatricem sororem, in cuius persona bona non am-
39 plius consideranturr paterna, sed fraterna, *ex l. 1. §. veteres, vbi not. ff. de acquir. poss.* ideoque opin. *Bart. in d. l. quod scitis*, non posse applicari, nam quocunque pars se vertat, sine fundamento iuris, & facti loquitur. Facti, quoniam clarum est, Beatricem sororem non adiuisse hæreditatem Ferdinandi fratris, in cuius persona non potest dubitari, quin sint bona paterna. Iuris, quia etiam si Beatrix adiuisset, adhuc attenta origine bona essent paterna, postquam successio *ex d. l. quod scitis*, est prælatiua, & facit, quod per
40 aditionem patrimonia non confundantur, sed plura, & distincta semper censeantur, *sing. Paul. in auth. post fratres, la prima, in fine, C. de leg. hered. & Zas. in l. 1. §. veter. col. 3. ver. aliquando, & 2. ff. de acq. possess.* vbi dicit, originem non mutari in æternum.

Quarta erit conclusio, hæreditatem Federici delatam Ferdinando, & demum Beatri-
41 ci non fuisse aditam, ideoque non fuisse D. Mariæ matri transmissam, *ex reg. l. vnica, §. in nouissimo, C. de cadu. toll.* Nec potest prætendi ex duplici limitatione ad dictam regulam, hæreditatem fuisse transmissam, vel ratione suitatis, vel ratione sanguinis: nam in præsenti, ex quo filij Federici non erant in
42 eius potestate, sed aui, suitas deficiente potestate in patre non potest considerari; & ob id transmissionem ratione suitatis cessare, *l. ex militari, §. fin. ff. de inoff. testam.* Nec
43 etiam potest habere locum transmissio iure sanguinis, quia tam transmittens, quam is, in quem est facienda transmissio, debent esse de descendentibus, *glo. in l. vnica, C. de his, qui ant. apert. tab.* quod non est in casu de quo agitur, quia D. Maria non solum non est descendens, sed penitus extranea; inde dico, si non fuit hæreditas Federici transmis-
44 sa, remansit, ac si numquam fuisset delata, *l. si infanti, C. de iur. delib.* & tunc in beneficium heredis Federici, qui erit Marchio pater, & non D. Maria vxor.

Verum quando posset considerari transmissio, non matri, sed auo duplici iure hæreditas Federici transmissa erit. Primo iure sanguinis; etenim licet talis transmissio non
44 fiat in ascendentes, fit tamen in illos, qui sunt ascendentes, tam transmittentis, quam eius, de cuius hæreditate transmittenda agitur, *Salic. in l. apud hostes, num. 12. C. de suis, & leg. Imol. in l. ventre, num. 30. ff. de acquir. hered. vbi Roman. num. 23. Alexan. videndus in cons. 168. vol. 7. num. 18.* Et in terminis in hæreditate patris delata filio, nõ
46 in eius potestate, sed aui, vt non ad matrem, sed ad auum transmittatur, *Bertran. cons. 147. lib. 4. per tex. in l. 2. §. si quis à liberis, ff. ad Tertull. vbi Bart. declarat, cum alijs allegatis in 5. conclus.*

Secundo erit transmissa Marchioni per spetialem prouisionem, *l. si infanti, C. de*
47 *iur. delib.* quæ hæreditatem infantibus delatam dat iure patrio parentibus, qui liberos habent in potestate; & sic paternis, non maternis: quæ lex remanet incorrecta, *ex*
48 *auth. defuncto, C. ad tertull.* ita illa lex intelligitur ex mente *Nicol. de Matt. Paul. ibi num. 9. vers. item sequeretur*, loquens in hæreditate patris delata filio non in potestate sua, sed aui, vt filio infante mortuo, auus paternus, non mater per illam legem succedat, *Angel. cons. 86. & Ias. ibi num. 3. dicens esse communem cum alijs alleg. in 5. conclus. vers. pariter. secundum.*

Et videntes ex aduerso Aduocati, allegata non posse negari, dicunt hæreditatem Federici fuisse aditam per Marchionem auum nomine Ferdinandi: sed bene considerando prædictam aditionem, tanquam factam à non habente potestatem, nullius esse vigoris; siquidem verum est, in hæreditate Federici nil aliud remansisse, nisi dominium bonorum donatorum à Marchione sequta eius morte: & sic cum fuerit statim in Fede-
49 ricum translatum dominium rei donatę per clausulam (nunc, prout ex tunc) *ex traditis per Doct. in l. huiusmodi, ff. de verb. oblig.* vsufructu penes Marchionem remanso, ex hac hæreditate filijs delata nil Marchioni quæsitum fuit; Hic enim est vnus de casibus in quo patri nihil quæritur ex hæreditate
50 filio delata, quando in nuda proprietate cõsistit, *Io. Fab. in §. 1. instit. per quas pers. nob. acqu. supra num. 5.* nec vsusfructus, nec aliqua comoditas fructuum, *Loffred. cons.*
51 *10. num. 18.* sed quando patri vsusfructus non quæritur ex acquisitione, quæ filio sic, & si illum habeat in potestate, eius legitimus administrator non est, *§. 1. authen. vt liceat matri,*

Digitized by Google

matri, & auia, *Bar. in l. fin. §. pupill. ff. de verb. oblig. ibi Angel. num* 2. *& Imol. num.* 5. in specie tradunt in aditione, vt non
52 possit pater pro filio minore hæreditatem ei delatam adire, in qua non quæritur sibi vsufructus, licet ipsum habeat in potestate, *cum alijs alleg. in* 4. *conclus.* Ergo in Marchione adeunte defecit potentia adeundi, cum non fuerit legitimus administrator, quia vsumfructum in hæreditate nepotum non habuit.

Nec dicatur, patrem esse isto casu legitimum administratorem si vellet, & iam hoc voluit Marchio, dũ vt legitimus administrator hæreditatem pro Ferdinando adiuit, faciendo ipsum declarare hæredem. nam respondetur facillime. Primo quando pater non habet vsumfructum, non est legitimus
53 administrator, sed habet solum gubernium extraiudiciale, non autem iudiciale, *Angel. in l. fin. §. fin autem, C. de bon. quæ lib. ita intelligendo illum tex. in vers. nolente, in quo assumptum ex aduerso fundatur*. Secundo pater erit legitimus administrator, si velit,
54 quando non habet vsumfructum; non ipso iure, sed post decretam sibi à Iudice administrationem adimpletis adimplendis, *Ias. in l. si infanti, C. de iur. delib. num.* 8, tunc enim
55 est sicut quilibet extraneus administrator, *Bal. in l. filiæ cuius, C. famil. hercis. nu.* 19.
56 & ideo tenetur reddere rationes indistincte, *Paul. & Alex. in l.* 1. *C. de dol. num.* 2. & tenetur conficere inuentarium, *Bal. in l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. quæ lib.* quan-
57 do enim pater est legitimus administrator ratione vsusfructus, est ipso iure administrator; quia habet administrationem actu, & habitu, licet non recipiat eam per iudicis decretum, *dicit Bal. in d. §. non autem*, sentiens, quod quando est legitimus administrator non ratione vsusfructus, sed quia vult, & sic vti extraneus administrator, iudicis decretum requiritur; cumque nunc liqueat, administrationem Marchionis à iudice non fuisse decretam, necessario sequitur aditionem per eum factam ob defectum potestatis corruere.

Pariter non obstat, si dicatur, quod si non potuit Marchio adire vt legitimus administrator, cum non fuerit; potuit tamen vti parens, *per l. infanti, C. de iur. delib. in vers. ea vero*. nam in eo tex. filio emancipato erat delata hæreditas, & pater licet ratione vsusfructus ibi non esset legitima perso-
58 na, erat tamen filij emancipati legitimus tutor, *§. primo, institut. de leg. par. tut. ibi Fulg. num.* 3. nimirum si poterat adire, & hoc post decretam sibi à iudice administrationem, antea non, *Ias. ibi. num.* 8. *& Bar. num.* 8. quod non est in casu, de quo agitur.

Sed esto, quod Marchio per *l. si infanti*, vti parens adire potuerit, adhuc aditio per
59 ipsum facta vitiatur; non enim vti parens, sed vti legitimus administrator adiuit: & si vti legitimus administrator adire non potuit, aditio non substinebitur, vti facta à parente, & sic ex ea potestate, quæ competebat, & qua vsus non est, *in specie Socc. in l. multum interest, ff. de cond. & demo. num.* 6.

Præterea, dato millies, quod Ferdinandus recte adiuerit hæreditatem Federici patris, prout vnquam fundari poterit; clarum est Beatricem non adiuisse hæreditatem Ferdinandi fratris, & consequenter eius hæreditatem non fuisse transmissam in D. Mariam, per ea, quæ superius dicta sunt.

Quinta erit conclusio, & sumus in secũdo iudicio per D. Mariã intentato, restitutionẽ ad adeundam hæreditatem Federici per Ferdinandum, & Beatricem non agnitam ei non
60 competere: nam & si aliqui dixerint, matrem restitui aduersus omissam aditionem hæreditatis eius filijs minoribus delatæ; fuit tamen hæc opinio adeo dubia, quod quasi omnes *Doctores* dixerunt esse opus imperiali decisione, & *Socc. cons.* 116. *num.* 13. *vol.* 1. tradit quæstionem esse talem vt sit locus gratificationi, & ideo Iudicem non posse reprehendi, si pro vna, vel pro alia parte iudicaret. Sed quicquid sit, vltra alios, *Salic. videndus in l.* 1. *C. de restit. mil.* indistinctè
61 firmat reiectis contrarijs restitutionem non dari, *& Anchar. cons.* 362. *num.* 2. dicit, hanc opinionem esse tenendam iudicando, & consulendo, *& Capra cons.* 138. *dicit esse communem*.

Verum posito, quod daretur restitutio, hæc opinio vltra alias recipit duas limitationes hanc causam terminantes. Prima re-
62 stitutionem non dari hæredi, qui minore defuncto tutorem non petijt; tunc enim sibi imputandum est: nam si tutorem petijsset, aut ille adiuisset, aut si non adiuisset, contra ipsum daretur regressus ob omissam aditionem, *Bart. in l. qui duos, ff. de reb. dub. n.* 6. *& Socc. num.* 21. Et quia diximus, hos infantes caruisse persona legitima, postquã Marchio ipso iure non erat pro eis legitimus administrator ob defectum vsusfructus non quæsiti, nec per iudicem ei decreta fuerat administratio; quinimmo eo petente fuit instatum, & denunciatum D. Mariæ, quod illis de persona legitima prouideretur: infertur D. Mariam, quæ hoc sciuit, & non petijt infantibus de curatore prouideri, à

præ-

prætenfione restitutionis in integrum, ex prædictis esse exclusam.

Secunda limitatio est, restitutio non trāſ-
63 mittitur hæredi minoris, quando supereſt perſona magis dilecta,& cui maior fauor debetur, & maior æquitas concurrit in hæreditate primi mortui, nempè illius, de cuius hæreditate trāſmittenda agitur, & erit Marchio, cui tamquam aſcendenti magis competit hæreditas, de qua transmittenda tractatur; quam D.Mariæ extraneæ: tunc enim restitutio, quæ est fundata in æquitate, contineret iniquitatem, excludendo Marchionē, in quo maior æquitas concurrit, *Bald. in l. 2. C. ad orfic. num. 3. iunct. verſ. præcedenti, Alex. d. conſ. 168. nu. 28. vol. 7. & Burſat. conſ. 61. num. 4. per totum, & non habet hæc opinio contradictorem.*

Et ex his eluforia redditur actio intentata contra Marchionē pro intereſſe ob omiſſam aditionem. Primo quia licet contra tutorem detur regreſſus pro intereſſe ob adi-
64 tionem non factam; non tamen datur contra parentem, *Bald. in d. l. ſi infanti, nu. 23. Salic. num. 15. & Alber. num. 6.* Secundo,
65 cum Marchio non fuerit legitimus adminiſtrator, non erat eius onus adeundi, ſed facienda erat prouiſio de curatore, *d. §. 1. in auth. vt lic. mat. & au.* Et cum D. Maria talem prouiſionem fieri non curauerit, duo reſultant. Primum, quod nulla actio ei competit contra Marchionem non adeuntem. Secundum, quod ipſa priuatur ſucceſſione filiorum.

Iure enim cautum eſt, matrem ſollicitam eſse debere, in petendo filijs tutorem, ſeu curatorem, in caſu, quo impuberi dandus eſt curator, *l. 2. §. ſi mater, verſ. quid ſi curatoris, ff. ad tertull. & l. 1. & 2. ff. qui pet. tuto.* Adeoquod ſi labitur annus,& talis prouiſio non fit matre inſtante, pænitus eorum ſucceſſione deſtituitur, *l. ſciant, C. de leg. hæred.* & præſens caſus ille eſt, in quo impube-
67 ri erat dandus curator, non quæſito auo vſufructu, *d. §. 1. in auth. vt lic. mat. & auia.*

Poſtremo ex alio D. Maria filiorum ſucceſſione priuatur, quia tranſiuit ad ſecunda vota, & demum ad tertia vota: tranſitus enim ad ſecunda vota licet antiquitus priuabat matrem omnimoda ſucceſſione; hodie tamen alijs filijs exiſtentibus priuatur ſolum proprietate, & prædecedentibus deinde alijs filijs, illa proprietas cum vſufructu conſolidatur,& remanet domina pleno iure,
68 *l. fæminæ, §. 1. C. de ſecundis nupt.* Sed tranſitus ad tertia vota tacit ipſam deſtitui ſtatim proprietate,& vſufructu, abſque diſtinctione, ſuperexiſtant, vel non alij filij, *Boer. deciſ. 185. num. 13.* Etenim tunc non dicitur caſtè viuere; ideoque priuatur legato facto, ſi caſtè, & honeſtè vixerit, quo non priuatur per tranſitum ad ſecunda vota tantum; *Ang. in auth. quomod. opor. epi. §. hoc autem Deo nobis, num. 12.*

Quare ex concluſionibus iam dictis, reiectis pænitus contrarijs, omni iure Marchionem à prætenſis per D. Mariam eſse abſoluendum, & è conuerſo condemnandam fore ad reſtituendam medietatem anteſati cum intereſse.

Camillus de Medicis

a Adde. Fuit iudicatum iuſta allegata per Authorem 4. Nouembris 1588. referente Conſil. de Haro iunctis aulis Sacri Conſil. *prout meminit Conſ. de Anna conſ. 1. & 2. num. 18.* in qua cauſa pro contraria parte ſcripſit *D. Reg. de Ponte conſ. 19. & in materia eſt videnda deciſ. Theſauri 88. impreſſa poſtea quam author hæc ſcripſerat.*

b *ad l. de emancipatis, vide Barboſ. in l. poſt dotem, poſt num. 69. ff. ſolut. matr. latiſ.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio dicitur impleta, cum non ſtat per adimplere debentem quominus impleatur.*

2 *Naturalis filius, vt quis dicatur plura concurrere debent.*

3 *Natus ex fæmina non retenta maritali affectione, & ad quam plures habent acceſſum ſpurius nominatur.*

4 *Filius natus ex meretrice non poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium.*

5 *Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri filio naturali.*

6 *Mortuus, vel non exiſtens in rerum natura, & repudians hæreditatem iudicātur à pari.*

7 *Repudiatio retrotrahitur ad initium, & ſic repudians præſumitur non inſtitutus hæres.*

8 *Legitimatio eſt totius ſtatus reintegratiua.*

9 *Legitimatio quoad quadam dicitur diſpenſatio.*

10 *Actus non poteſt diuerſo iure cenſeri.*

11 *Extenſio in odioſis prohibita eſt.*

12 *Diſpenſatio ſine cauſa cognitione facta, dicitur diſſipatio.*

13 *Agnati vocandi ſunt, cum diſpenſatio fit ad ſuccedendum ſpurio.*

14 *Conſenſus agnatorum licet non ſit neceſſarius,*

rius, cum sit legitimatio viuente patre; in dispensatione tamen necessarius est, etiam patre viuente.

15 *Subreptio vitiat rescriptum.*

16 *Princeps difficilius cum spurijs, vel cum manseribus, quam cum naturalibus dispēsat.*

17 *Generalis expressio inducit obreptionem, & ideo specialiter facienda est.*

18 *Dolus in generali dispositione non intelligitur remissus.*

19 *Legitimatio non fit nisi per subsequens matrimonium, cum viuit mater legitimandi, & pater.*

20 *Institutus in re certa non dato cohærede, in omnibus bonis intelligitur.*

21 *Verborum directorum, & communium exemplum, & differentia.*

22 *Renuntiantibus iura sua non est dandus ad illa regressus.*

23 *Notarius potest pro absente stipulari, & ei ius ex stipulatione prædicta quæritur.*

24 *Donans absenti ante acceptationem, vel repudiationem illius non potest reuocare donationem.*

25 *Donari potest ei, qui non est in rerum natura, sed esse speratur.*

Pro Monasterio Castrouillarum, contra Petrum Lopez.

ARGVMENTVM.

SPurium, vel manserem non esse capacem legati, vel substitutionis vltra summam alimentorum, præsertim existente legitima sobole; & tali casu nec naturalibus posse relinqui vltra duodecimam partē hæreditatis. Quis sit vere naturalis, & an possit ei pupillariter substitui. Differentiæ plures inter legitimationem, & dispensationem, inter substitutionem factam per verba ciuilia, & communia, traduntur; & aliqua de subreptione, & donatione facta absenti.



CONSILIVM C.



MAGNIFICVS Mundus Lopes, in eius vltimo testamento hæredem vniuersalem instituit Ascanium filium legitimum, & naturalem; Petro filio spurio legauit ducatos mille super omnibus bonis, nec non bona sistentia *in la Saracina*, valoris aliorum ducatorum duorum mille, longè magis vltra summam alimentorum; Magn. Victoriæ Pistoyæ eius vxori legauit dotes receptas, & antefatum consistens in bonis mobilibus: similiter illi legauit ducatos tercentum, post mortem Ascanij, & alios ducatos ducentum, *volendosi maritare*; quæ Victoria bene est probatum, quod matrimonium contrahere præpauerat, nisi mors eam præcipuisset: quo fit legatum deberi, cum per ipsam non steterit; nam conditio pro ad impleta habetur, cum non stat per legatariū *ad l. iure ciuili, de condit. & demonstr.* de
1 quibus legatis non fit dubium quando Magnificæ Victoriæ debeantur; mandauitque testator quod si Ascanius eius filius in pupillari ætate decesserit, quod Petrus in eius bonis succedat, hoc modo videlicet, *nella casa di Castro, & nelli mille scudi della Saracina*, & sic in certis rebus, & in casu mortis Ascanij tantum; voluit, quod de alijs scutis mille construeretur Monasterium.

Item voluit quod quandocunque decesserit Ascanius, & Petrus sine filijs, quod Monasterium prædictum construendum, quod hodie de dictis scutis mille est iam constructum, succedere habeat. Mortuo testatore Ascanius hæres, qui iam adiuerat hæreditatem, in pupillari ætate decessit; idcirco orta fuit contentio inter Petrum Lopes actorem prætendentem velle succedere, virtute substitutionis pupillaris; inter Magnificam Victoriam Pistoyam matrem Ascanij, quæ vti mater prætendit Petrum vti spurium, & incapacem succedere debere eius filio; & Vniuersitatem Castrouillarum nomine prædicti Monasterij prætendentem virtute substitutionis in casu mortis Ascanij, & Petri aperto iure succedere: cum paria sint Petrū esse mortuum, vel viuere, & esse insuccessibilem, & cum omnibus iuribus processus est instructus. Itaque hodie tractatur de excludendo Petrum non solum à substitutione, verum etiam à legatis respectu eius, quod vltra summam debitam à iure sibi est legatū ex pluribus. Primo stāte incapacitate ipsius, quia spurius. Secundo ex substitutione. Tertio ex cessione.

Quoad

Quoad primum indubitanter præsuppono Petrum non esse naturalem, sed spurium; seu mansereni; nam nos dicimus esse natum ex coniugata, & pars aduersa non potest negare hunc natum ex vili meretrice, quæ ab omnibus cognoscebatur, tempore partus ipsius, ante, & post, quo fit ipsum non esse naturalem: quoniam ad hoc vt dicatur naturalis
3 plura requiruntur; vt sit natus ex concubina in domo retenta, & retenta in schemate matrimonij, ac si esset vxor, *per Aret. in §. fin. instit. de nupt. Ripa in l. ex pacto, §. si quis rogatus. num. 4. ad trebell. & Corn. in cons. 9. 24. col. 4. vol.* in tantum quod natus ex concubina meretrice, cum qua plures habent commertium, & non retenta affectione maritali, spurius appellatur *inquit Bart. in l. fin. de his, quib. vt indig. Innoc. in cap. nisi cum pridem, in fin. vbi omnes, de renuntia, & ibi glo. vocat natum ex scorto mansferem, in auth. in §. nouissime, de success. cognat. Alex. in cons. 174. 5. vol. & Bart. in l. vulgo, de statu hom.* & de nato ex ignobili meretrice extra domum quod non sit naturalis vt possit ex testamēto capere *in specie pulchre consuluit Oldrad. in cons. 196. quod rogo videatur.* Immo tales filij nati ex concubina domi non retenta in figura matrimonij, per subsequens matrimonium non legitimātur; quod non naturales *dicit Bart. in l. fin. de concub. & Aret. in d. §. fin. de nupt.* si ergo Petrus est spurius, & non naturalis; igitur non solum non potuit stante incapacitate ipsius substitui, sed etiam non potuit sibi legari vltra summam alimentorum, ad quam legata prædicta reduci debere *iuxta cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr.* immo si naturalis esset Petrus, adhuc non potuisset sibi legari vltra vntiam duodecimam partē hæreditatis, existente prole legitima adhuc tempore legatorum; nam Ascanius legitimus viuebat; quomodo ergo existente prole legitima potuit sibi legari vltra vnciam (certe non video) ideoque si esset naturalis legata ad vnciam prædictam debent reduci.
5 Nec similiter si naturalis esset Petrus, potuit substitui pupillariter filio legitimo, *est casus apertus in l. si is qui, vbi glo. 1. Bart. & vtrique in naturali exemplificant illum tex. de vulg. & pupill.* loquens in naturali pupillariter substituto legitimo, qui ad bona testatoris peruenta in pupillarē non succedit. Nec refragatur *tex. in l. si lutius, eod. tit.* vbi permittitur naturalem posse vulgariter substitui: nam dico magnam esse differentiā an naturalis substituatur legitimo vulgariter, an pupillariter; æquidem substitutio vulgaris procedit, cum filius legitimus repudiat hæreditatem, & tunc naturalis vulgariter substitutus admittitur, cum paria sint non
6 adesse legitimum, & adesse, & repudiare *l. secum, §. si sunt sui. ad tertull.* & ita procedit *tex. in d. l. lutius.* Substitutio vero pupillaris habet locum cum pupillus adierit hæreditatem, & decesserit in pupillari ætate, tuncque voluit legitimus esse hæres, naturalis substitutus pupillariter non admittitur, & ita loquitur *tex. in d. l. si is qui,* quæ distinctio est de mente *Cyni, Angel. Bal. & Aret. in d. l. lutius, quam approbant Paul. & Cum. in d. l. si is qui, & communiter DD. illam sequuntur, refert Ripa in d. l. lutius post num. 3.* & rationem diuersitatis inter vulgarem, & pupillarem assignat *Aret. ex mente Angel. in d. l. lutius,* dicens quod filio legitimo repudiante verum est dicere nunquam ipsum cum effectu extitisse; quæ repudiatio
7 retrotrahitur, & sic fingitur legitimum per repudiationem nunquam naturali obstitisse, *d. l. 2. §. si sunt sui, ad tertull.* sed quando legitimus adierit, & in pupillari ætate decesserit, verum est ipsum aliquando extitisse cum effectu, & obstitisse naturali, quod propria virtute pupillaris non debet admitti, *quicquid Salic. Imol. & Alex. dixerint in d. l. si is qui,* asserentes illam legem intelligi cum post mortem legitimi, alius legitimus superesset; quo casu naturalis virtute pupillaris non possit capere: nam vltra quod esset casus de indubitabili, ipsimet dicunt esse intellectum diuinatiuum ad illum *tex.* ideo cū prædictis *Doctoribus*, & communi opinioni adherendo: Dico q̃ substitutus qui est conditionaliter institutus debet esse capax tribus temporibus, tempore testamenti, tempore mortis, & tempore aditæ hæreditatis, *l. si alien. §. in extraneis, de acqui. hæred.* sed tempore testamenti, & mortis naturalis incapax erat stante Ascanio filio legitimo *per d. l. 2. C. de nat. lib.* & sic vel vti spurius Petrus, vel naturalis non potuit substitui, nec legata potuerunt sibi relinqui vltra alimētorum summam, vel vltra vntiam, ad quam fine scrupulo reduci debent. Nec obstat si dicatur Petrum esse legitimatum ab Illustrissimo Duce de Albi Vicerege in hoc Regno Neap. nam ex pluribus illa corruit; præ-
8 mitto enim aliud esse legitimationem à dispensatione, quia legitimatio dicitur illa quæ vel fit reintegratiua totius status in iuribus legitimati, & non potest fieri quoad quædam; in tantū, quod si limitatur ad quæ-
9 dam, dispensatio nominatur, *Paul. in l. sed si hac, §. patronum, vbi Alex. & alij, de in ius voc. & in rubr. C. de iur. aur. anul. Dec. in cons. 52. à num. 3. Alex. in cons. 38. 3. vol.*

Socc.

Socc. in l. falsa, §. si cui, de condit. & demonstrat. Iason in cons. 4. col. 2. lib. 3. Corn. cons. 9. 4. vol. & Gozad. in cons. 92. num. 5. ab-
10 furdum esset, quod legitimatio posset fieri quoad quædam; nam idem homo esset pro parte legitimus, & pro parte non: quod non est dicendum diuerso iure censeri, cum pro parte quis non possit esse liber, & pro parte seruus, *l. pariter, in fin. ff. de lib. caus.* præsens hæc legitimatio Petri, non est legitimatio, sed dispensatio, cum sit limitata ad quędam, vt possit succedere in bonis Mundi, exceptis bonis fæudalibus, & bonis agnatorũ. Vnde cum prædicta legitimatio sit cum pacto, & non vniuersalis ad omnia, dispensatio per prædicta dici debet: quæ dispensatio odiosa est, licet legitimatio sit fauorabilis, *Corn. in cons. 93. num. 14. lib. 2. & Dec. in cons. 576. num. 7.* & non extenditur nisi ad expressa; & in expressis, cum sit odiosa, stri-
11 cta est facienda interpretatio; *Curt. sen. in cons. 73. num. 6. ver. circa quem passum*, & sine causæ cognitione fieri non potest, quæ causa in illa exprimi debet, *in cap. per venerabilem, in fin. extr. qui fil. sint leg. Gozad. in cons. 6. nu. 25. & cons. 25. num. 4.* & ali-
12 ter facta dicitur dissipatio, *inquit Accur. in cons. 242. ex tenore priuilegij*, & maxime causæ cognitio requiritur, cum sit ab inferiori à Principe, *secundum Dec. in cons. 393. num. 11. & 307. num. 10. & Gozadi. in d. cons. 6. num. 56. Curt. sen. in cons. 16. col. 7. num. 17.* & nouissimè cumulat *Rolandus à Valle cons. 89. 1. par. signanter à num. 51.* Sed cum præsens dispensatio sic facta ab inferiori à Principe sine causæ cognitione, nec in illa causa sit inserta; ideo sine dubio nulla reputari debet.

13 Nulla est præsens dispensatio, cum in illa agnati non fuerint vocati; nam licet in legitimatione, quæ fit patre viuente non requiratur citatio agnatorum; secus est in dispen-
14 satione, *ita limitat Bart. communiter in l. gallus, §. & quid si tantum, de lib. & posth. per Socc. ibi in fin. & in l. falsa, §. si cui, de condit. & demonstrat. & ita fuisse consultatum per Ioann. de Ann. & alios refert Ioan. Baptista de Sancto Seuerino in l. sed si hac, §. si patronum, de in ius vocan. Gozad. in cons. 48. num. 3. & cons. 85. num. 6. & Dec. in consil. 338. à num. 7.* & maximè sine dubio id procedit, quando fit ab inferiori à Principe *tradit Gozad. in d. cons. 6. num. 61.* Immò si verè esset legitimatio, quando fit ab inferiori potestatem habente, vocandi sunt agnati, *Socc. in cons. 146. & Boer. decis. 121. num. 4.* cum ergo hæc dispensatio sit facta ab Ill. Duce Albæ, & aliter non fuerunt citati agnati; ex hoc similiter illam corruere indubitati iuris est.

Præterea, & si legitimatio esset, adhuc nõ valeret; nam falso in illa est expressum Petrum naturalem esse natum ex soluto, & soluta: & constat illum spurium natum ex soluto, & coniugata, vel esse manserẽ ex scorto natum; quo fit subreptionis vitio illam
15 non valere, *cap. super literis, de rescript.* & in legitimatione, & dispensatione, *est casus in cap. 2. de filijs presb. & in l. 1. de natalib. restit. Curt. sen. in cons. 73. num. 31. & 32. Dec. in cons. 576. num. 8. & Paul. in consil. 107. vol. 2. & Roland. à Valle in cons. 89. 1. par. nu. 46.* Nulli enim est dubium, quod si qualitas spurietatis Petri nati ex vilissima publica meretrice fuisset expressa, vel Principes non concessisset, vel difficilius; & semper est exprimendum id, quod difficilius redderet Principem ad concedendum, *in cap. postulasti, de rescript.* si quidem cum maiori difficultate dispensatur cum spurijs, quam cum naturalibus, *d. cap. per venerabilem, & ibi in fin. Butr. qui filij sint legitimi*, sem-
16 per enim Principi exprimenda est conditio, & defectus filij, alias legitimatio vti subreptitia annullatur, *sing. est tex. in d. l. sed si hac §. patronum, de in ius voc. vbi Angel. Paul. caeteriq;* asserunt legitimationem Principis non extendi ad defectus suppressos, & tacitos, quos non præsumitur voluisse tollere; oportet in specie exprimere qualitatem spurietatis, si est spurius, incestuosus, manser, vel aliter, *notat singulariter Abb. in d. cap. per venerabiles, 7. col. vers. his præmissis, & in cap. quia circa, de consang. & affinit. Cagnol. in l. si qua illustris, num. 28. ad orfic. & per Couarr. latè in epitome quarti decret. 11. par. §. 9. fol. mihi 819.* Immò si plures essent defectus, omnes sunt exprimendi; vt in nato ex adulterio, & incestu *tangit Bal. in l. tam quam num. 31. C. de fideicommis. Alex. cons. 195. per totum, 2. vol. & Bart. qui dicit hãc opinionem communem cons. 135. in fin. vol. 2.*
17 non enim sufficit generalis expressio, nam illa vti generalis, & inuolucris est ipsa obreptio, *Rip. in l. te pacto, §. si quis rogatus, ad trebell. Grauet. in cons. 68. num. 3.* & in proprijs terminis de legitimato vti naturalis, si apparet esse natum ex ignobili fantischella, quod non teneat legitimatio, quia non naturalis, sed spurius, *consuluit Bal. in cons. 306. lib. 3. quem refert, & sequitur Ripa in d. §. si quis rogatus, post num. 4.*

Nec obstant clausulæ in fine legitimationis oppositæ (non obstante *§. fin. quib. mod. nat. effic. sui*, etiam quod esset natus ex illicito coitu;) nam illæ procedunt ex communi

stylo

ſtylo Cancellariæ. Secundo non operantur
propter vitium obreptionis, & mendacium
expreſsum, cum fuerit falsò aſsertum Petrũ
naturalem, & conſtat eſse ſpurium, ſeu man-
ſerem, *ita in ſpecie decidit Alex. in conſ. 60.
col fin. 11. vol. quem ſequitur Gozad. in conſ.
11. num. 15. & in conſ. 26. num.* 20. Non
enim ex his clauſulis tollitur vitium obrep-
tionis, & ſubreptionis; ſed per illas declara-
tur intentio reſcribentis, & reſtringuntur ad
caſus expreſsos, & in non expreſſis non ope-
rantur, *Aym. in conſ. 68. nu. 6. Ruin. conſ. 73.
col. 3. vol. 3.* Nec clauſula excludens ſubrep-
tionem operatur, quę intelligitur excludere
ſubreptionem præcedentem ex ignoran-
tia, non autem ex mendacij expreſſione, vel
ex dolo, quia in generali remiſſione non in-
18 telligitur dolus remiſsus ei, cui aliquid adeſt
*l. latius, de lib. leg. & Bart. in l. Aurelius,
§. gaius, eod. tit. & ita in hac ſpecie obreptio-
nis conſuluit Ruin. pro Marchione Cariſa in
conſ. 76. 4. vol.* Nec obſtant clauſulæ (ex mo-
tu proprio, & ex certa ſcientia) nam non
operantur in his, quæ Principi non ſunt nar-
rata, & Princeps ignorat, & ſunt facta *Bal. in
l. fin. poſt n. 5. C. ſent. reſcid. non poſſ. Socc. conſ.
120. & per Pariſ. conſ. 12. vol. 11. col. ante pen.*

Quarto, & vltimo ex alio corruit legiti-
matio prædicta, nam tempore quo Petrus
fuit legitimatus viuebat mater, prout hodie
viuit; ideoque non poterat alio modo legi-
19 timari, quam per ſubſequens matrimonium,
*glo. eſt ſing. in §. ſi igitur licentia, in verbo
non permittimus, quib. mod. nat. eff. leg quod
pro mirabile reputat Bald. in cap. per tuas, de
maior. & obed. ſing. Iaſ. in d. §. & quis ſi
tantum à nu.* 107. vbi admonet Aduocatos,
qui volunt annullare legitimationem, quod
probent tempore ipſius matrem viuere, *&
per Couarr. in epiſt. decr. 11. par. 89. à num.
5. fol. mihi* 190. vltra quod de poteſtate le-
gimandi in ſpecie minores non apparet,
quod illam habuerit Dux Albæ; cum ſoli
Principi ſit hoc conceſsum, quod poſſit ſup-
plere conſenſui, & defectui *Curt. Sen. lega-
tur in conſ. 4. col. fin. & in conſ. 19. in 1. dub.
Socc. in l. quædam relegari, col. 3. de reb. dubb.
& latius Roland. in conſ. 61. per totum*,
20 ex quibus omnibus legitimatio prędicta ſine
dubio nulla eſt, & nulla reputari debet. Pri-
mo quia eſt diſpenſatio facta ſine cauſæ co-
gnitione. Secundo quia agnati in illa non
fuerunt vocati. Tertio propter vitium ſub-
reptionis. Quarto quia tempore legitima-
tionis mater viuebat. Vltimo quia non con-
ſtat de poteſtate legitimandi minores; quo
fit ſublata de medio legitimatione remane-
re Petrum incapacem non ſolum à ſubſtitu-
tione, verum etiam à legis reſpectu eius,
quod vltra ſumma ſibi debitam à iure eſt re-
lictum.

Quoad ſecundum caput, dico quod ſi Pe-
trus eſſet capax ſubſtitutionis, quod non
poſset capere niſi illa bona, in qbus inſtitu-
tus eſt, cum ſubſtitutio ſit facta in certis re-
bus; nec dicatur quod ſicut inſtituts in re
certa non dato cohærede intelligatur in to-
tum, *l. 1. §. ſi ex fundo, de hæred. inſtit.* ita,
& in ſubſtituto *per l. cohæred. §. fin. de vulg.
& pupill.* nam intereſt an ſubſtitutio ſit per
verba directa, ciuilia, an per verba commu-
nia: verba enim directa ciuilia ſunt (hæres
21 eſto, & inſtituatur) communia vero (ſucce-
dat, & habeat) *vt in l. verbis ciuilibus, & l.
centurio, vbi Bart. num. 53. de vulgar. &
pupill.* quando enim ſubſtitutio ſit per verba
directè ciuilia in certis rebus, tunc trahitur
ad vniuerſum; ſed quando ſit per verba di-
recta non ciuilia, vel per verba communia,
tunc habet vim fideicommiſſi particularis,
*ita decidit ſingulariter Bart. in d. l. centu-
rio. num. 33. & ibi Alex. à num. 88. qui
refert omnes ſic tenere, & Paul. in d. l. coha-
redi, §. fin. Roman. in conſ. 58. & 200. &
communem eſſe hanc opinionem aſſeret Iaſ. in
l. centurio, num. 35. & Alex. in d. l. 2. in
5. quæſt. poſt. num. 27. loquens in pupillari
ſubſtitutione, de vulg. & pupill.* ſed præſens
ſubſtitutio eſt facta per verba communia,
dum dicitur (quod ſi Aſcanius moriatur in
pupillari ætate, Petrus ſuccedat) quod ver-
bum, commune eſt *ſecundum Bart. in d. l.
centurio, num.* 52. igitur per prędicta non
trahitur ad vniuerſum, ſed habet vim fidei-
commiſſi particularis; & hoc ſi Petrus eſſet
capax, qui per ſupradicta adducta, demon-
ſtratum eſt eſſe incapaciſſimum.

Quoad tertium, quid morari amplius in
portu, cum nauigamus: poſtquam Petrus
iſte actor iura, quæ poterat prætendere vir-
tute ſubſtitutionis ceſſit Monaſterio, nota-
rio ſtipulante pro eo; quod hodie eſt iam
conſtructum, & dictam ceſſionem ratificauit
cum in lite aſſiſtat: remittentibus enim iura
22 ſua quomodo regreſsus datur *ad l. quæri-
tur, §. ſi venditori, de ædil. edict.* Nec iuuat
dicere Petrum tempore ceſsionis fuiſse mi-
norem, nam illo tempore erat annorum
ſexdecim, ideirco iuramentum ipſum maio-
rem repræſentauit, *auth. ſacramenta pube-
rum, C. ſi aduerſus vendit.* quod fuerit tan-
dem abſolutus à iuramento lite pendente nil
prodeſt; tum quia fuit obtenta parte non
citata, quæ requirebatur ob pendentiam
litis: tum etiam quia incurſum erat in per-
iurium; quo caſu ordinarius non potuit ipſũ
abſol-

Digitized by Google

absoluere, *vt per Abb. & Fel. & cæteros in cap. 1. de iureiur.* præterea si habilitatio à iuramento valida esset, non esset, nisi solum ad finem agendi tantum, cum virtus validatiua contractus firma remansit, *Socc. in l. ex scriptura, de cond. & demonst. Hypp. sing. 529. Guid. Pap. decis. 226.* Nec refragatur dicere, quod tempore cessionis prædictæ nullus pro Monasterio ipsam acceptauerit, itaquod illi ius nõ fuisset acquisitũ, & successiue licuisset illam reuocare, *per glo. ord. in*
23 *l. illud, C. de sacr. sanct. Eccl.* nam notarius stipulatus fuit pro eo, & non est dubium quod notarius potest alteri stipulari, & stipulando à tempore stipulationis ius absenti quæritur, *l. 1. & 2. vbi Bart. & Alex. ff. rem pup. sal. for. Guid. Pap. decis. 49. & late per Tiraquell. qui omnes cumulat de constit. 300. limit. num. 13. fol. mihi 195. & nu. 23. & seq.* & id maxime procedit cum ius Monasterio fuerit quæsitum, fauore piæ causæ *Alex. Rub. in conf. 117. in fin. & per Tiraq. in d. loco num.* 44. vbi dicit in personis priuilegiatis hoc non esse speciale, *& per Couar. in rub. de testam. num. 13. vers. sed si not. fol. mihi* 235. & si dubium aliquale occurreret, si ex stipulatione notarij ius absenti quæratur ante acceptationem; omnes
24 tamen concordes sunt in hoc stipulationem notarij pro absente operari, vt ante illius acceptationem donans, & cedens non possint pænitere, vel reuocare, *Socc. iun. in conf. 118. 2. col. 2. vol Tiraquel. late in alleg. loco, nu. 49. cum sequentibus, & per Couarr. in prealleg. loco, & latius in tract. var. resol. cap. 14. num. 11. & 12. vbi communem opinionem esse asserit*, & dato quod Monasterium tempore cessionis non esset constructum, adhuc valida est cessio Ecclesiæ facta *secundum Corn. in conf. 215. col. 3. ver. & maxime apparet, lib. 2.* quia qui Ecclesiæ donat Deo promittit, iuxta illud, Inppiter est quacunque vides, quacunque moueris, & non enti, sed esse speranti, prout erat Monaste-
25 rium prædictum quod hodie est constructũ, ius quæritur, *l. qui operas, ff. de oper. libert. & l. diui, ibi, vna cum fratribus, C. de natu. lib.* & talis cessio facta Ecclesiæ valet sine insinuatione, *Bart. & Abb. in d. l. illud, C. de sacr. sanct. Eccl. & Cald. in conf. 3. in rub. de donat.* similiter valida est etiam quod fuerit facta à minore *secundum Cyn. in authen. ingressum, col. 2. & num. 5. C. de sacr. sanct. Eccl.* vbi in translatione bonorum minoris, vel adulti, quæ fit in proprium Monasteriũ, propter professionem, non requiritur sollemnitas debita in alienatione bonorum minoris; quia quod alienatur ad pias causas, spiritu Dei fit, ideoque in tali alienatione non est necessaria sollemnitas alicuius laicæ constitutionis, *inquit Socc. in reg. fall. reg. 310. num. 15.* itaque per prædictam cessionem lucidius sole constat Petrum penitus esse exclusum. Quibus addictis concludo, quod Petrus est spurius, vel manse.; idcirco non solum à substitutione sine dubio excludi debet, non obstante legitimatione nulla, & valida cessione sequta; verum etiam legata ad summam alimentorum reduci debent: vel si Petrus esset naturalis prout non est, legata ad vntiam duodecimæ partis hæreditis debent minui. & ita arbitror esse puram veritatem, & Monasterium cæterosque conuentos esse absoluendos à petitione Petri huius, qui scit Deus si filius fuerit Mundi; si in dubio pro Monasterio iudicandum, quanto magis in re tam clara, maxime quia hæreditas hæc deseruit ad alendum pauperes Christi.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Dominium reseruatum solutione pendente, ea sequuta censetur translatum à tẽpore venditionis in emptorem.*
2 *Contractus conditionalis adimpleta conditione, ac si pure celebratus esset, iudicatur.*
3 *Dominium reseruatum solutione pendente cuius sit naturæ.*
4 *Pignus resoluitur resoluto iure pignorantis ex causa antecedenti necessaria.*
5 *Creditor prior ius retinendi habet.*
6 *Hipotheca emptoris sequta euictione domini reuocabilis, vel reuiuiscit, vel saltim durat ad finem retinendi.*

Pro Raphaele Gagliardo:

ARGVMENTVM.

De venditione conditionali, an purificata conditione dominium censeatur retro translatum. De venditione quoque resolubili ex pacto antecedenti, an resoluat hipothecam, & an hipotheca seqnta euictione reuiuiscat saltim quoad effectum retinendi.

Digitized by Google

CONSILIVM CI.



ERVM est de mense Augusti 1565. Magnificum Raphaelem Gagliardum emisse domos pro ducatis tercentum quinquaginta, à Francisco, & Andrea de Rosa patre, & filio, de quibus remansit debitor in ducatis centum triginta quatuor, qui pater, & filius sibi consulentes voluerunt, quod pendente satisfactione dominium pro rata non intelligeretur translatũ, *iux. l. cum manusata, §. fin. ff. de contrahenda emptione.*

De mense Decembris 65. prædictus Andreas venditor contraxit matrimonium cum Catharina Palomba, quæ nunc prætendit assistentiam pro eius dotibus super domibus prædictis, non obstante, quod fuerint ante contractum matrimonium venditæ; ex quo dominium pendente satisfactione pro rata venditori fuit reseruatum, quod in obligationem vxori deuenit. Sed aduertant Domini Iudicantes quo modo actrix ista omni iure debet succumbere, si quidem venditio dictarum domorum iam fuit perfecta ante matrimonium contractum, licet sub conditione, quod pendente satisfactione dominiũ
1 non intelligatur translatum; verum purificata conditione satisfactionis sequtæ dominium censetur translatum in præteritum à tempore venditionis contractæ, *l. necessario,*
2 *ff. de pericu. & comm. rei vend.* conditione enim adimpleta censetur, ac si contractus pure fuisset celebratus, *l. pecuniam, vbi not.*
3 *ff. si cert. pet.* eoque magis quia hoc dominiũ quod reseruatum fuerat venditori, non erat perpetuo duraturum pænes ipsum, sed reso-
4 lubile sequta satisfactione; sit inde resoluto dominio obligantis solutione sequta, resolui ius pignoris accipientis, *vulgata l. lex vectigali, ff. de pignor.* sicut in pacto de retrouendendo *Doctores* etiam id firmant præcipue *Bar. in l. in diem, ff. de aqua pluuia arcenda, in l. si res, vbi omnes, ff. quibus modis pignus, vel hipotheca soluitur, & in l. sexta, §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiectione,* semper enim quod ius obligantis resoluitur ex causa antecedenti necessaria, ius pignoris interim contractum extinguitur, *ita Bar. in d. l. si res, & dicit esse notandum ad multa Dec. cons. 88. col. 2. Tiraquell. late de retractu conuent. §. 3. glo. 1. nu. 10. & 11. & Negus. de pignor. 1. membro 5. par. num. 43.* & ratio est quia quando fit resolutio ex causa de præterito orta ante obligationem contractam, censetur obligatio contracta resolubilis eo modo etiam quo ius resolubile erat penes obligantem, *ita Paul. de Castro in l. 2. col. 3. vers. octauo quaro, C. de resci. vend. tradit —— memoria tit. 1. §. 22. num. 45. & Tiraq. alleg. loco post num. 12.* & si recte inspicimus *tex. in §. sed & Marcellus, l. 6. de in diem adiect.* sine dubio pũctũ decidit. Ibi facta est vẽditio sub pacto adiectionis in diem si alius infra mensem meliorem conditionem attulerit res sit inẽpta; quod si emptor interim dominus rem pignori tradidit, & alter offert meliorem conditionem, quod pignus interim contractum resoluitur, quia resolutio fit ex causa necessaria orta ante obligationem. sic in proposito dominium reseruatum venditori fuit resolutum sequta solutione ex causa necessaria, vigore pacti orta de præterito ante obligationem mulieris; nimirum si eius obligatio omnimodo resoluta censeatur.

Amplius quid opus est his notorijs regulis, esto millies, quod mulier ista haberet hipothecam super dominio venditori reseruato, emptor dum emit non ne habuit promissionem euictionis in ampla forma, sub obligatione omnium eius bonorum, & iurium; & sic dominium illud reseruatum in obligationem emptori venit. sit ex his si mulier euinceret iure assistendi, certe emptor, vt anterior, ex quo emit ante contractum ma-
5 trimonium, mulierem excluderet; & eadem ratione ad euitandum circuitum retinere magis posset, *l. creditor, qui prior, ff qui pot. in pig. & l qui à debitore, ff. quibus modis pi-*
6 *gnus, vel hipotheca soluatur,* hipotheca enim emptoris vel reuiuiscit sequta euictione dominij reuocabilis *l. ex festante, §. latinus largus, ff. de exceptio. rei iud.* vel ad effectum retinendi durat *ad glos. in d. l. qui à debitore, ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol.* quare tum quia hipotheca mulieris est extincta, tum etiam quia emptor esset anterior, maxime quia mulier consensit liberari pretium eius viro, conuentum non molestari sine scrupulo arbitror.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 **D***onatio propter nuptias successit in locũ antefati.*
2 *Pater recipiens dotem pro filio, ei donationem propter nuptias facere compellitur.*
3 *Pater etiam vti pater filio donationem propter nuptias facere tenetur.*
4 *Tex. in l. fin. C. de dotis promissione pondetur.*

Pro

Pro Octauio Carrafa.

ARGVMENTVM.

ANtefati constitutio ad quem spectet? & quid si pater pro filio dotē recipiens eidem illud constituat, an habeatur vti fideiussor?

CONSILIVM CII.

PVNCTVS hodie decidēdus inter magnicos Basadonna vti creditores quōd. Vincentij Carrafæ, ac dominum Octauium Carrafam, filium, & hæredem quond. Fabij Carrafæ in eo consistit.

Magnificus Vincentius Carrafa contracto matrimonio inter dominam Isabellam Villanam, & Fabium Carrafam filium ipsius Vincentij, constituit dominæ Isabellæ antefatum consistens in dictis 2166. euenit casus lucrefactionis antefati per mortem ipsius magnifici Fabij: domina Isabella petijt, & obtinuit sibi satisfieri pro prædicto antefato super bonis ipsius magnifici Vincentij: creditores ipsius Vincentij, inter quos sunt magnifici de Basadonna, prætendunt hodie, quod constitutio prædicti antefati spectabat ad dominum Fabium Carrafam virum. Vnde licet Vincentius illud constituerit, ipse debet haberi tanquam fideiussor, & proinde cum antefatum exierit ex bonis Vincentij, debet hodie tantumdem solui ab hæredibus Fabij, ad quem verè spectabat prædictum onus antefati, in beneficium hæredum ipsius Vincentij, ac successiue in beneficium creditorum ipsius.

Sed antequam ad talem prætensionem respondeam, volui subijcere verba instrumēti dotalis, in quo constituitur prædictum antefatum, ad finem, vt facilius cognoscatur veritas; Et sunt tenoris sequentis videlicet. *Et nihilominus prædictus dominus Vincentius Carrafa contemplatione, & causa contracti matrimonij supradicti, ac habens respectum ad dictas dotes per eum modo, quo supra, receptas, & ex alijs iustis rationibus, constituit donationis titulo, &c. eidem domina Isabella ibidem præsenti, & petenti dotarium, seu tertiariam duc. 2166. secundū vsum Magnatum, Procerum, & Baronum huius Regni, super omnibus, & singulis bonis ipsius domini Vincentij lucrifaciendum dictum dotarium per ipsam dominam Isabellā super prædictis bonis omnibus prædictis domini Vincentij per mortem domini Fabij (quod absit) ipsa domina Isabella superstite. Vt liquet ex instrumento dotali.*

Quod instrumentum dotale præcesserat promissum de constituendo per ipsum dominum Vincentium, vt ex promissione facta in capitulis matrimonialibus liquet.

His in facto præmissis, aduertant (quæso) amplissimi Senatores, quam vana sit prætensio partis aduersæ talis. Quandoquidem aut pars prætendit se fundare super verbis ipsius instrumenti dotalis, & non est dubium, quod ex ipsorum lectura duo liquent. Primū constituisse dotarium, siue antefatum super bonis proprijs. Secundum illud voluisse donare ipsi magnificæ Isabellæ. Nam si quando pater constituit donationem propter

1 nuptias (in cuius locum hodie suffectum est hoc nomen antefati, *auth. dos data, C. de don. ant. nupt.*) vxori eius filij, in dubio censetur illam constituisse ex liberalitate, ac super bonis proprijs, vt infra demonstrabo: à fortiori, non est dubitandum, quin voluerit pater donare in hoc casu, in quo clarissime verba id demonstrant.

Aut secundo fundabit se pars aduersa in eo, quod licet magnificus Vincēcius obligauerit se principaliter in constitutione antefati, & sic insolidum cū Fabio filio teneatur, *ex reg. tex. in l. si non singuli, C. si cert. pet. cum simil. alleg. per Rom. cons.* 114. tamen ex quo vere dos spectabat ad filium, ad eum etiam dicatur spectasse constitutionem antefati, tanquam correspectiuam ad dotes *ex reg. tex. d. authen. dos data.* successiue habeatur prædictus dominus Vincentius vti fideiussor, adeo vt ei detur actio contra eū, ad quem peruenit pecunia, *per ea quæ tradidit glo. per illum tex. in l. si Iulianus, §. item si duos, ff. ad Maced. Bar. in l. 3. §. vbi duo. ff. de duo re. stip.*

At in hoc casu aduertatur, quod tales termini non possunt applicari. Primo, quia ij procedunt quando Fabius esset insolidum obligatus cum patre: at nos videmus in hoc instrumento solum Vincentium Carrafam obligatum in constitutione antefati. Secundo, si nos attendimus ad quem peruenerunt dotes; non est dubium, quod iuris est, cui promittitur in capitulis matrimonialibus dos, & is solus promittit constitutionem antefati: deinde in instrumento dotali is solus recipit dotes, & is solus constituit antefatum. Vnde tale motiuum partis aduersæ, nedum non officit, verum etiam fortificat intentionem conuenti: postquam antefatū, quod est correspectiuum ad dotes, debebat constitui à domino Vincentio, qui recepit

dotes: eoque magis, quia vera est conclusio
2 in iure, quod quando pater recipit dotes pro filio, tenetur ei constituere donationem propter nuptias: *prout satis bene id tradidit Lopez in repetit. rubr. de don. inter vir. & uxor. §. 22. num. 2.* Immò ipso iure constituitur hæc donatio ab eo, qui recipit dotes, *secundum opin. glo. in d. auth. dos data, in verbo meretur, in final. verbis, quam ibi sequitur Cyn. ac alij relati per Lopez in præalleg. §.*

Sed quorsum in Doctorum authoritates recensendo immoror ad demonstrandum, quod Vincentius non possit haberi in hoc casu pro fideiussore? si nos videmus, quod Vincentius fecit id, ad quod, ne dum, vt is, qui recepit dotes, sed simpliciter vti pater
3 erat obligatus. Patrem enim esse obligatū constituere donationem propter nuptias filio ex proprio ipsius patrimonio satis clarè disponitur *in vulg. l. fin. C. de dot. promiss.* quam ad hoc citant *Bart. in l. si eum dotem, §. transgrediamur, num. 4. ff. solu. matr. & ibi Paul. num. 9. Alber. ibi num. 3. Rom. ibi num. 12. ac deniq; cæteri Doct.*

Nec dicatur per partem aduersam, quod Dominus Vincentius fecerat amplam donationem ipsi Fabio contemplatione huius matrimonij, vnde non tenebatur ad constitutionem prædictæ donationis propter nuptias: quandoquidem satis inter se differunt donatio, quæ fit ipsi filio, & filijs nasciturís ex eo matrimonio, & ista vocatur donatio cōtemplatione matrimonij; & donatio propter nuptias, quæ fit vxori respectiuè ad dotes. Vnde non ex quo fecerat prædictam donationem, valet consequentia; Ergo non tenebatur constituere donationem propter nuptias. Tanto magis, quia Dominus Fabius pater ipsius Domini Octauij respectu dictæ donationis factæ contemplatione matrimonij renunciauit, & cessit dicto q. Domino Vincentio nonnulla iura materna sibi competentia maximè importantiæ, & in specie medietatem Casalis Vertichij, & Abbatiam dictam *de Santa Maria à Mazzocca* sitam in terra Sancti Bartholomei de Gaudo, introitus annorum ducatorum duorum millium in circa. Et sic effectualiter potest dici potius donatio compensatoria, & remuneratoria, quam contemplatione matrimonij simpliciter.

Secundo, pro responsione aduertatur, q̄ hodie non tractamus, si tenebatur, vel ne, quia iam fecit; sed ex cuius patrimonio debeat exire hæc donatio. Et in hoc, rogo,
4 aduertatur dispositio illius *tex. in d. l. fin.* Ponit enim ibi casum Imperator, in quo cum in posse patris adessent bona ipsius filij, vt puta dotes maternæ, vel alia patri non acquisita, pater constituit donationem propter nuptias: quærebatur de cuius bonis dicatur pater constituisse hanc donationem. Et decidit Imperator distinguēdo, quod. Aut simpliciter constituit donationem, & hoc casu intelligitur ex sua liberalitate processisse debito in sua figura remanente: aut dixit constituere donationem tam super bonis proprijs, quam super maternis; & in hoc casu si patrimonium paternum est sufficiēs ad prædictam donationem, adhuc super proprio censetur constituta. Modo si quando expresse constituit super bonis proprijs, & maternis, censetur constituta de proprio: quanto magis id erit absque scrupulo dicendum in hoc casu voluisse donare, in quo expresse constituit super bonis suis, & expresse donauit. Adeoquod ex sola decisione huius tex. credo absoluendum fore Dominum Octauium Carrafam, pro quo hæc occurrunt. Cætera religio, & doctrina Iudicantium suppleat.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Reclamare à sententia Præfecti Pretorij quoties liceat, & quis ordo in reclamatione sit seruandus.*

2 *Decretum latum contra notorium iuris, est ipso iure nullum.*

3 *Reclamatio si impeditur prosequi facto Principis, numquam currit tempus reclamationis.*

4 *Vniuersitas restituitur aduersus reclamationem non interpositam, ad instar minoris & num. 5.*

6 *Restitutio in integrum aduersus reclamationem omissam potest peti infra quatriennium, quod quatriennium incipit currere à die lapsu biennij ad reclamandum concessi.*

7 *Remedium ordinarium tunc potest intētari, cum deficit extraordinarium.*

8 *Restitutio in integrum, in vna causa, & ad vnum finem non permictitur, nisi semel; sed ad alium finem pluries permictitur.*

9 *Actio, qua intentatur per viam exceptionis, poterit iterum intentari per viā principalis petitionis, nec obstat exceptio rei iudicata.*

10 *Vniuersitas potest restitui ad appellandum aduersus restitutionem denegatam, & nū quid tam à prima sententia concedatur restitutio ad appellandum, quam à restitutione denegata, & quando, nu. 11. & 12.*

Pro

Pro Vniuersitate Paulæ, contra Marchionem Fuscaldi.

ARGVMENTVM.

Reclamare quando, & quoties liceat, & quando currat tempus reclamationis; Vniuersitas an restituatur aduersus reclamationem non interpositam; & quando ista restitutio sit petenda, & incipiat currere tempus; & numquid cõcedatur restitutio aduersus restitutionem denegatam, & appellationem non interpositam, & quando.

CONSILIVM CIII.



PRÆTENDIT Illustriss. Marchio Fuscaldi vniuersitatem terræ Paulæ non posse audiri in petitione demanij; quidquid dicat, clare liquet dictam Vniuersitatem posse audiri, & ea audita absque dubio ad demanium admitti: si quidem die 24. Martij 1571. per decretum à demanio fuit exclusa; ab hoc decreto non reclamauit, sed incidenter petijt restitutionem in integrum ad finem impediendi executionem dicti decreti. Die 12. Maij 71. per aliud decretum fuit prouisum quod oppositis non obstantibus decretum prædictum exequatur, & nihilominus perpetuum silentium Vniuersitati imponatur. videndum nunc perpetuum silentium impositum non recte, nec rite fuisse impositum, & quomodo tempora largiuntur vt hæc Vniuersitas audiatur.

1 Lex communis disponit semel à sententia
2 Præfecti Prætorio posse supplicari, seu reclamari, & non bis, *l. si quis aduersus, C. de præcib. imper. offer.* & cum semel reclamatur, ordo est causam reclamationis alteri Indici committi, per quem si dato termino in causa reclamationis, & causa cognita prouidetur bene fuisse iudicatum, perpetuum silentium reclamanti imponitur; quia duæ sunt sententię cõformes per diuersos indices causa cognita latæ, *ita dictat Pragmatica Ferdinand. Primi fol. 5.* quæ hanc formam perpetui silentij tradidit. in præsenti liquet hanc formam nõ fuisse seruatam, nec potuisse seruari, nulla interposita reclamatione per Vniuersitatem: nam (vt dixi) à decreto exclusiuo demanij, lato die 24. Martij 71. Vniuersitas non reclamauit, quod confitetur pars aduersa in quadam eius responsione; sed tantum petijt decretum non posse exequi, quia promissa adimpleuerat. Causa alteri non non committitur, quia non erat causa reclamationis; decretum sequitur per eundem Iudicem, die 12. Maij 71. quod decretum alias latum die 24. Martij 71. exequatur; dũ perpetuum silentium additur, non recte, nec rite fuit additum: non recte quia non sunt duę sententiæ conformes, quę tunc sunt, cum interposita reclamatione per diuersos Indices feruntur; nec rite quia forma *Regiæ Pragmaticæ* non fuit obseruata, & virtualiter continet hoc decretum imponẽdo perpetuum silentium, quod à primo decreto exclusiuo demanij non possit reclamari, contra notoriam iuris dispositionem, *l. si quis aduersus, vbi Bal. C. de præc. imper. off. Scrib. in auth. quæ supplicatio, C. eod. tit. & in l. vni. C. de senten. Præfect. Prætor.*
2 quo casu tale decretum contra notorium iuris latum, ipso iure nullum redditur; quia tale notorium expræssioni æquipollet, *Inno. in cap. 1. de offic. vica. Feli. in cap. inter cæteras, col. 5. vers. sexta declaratio, de re iud.* & quod sententia contra notorium iuris sit ipso iure nulla, *idem Innoc. in cap. 2. de dilat. sequitur Franc. in cap. dilecto, q. 41. nu. 96. de appell. Feli. late dicens hanc opinionem esse communem, & in praxi seruari, in cap. quoniam contra. nu. 26. & ibi Dec. n. 36. de probat. & Afflict. decis. 39. num. 5.* quam ob rem de hoc decreto, quod perpetuum silentium imposuit, tanquam nullo, & non rite, nec recte lato; nulla prorsus erit habenda ratio, & proinde Vniuersitatem audiri in eius notorijs iuribus clarissime liquet.

Et si ex aduerso obijcitur ab anno 1571. vsque nunc biennium ad interponendam reclamationem ipso iure cucurrisse; quo sit Vniuersitatem, quæ non reclamauit à decreto excludente demanium, amplius non posse audiri. Respondetur quod Vniuersitas ideo non reclamauit, quia videtur fuisse prohibitam reclamationem facto Principis ei perpetuum silentium imponentis, & sic expræsse
3 prohibentis, ne reclamet: & sicut tempus prosequendi reclamationem stante Principis impedimento ipso iure non currit, *cap. ex insinuatione, de appell. auth. sed & lis, C. de temp. appell.* etiam si per mille annos impediretur, *vt explicant Abb. & Dec. ambo. nu. 6. in cap. ex ratione, de appell. Paris. cons. 5. num. 52. cum seq. lib. 4. Gram. decis. 13.* ita & biennium illud ad reclamandum præsti-

tum ipso iure nullo vnquam tẽpore currit,
facto Principis ita disponentis, ne fiat recla-
matio; cum vtroque casu eadem ratio, & sic
idem ius militet, *vulg. l. illud, ad leg. aquili.*
cum concordantijs traditis per Tiraq. de caus.
cess. 1. par. num. 51.

Præterea esto millies quod biennium cu-
4 currisset, adhuc dico Vniuersitatem tanquã
læsam ad instar minoris, ad reclamationem
posse restitui, *l. Respublica, C. de iur. Reipub.*
Specul. de in integr. rest. num. 19. satis enim
læsa est Vniuersitas per decretum excludens
5 demaniũ; & quia reclamare omisit exemplo
minoris, qui omittens opponere aliquam
exceptionem, seu allegationem læsus resti-
tuitur, *l. minor. 25. annis, ff. de minor. & cap.*
6 *auditis, de in integr. rest.* & cum restitutio
conceditur illa potest peti infra quatrien-
nium, quod in præsenti incipit currere à die
lapsus biennij ad reclamandum concessi, *l.*
superuacuam, C. de temp in integ. rest. ea
7 ratione, quia remedium restitutionis tanquã
extraordinarium, tunc permittitur, cum de-
ficit remedium ordinarium, *l. in causa, la. 2.*
ff. de minor. quam ob rem clare videmus quod
largiuntur tempora, vt hæc Vniuersitas au-
diatur; nam biennium concessum ad recla-
mandum finiuit die 24. Martij 73. à quo die
cœpit quadriennium currere concessum ad
petendum restitutionem, & finiuit die 24.
Martij 1577. & Vniuersitas iam comparuit
in principio mensis Februarij 77. petens re-
medio restitutionis ad demanium admitti.

Nec dicatur semel fuisse petitam restitu-
tionem in integrum per Vniuersitatem, dum
volens impedire exequtionem decreti exclu-
dentis demanium, die 24. Martij 1571. petijt
restitutionem in integrum, eamque fuisse
8 denegatam, & clarum sit restitutionem in
integrum in eadem causa sæpius non dari, *l.*
1. C. si sæp. in integr. rest. postu. nam restitu-
tio bis non datur super eodem ad eundem
finem, *d. l. 1. & Specu d. tit. de in integ resti.*
sed ad alium finem pluries conceditur, *Bal.*
in d. l. 1. num. 1. petijt enim Vniuersitas re-
stitutionem post decretum ad finem impe-
diendi exequtionem decreti, & sic excipien-
do ad alium finem pluries: nunc autem peti-
tur restitutio principaliter ad alium finem,
vt Vniuersitas restituatur ad reclamandum;
& quamuis ab illa restitutione excipiendo
9 opposita ad illum finem Vniuersitas fuerit
exclusa, poterit nunc idem remedium agen-
b do ad alium finem proponere, [b] nec nocebit
exceptio rei iudicatæ in exceptione *Bar. in*
l. quod in diem, §. 1. ff. de compensa. & l. qui
Romæ. §. duo fratres, 5. oppos. de verb. oblig.
& pulchre Socc. cons. 264. nu. 15. & 16. 1. vol.

10 Amplius dato, quod restitutio fuisset peti-
ta ad eundem finem, scilicet ad reclamandũ,
ad quem finem nunc petitur, quod non est; &
ab ea Vniuersitas fuisset exclusa, licet non
appellasset, posset restitui ad appellandum
à restitutione denegata, *inquit glo. & Scrib.*
11 *in d. l. 1.* Immo *glo.* dubitauit *in d. l. 1.* dari
restitutionem ad appellandum tam à restitu-
tione denegata, quam à sententia prima
quod expresse ibi Cyn. affirmat, Et licet *glo.*
ibi asserat videri illam legem procedere da-
ri restitutionem ad appellandum à restitu-
tione denegata, & non à prima. Procedit
quando à prima sententia fuisset appellatum
& appellationum tempora essent decursa;
nam tunc si fuisset petita restitutio, & dene-
gata, restitutio tantum daretur ad appel-
landum à restitutione denegata. *ita illam glo.*
intelligit ibi Salic. in d. l. 1. num. 3. vers. quaro
12 *supposito.* ex hoc innuens quod si à prima
sententia non fuisset appellatum, vt in præ-
senti accidit, & restitutio fuisset petita, & de-
negata, daretur restitutio ad appellandum,
non solum à restitutione negata, sed etiam à
sententia prima, *vt Cyn. ibi affirmat.* Quare
dicat aduersarius quicquid velit, semper
vniuersitas erit audienda; & dũ auditur, vires
habet notorias, pretium non solum obtulit,
sed deposuit, ad demanium petitum, & alias
concessum admittendam fore, quia passim
hoc iure vtimur, indubitanter affirmo.

Camillus de Medicis.

a Adde, reclamatione interposita quando sit
locus cautioni vt exequatur sententia, & quod
fatalia currant in causa reclamationis, *D. de*
Franch decis. 646. 4. vol. Et an reclamatio
à decreto quo decernitur non esse deferendũ
restitutioni in integrum, impediat exequtio-
nem sententiæ, latæ contra minorem. quod
non, *idem D. de Franch decis. 702 in nouis.*
& ob id cum in causa Illustriss. Card. Aldo-
brandini Abbatis *della Ferrara* prætenden-
tis relassationem Castri Torcini vti nulliter
alienati contra Ducem Andriæ, remisso arti-
culo incidenti per Sac. Cons. ad Reg. Cam.
quæ declararet an esset feudum, vel ne, (si-
cut etiam fit cum incidit quæstio spiritualis,
vt per D. de Franch. decis. 36. 51. 112. 419
nu. 2. 512. & 551.) & lato decreto Castrum,
& territoria esse feudalia, quamuis à prædi-
cto decreto fuisset reclamatum, & præten-
disset conuentus non posse procedi ad ex-
peditionem causæ pendente reclamatione:
tamen facto verbo die 19. Maij 604. iunctis
aulis, & iterum in Collat. Cons. 6. Septem-
bris fuit decisum esse procedendum, vt in
proc. in banca Amatrudæ.

Decisum

b Decisum ad vnum finem poterit iterum in iudicium reuocari ad alium finem: puta si quid sit decisum in vno iudicio per viam exceptionis, tametsi plenariè fuerit cognitū, non prohibetur quis ad alium diuersum finem deducere, & agere principaliter *Bart. post Butrig. in l* 1.*C. de ordin. iudic. n.*4.*& in sua distin. in d. §. duo fratres, num.* 6.*&* 7. *& in extrau. ad reprimendum, in ver. summariè, num.* 27. *facit doctr. Bal. in l. fin autem, §. fin. ff. de negot. gestis.* Distinguens, quod aliquando variatur modus, & finis, & procedit doctrina *Butrig. & Bart. in d. locis ex l. quod in diem, §. si rationem, ff. de compens. & vendicantem, ff. de euictio.* Aliquando variatur modus, & non finis, & procedit *d. §. fin. l. sin autem,* interdum non mutatur modus, neque finis, & obstat exceptio rei iudicatæ, *& in notab. casu iusta prad. theoricam consuluit Socc. cons.*264.*nu.* 15.*lib.*2. *quem citat Anna sen. alleg.* 8. *num.* 7. *qui num.* 14. *&* 15. *rectè declarat, & D. de Franch. decis.* 289. Et sic etiam decisum incidenter non obstat quominus quis possit iterum idem deducere, & agere in iudicio plenario, *l. si quis à liberis, §. si vel parens, cum glos. ff. de liber. agnos. Bar. in l. à diuo pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. cap. veniens, de testibus, Bar. in d. l. qui Roma, §. duo fratres, nu.* 7. *Ias. Ripa, & cæteri Repet.* dicitur autem plenariè quid cognitum ex probationibus, *secundum Alex. in d. §. si super rebus, & Bal. in l. si iudex, num.* 3. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris,* nec potest censeri adhibita causæ cognitio vbi lis non fuit contestata, *Bar. in d. extrau. ad reprim. in vers. summariè, num.* 10. *Alex. cons.*212. *num.*19. *lib.* 6.

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Dominium bonorum patris ipso iure transit in filium, & videtur propria bona quarere.*
2 *Feuda veniunt in petitione hæreditatis.*
3 *Testis testamentarius, non deponens de tenore testamenti non probat.*
4 *Confessio non nocet, nec prodest, in non dependentibus à potestate confitentis.*
5 *Testes septem requiruntur ad probandum voluntatem testatoris in testamēto, sed duo si de probanda sollemnitate ageretur.*
6 *Assertioni Principis an sit credendum, & qualiter.*
7 *Assertioni Principis non creditur in facto alieno, etiam si causam exprimeret; immo nec in proprio, cum de alterius præiudicio agitur, & num.* 8.
9 *Assertioni Principis super facto alieno in præiudicium tertij, quando credatur, quo ad præsumptionem, qua transfert onus probandi in aduersarium, & num.* 10.
11 *Assertioni inferioris à Principe non est credendum.*
12 *Agnatus immediate successurus patiens sequentem inuestiri de feudo post annum, nō poterit amplius illud petere; quod qualiter procedat vide.*
13 *Intellectus ad tex. in cap. Titius, §. quid si titius, si de feudo fuerit controuers. & an sit correctus in Regno, & num.* 17.
14 *Consensus tacitus agnati proximioris cum lapsu anni quare in Regno non est sufficiēs, vt vlterior agnatus non habeat feudum.*
15 *Agnatus proximior quare de iure communi per lapsum anni, & taciturnitatem excluditur à feudo, de quo passus est vlteriorem agnatum inuestiri.*
16 *Inuestitura si non fuerit petita infra annum non amittitur de iure Regni feudum, sed soluitur duplicatum releuium.*
18 *Dispositio patris in non proxime successurū, est nulla sine assensu.*
19 *Assensus Regis post mortem alienantis non potest impetrari.*
20 *Refutatio in proxime successurum valet sine assensu, & quare.*
21 *Assensus Regis requiritur in refutatione facta vlteriori agnato, etiam si postea proximior eam ratam habuerit.*
22 *Regula, quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui, habet locum in feudis.*
23 *Feuda quanto tempore, & qualiter contra priuatos præscribantur.*
24 *Inuestitura præsumpta qualiter inducatur.*
25 *Inuestitura præsumpta non iuuat, quando constat de titulo inualido.*
26 *Tituli initium in feudis attenditur, quod si fuerit inualidum pro nullo reputatur, quāuis adsit cursus temporis.*

Pro Donna Isabella Iustiniana.

ARGVMENTVM.

Dominium rerum fæudalium continuatur in poxime successurum, in quem si fiat refutatio, Regis assensus, non est necessarius. Assertioni Principis

cipis de facto alieno, vel de eo, quod tangit proprium ipsius interesse, non creditur. Assensus Regis necessarius est in refutatioue facta remotiori in gradu, etiam si eam ratam habeat proximior successurus. De præscriptione feudorum, & inuestitura, quo tempore præsumatur.

CONSILIVM CIV.



FVNDATA video extrema assistentiæ petitæ pro parte Donnæ Isabellæ Iustinianę creditricis Magnifici Michaelis Brisegnę ei' viri, pro ducatis duobus mille, super feudo nuncupato *la Foresta*, quod per Magnificum Baldaxarem Brisegnã possidetur: siquidem ipsam esse creditricem cum assensu, & feudum possideri per Magnificum Baldaxarem non dubitatur. Sed feudũ prædictum fuisse in bonis Magnifici Michaelis, & sibi successiuè hypothecatum mediante assensu, hoc modo fundatur: constat enim feudum prædictum fuisse quæsitum per magnificum Christophorum Brisennum patrẽ communem prædictorum Michaelis, & Baldaxaris, & illud remansisse in eius hæreditate, Michaelem fuisse primogenitum, & vniuersalem hæredem prædicti Christophori, & Baltaxarem tertiogenitum similiter non hæsitatur. Quo fit ipso iure dominium prædicti feudi fuisse delatum prædicto Michaeli primogenito, *ad l. cum hæredes, de acquiren. possess.* & quia filius succedendo patri videtur propria bona quærere, cum nihil sibi desit præter administrationem, *l. in suis, de lib. & posth.* Ideo succedendo feudum de nouo non quærit, sed acquisitum iam capit, *inquit glo. sing. communiter ibi approbata, in cap. 1. in fine, de feud. cogni.* Dominium prædicti feudi ipso iure iam delatum Michael primogenitus acceptauit, nam statim quod voluit esse hæres magnifici Christophori, omnium remansorum in hæreditate dominium quæsiuit, & sic feudi prædicti, cum feuda in petitione hæreditatis veniant, *ad glo. l. item videndum, §. fin. de petit. hæred. Andreas in cap. 1. in princip. an agnatus, & alibi sæpius.* Si dominium prædicti feudi fuit quæsitum magnifico Michaeli, obligatio statim super illo iam nata est Donnæ Isabellæ, cum assensum habeat; & sic fuisse in bonis magnifici Michaelis feudum prædictum, & omnia extrema iudicij intentati concurrere iã liquet.

Præsupponit nunc magnificus Baldaxar feudum prædictum iure licito tenere virtute legati, & dispositionis paternæ, quam magnificus Michael primogenitus post mortẽ patris ratificasse figuratur; ideoque inuestituram de prædicto feudo obtinuisse in anno 1526. Et quia nec dispositio paterna de dicto feudo in beneficium dicti Baldaxaris, nec consensus magnifici Michaelis per scripturas apparent; conatus fuit magnificus Baldaxar hæc omnia probare per testes, qui ex lectura eorum nihil concludenter deponunt. Quatuor super hoc produeit testes, quorum vnus deponit interfuisse testamento magnifici quondam Christophori, & quod prædictum feudum prędicto magnifico Baldaxari legauit; alter de auditu, duo alij de confessione extraiudiciali magnifici Michaelis deponunt, quod ipse testamentum prædictum tenet, in quo dictum legatum adest, qui deponit interfuisse testamento; vltra quod est
3 solus, nõ deponit de toto tenore testamenti, prout requiritur, ideo illi fides non est adhibenda, *secundum Bald. in l. cum antiquitas, vbi omnes, C. de testam.* Ille de auditu non nocet, cæteri de confessione magnifici Michaelis parti non prosunt: nam vltra quod deponunt de confessione extraiudieiali, & non sunt contestes de loco, & tempore; tamen dato quod essent contestissimi, partem non iuuant, cum non sit in potestate magnifici Michaelis confiteri, quod eius pater testamentum cõdiderit; idcirco si id fassus est,
5 confessio non nocet, nam in non dependentibus à potestate confitentis, confessio non nocet, nec prodest, *l. confessionibus, de interrogatorijs actionibus, l. qui seruum, ad legem aqui. Roman. in cons. 261. in fine, & per Gram. in decis. 81. num. 6.* Amplius, & si omnes quatuor deponerent fuisse præsentes in testamento, & quod in eo adesset prædictũ legatum; adhuc nihil esset: nam cum hodie
5 tractetur si pater ita disposuerit, ista est quęstio de voluntate testatoris, & nõ de sollemnitate; quo casu septem testes requiruntur ad probationem testamenti, quot requiruntur ad perfectionem ipsius, *glo. est in l. 2. vbi Bar. Bald. & Ias. C. de bon. possess. secun. tab. Bart. in l. cum proponeretur, de leg. 2.* Quod magnificus Michael prædictam dispositionẽ paternam si illa probata est, prout non est, ratificauerit; testes prædicti nullum verum deponunt, & sic de prædictis testibus nulla ratio potest haberi.

Videamus nunc si verbis assertiuis inuestituræ, in qua prædicta omnia narrantur ad petitionem partis, sit credendum; cum per probationes extrinsecas prædicta non liqueant.

6 queant. Et certe licet verbis assertiuis Principis videtur credendum, sicut assertioni Pontificis creditur, *clem. 1. de prob.* Tamen id procedit quando agitur de facto proprio ipsius, & non alieno, & quod super illo fundet intentionem suam, *& ex verbis dicta clem. colligitur, ibi fecisse, Calder. in conf. 2. in fin. de priuil. Felyn. in cap. cum à nobis, de testi. Decius in conf.* 198. *col. fin. Aym. de antiqui. tempo. prima par. num.* 9. *fol.* 4. *& per Tiraquel. de retrac. conuenti §.* 1. *glo* 14. *num.* 49. Sed quod Christophorus condiderit testamentum, & Michael illud ratificauerit; esset Principem non factum proprium
7 asserere, sed alienum: & in tantum est verum, quod assertioni Principis non creditur in facto alieno, quod etiam si causam exprimeret, non crederetur illa non probata, *vt late per Aymo. in preallegato loco, num.* 24.
8 *&* 34. Immo in facto proprio Principis, eius assertioni non creditur, cum de alterius praeiudicio ageretur, *idem Aymo fol.* 14. *nu.* 22.
9 Nec etiam creditur assertioni Principis super facto alieno in praeiudicium tertij, quoad praesumptionem, quae transferat onus probandi in aduersarium, *hanc opinionem esse cōem, refert Socci. in* 3. *conf. Curtij senioris in conf.* 30. *col.* 5. *& conf. sequenti, quos sequi-*
10 *tur idem Aymo. car.* 20. *num.* 9. Et id sine dubio videtur procedere quando assertio Principis esset super eo, quod verisimiliter Princeps ignorat, vel posset ignorare, prout in praesenti; nam tunc onus probandi in aduersarium non transferetur, *ita Bal. in conf.* 359. *col.* 1. *in fin. lib.* 1. adauget animum, vt id clarius confirmem, quando Princeps asserit ad partis petitionem, vt in praesenti; tunc enim nec praesumptiue creditur ipsi, *notat*
11 *Imola in d. clem. col. penul.* vltra quod hodie non tractamus de assertione Principis, sed inferioris à Principe, assertioni cuius nullo modo statur: *& tex. in clem.* 1. non procedere in inferioribus à Principe, omnes ibi affirmant. Ex his ergo apparet, nec dispositionem paternam dicti faudi in beneficium conuenti esse probatam, nec consensum magnifici Michaelis super illa interuenisse, quia post mortem dicti patris in anno 16. erat infans, & non poterat consentire; nam talis aetas quicquid videt ignorat, *l.* 1. *C. de fal. moneta.* & sic omnis adest difficultas.

Nec iuuat partem dicere, quod si consensus Michaelis primogeniti non sit probatus
12 expressus, sit saltim probatus tacitus; postquam non solum per annos, sed longe plus Michael primogenitus tacuit, non reuocando faeudum à magnifico Baldaxare: quo fit per lapsum anni tacitum consensum ipsum interuenisse, *ad tex. in cap. Titius, §. quid si*
13 *Titius, si de faud. fuerit controu.* Nam tex. ille hodie non procedit duplici capite. Primo quia praescriptio vnius anni, quę ibi inducitur ad non reuocandum, hodie est sublata, *per l. Regni constitutionem Afflict. in d. §. id sentit, & Par. de reintegr. fau. car. mihi* 133.
14 *num.* 13. Secundo, ideo de iure illo taciturnitas vnius anni inducit consensum in agnato proximiore, quia dum faeudum alienabatur vlteriori agnato dominus non poterat reuocare, ex quo tractabatur de solo praeiudicio agnatorum; hodie vero cum sit alienatio vlteriori agnato, sit lege prohibente, & statim faeudum aperitur, & si vaxallus non reuocat, dominus reuocat, *Andr. in constit. diuae memoriae, & in cap.* 1. *de vaxa qui contra constitutionem venit;* ideoq; tacitus consensus tunc superueniens non prodesset, quia res non est integra, *ita Camer. dicit in cap.*
15 *imperialem, car.* 33. *lib.* 1. Praeterea ratio quare per lapsum anni proximior agnatus excluditur à successione est, quia infra annū agnatus erat obligatus petere inuestituram à domino, *secundum Bal. ibi in vltimo ver.* & non petendo inuestituram infra annum, faeu-
16 dum admictebatur; hodie vero non petendo inuestituram infra annum non perdit faeudū, sed solum soluitur duplicatum releuium, *Andr. in cap. sancimus, in vers. sed quaero, quo tempore miles.* Idcirco *dictus §. quid si titius,* hodie non videtur procedere *Gram.*
17 *decis.* 103. *num.* 223. Item *tex.* ille procedit quando alienatio est legitime facta in remotiorem agnatum cum consensu Regis, *ibi Aluaro. videatur ver. item praemitte, in ver. tu autem exemplifica, & ibi Praepositus, quos refert Gram. in allegata decis. nu.* 208. Sed in praesenti quando apparet dispositio paterna, illa esset illegitima ob defectum Regij assensus. Igitur ex praedictis liquidissime constat, *tex. in §. quid si titius,* nullo modo in casu nostro procedere, & sic magnificum Baldaxarem tacito cōsensu Michaelis non posse iuuari.

Sed posito, quod esset probata dispositio paterna, & quod post mortem patris illam ratificauerit Michael primogenitus, ad saturitatem, non quod esset necesse: similiter intrepide crederem magnificum Baldaxarē
18 succumbere. Siquidem dispositio patris sine assensu in non proxime successurum est nulla, *cap.* 1. *ibi nulla ordinatione defuncti*
19 *valente, de succ. faud.* nec assensus Regis post mortem posset expediri, *Andr. in cap. imperialem, in fin.* si post mortem patris Michael primogenitus ratificauit dispositionē ipsius nullam, ista ratificatio similiter erit nulla

nulla sine assensu:nam & si primus consentit
20 inuestiri secundum,inuestitura valeret, etiã sine assensu; illa ratione procedit, quia in proxime successurum refutatio induceretur, *§. præterea. vbi Andr. quibus modis feud. amitt.* sed in præsenti magnificus Baldaxar est tertiogenitus ; & primogenitus consentiens inuestiri tertiogenitum existente secũdo, inuestitura erit nulla, cum cesset ratio refutationis in proxime successurum, in qua se fundat *tex. in d. §.præterea, vt habetur in cap. 1.de alien. feud. pater.& tradit Bal. in §. hoc quoque, 7. conclus. de success. feud.* & dato quod magnificus Baldaxar respectu magnifici Michaelis fuisset proxime successurus prout non erat;idem dicerẽ inuestiturã nullam sine assensu: cum & si refutatio in proxime successurum sit valida, & illa inducatur dum primus consentit inuestiri secun-
21 dum, tamen id Michael primogenitus non fecit, sed tantum ratificauit legatum paternum; taliter quod pater fuit, qui donauit fæudum vlteriori agnato, cum consensu citerioris, quo casu Regis assensus requiritur, *ita præsupponit tex.in c. 1. de alien. feud. pater. & ibi in specie Andr. sentit in §. ex libellis, in principio, vers.& si qui consensu domini, refert Camer. in c. imperialem,car. 33. litera P.* Si magnificus conuentus velit quod dum Michael primogenitus ratificando dispositionem patris, & consentiendo ipsum inuestiri,id induceret refutationem *per tex. in d. §. præterea* non benedicit, nam si Michael consensisset inuestiri Baldaxarem simpliciter, ita quod ex suo consensu fæudum caperet id valuisset si fecisset *d. §.præterea,* sed Michael id non fecit, sed tantum ratificauit consensiẽdo inuestiri Baldaxarem hac forma, vt fæudum caperet, non à se propter suum consensum,sed vigore dispositionis paternæ ; quo fit ipsius ratificationem sibi non nocere, cum necessarius fuisset in illa assen-
22 sus per supra adducta. & sic quod potuit facere simpliciter consentiendo inuestiri, non fecit; quod voluit ratificando dispositionem patris,non potuit, incidendo in regulam, *l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi,* quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui; quam in fæudis habere locum, *tradit Andr. in cap. imperialem col. fin.num.16. & in cap. si facta,in fin.si de feud. fuerit contro.* Sed cessant vt dixi disputationes istæ, postquam nec dispositio paterna, nec consensus Michaelis probata extiterunt.

Nec magnificus Baldaxar poterit iuuari præscriptione 30.annorum si forsan præsup-
23 poneret tenuisse fæudum prædictum ab anno 26. præsente, & non contradicente magnifico Michaele primogenito, & cum præstatione seruitij Regiæ Curiæ, nam tunc his concurrentibus per triginta annos contra priuatos feuda præscribuntur, *Andr. in cap. si quis per triginta, si de feud. fuerit contro. notatur in constitutione consuetudinem, &*
24 *per Afft. in decis.254.* ex cursu enim tanti temporis allegando titulum, quędam inuestitura præsumpta inducatur, qua tutus erit vassallus *Andr. in §.illud,de prob. feud. alien. per*
25 *Feder.* nam prædicta non procedunt, cum constet de origine tituli nulli, inualidi, vt in præsenti accidit, ex inspectione cuius nullo modo præscriptio etiam per centum annos potest sequi,*Innoc. in cap. dudum, de decim. & Abb. in cap. si diligenti, 3. notab. de præscript.* ideo sint cauti aduocati qualiter, & quomodo de titulo excipiunt, *monet Andr. in d. §.illud, post num.67.ver.vnde caueant,*
26 nam melius erit quod quis fundetur in solo cursu temporis tantum, quam producere titulum nullum,& allegare præscriptionem; cum titulus nullus habeatur pro non titulo, *l.nec vllam,de petit. hære. quam allegat And. in §. præterea, 3. col. in princ.quæ sit 1.caus. benefi. amitt.* nec causam præscribendi præbeat. Quibus omnibus sublatis lucidissime constat magnificum Baldaxarem iure non licito tenere dictum fæudum, & assistentiam super illo Donnæ Isabellæ Iustinianæ pro ducatis duobus mille cum interesse esse pręstandam, vti iuri consonum esse non dubito; salua correctione maiorum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Mora est delictum in omittendo, & non committitur sine dolo, vel culpa, & num. 2.*

3 *Prodigus, cui bonis interdictum est moram committere non potest, non dato ei procuratore, & num. 20.*

4 *Mora ante liquidationem crediti non committitur.*

5 *Mora cessante interesse peti non potest, nec per pactum id fieri potest, vt ante moram interesse debeatur, & num. 6.*

8 *Ignorantia domini præsumitur circa gesta per procuratores.*

9 *Interpellatio, vel lapsus diei non constituit in mora eum, qui ignorat, nisi congruo loco, & tempore interpelletur, & ei instrumentum crediti ostendatur, etiam pro, nu.7.*

10 *Culpa considerari non potest in ignorante, & ignorantia in facto alieno præsumitur,*

tur, & num. 11.

12 *L. Curabit, C. de action. empt. habet locum etiam in locatione, & conductione, & proinde vsuræ paciſci poſſunt, etiam ſine mora in tali contractu, & num.* 13.

14 *Moroſus non dicitur, qui ad iudicium prouocat. ſ. cum ex altera parte non eſt ſequutum implementum, & num.* 15.

16 *Mora irregularis contrahitur re ipſa ſequuto implemento ex parte vnius ex contrahẽtibus.*

17 *Difficultas excuſat à mora.*

18 *Vſuræ debentur, quando ſunt promiſſæ poſt lapſum diei, ſecus ſi poſt moram, non interueniente deinde interpellatione legitimè facta.*

19 *Conditio intelligitur adimpleta, quando non ſtat per adimplere volentem, quominus adimpleatur.*

20 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris.*

21 *Prodigus reſtituitur aduerſus moram, per ſe, vel per adminiſtratores eius contractam ſcilicet aduerſus pactum non ſeruatum, & pœnam incurſam, & num.* 23.

Pro Principe Biſiniani.

ARGVMENTVM.

Prodigus non habens curatorem in mora non conſtituitur; & quando aduerſus moram per eius curatorem commiſſam reſtituatur; & an & quando illa contrahatur.

CONSILIVM CV.



IMPOSSIBILE eſt de iure, quod Princeps Biſiniani teneatur ad aliquod intereſſe Antonio Belmuſto ex aſſerto debito duc. 22. mil. in circa, ad quæ ex laudo nuper prolato Princeps fuit condemnatus facta declaratione, quod hodie admittatur compenſatio pro rata duc. 40. mil. ex cauſis de quibus in compromiſſo, & actis; cũ nulla mora in Principe cõſiderari poſſit ante prolatum laudum regularis, vel irregularis, nullaq; conuentione ad id Princeps efficaciter quoquomodo ſe obligauerit.

1 Nam quatenus attinet ad moram regularem, cum illa dicatur delictum in omittendo, *glo. ſingularis in verbo neſacto, in l. ſi mora, ff. ſolut. matrim. quam poſt alios ſequitur Prœc. de ſubfeudis lib. 2. quæſt. 20. num. 6.* & delictum negligentiæ, *Cagnol. in l. in om-*

2 *nibus, ſub num. 5 ff. de reg. iur.* Nec ſine dolo, vel culpa committatur, *l. qui ſine dolo, vbi Cagnol. num. 1. ff. de reg. iur.* ſtante bono-

3 rum interdictione formaliter ſubſequuta in eodem Principe in anno 1582. vt notorium eſt, à dicta mora idem Princeps fuit, & eſt immunis, *ita poſt Angel. Imol. Aret. & Alex. tenet Rip. in l. is cui bonis, num. 54. ff. de verb. oblig. & eſt tex. vbi Ang. in l. fuleinius, §. adeo, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. quod ab omnibus Doctoribus recipitur teſte claro in practica criminal. quæſt. 60. ſub n. 8. ad fin.*

Aut enim ex aduerſo prætenditur ſuper his, ſuper quibus Princeps contraxit, moram extare; & nulla tunc conſiderari poteſt etiã circumſcripta interdictione, quia non promiſit intereſſe ex die ſolutionum faciendarũ ſibi, coniugi, & creditoribus; ſed poſt quatuor menſes, & poſt factam liquidationem cuiuslibet anni, vt verba inſtrumenti clarè

4 enunciant. Igitur ante liquidationem aſſerti crediti numquam in mora Princeps fuit conſtitutus, *ex vulgat deciſ. Afflict. 205. & ibi late Vrſil. Iaſon. in l. quod te, num. 9. & ibi apoſt. Menoch. ac Rip. ſub num. 67. ff. ſi cert. petat. & nouiter Virginius Boccacius in tract. de interdicto vti poſſidetis, cap. 18. num. 103.* volentes quod ad hoc vt mora dicatur contracta maxime in rationibus, & calculis requiratur liquidatio, & per ſententiam; quæ liquidatio nunquam facta fuit, niſi

5 nuper per dictum laudum: Indubitati enim iuris eſt non data mora, intereſſe non deberi *notatur in l. mora, per illum tex. ff. de vſur. Doct. in l. lecta, ff. cert. petatur, Crauett. in conſ. 87. num. 5. cum adductis per Gabriel. de comm. concluſionib. tit. de ſolut. concl. 10. num. 6. & per Franc. Burſat. conſ. 453. nu. 26. vol. 4.* quod nec etiam poteſt in pactum deduci, vt intereſſe debeatur ante moram, etiam à ſolito negotiari, *Crauett. poſt alios vbi ſupra, & Io. Baptiſta Lupus tract. de vſur. in commentarijs ad l. curabit, §. 6. nu. 9.* vbi inquit quod ratio aliqua haberi non poteſt lucri, vel damni intereſſe, niſi poſt moram; quodque non data mora non poteſt in pactum deduci, *late ibi poſt alios, nu. 13.*

Aut volumus Principem fuiſſe conſtitutũ in mora ex facto ſuorum procuratorum generalium: & tunc pariter nulla mora conſiderari poteſt, etiam ſi dies certa eſſet conſtituta, niſi adeſſet interpellatio congruo

7 tempore, locoque facta, cum fide crediti;

8 quia in geſtis à procuratore, vel miniſtris præſumitur ignorantia domini, *glo. in l. ſi res obligata, vbi Iaſ. num. 38. ff. de legat. 1. Alex. conſ.*

conf. 193. num. 2. lib. 6. Frec. post Socc. in locis, vt per eum, qui appellat dictam glos. au-
9 *ream, d. lib. 2. quaest. 28. in fine*, enim vero
non data scientia domini interpellatio, vel
lapsus diei eum non obligat ad interesse,
*Ias. in l. vinum, num. 10 ff. si cert. pet. Bart.
in terminis, cons. 230. Domine Iacobe part. 1.
Gabriel. post Beroum, quaest. 73. dicto titulo
de solutionibus concl. 9. num. 26. Rip. in l.
qu. od te, num. 62. & Menoch. de arbitr. iudic.*
10 *c. sf. 220. num. 53.* quia cum mora non com-
mittatur sine culpa, vt supra probatum est,
& in culpa nemo dicatur esse, qui probabili-
ter ignorat, *l. quicunque, & ibi Bart. C. de*
11 *seru. fugit.* & ignorantia praesupponitur in
gestis per alium, *l. fin. ff. pro suo.* sequitur
quod data probabili ignorãtia vt supra, quis
non dicatur constitutus in mora, *prout etiam
argumentatur Dec. in d. l. vinum, sub nu. 10.*
Immo eo casu domino daretur restitutio in
integrum etiam circunscripta interdictio-
ne, *Alex. cons. 84. num. 5. & ibi Nat. in add.
lib. 1.*

De mora autem irregulari, quae contra-
hitur re ipsa, non potest tractari, quia licet
12 contractus principalis fuerit locationis, &
conductionis, & in eo locum habeat equitas,
*d. l. curabit, C. de action. empt. late tradit
Vinc. Carot. in tract. locat. & conduct. in
titulo de lucro cessante conuentionali, num. 2.*
13 *& nu. 7.* vbi inquit licitum esse pacisci super
vsuris compensatorijs pendente dilatione,
etiam cessante mora in hoc contractu loca-
tionis, & conductionis, limitando, *l. lecta,
vers. sed cum fortis, ff. si cert. petat.* omnia ex
aequitate *d. l. curabit.*

Attamen in proposita facti specie nulla
mora etiam irregularis cõtracta fuit re ipsa.
Nam cum Princeps eodem contextu con-
uenisset cum Antonio super venditione in-
troituum, vt pretium erogaretur in redem-
ptionem aliorum introituum venditorum
cum diminutione annui census: & antequam
Princeps potuisset in mora constitui super
obseruatione eorum, quae promisie circa
liquidationem rationum, litem mouisset cõ-
tra Antonium super praetensa fraude cum
reuerentia, & inobseruatione pactorum
comprehensorum in dicto capite instrumen-
ti locationis; ab omni mora irregulari fuit,
& est immunis: non enim in mora dicitur
14 esse aliqua qui ad iudicium prouocauit ad-
uersarium ex iusta causa, etiam si postea
iniusta appareret, *l. si quis solutioni, in prin-
cipio*, ibi *Bal.* notat, quod ex iusta causa quis
excusatur à mora, *ff. de vsur. & Menoch.
sequitur d. casu 220. num. 50. & conferunt
tradita per Alex. cons. 49. nu. 4. lib. 2. & Cor-
neum cons. 246. nu. 6. vol. 3.* vbi inquit quod
mora non committitur nisi implenti ex sua
parte, *& sequitur Bursat. cons. 139.*
15 *num. 66. vol. 2.* inquiens quod morosus ille
nunquam dicitur cum adimplementum non
est sequtum ex altera parte; ex ad implemen-
16 to enim vnius ex contrahentibus mora irre-
gularis ab altero contrahitur, alias nũquam
datur mora irregularis, *argum. l. Iulianus,
§. afferri, & §. ex vendito, ff. de act. empt.*
17 nam si difficultas excusat à mora irregulari,
*vt tradit Socc. in l. de diuisione, sub num. 13.
vers. confirmatur, ff. solut. matr. per glo in l.
diuortio, vers. si non protinus, ff. de negot. gest.
& per tex. in l. thais, §. 1. ff. de fideicommiss.
libert.* multo magis debet excusare à mora
irregulari lis super in obseruantia, seu con-
trauentione pactorum eodem instrumento
insertorum; Princeps enim nedum legitime
arbitrabatur se non fuisse debitorẽ Belmu-
sti, sed creditorem in magna summa duca-
torum 60. mil. vna cum interesse, vt patet
ex iudicio moto, redacta postea ab arbitris
ad summam duc. 40. mil.

Et quamquam postea in compromisso
dicatur dilata solutio dictae summae, tñ non
sequitur quod prius legitima causa dictae li-
tis motae non praebuerit iustam excusationẽ
Principi à quocunque interesse, per superius
tradita, *& optime confert glo. in d. l. si quis
solutioni, in principio, ff. de vsur. qua allegã-
do inter caetera d. l. qui sine dolo, ff. de reg. iur.*
clare sentit, quod non data culpa non datur
aliqua mora, & interesse.

Et profecto si diceremus quod pendenti-
bus iudicijs liquidationis, & dictae inobser-
uantiae, seu conuentionis, vsurae cucurrisent
ad fauorem Antonij, & non impediretur cur-
sus ex maiori summa, quae à Principe legiti-
me praetendebatur, vt exitus acta probauit
ex dicto laudo; vtique fateri cogeremur, re-
petita reuerentia, quod Princeps esset cir-
cumuentus in compromisso: quod omnino
non est admittendum stante grauitate, &
bona fide personarum, quae illud sugesserũt.

De interesse autem conuento sine mora
pariter nullo pacto est tractandum: quia &
si in instrumento compromissi (in quo in-
serta fuit relatio) conuentum fuit recipro-
ce, quod vtraque pars pro eo, pro quo fuis-
set declarata debitrix, alteri creditrici inte-
resse praeteritum persolueret; tamen hoc
nihil est quia verba conuentionis clare can-
tant ad fauorem Principis, vt non à die so-
lutionum factarum, sed à die morae interesse
deberetur, videlicet *dal di, che hauerà tar-
dato à pagare*, & sic à die cõtractę morę. Vnde
cum nulla mora retro contracta fuerit, vt
supra

Digitized by Google

supra visum est, & ėt infra explicabitur; ne-
18 cessario sequitur, quod nō possit agi ad interesse conuentum, absque mora; debebat enim expresse conueniri, quod interesse deberetur à diebus solutionum, & non moræ, *vt est tex. in l. si ita quis promiserit, & in l. huiusmodi, la seconda, ff. de verb. obligat. vbi Bar.* inquit, quod tunc deberetur interesse, seu vsuræ, quando conuentum est, vt ex tali die debeatur; quæ conuentio non valeret, sed vsurariam saperet prauitatem, nisi concurrentibus multis, *de quibus late post alios per Lupum d. §. 6. sub num. 12. cum sequentibus*, quod non expedit enucleare, quia non à die moram præcedente, sed post moram interesse conuentum fuit; qua mora cessante cessat interesse, vt supra.

Nec obstant quæ aduersus prædicta replicantur, & primo, quod ex decreto fuit statutus terminus Principi quatuor dierum, vt curaret quod liquidatio fieret; quod cum factum non fuerit, & per Principem steterit,
19 conditio haberi debet pro impleta, *l. in iure ciuili, ff. de reg. iur. cum simil.* Nam (posito tamen non concesso, prout concedi non potest) quod per Principem stetisset, ex hoc non potest dici, quod fuisset in mora constitutus, stante alia lite de qua supra, quę etiā facta liquidatione ipsum à mora, & interesse excusabat, vt comprobatum est.

Secundo non obstat asserta consuetudo Regiæ Cameræ Summariæ, ex qua ipsa Camera solet liquidare interesse suis ministris ex die exhibitarum rationum, & sic ante liquidationem; quia clare patet responsio ex prædictis, videlicet id procedere non data legitima excusatione ob dictam litem vt supra motam.

20 Præterea consuetudo stricti iuris est, & nullo modo se extendere debet ad alterum, *late Præsidens de Franch. decis. 91. num. 20. & seq.*

Postremo omnibus circumscriptis, vt supra, & dato quod millies fuisset in mora cō-
21 constitutus Princeps, prout constitui non poterat deficiente curatore, *Ias. in d. l. si ex legati causa, sub num. 8. vbi addit. Menoch. ff. de verb. oblig. & est tex. in l. sed si ex stipulatu, ff. eod. Tiraq. late in tract. de vtroque retract. par. 1. §. 1. glo. 13. num. 17. cum se-*
22 *quentibus*, potuit, & potest aduersus ipsam moram per se, vel per ministros contractam in integrum restitui, *teste Bal. in d. l. mora, num. 11. ff. de vsur. sequitur Alex. cons. 141. num. 10. & seq. vbi Natta addit. lib. 1. & nouiter Sforz. Oddus tract. de restit. in inte-*
23 *grum, quæst. 82. num. 111.* prout restituitur etiam aduersus pactum non seruatum, & pœnam incursam, *est tex. in l. si ex causa, §. si in commissum, ff. de minor.* quæ iura licet loquantur in minoribus, tamen vendicant sibi locum in prodigo, *ex glo. communiter recepta in l. 2. vbi Bal. C. de curat. furios. Alex. & Iacob. in l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minor. Gomez. in commentarijs iuris, tom. 2. cap. 14. sub num. 30. vers. sed contrarium, & Suarez in tract. comm. opin. litera P. num. 33 & Bal per illum tex. in l. qui neque, in fin. ff. de reb. eorum*, & ita fuit in Sacro Consilio decisum inter eundem Principem, & Octauium de Rinaldo ex edicto de minoribus, nō ex clausula generali, *Odd. d. tract. quæst. 3. sub nu. 2. vers. contrarium.*

Concludendū est ergo quod Princeps nullo modo teneatur ad petitum interesse neq; ratione moræ regularis, vel irregularis, vel ex conuentione; & quatenus ipso iure teneretur haberet restitutionem in integrum, vt supra.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Consensus conditionaliter præstitus, si conditiones non obseruantur, habetur pro non præstito.*
2 *Dolus præsumitur in non adimplente promissa.*
3 *Promittens adimplere termino non adiecto, quam primum potest, adimplere cogitur.*
4 *Turpiter dicitur quis accipere pecuniam pro eo, quod gratis tenebatur facere.*
5 *Adimplere quis non potest id, quod tenebatur, quando est oppositum in iudicio de implemento non sequuto.*
6 *Donatio egens insinuatione potest quandocunque insinuari, quousque in iudicio fuerit defectus oppositus.*

Pro Vniuersitate Pimontis, contra Paulum Bozzutum.

ARGVMENTVM.

Consensus conditionaliter præstitus, non adimpleta conditione habetur pro non adhibito; & termino non adiecto quādo quis implere cogatur, vel implere possit.

CONSILIVM CVI.


NIVERSITAS Terræ Pimontis capta possessione per magnificum Paulum Bozzutum protestata fuit circa demanium. Demum more solito congregata, inducta quampluribus promissionibus factis per Paulum, & non adimpletis, sub tribus cõditionibus in eum consentijt. Si Paulus firmaret capitula; si indultum publicaret; & si Cameram reseruatam dictam terram faceret: quibus non impletis, salua, & reseruata essent iura quæcumque ipsi Vniuersitati.

Clarum est enim magnificum Paulum
1 conditiones prædictas non impleuisse, & proinde consensum conditionaliter præstitũ per Vniuersitatem, cõditionibus defectis pro non præstito haberi, *l. pecuniam*, *ff. si cert. pet. & l. necessario, ff. de peric. & comm. rei*
a *vend.* a & quia non adimpleuit, dolus pręsumitur; ita ex fide non adimpleta, dolus ar-
2 guitur, *habetur in l. dolus, iuncta glo fin. &*
b *l. si procuratorem, §. dolo. ff. mand.* b & dum quis aliquid adimplere tenetur termino non adiecto, quam primum potest adimplere cogitur, *l. hæc conditio, si in Capitolium*, *ff. de cond. & demon. & l. continuus*, *§. cum ita, de verb. oblig.* nec interpellatio requiritur, vt in mora constituatur, quia quam primum potest, obligatus est implere, *Aym. Cra. omnino videndus in cons. 192. num. 17. vers.*
c *imo, & ver. nec requiritur.* c Sed cur dico non esse necessariam interpellationem: si magnificus Paulus pluries interpellatus, noluit adimplere, quia intendebat ab Vniuersitate duc. mille exigere, vt capitula firmaret;
4 & turpiter dicitur accipere pecuniam pro eo, quod tenebatur facere, *ad glo. in l. 4. §. si sibi, in vers. repeti. ff. de cond ob turp. cau. & Capic. decis. 95. num. 2.*
5 Nec posset hodie magnificus Paulus dicere, volo adimplere; postquam in iudicio est oppositum de implemento non sequuto, *Paul. in cons. 70. col. 3. post num. 8. ver. non sufficit Regi Pollonia, lib. 1. & cons. 337. col. 2. lib. 2. Aym. Cra. videndus in alleg. cons. 192. num. 16. vers. nec audiretur, & Bologn. in addi. ad cons. Io. Anan. 50. post num. 2. vers. 2. principaliter non habet obstare.* ideo;
6 dicimus de donatione insinuanda, vt effectũ habeat quod si non fuerit insinuata, possit quandocunque insinuari; si tamen in iudicio fuerit oppositum de nullitate ipsius, non poterit amplius insinuari, *Ang. cons. 179. post num. 7. vers. de primo, & vers. si tamen, Alex. cons. 237. in fin. lib. 6. Corn. 99. col. 2, vers. tamen his non obstantibus. lib. 4.* Quare si Paulus non impleuit dolo versatus, nec amplius potest implere, Vniuersitas non consentijt. Ideoq; ad demanium omni iure admitti debet: maximè quia ex tot grauaminibus illatis posset etiam magnificus Paulus iurisdictione priuari. d

Camillus de Medicis.

a Adde, *cum alijs per Iser. in tit. quib. mod. feud. amit. il primo, num. 11. in fin.*

b Semper enim inest tacita conditio si alter fidem seruet, *Isern. in tit. de noua form. fidel. in vers. omnem vtilit. num. 5.*

c Et causa redacta ad non causam, quod datum, vel factum est ex illa causa, statim reuocatur, *And in tit. Episc. vel Abba. nu. 5.* nam etiam contractus nominati rescinduntur ex defectu causæ finalis non sequutę, *l. ea conditione 14. C. de rescind. vend. cum alijs à Crau. cons. 192. num. 22.*

d *iuxta latè tradita per Crau. cons. 6. n. 108.*

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Actio reuocatoria, vt competat creditori quando debitor alienat rem particularem titulo oneroso, tria requiruntur.*

2 *Actio reuocatoria debitore alienante rem particularem titulo lucratiuo, duo tantum requirit.*

3 *Donatio omnium bonorũ, vel maioris partis, vt reuocetur sufficit euentus tantum fraudis.*

4 *Fraus præsumitur de iure ex donatione omnium bonorum, vel maioris partis, vel si debitor meliora bona alienauit, aut patrimonium suum intricauit, num. 5.*

6 *Præsumptio iuris, & de iure oritur ex dispositione tex. in l. omnes, §. lutius, ff. qua in frau. cred. & num. 8.*

7 *Præsumptio iuris, & de iure quæ sit.*

9 *Fraus, & dolus præsumuntur ex immensa donatione.*

10 *Donatio contemplatione matrimonij, non solum nõ est donatio ob causam, sed simplex & continens causam mere lucratiuam, & num. 15.*

11 *Donatio ob causam duplici modo præcipue à iure nuncupatur, primo in materia collationis, & num. 12.*

13 *Donatio ob causam, altero modo generaliter a.ci-*

accipitur, vel quando causa respicit fauorem donantis, vel si respiciat commodum donatarij; & hoc modo non est donatio ob causam, sed simplex donatio dicitur.

14 *Donationis causa quando respicit commodū donatarij non finalis, sed impulsiua de iure æstimatur, ex qua dispositio nec ampliatur, nec restringitur, vt est causa matrimonij, & num. 16.*

17 *Donatio facta mulieri pro dote, simplex donatio, non ob causam à iure appellatur.*

18 *Dos respectu viri, dicitur titulus onerosus, quo vero ad vxorem lucratiuus; quod procedit etiam in dote data per patrem filiæ, num. 19. 30. & 33.*

20 *Donatio propter nuptias, quam pater pro filio tenetur facere pro securitate dotis, licet respectu vxoris sit titulus onerosus, tamen respectu filij est titulus lucratiuus, & numero 27.*

21 *Pater cogitur ad dotandam filiam, & faciēdam donationem propter nuptias pro filio.*

22 *Donatio propter nuptias potest habere duplicem naturam diuersis temporibus.*

23 *Donatio contemplatione matrimonij diuersa est à donatione propter nuptias, & causa matrimonij in donatione expressa dicitur esse causa impulsiua, & num. 24.*

25 *Donationis effectus, in quem conferatur, vel intentio voluntatis dirigatur, in primis quærendum est, & num. 26. & 32.*

28 *Textus in l. fin. §. si à socero, ff. quæ in frau. cred. declaratur, & num. 35.*

29 *Actio reuocatoria constante matrimonio nō est danda contra virum ignorantem.*

31 *Dos recepta pro oneribus matrimonij deseruit.*

34 *Donans pro dote, si postea liberos suscipiat, potest donationem pro dote vti titulo lucratiuo factam, reuocare.*

36 *Donatio potest fieri pure, ita tamen vt ipsius exequutio conferatur in tempus mortis donantis.*

37 *Actio reuocatoria datur etiam cōtra illum, qui fuit in bona fide tempore contractus, si tamen tempore implementi contractus fuerit sciens creditores fraudari.*

38 *Actio reuocatoria datur etiam in dote, si tēpore solutionis dotis aderat mala fides, licet tempore promissionis fuerit bona fides.*

39 *Donatio ob causam in excessu iudicatur pura.*

40 *Donatio ob causam in eo, quod excedit causam, potest actione reuocatoria à creditoribus infringi.*

41 *Donatio omnium bonorum intelligitur deducto ære alieno, & num. 42. 43. & 44.*

Pro Magnificis de Ferrara, contra Petrum Iacobum Brancaleonem.

ARGVMENTVM.

De reuocanda donatione etiam contemplatione matrimonij facta per patrem filio in fraudem creditorum, actione reuocatoria, & fraudis coniecturis. De donatione ob causam. Et donatione contemplatione matrimonij, an dicatur pura, & differat à donatione propter nuptias; & vtrum istæ donationes, & etiam dos dicantnr tituli onerosi, vel lucratiui, saltim respectu diuersarum personarum.

CONSILIVM CVII.



DONATIO ducatorum viginti quinque mille, & domus, facta in anno 1544. per quondā magnificum Thomam Brancaleonem sequta eius morte magnifico Petro Iacobo eius filio pro se, & hæredibus; tanquam donatio ne dum maioris partis bonorum, sed omnium bonorum, per magnificos de Ferrara creditores tempore donationis, omni iure reuocatoria actione reuo-
a canda erit. [a]

1 Hæc namque actio reuocatoria, vt com-
b petat, [b] tria requiruntur, quando debitor alienat rem particularem titulo oneroso. Fraus ex parte alienantis; quod illius fraudis sit particeps ille, in quem alienatio confertur; & euentus, scilicet, quod bona non sufficiant creditoribus, *l. ait prætor, in princ. &*
2 *§. 1. ff. quæ in frau. cred.* si vero alienatur res particularis titulo lucratiuo, duo tantum requiruntur; fraus in alienante, esto quod acceptor non participauerit; & euentus, *l. non ignoti, C. de reuoc. ijs, quæ in frau. cred. & l. qui autem, §. simili modo, ff. eod.* Sin au-
3 tem donantur [c] omnia bona, vel maior pars
c bonorum, euentus tantum sufficit; quia ex donatione omnium bonorum, vel maioris partis, fraus donantis de iure præsumitur, *l.*
4 *omnes, in §. lutius ff. eod.* qui tex. nedum procedit in donatione omnium bonorum, verum etiam in donatione maioris partis bonorum, *glo. & Bar. in l. nomen, §. filio, de*

leg. 3. *Bal. in l. fraus, ff. de leg. Aret. & Iaso. in §. item si quis in fraudem, col.* 2. *instit. de actio. Alex. conf.* 55. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. *&*
5 *Decius conf.* 659. *num.* 3. Pariter si debitor meliora bona alienauerit, vel patrimonium suum intricauerit; fraus etiam præsumitur, *sing. tex. in l. summa cum ratione, ff. de peeul. quem summe commendat Angel. in d. §. lutius*, & in tantum præsumitur fraus in donante omnia bona, *in terminis d. §. lutius*;
6 quod ex illo *tex.* oritur præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, *ita singul. voluit Salic. in autb. sed iam necesse, C. de dona. an. nupt. & ante eum glo. sing. in §. aliud quoque, in vers. priuilegio, autb. de aequal. dot.* Nec videatur absurdum, quod ex dispositione *d. §. lutius*, fraus præsumatur præsumptione iuris, & de
7 iure; quia præsumptio iuris, & de iure est, quando lex præsumit aliquid, & super præsumpto disponit; tunc enim probatio in contrarium non admittitur, *Bart. in l. siue possidetis, num.* 2. *C. de probat.* At *tex. in d.*
8 *§. lutius*, præsumit fraudem in donante omnia bona, & super hoc præsumpto disponit donationem reuocandam fore.

Adauget animum, vt dicam in fraude maxima versatum magnificum Io. Thomã; quia tempore huius immensæ donationis cęperat arrendamentum salis à Regia Curia, & consocium habebat Andream Sbarram, cuius personam magnifici de Ferrara repręsentãr. quare conferendo in filium immensam do-
9 nationem, voluit consotium de lucro fraudare. Inde fit, vt ne dum fraus arguatur, sed etiam in dolo versatus dictus donator, præsumatur, *Bar. in l. societatem, §. arbitrorum, num.* 24. *ff. pro soc. Alex. conf.* 86. *num.* 3. *vol.* 7.

Nec dicatur, donationem hanc fuisse contemplatione matrimonij; ideoque fraudem præsumptam cessare, quasi non donatio simplex, sed onerosa ob causam matrimonij facta.

Nam dico, donationem contemplatione d matrimonij factam, d non solum non esse
10 ob causam, sed donationem simplicem, & causam mere lucratiuam continere; & proinde ex ea fraudem præsumptam declarari. Quod non sit donatio ob causam, præsupposito duplici modo donationem ob causam
11 nuncupari. Primo in materia collationis, quando quis necessitate iuris cogitur donare; vt pater tenetur dotare filiam, & facere pro filio donationem propter nuptias pro
12 securitate dotis: hæ donationes ob causam appellantur, quæ filio, vel filiæ imputantur *l. quoniam nouella, C. de inoff. testam. Paul. de Castr. in l. vt liberis, num.* 10. *& ibi Dec. col. fin. C. de collatio. refert, & sequitur Aym. Crauett. in conf.* 136. *num.* 2. *&* 85. *num.* 6. Secundo modo generaliter dicitur donatio ob causã; quãdo causa in donatione adiecta respicit commodum donantis, quia tunc li-
13 beralitas excluditur: sed si causa respiciat fauorem, & commodum donatarij, non ob causam, sed simplex dicitur donatio. *Fab. in d. §. item si quis, vbi Ioannes de Pla. inst. de actio. Dec. in l. diuus pius, num.* 8. *de reg. iur. Aymo.* 85. *num.* 2. *Rip. in l. si vnquam, quaest.* 13. *num.* 26. *&* 27. *C. de reuo don. & ibi Tiraq. in glo. donatione largitus, nu.* 145. quando enim causa respicit commodum
14 donatarij, non finalis, sed impulsiua dicitur, ex qua dispositio nec ampliatur, nec restringitur, *Corn. conf.* 101. *col. penul. ad fin. & Aymo. in d. conf.* 85. *post. num.* 2. Fit ergo ex ijs, donationem hanc contemplatione matrimonij tanquam non factam ex necessitate legis, sed ex mera liberalitate, & quia causa non respicit commodum donantis, sed donatarij; non ob causam, sed simplicem donationem nominari: & non eundo per re-
15 gulas, in specie, quod donatio contemplatione matrimonij dicatur simplex, non ob causam, *consuluit Oldra. conf.* 5. *Dec.* 216. *num.* 7. *Socc.* 53. *nu.* 2. *lib.* 1. *sequitur Aymo. in conf.* 114. *num.* 17. illa potissimum ratio-
16 ne, quia causa matrimonij non finalis, sed impulsiua dicitur, quia respicit commodum donatarij, *per l. titio centum, ff. de cond. & dem.* Huc accedat donatio facta mulieri pro dote, & sic contemplatione matrimonij,
17 quæ nihilominus simplex donatio, & non ob causam appellatur, *l. fin. vbi expresse Bart. & Salic. C. de iur. dot. l. si extraneus, ff. eod. & Ripa in d. l. si vnquam* 13. *quaest. nu.* 26. *&* 27.

Rursus dico, quod hæc donatio contemplatione matrimonij facta filio, ne dùm sit donatio simplex, sed causam mere lucratiuam contineat. Nos videmus quod dos, quæ
18 datur pro oneribus matrimonij, licet respectu viri titulus sit onerosus, tamen respectu vxoris titulus lucratiuus consideratur, *l. mauia. §.* 1. *vbi glo. caeterique Doct. solut. mat. l. ex promissione, ff. de actio. & obligatio. & l.* 1. *C. de impo. luc. descri. lib.* 10. & in tantum est verum, quod respectu mulieris dos sit titulus lucratiuus, vt id etiam procedat in
19 dote data per patrem filiæ, ad quam dotandam astringitur, *l. fin. §. si à socero, ff. quae in fraud. cred. & in l.* 2. *C. eod.*

Simili modo donatio propter nuptias, quam pater pro filio tenetur facere eius vxori pro securitate dotis; & si respectu vxo-

ris

Digitized by Google

20 ris titulus sit onerosus: tũ respectu filij pro quo fit, titulus est lucratiuus, *l. fi. in prin.* & *§. 1. C. de iur. dot.* & *ibi Bal.* & *Salic. idem dicit Bart.* & *Io. de Plat. in d. l. 1. C. de imp. luc. descr. lib. 10.*

Si ergo dos respectu filiæ necessario per patrem dotandę, & donatio propter nuptias respectu filij, pro quo de necessitate est facienda eius vxori; tituli lucratiui appellantur, non obstante necessitate legis, quæ cogit patrem ad dotandam filiam, & faciendã
21 donationem propter nuptias pro filio, *l. fin. C. de dot. promis.* per quem *tex. Soccin. dixit in cons. 4. num. 44. in quarto volum.* quod debitumdotis, & donationis propter nuptias, debitum necessarium nominatur.

Quantomagis donatio hæc contemplatione matrimonij facta filio, non ex necessitate, sed ex mera liberalitate proficiscens, titulus lucratiuus iudicari debet? si enim volumus comparare hanc donationem contemplatione matrimonij donationi propter nuptias, vt duplicem habeat naturam diuersis temporibus, scilicet quod constante matrimonio sit donatio propter nuptias, soluto autem matrimonio sit simplex donatio: semper respectu filij, pro quo fit donatio pro-
22 pter nuptias, titulus lucratiuus erit, *pulchrè Oldra. in cons. 151.* Sed verũ est, donationem
23 hanc contemplatione matrimonij diuersam esse à donatione propter nuptias: nam donatio contemplatione matrimonij fit nulla necessitate cogente, & residet in persona filij donatarij; donatio vero propter nuptias fit necessitate cogente, & fit nurui pro filio, *vt discurrit Guid. Pap. in decis. 145.* Item hæc donatio contemplatione matrimonij fit filio ad eius commodum principaliter, & illa verba adiecta in donatione contemplatione matrimonij demonstrant causam impulsi-
24 uam, quia voluit donare filio, vt facilius onera matrimonij substineat, *vt pulchrè considerat Aymo. Crauett. in d. cons. 85. num. 4.* Nec est considerandum, quod hæc donatio contemplatione matrimonij censeatur facta pro filio, & pro nuru; quia in filium, & non in nurum collata est, vt ex ea legitur: quæ-
25 rẽdum est enim in quem effectus donationis collatus fuerit, & in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. cum pater, §. cum donatio-*
26 *nis, de leg. 2.* multumque interest, cui donator voluit esse prospectũ, *l. fideicommissa. §. interdum, de leg. 3.* Cessent igitur coniecturæ, cum donatio in filium fuit expresse collata.

Nec refragatur probatio (si dici possit probatio) quorundam testium consanguineorum, quod Dominus Regens Villanus, (recol. memoriæ) non dedisset nuptui eius filiam magnifico Petro Iacobo, si eius pater hanc donationem non fecisset; & sic sine hac donatione matrimonium non fuisset contractum.

Nam vltra quod ijs testibus cõsanguineis non sit credendum. Nihilominus id parti nil iuuat, quia donatio prædicta respectu ipsius
27 filij titulus est lucratiuus (vt supra dixi) Et responsio ad obiectum datur, *per tex. in d. l. fin. §. si à socero, ff. quæ in fraud. cred.* Ibi
28 enim à socero fraudatore fuit data dos pro filia genero, dicitur ibi si vterque tam vir, quam vxor ignorauerint fraudem, actionem reuocatoriam non esse dandam contra virũ habentem titulum onerosum, sed bene contra mulierem habentem causam lucratiuam: ibique expresse consideratur, quod maritus non fuisset ducturus vxorem sine illa dote, & sic non obstante, quod matrimonium fuisset contractum sine illa dote; tamẽ mulier quia causam lucratiuam haber, creditoribus tenetur. Ergo idem dicamus in præsenti, esto millies, quod matrimonium non fuisset contractum sine hac donatione, prout non est, quia filius causam lucratiuam habet, sine dubio creditoribus, non militante ratione prędicta, actione reuocatoria est astrictus.

Et quamuis ex dicto *§. si à socero, ibi Bar.*
29 & *Angel.* voluerint, actionem reuocatoriam non esse dandam constante matrimonio, cõtra virum ignorantem, *prout etiam tradit Afflict. decis. 86.* & *Capy. decis. 181.* Illud est, ea potissimum ratione, quia dos datur viro pro oneribus matrimonij; ideoque eius re-
30 spectu titulus est onerosus, & vir recipiendo dotem, tamquam creditor, debitum exigit, *vt expresse in d. §. si à socero dicitur*: sed diuersa est ratio in præsenti donatione contẽplatione matrimonij facta filio, quia eius respectu titulus merè lucratiuus est (vt supra dixi) nec illa fuit collata per patrem filio pro oneribus matrimonij, cum dos recepta one-
31 ribus matrimonij deseruiat: hæc enim causa contemplationis matrimonij impulsiua fuit ad donandum; nec per hoc censetur facta donatio communiter Nurui, & filio, quia
32 principaliter fuit facta filio ad eius commodum, eique tantum voluit esse prospectum; quod est attendendum, *l. fideicomm. §. interdum, de leg. 3.*

Insuper donatio, quæ fit mulieri pro dote, certè quamuis detur viro contemplatione matrimonij, & pro oneribus ipsius, & aliter matrimonium non fuisset contractum; ta-
33 men respectu mulieris nedum dicitur donatio simplex, *l. fin. vbi Bart.* & *Salic. C. de*

iur. dot. verum etiam lucratiuus titulus erit:
ideoque si donās pro dote susceperit liberos,
34 donatio pro dote, vt titulus merè lucratiuus
reuocabitur, *ex l. si vnquam, de reuoc. don.*
consuluit in specie Alex. cons. 71. in 4. vol.
refert Ias. in cons. 181. col. 1. vol. 4.
Præterea *tex. in d. §. si à socero* permittit da-
ri actionem reuocatoriam constante matri-
35 monio contra virum, quando fuit sciens
creditores fraudari. In præsenti aduertatur
(quæso) quomodo Petrus Iacobus fuit sciens:
nam donatio fuit sibi facta in anno 44. verū
36 exequutio ipsius fuit collata ad tēpus mor-
tis patris donantis, *iux. l. nam & si moriar.*
ff. de cond. indeb. pater decessit in anno 50.
quo tempore Petrus Iacobus donatarius vo-
lens præcapere donationem à se ipso, vt hæ-
rede cū beneficio legis, tēpore implementi,
seu exequutionis donationis fuit in mala
fide; quia tunc ne dum ipse, sed eius vxor
sciebant creditores per eos cognitos, & ci-
tatos in confectione inuentarij fraudari, si
donatio fuisset præcipua, & signanter ipsos
magnificos de Ferrara. Constat enim quod
37 licet acquirens etiam titulo oneroso fuerit
in bona fide tempore contractus; si ta-
men tempore traditionis, seu implementi
contractus fuerit sciens creditores fraudari,
tenetur actione reuocatoria, *glo. est sing. in*
d. l. qui autem, §. hoc edictum, in ver. cessa-
re, quam ibi sequitur Alber. ff. quæ in frau.
cred. vt singularem glo. illam sequitur Aret.
in §. item si quis in fraudem, 2. col. & ibi Fab.
post num. 21. Iaso. post num. 33. & Gomes.
post nu. 17. de actio. refert, & sequitur Alex.
de Neuo prædictos non allegans in cons. 98. n.
10. qui loquitur in fortioribus terminis in
38 dote promissa, & non soluta, quod si tempo-
re solutionis habetur notitia debitorem non
esse soluendo, & sic fraudari creditores; licet
tēpore promissionis fuerit bona fides, actio-
ni reuocatoriæ locum fore. Idem dicamus
in casu (de quo agitur) quia donauit pater
Petro Iacobo filio sequuta eius morte, quo
tempore inspecto, non est dubium esse in
mala fide, vna cum eius vxore, & scire eo tē-
pore, scilicet implementi donationis, credi-
tores fraudari, quod sufficit; nimirum si absq;
dubio actio reuocatoria sibi locum vendi-
cat.

Item, & si donatio hæc fuit ob causam
matrimonij, videamus, si donatio correspō-
det causæ, vel illam excedit? & quis erit ille
qui benè non cognouerit, considerata quali-
tate personarum, donationem hanc ducato-
rum triginta mille, & plus excedere causam
matrimonij? Et quod æquiualens fuisset do-
natio duc. 10000. Ideo in eo, quod excedit
39 causam, puta, & simplex donatio erit, *l. si*
sponsus, §. circa, ff. de donat inter vir. & vxo.
Ang. & Imol. in l. Aquilius, ff. de donat. se-
quitur Ripa in d. l. si vnquam, num. 28. vbi
Tiraq. in glo. donatione largitus, num. 148.
Fit indè saltim in excessu, quia simplex est
40 donatio, permittendam esse reuocatoriam
creditoribus. Hoc enim omnes *Doct.* fa-
rentur, *teste Alex. in cons. 55. num. 2. vol. 1.*
alias de facili possent creditores fraudari sub
hoc colore, quod fiunt donationes intuitu
matrimonij excessiuæ, longè plusquam causa
requirat.

Amplius si considerato effectu, donatio
fuit omnium bonorum; dum donantur om-
41 nia bona, donatio intelligitur deducto ære
alieno, *l. subsignatum, §. bona, ff. de verbor.*
sign. Illudque censetur donatum, quod super-
42 est, deducto ære alieno, *l. mulier bona, ff. de*
iur. dot. qui *tex.* loquitur in fortiori casu,
quando mulier dat omnia bona in dotem vi-
ro, respectu cuius dos est titulus onerosus; &
nihilominus censetur dedisse, quod superest,
43 deducto ære alieno: idque generaliter est in
donante omnia bona, *Bart. in l. si quis ser-*
uum, §. fin. de leg. 2. Dec. in cons. 237. post
num. 2. & post num. 6. & in specie videatur
roga Cap. decis. 128. qui loquens de datione
44 in dotem viro, quamuis non fuisset sub no-
mine vniuersali, nec collectiuo bonorum;
quia considerato effectu fuit omnium bono-
rum, censetur facta viro de eo, quod superest,
deducto ære alieno, *per d. l. mulier bona, &*
Guid. decis. 447.

Quare si magnificus Petrus Iacobus hæres
cum beneficio legis vult, vt donatarius præ-
capere hanc donationem omnium bonorum
ab hæreditate: quia in ea nihil remanet, tāto
minus debet capere, quantum est æs alienū,
quo deducto, quod superest, censetur sibi do-
natum, & in hoc nullum video scrupulum.
Et sic tum attenta ratione prædicta aduersa-
rius succumbere debet: cum etiam quia do-
natio fuit simplex omnium bonorum, & cō-
tinens causam merè lucratiuam; illamq; ob
præsumptam fraudem, præsumptione iuris,
& de iure per magnificos de Ferrara reuo-
candam fore iuridicè arbitror.

Camillus de Medicis.

a Obtinuit author iusta hic allegata de men-
se Februarij 1573. referente D. Præside Sa-
lazar, prout ex actis Reg. Camer. penes
Eufremum de Petrillis.
b In materia *vide D. Reg. Lanarium cons. 90.*
c *Vide Dominum Cons. de Georgio latis alleg.*
22. & Mascar. tract. de probatio. concl. 815.
d Donationes contemplatione matrimonij
tanquam

Digitized by Google

tanquam pars contractus, sine quibus matrimonium non esset contractum, sunt pro lege seruandæ, *Guid. Pap. decis.* 145. exclusis velut nullis, & inualidis quibuscunque cautelis in perniciem ipsarum factis, *D. de Franch. decis.* 205. & 436. Et quod non dicantur habere titulum lucratiuum, sed onerosum videtur firmare *D. Reg. de Ponte de potest. pror. tit. de assensu Regio super dote, §. 2. num. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Seruitus realis quando præsumatur, & ex quibus verbis arguatur.*
2 *Seruitutem potius realem esse in dubio est iudicandum, quam personalem.*
3 *Seruitus vt iudicanda sit realis, vel personalis, est inspicienda mens acquirentis seruitutem.*
4 *Seruitus realis dicitur, quando ideo sit ne vna res alteri officiat.*
5 *Seruitus realis transit cum re ad quemcunque possessorem.*
6 *Seruitus realis postquam est alteri quæsita non potest per constituentem remitti.*

Pro Principe Salerni.

ARGVMENTVM.

Seruitus quando realis præsumatur, & ex quibus verbis realis arguatur, & vtrum per constituentem possit remitti.

CONSILIVM CVIII.

CVM esset Regia Curia domina domus, quæ fuit olim Principis Salerni, vendidit quoddam vacuũ contiguũ dictæ domui, quibusdam particularibus, ea lege, quod non possent altius extollere ædificia vltra 30. palmos, sed tantum vsque ad planitiem, & summitatem iardeni domus prædictæ: quam domum postea, cum omnibus iuribus ad eam spectantibus Regia Curia vendidit Illustrissimo Principi Salerni pretio iã conuento; & post huiusmodi venditionem emptores dicti vacui emerunt à dicta Regia Curia facultatem altius tollendi vsque ad cælum. Dicit nunc Ill. Princeps Regiam Curiam non potuisse in præiudicium seruitutis acquisitæ dictæ domui, vendere hanc facultatem extollendi. Punctus est, si per illam prohibitionem altius tollendi sit inducta seruitus actiue acquisita dictæ domui, vel tantum obligatio personalis.

Et quod seruitus sit inducta domui quæsita, considerentur illa verba prohibitiua (quod ædificare volentes non possent ædificia extollere, nisi vsque ad summitatem iardeni domus prædictæ) vt sic talis prohibitio ad beneficium domus prædictæ fuerit facta
1 ne eius prospectui officeretur. Hæc enim verba conueniunt diffinitioni seruitutis realis actiuè acquisitæ, & passiue promissæ. Nã *Bart. in l. 1. ff. de seruit.* hoc modo illam diffinit. Seruitus est quodam ius prædio inhærens, & ipsius vtilitatem respiciens, & alterius prędij ius siue libertatem diminuens. Etenim illa verba (quod non possint fabricare volentes extollere, nisi vsque ad summitatem iardeni domus prædictæ) respectu domus Principis respiciunt ipsius domus, & iardeni vtilitatem, & ædificiorum in dicto vacuo ædificandorum libertatis diminutionem. Ergo si illa verba ostendunt essentiam seruitutis realis, licet expræsse non sit dictũ quod iure seruitutis nõ possint altius extollere, parui refert. Nam quando habemus essentiam, & effectum, non curamus de mo-
2 do, seu de verbis. *vulgatis iuribus.* Semper enim iudicare debemus seruitutem esse realem, cum aliquid rei imponitur, quod vtilitatem alterius rei respicit, *vt est tex. in l. vt pomum, vbi Bart. ff. de seruit.* sed hæc prohibitio fuit facta ad vtilitatem domus magnæ: igitur seruitus illi domui fuit quæsita.

Et licet hæc causa non sit expræssa in venditione, quod hæc prohibitio fiebat ne prospectui domus officeretur; tamen Fiscus venditor, & emptores per eorum libellos hac de causa fuisse factam prohibitionem, pænes acta declarauerunt. Et ex qualitate facti illa suadetur, tum respectu tam magnæ & pulcherrimę domus, quæ tunc erat Regis; cum etiam quia vsque ad illam summitatẽ extollere non officit prospectui domus, vt ex oculari inspectione demonstratur. Et cum non possit assignari alia causa dictæ prohibitionis, quam prędicta, habetur pro expręssa, regula est communis. Et quis non videt hanc fuisse mentem Regiæ Curiæ, ne prospe-
3 ctui domus officiatur? & cum mentem habemus, illa inspicitur, vt seruitus prædio sit quæsita, *glo. est sing. videnda in l. cum fundo. in verb. relata. ff. de seruit. rust. præd.*
4 Inde infero, quod cum hac de causa prohibitio facta fuerit, non obligatio personalis;

sed

sed seruitus illi domui q̃sita fuerit inducta, *ita tenet Specul. in tit. de contrab empt. §. 1. in verſ. ſed pone. Bar. in l. 3. §. opus, ff. de alien. iud. mut. cau. facta. Floria in d. l. vt pomum, ff. de seruitu.*

Et si seruitus realis fuit inducta, domui
5 quæsi ta, domus illa ad quemcunque transit cum illo seruitutis iure pertransit, & sequitur domum, *l. si aqua ductus, ff. de contrab. em pt.* maxime quia in instrumento venditionis adsunt clausulæ, per quas non solum fue-
1 ût iura realia, sed ẽt personalissima träslata. Quamobrem licentiam impartitam altius extollendi per Regiam Curiam non potuisse concedi, ac declarari domui prædictæ illam seruitem deberi, *iuxta tex. in l. qui aliena, §. fin. ff. de negot. gest. ibi, sententia pradio datur,* iuris esse sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *EMens de pecunia aliena sibi acquirit, quamuis ad pecunia restitutionem teneatur.*
2 *Verbum (sit tuum) dominij translationem importat.*
3 *Genitiuus ex sui natura dominium demonstrat.*
4 *Donatio (si aliqua coniectura colligi nequeat) ex verbis denotantibus dominij trä. slationem præsumitur.*
5 *Verbum (dare) dominij translationem denotat.*
6 *Concedere, & dare æquiparantur.*
7 *Donatio causa mortis, si in ea mortis mentio fiat, præsumitur; quod quomodo procedat perbellè elucidatur.*
8 *Donatio mortis causa, vt valeat quinque testes requiruntur.*
9 *Interpretatio semper pro validitate actus facienda.*
10 *Literas absque protestatione recipiens, in eis contentum acceptare videtur.*
11 *Possessionis causa mutari potest.*
12 *Creditor hypothecarius in bonis debitoris electionem habet.*
13 *Fiscus feuda ob lineam finitam deuoluta, non vt hæres, sed iure suo ex pacto capit.*
14 *Primogenitus succedens in feudis ad debita pro rata bonorum tenetur.*
15 *Soluens pro alio vtilem actionem negotiorũ gestorum acquirit.*
16 *Cessio debitori non fit.*
17 *Actio personalis rem non sequitur.*
18 *Possessor offerendo cessionem petere potest.*
19 *Cessio ex causa onerosa contra cedentem etiã operatur.*
20 *Possessor ex iuribus cessis contra cedentem agere potest, id quomodo contingi possit ex dictis Neguſ. declaratur.*
21 *Circuitus inutilis euitandus.*
22 *Onus reale plures possessores afficiens inter eos pro rata bonorum est diuidendum.*

Pro D. Alfonso de Auolos.

ARGVMENTVM.

EMens de aliena pecunia, cui acquirat; ex quibus verbis arguatur dominij translatio; quando dijudicanda sit donatio inter viuos, vel causa mortis. Fiscus capiens fæuda ob lineam finitam an succedat iure proprio, ita vt soluens creditori repetat ab hærede defuncti, & qua actione. Debitori an vtiliter fiat cessio, sicut possessori offerenti, & aliqua de contributione pro rata bonorum.

CONSILIVM CIX.



DIE 22. Iunij 1570. Illustriss. Cornelia Carafa vtilis domina terræ Graniani, super eius introitibus Baronalibus vendidit cum assensu Illustriss. D. Carolo de Auolos annuos duc. mille, & quattuorcentum pro duc. quatuordecimmille, quos tunc recepit.

De mense Iulij 1570. inter Ill. D. Carolũ, & Ill. q. D. Antonium Gesualdum tunc virum prædictæ Ill. Corneliæ fit albaranum, in quo Don Carolus, recognoscendo fecisse prædictam emptionem cum pecunia D. Antonij, consentit, quod dictos introitus possit exigere ipse D. Antonius à prædicta Domina Cornelia; & promisit amplius D. Carolus prædictos introitus ad omnem requisitionem D. Antonij, eiusque hæredum, & successorum vendere pro duc. 14. mil. illosque breui manu soluere, & restituere D. Antonio, eiusq; hæredibus, seu cui D. Antonius mandabit.

Die 7. Septembris 1570. præfata Cornelia vendit cum assensu dictam terram Graniani D. Antonio eius viro, pro duc. 32. mil. de quibus teneatur soluere duc. 14. mil. D. Carolo pro reemptione ab eo facienda annuorum

nuorum duc. 1400. eidem venditorum.

Die 27. Iulij 1572. D. Antonius discessurus cum Catholica Classi, contra infideles; per eius literas, mãdat D. Carolo, quod de d. du. 14. m. quos eius nomine tenebat, solueret duc. 7000. Dõnæ Corneliæ eius vxori, & alijs duc. 7000. sint D. Alfonsi. Et subdit hæc verba. *Auertendo V. S. che in potere della Signora Cornelia mia moglie reste l'albarano, che mi fè, acciò quãdo in questa giornata io ci morisse V. S. esseguisca questa mia vltima intentione.*

De mense Octobris 1572. D. Antonius sequens Catholicam Classim, absque legitimo successore in fæudalibus decessit: propter quod Fiscus tam terram Graniani, quã omnia alia eius bona fæudalia appræhendit.

Morte eius sequta, volens Regia Camera, præcedente denunciatione incerti hominis, vt Illustr. D. Carolus deponeret, si prædictum albaranum haberet; quod potuisset iam lacerare, sine alia depositione, illud sponte pænes acta exhibuit, petendo ipsum vti dominum prædictorum annuorum duc. 1400. emptorum super introitibus terræ Graniani esse conseruandum in possessione illos exigendi, tam pro præterito, quam in futurum. Et videns D. Carolus remansisse debitorem pro dicta emptione in duc. 14. mil. D. Antonio dixit quod dictos due. 14. m. de eius ordine soluit D. Alfonso eius filio, & D. Corneliæ vxori dicti D. Antonij.

Demum die 20. Iulij. 1574. quia D. Cornelia vxor D. Antonij obtinuerat assistentiã pro eius dotibus, & antefato in summa duc. 40. m. super bonis fæudalibus ei cum assensu obligatis, & possessis per Regiam Curiam. Fiscus vt possessor bonorum, offerens, & soluens debitum, ab ea iurium cessionem obtinuit. Quibus iuribus cessis, prætendebat euincere duc. 7000. vt supra solutos D. Alfonso: qui nolens litigare cum Fisco, licet ius foueret: die 27. Martij 1575. asserens magnam vtilitatem: quam consequtus fuit ex obitu D. Antonij in summa duc. centum mille, & plus, & beneficium duc. 14. mil. habitum propter exhibitionem dicti albarani per eius patrem sponte factam, preces obtulit Catholicæ Maiestati vt dicti duc. 7000. sibi donarentur; à qua literas obtinuit, vt de hoc negotio consulatur. Et vt hæc consultatio benignius fiat: satis ad propositum erit demonstrare, quomodo Fiscus succubuisset contra D. Alfonsum in petitione ducatorũ 7. mil. Si lis iuditialiter fuisset sopita. Quam ob rem ex proposita spetie facti, de tribus erit quærendum.

Primo, si D. Carolus fuerit, & sit dominus annuorum duc. 1400. per eum emptorum à domina Cornelia super introitibus terræ Graniani, non obstante albarano.

Secundo, si ordo datus per dominum Antonium in eius literis missiuis domino Carolo de soluendo duc. 7000. domino Alfonso eius filio, induceat donationem, & si sit inter viuos, vel causa mortis.

Tertio, si Fiscus, iuribus cessis per dominam Corneliam, potuisset euincere à domino Alfonso dictos duc. 7000.

Ad primum, dico, nulli dubium esse dominum Carolum fuisse, & esse dominum annuorum duc. 1400. super introitibus terræ Graniani, quia emit cum assensu à domi-
1 na Cornelia; & licet emerit cum pecunia domini Antonij, emptio tamen in eius beneficium cedet; quamuis ad pecuniæ restitutionem teneretur, *l. 1. & l. multum interest, C. si quis alter. vel sibi, Bar. in l. instrumenta, in fin. C. de fid. instrum. lib. 11.* voluit enim dominus Antonius, quod vere dominium quæreretur domino Carolo, verum ei debitor esset in duc. 14. m. de quibus ad libitum disponere potuisset, prout iam disposuit.

Ad secundum affirmo, ordinem datum per dominum Antonium domino Carolo de soluendo duc. 7000. domino Alfonso eius filio importare donationẽ inter viuos, cuius executio fuit dilata ad tempus mortis: si quidem illa verba prolata per dominum Antonium volentem, quod duc. 7000. sint domini Alfonsi, translationem dominij inducunt, *l. dotis fructum, in fin. ff. de iur. dot.* &
2 dictio illa (eius sit) dominium ostendit apud personam nominatam, *l. falsa demonstratio, §. si quis ita, ff. de cond. & demonstr.* quini-
3 mo genitiuus ex propria significatione dominium demonstrat, *l. seruum titij, ff. mand. l. si heredis seruus, de leg. 1. Scribentes omnes post Bar. in rubr. de nou. oper. nunc. Bal. in l. 1. §. idem Pomponius, in fin. ff. de naut. caup. stab.* & si hæc verba quod duc. 7000. sint domini Alfonsi, translationem dominij operantur; cum alia coniectura, quam dona-
4 tionis capi non possit: necessario donationẽ inducunt, *l. si cum aurum, ff. de solut.* sicut
5 dicimus de quæstione illa, do tibi hoc; quia verbum (dare) translationem dominij significat, *§. si itaque, de actio.* donationem inducit, *Imol. in l. à titio, ff. de verb. oblig. Salic. in l. si donatione, num. 5. C. de collat. Alex. in l. cum quid nu. 13. ff. si cert. pet. Capye. refert, & sequitur in decis. 186. 187. nu. 11. &*
6 12. idemq; dicitur in verbo (concedo) quod donationem operatur, *l. vxori, §. fin. vbi glo. in vers. præsumptum, ibi Bar. nu. 4. cæteri*

que

que de leg.3. Alex. qui concordes allegat in l. si quis, n.14. ff. de acq. poss. & Affl. in c. si titius, n.17. si de feu fue. cont. Si ergo verba prędicta donationem arguunt; & si in ea, quia fit mentio mortis, donatio causa mortis, non

7 inter viuos præsumi posset, *l. seia, §. fin. de donat. caus. mort. & l. seia, vbi glo. de dote prælег.* attamen quando in donatione fit mentio mortis per viam dilationis, inter viuos erit donatio, *Bal. ex mente Dini in l. 2. num. 3. C. de iur. dot.* & tunc dicitur facta mentio mortis, causa dilationis; cum de ea fit mentio in verbis executiuis, & non in verbis importantibus substantiam donationis, *Ias. in l. qua dotis, num. 40. solut. matr. Alex. cons. 141. vol. Dec. 500. num. 10. Socc. 53. num. 3. & 137. post num. 1. vers. prædicta, lib. 1.* in præsenti liquet, mentionem mortis esse factam in verbis executiuis donationis; quia dominus Antonius mandando domino Carolo voluit, quod duc. 7000. fint domini Alfonsi, in eum dominium transferendo ex causa donationis iam perfectæ: & postea addidit, quod hanc eius vltimam intentionem exequeretur, quando decederet. Adeoquod clare in verbis dispositiuis de morte fuit facta mentio; ideoque inter viuos donatio iudicanda erit. Idque dicere cogimur, quia in hac donatione facta per epistolam quinque testes non interuenerunt, vt

8 requiritur in donatione causa mortis, *l. fin. C. de codic. & l. fin. C. de donat. cau mor.* & tunc quantumcunque fieret mentio mortis in dispositione donationis, si nō adsunt quinque testes; potius erit præsumenda donatio inter viuos valida, quam donatio causa

9 mortis inualida, vt actus magis valeat, quam pereat, *l. si quando, de leg. 1. Alex. in l. qua dotis, num. 15. vbi Ias. num. 46. ff. solut. matr. Socc. in cons. 137. 1. vol.*

Inde sequitur dominum Carolum, qui literas domini Antonij recepit, per earum

10 receptionem acceptasse, & approbasse ordinem sibi datum de soluendo duc. 7000. domino Alfonso eius filio, *l. si filius familias à patre, la seconda, ff. ad Maced.* & illico causa hac extrinsecus superueniente, mutasse sibi causam possessionis: vt sicut dictos du. 7000. tenebat nomine domini Antonij; tunc literis acceptis, statim vt pater, & legitimus

11 administrator nomine domini Alfonsi filij teneret, *l. cum nemo, iuncta glo. C. de acquir. possess.* vt sic liqueat, sequta morte domini Antonij dominum Alfonsum, seu eius nomine dominum Carolum possidere duc. 7000. ei per dominum Antonium, vt supra donatos.

Ad tertium præsuppono, Fiscum iuribus cessis à domina Cornelia non posse agere contra dominum Alfonsum super dictis duc. 7000. nam domina Cornelia creditrix pro dotibus, & antefato habebat obligata omnia bona allodialia, & fæudalia, cum assensu domini Antonij eius viri; & tanquam creditrix ad eius electionem noluit satisfieri super bonis fæudalibus apprehensis per Fiscum, *iux. l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign.* Fi-

12 scus soluit, & ab ea iurium cessionem obtinuit; quæ sibi erit proficua, contra hæredem domini Antonij in allodialibus obligatum actione personali ad debitum dictæ dotis, &

13 antefati: quia fiscus dum capit fæuda deuoluta per lineam finitam, non vt hæres, sed iure suo illa capit, ex pacto, & ex contractu iam resoluto: cum inuestitura pro se, & hæredibus ex corpore tantum durat, donec adsunt successores ex corpore, & cum deficiūt extinguitur; & tunc illud vtile dominium sic conditionaliter translatum, conditione defecta, reconsolidatur cum directo remanso pænes Regem, *Andr. tradit in cap. 1. vers. ex quo, de fau. fine cul. non amit.* Si ergo Fiscus non hæres in fæudalibus deuolutis, non tenetur soluere debitum dotis, & antefati; sed illud hæres vniuersalis soluere tenetur, qui in ius defuncti actiue, & passiue succedit *l. hæredem, de reg. iur.* nec ad illud contri-

14 buere tenetur, quia non hæres; sicut contribuere tenetur primogenitus succedens etiā pro rata bonorum fæudalium, quia hæres *Capyc. decis. 198.* Si illud soluit, quia erat soluendum per hæredes dñi Antonij, vtile gessit negotium ipsius, & proinde vtilem

15 negotiorum gestorum contra hæredem acquisiuit *l. soluendo, ff. de neg. gest.* & propter cessionem habitam à domina Cornelia vltra actionem negotiorum gestorum, quę est personalis contra hæredem; acquirit etiam actionem hipothecariam super bonis possessis per hæredem: & tunc si hæres obligatus actione personali solueret Fisco, & vellet ob-

16 tinere cessionem iurium, non posset, quia debitori non fit cessio, nisi ad liberandum, *l. nulla, C. de solut. glo. in l. aristo, qua res pign. & Salic. in l. 1. num. 27. C. de act. & obligat.* Et his rationibus ita nunc seruatur in Regia Camera: fuit enim hæc decisio seruata in causa olim Principissæ Salerni, Isabellæ de Castellis, & Eleonoræ Caracciolæ: & bene procedit, quando contra hæredem Fiscus agit. At dum Fiscus iuribus cessis à domina Cornelia vult agere non contra hæredem domini Antonij, sed contra dominū Alfonsum possessorem duc. 7000. allegata non procedunt, nec decisiones obseruatæ militant: siquidem dominus Alfonsus vt pos-

sessor

sessor bonorum domini Antonij non tenetur actione personali ad soluendum debitum dotis, & antefati dominæ Corneliæ; cum
17 actio personalis fundum non sequatur, *l. 1. §. si hæres, ad trebell.* & si dominus Alfonsus vt possessor non tenetur ad hoc onus actione personali, sicut in hærede dicimus: diuersa est ratio hæredis, & possessoris; cum dominus Alfonsus possessor bonorum obligatorũ posset Fisco offerre, & ab eo obtinere iurium
18 cessionem validam, quę fit possessori offerenti, *l. mulier, ff. qui pot. in pign.* quod non posset hæres, quia debitor, & debitori nulla fit cessio, *d. l. nulla, C. de solut.* & dum dominus Alfonsus obtinuisset iurium cessionẽ à Fisco, & sic iura cessa Fisco per dominam Corneliam, posset eisdem iuribus cessis, agere contra Fiscum cedentem possessorem bonorum fæudalium: quia cessio ista, quæ per Fiscum fieret domino Alfonso soluenti, esset ex causa onerosa solutionis, non mi-
19 rum si contra cedentem operaretur, *l. si culpa, ff. de reiuend.* quæ lex loquitur de illo, qui soluit mihi litis æstimationem, quod si à me vtilem actionem ex causa onerosa haberet cessam; contra me cedentem posset illã exercere, *tradunt ibi Bar. Bal. Angel. cæterique, & Bar. in l. 1. §. vsufructuarius, & ibi Alexan. de nou. oper. nunc. & late Dec. cons.* 104. Quinimo cessio quæ fit compossessori offerenti, fit ex necessitate, *l. si mulier, ff. qui pot. in pigno.* & cum quis est obligatus ex dispositione legis, & non hominis, efficacior est obligatio, quia contra ipsũ dirigitur; licet in obligato ex dispositione hominis persona loquentis non includatur, *l. inquisitio, C. de solutio. ita Bal. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. vbi not. Socc. cons.*
20 206. *col. 1. vers. confirmatur*, & de possessore offerente, cui iura ceduntur, quod possit agere contra cedentem, *Dec. omnino videndus in alleg. cons.* 104. Et quãuis *Neguss. de pignor 3. memb. 5. par. post nu.* 31. dicat opinionem *Decij* non posse procedere in possessore simplici: quia dum creditor agit contra possessorem ex duobus creditis, quorum vnus est anterius altero, possessor vtrũque tenetur offerre, *l. creditor qui prior, §. 1. ff. qui pot. in pig. habe.* cum in simplici possessore non cadat consideratio magis solutionis prioris crediti, quam posterioris; prout consideratur in secundo creditore, qui nõ tenetur offerre, nisi creditum anterius suo, *l. quærebatur, ff. qui pot. in pigno.* tamen *Neguss. ibi post nu. 32. vers. & ideo*, dicit dictum *Decij* bene procedere in possessore, & creditore simul, quod iure cesso possit agere contra cedentem. Vnde si dominus Alfonsus iuribus cessis à Fisco posset contra Fiscum cedentem agere, & Fiscus tandem contra eum; ad euitandum hũc inutilem cir-
21 cuitum, quem saltaballa vocat, *glo. in l. Claudius felix, ff. qui pot. in pign.* dicere oportet, hoc onus esse diuidendum inter Fiscum, & dominum Alfonsum compossessores bonorum æquè obligatorum, pro rata bonorum, *ita Specul. decidit in tit. de cess. actio. §. 1. vers. sed pone habeo, allegat. tex. in l.*
22 *cum possessor. ff. de censi.* qui clarè vult, quod si Fiscus pro tributo egerit contra vnum ex possessoribus, quod ei actiones præstantur contra cæteros compossessores, quorum æque prædia tenent, vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant; & sic onus illud tributi pro rata bonorum inter compossessores diuiditur. *Decisionem Specul. refert, & sequitur Capye. decis.* 51. *num.* 8. *Ad idem tendit tex. allegatus similiter per Specul. in l. 2. vers. aquissimum, ff. ad l. rhodiam de iac.* vbi si propter iactum mercium saluę sunt aliorum merces factæ, commune esse detrimentum, vt omnes pro rata contribuant. Quam ob rem onus dotium, & antefati dominæ Cornelię in summa duc. 40. mil. inter Fiscum compossessorem bonorum fæudalium valoris duc. cẽtum quinquaginta mille, & dominum Alfonsum possessorem duc. 7000. pro rata esse diuidendum: quæ rata respectu domini Alfonsi non ascenderet ad duc. mille parum plus. Idque stricto iure procederet. Sed considerata vtilitate; quam Fiscus habuit per obitum domini Antonij, & per exhibitionem albarani sponte factam per dominum Carolum eius patrem, ac consideratis meritis patris, & prædecessorum; Catholicam Maiestatem esse consulendam, quod absque contradictione prædicti duc. 7000. debeantur domino Alfonso, prout sic iuri, & æquitati consonum esse, indubitate sentio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria actio licet extinguatur propter dominium, effectus tamen hypothecæ durat, ob quem vtilis exceptio, & retentio datur.*

2 *Fideiussor euictionis conditionaliter obligatur, sequuta euictione.*

3 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat.*

4 *Cessio iurium debitori fit extinctiuè ad finẽ libe-*

liberandi, non translatiuè.

5 *Actio non datur contra se ipsum.*

6 *Restrictio hypothecæ potest fieri, tollendo personam cedentis de medio.*

7 *Iura tamdiu durant in persona successoris, quamdiu permanent in persona authoris.*

8 *Soluens ignoranter creditori, qui actiones alteri cessit, liberatur.*

9 *Actio personalis remanet in persona cedentis.*

10 *Cessionarius iuris hypothecæ non potest denuntiare debitori ne soluat.*

Pro Marchione Sancti Lucidi, cum Spiculis.

ARGVMENTVM.

Actio hypothecaria quomodo extinguatur propter dominium superueniens. De fideiussore euictionis, cessione iurium debitori, restrictione hypothecæ; & quando soluens creditori, qui cessit iura, ignoranter, vel etiã scienter, liberetur.

CONSILIVM CX.



NON dubito quin Ill. Marchio Sancti Lucidi possessor debeat absolui à petita præstatione familiæ ad capiendam possessionem domus existentis intus Ciuitatem Neap. ab hypotheca, quam prætendunt illi de Gazellis, super domo, quæ tenetur per ipsum, cuius vigore petierunt præstari familiam ad capiendam possessionem: cum ius, quod præfati de Gazellis prætendunt in dicta domo sit ex contractu inito inter ipsos, & quondam Ill. Federicum Carrafa in anno 1582. ius vero Ill. Marchionis habens anteriora iura in anno 1535. cuius vigore obtenuit assistentiam cum adiudicatione super

1 dicta domo: & sic licet propter dominium extincta sit hypothecaria actio, effectus tamen hypothecæ durat; ob quem vtilis exceptio, & retentio datur, *l. creditor, ff. qui pot. in pign. hab. l. qui à debitore, vbi glosa, ff. quib. mod. pig. vel hip. sol. Capic. dec. 43. & Neguss in tertio memb. secundæ par. n. 23.* Si forte magn. de Gazellis volunt iuuari cessione iurium eis facta per magn. Iulium Carrafa, qui in anno 1542. contraxerat cum Ill. Federico, recipiendo in fideiussorem Ill. Marchionem, qui proprio nomine se obligauit, & cessit iura; similiter succumbunt. Videamus etenim quænam iura habebat Iulius contra Ill. Marchionem, & sic apparebit, quæ iura cedere potuit. Nulli dubium est, quod postquam Ill. Marchio fideiussor euictionis erat, & propterea se obli-

2 gauit, cedendo iura. eius obligatio conditionalis erat sequta euictione, *ad l. facere posse, ff. solut. matrim.* fideiussor enim euictionis non stat in obligatione, nisi euictione sequta, *dicunt Bart. Bald. Alex. & cæteri in dicta l. facere posse, & per Hippol. in rubrica de fideiuss. num. 255. vers. scias.* Si cessit Illust. Marchio D. Iulio eius iura, illud fecit pro securitate introituum vẽditorum ipsi Iulio, qui cum non fuissent euicti, conditio obligationis, & cessionis non fuit purificata, & successiue iura contra Marchionem Don Iulius non quæsiuerat: quæ si adhuc non quæsierat in magn. de Gazellis non potuit transferre,

3 *ex reg. neminem plus iuris in alium transferre posse, quam ipse habeat.* & in hoc quæso aduertatur, nam omnis scrupulus sine difficultate tollitur. Adauget animum, vt confirmem Ill. Marchionem esse absoluendum: equidem D. Iulius non cessit iura translatiua illis de Gazellis; sed iura extinctiua Ill. Fede-

4 rico, cui vt debitori iura fuerunt cessa ad finem liberandi, & extinguendi. *l. nulla, C. de*

5 *solut.* cum in se ipso actio non detur, *l. si spõsalibus, §. 1. ff. de iur. dot. quem allegat Bal. in l. 1. num. 22. C. de act. & oblig.* immo ex verbis cessionis colligitur nil aliud egisse D. Iulium nisi restrinxisse iura suæ hypothecæ, *iuxta l. certo generi, §. si totus, ff. de ser-*

6 *uit. rust. præd.* demendo personam eius de medio cessit loco Gazellis, *vt habetur in c. 1. de eo, qui fin. fec. agn. & in cap. 1. §. & si libellum, de alien. feud. pat.* Et si cessio fuit extinctiua, illa quo modo de Gazellis iuuabuntur? Et si fuisset cessio iurium translatiua, quod non est, nec obtinerent, nam constat Ill. Marchionem in anno 1558. integrè satisfecisse D. Iulio, propter quod iura D. Iulij

7 fuerunt extincta, & sic in damnum de Gazellis habentium causam ab ipso, quia tamdiu durant in persona successoris, quandiu permanent in persona authoris, *l. 1. C. si pign. pign. dat. sit, & l. grege, §. cũ pignori, ff. de*

8 *pign.* ignoranter soluit D. Iulio, quo fit omnino liberatum, *l. fin. ff. de transact.* immò scienter potuit soluere, cum in personam D. Iulij remansisset actio personalis; nec po-

9 tuissent de Gazellis cessionarij iuris hypothecæ, denuntiare Ill. Marchioni, ne soluere, *iuxta l. tertiam, C. de nouat. ita decidit Bart. in dicto §. cum pignori, penult. quæst.*

quem

quem sequitur ibi Salic.in 3.quaest & Neguss. 10 *in 3.memb. 2.par. num. 28.* Quibus breuiter editis sole lucidius constat Ill. Marchionem absoluendum, salua semper correctione maiorum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *INquisitus de pluribus delictis debet gaudere indultu Regio pro illis, pro quibus obtinuit remissionem in tempore, & nu. 3. & quando num. 5.*

2 *Delicta sicut separatim fiunt, separatim abolentur.*

4 *Vtile per inutile vitiatur, & quando.*

6 *Indultus impetratus ab inquisito,qui tacuit aliqua crimina, quae si fuissent expressa, vel non obtinuisset, vel difficilius, vitiatur propter obreptionem.*

Pro Fabritio de Marinis.

ARGVMENTVM.

INquisitus de pluribus delictis, num gaudeat indultu generali pro ijs delictis, pro quibus in tempore remissiones obtinuit, & quando?

CONSILIVM CXI.



LICET magnificus Fabritius de Marinis sit inquisitus de pluribus delictis, & non habeat super omnibus partium remissiones; non tamen est dubitandum quin debeat gaudere Regio indultu pro illis causis, pro quibus obtinuit in tempore remissiones; quamuis pro alijs teneatur stare
1 iuri. Quodlibet enim delictum stat de per se, & separatim consideratur, *l.nunquam plura, ff. de priu. delictis*; & tot censentur gratiae, siue indultus, quot sunt ipsa delicta, *arg. tex. in l. scire debemus, de verb. oblig.* sicut tot sunt absolutiones quot sunt crimina, pro quibus fit absolutio, *vt notat in specie Ias.in*
2 *d. l. scire debemus num. 9.* & sicut delicta separatim fiunt, ita etiam separatim aboleri possunt, *vt in proprijs terminis voluit post Bart. Angelus Lud. Rom. cum Ias. & alijs in l. de pupillo, §. si in pluribus, ff. de no. op.*
3 *nunc.* decidendo quod bannitus pro pluribus delictis potest eximi de banno respectu vnius delicti, licet pro alijs remaneat bannitus: habebit enim gratia siue indultus locum in eo, quod habere potest, nec vtile per inutile vitiabitur; cum sint delicta vt
4 praediximus separata, & regula praefata non procedat in diuiduis, & separatis, *vt tradit Iureconsf. in l. 1. §. item quaeritur, & §. trebatius, ff. de aqua quot. & aest. & in l. 1. §. sed si mihi, vbi late Scribentes, de verb. oblig.* Et vt nulla prorsus remaneat difficultas rogo vt aduertatur; nam gratia ista, siue indultus, quo magnificus inquisitus praetendit gaudere, non est impetratus ad preces ipsius: sed emanauit ex motu proprio Principis ob publicam letitiam, & rem bene gestam in bello lusitano, *l. abolitio, cum seq. ff. ad S. C. turpil.* ex quo magna resultat differentia:
5 nam si fuisset ab inquisito impetratus indul-
6 tus pro vno delicto, & impetrans tacuisset alia crimina; quae si fuissent expraessa, vel non obtinuisset indultum, vel difficilius obtinuisset in hoc casu non gauderet gratia, quae vitiaretur non ob aliam rationem, nisi propter obreptionem, *cap. cum pro causa, cap. officij, de sent. excommun. notant Doct. post Gugl. de Cun. in l. 3. vers. his ergo, de Episc. aud. Ias. in l. nec damnosa, C. de precibus Imp. off. Fel. in cap. postulasti, 3. col. de rescrip. cum alijs cumulatis per Bossium in tit. de remedijs ex sola clem. princ. num. 33.* in casu vero nostro; cum non possit aliqua considerari subreptio, vel obreptio, aut dolus in persona inquisiti; est omnino concludendum quod valeat gaudere Regio indultu pro illis delictis, pro quibus iam praesentauit partium offensarum remissiones; Pro caeteris vero iam paratus est stare Iuri.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *INdultus prodest mortuis.*

2 *Rebellis non succedit, tamquam incapax, sed fit locus proximioribus.*

3 *Ius haereditatis non agnitum, non transit ad extraneos.*

4 *Descendentes rebellis excluduntur à successione.*

5 *Maternorum natura non mutatur per aditionem, vigore consuetudinis Neapolitanae.*

6 *Fiscum non soluere vsuras, quomodo intelligatur, cum distinctione.*

7 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato*

quando vtatur suo priuilegio, & nu. 7.
8 *Differentia est inter vsuras debitas ex stipulatione, & illas, quæ debentur ex mora.*

Pro Dominis Caracciolis, contra Fiscum.

ARGVMENTVM.

INdultus concessus Rebellibus prosit ne mortuis; & an rebellis, eorumque descendentes sint capaces, & habiles ad succedendum; Numque vsuræ debitæ ex stipulatione differant ab vsuris debitis ex mora, & in quo.

CONSILIVM CXII.

QVOD debeatur portio Nicolai cum interesse, ex pluribus non erit dubium.

Primo, non est verum, ipsum fuisse rebellem, nec alias in actis contra rebelles fuisse notatum; quo fit, quando rebellio adfuisset, placitata esset, & sic remissa: nec Gaspar, qui fecit illam declarationem clarã manu sua scriptam, dixit fuisse rebellem, immo fidelem, vt ex verbis ipsius legitur.

Secundo, quando Nicolaus fuisset declaratus rebellis, prout non fuit; indultus in anno 1530. cum restitutione bonorum prodest. Et si dicatur tempore indultus Nicolaũ mortuum, ad quem indulgentia non trahatur: ad id clare respondetur.

Primo, sicut enim memoria defuncti in hoc crimine rebellionis damnatur, sic è contra restituitur: idque ex verbis indultus clarescit, dum in eo quamplures exceptuantur, inter quos exceptuatus adest Nicolaus Maria Caracciolus Marchio Castellanetæ, qui tunc erat mortuus per plures annos ante indultum, cuius verba sunt (*exceptuatur Cola Maria Caracciolus, quoad ea bona, de quibus eius filius non fuit compositus*) apparet enim in anno 1529. ante indultum, Sergium Caracciolum filium quond. Nicolai Caraccioli, comparuisse ad excusandum memoriam patris, & transegisse cum Curia quoad Terram Castellanetæ tantum, & quoad alia bona Curiam noluisse transigere. Si ergo in anno 1529. Nicolaus Maria erat mortuus, & Sergius filius, quoad quædam fuit compositus, & quoad quædam non: quando sequitur indultus in anno 1530. exceptuatur Nicolaus Maria, quoad ea bona, de quibus eius filius non fuit compositus; infertur mentem, & verba Imperatoris in indultu fuisse exceptuando mortuum, quoad bona non transacta cum filio, sine dubio mortuos includere, ita vt nulla in hoc cadat difficultas.

1 Secundo, quod indultus prosit mortuis, *Bal. videndus in cons. 243. secundum nouam impressionem, quidam nobilis, vol. 1. Loffred. in cap. 1. 4. col. vers. dubitari etiam potest, de pac. iuram. firm. & in cons. 8. post nu. 23. vers. nec obstat etiam. & num. 24 qui etiam considerando verba indultus, sic expresse decidit Boss. in tit. de rem. ex sola elem princ. nu. 14. & in tit. de restit. quæ fiunt à princ. finito bello &c. num. 2.* Quamobrem tum attenta dispositione iuris, cum etiam attenta voluntate Principis, indultum mortuos comprehendere, indubitati iuris erit: & si id est, figurata rebellio Nicolai, prout non fuit, omni iure erit sublata.

Nec dicatur in indultu adesse exceptionẽ, vz, quod ab eo exceptuantur mercedes prouisiones, & officia, quæ tenentur, siue tenebantur per culpabiles in indultu comprehensos; nec non, & credita, quæ quouis modo dictis culpabilibus per Curiam deberi possint: arguens Aduersarius hanc portionem Nicolai ob eius rebellionem confiscatam esse creditum culpabili debitum, & sic ab indultu exceptum. Etenim miror, quomodo tanti viri hanc vanitatem pro difficultate adducunt; verba enim indultus sunt etiam clara Tonsoribus, ab eo exceptuantur mercedes, prouisiones, & officia, quæ per culpabiles tenentur, siue tenebantur à Curia. Dicat nunc Aduersarius, de quibus mercedibus, officijs, & prouisionibus intelligitur; fas erit dicere de illis, quæ culpabiles tenebant ante rebellionem, dum sequitur (necnon & credita, quæ culpabilibus per Curiã deberi possent,) continuando eandem orationem; fas erit intelligere de illis creditis, quæ per Curiam debebantur culpabilibus ante rebellionem, At nos non loquimur de credito per Curiam debito ante rebellionem Nicolai, sed de portione Nicolai, quam Fiscus prætendit confiscatam ob eius rebellionem: itaque immediate ex eius rebellione illam Fiscus prætendit, quam indultus restituit.

Nec obstat Nicolaum fuisse mortuum ante Federicum patrem, ex cuius persona Fiscus vult prætendere ratam. Nam tempore mortis Nicolai, vel Federicus pater erat re-
2 bellis, vel non; Si erat rebellis, tanquam incapax non poterat succedere, & locus fiebat fratribus in totum, *l. 1. cum ibi not. C. de hared. instit. & Socc. cons. 21. 1. vol.* Si Federicus non erat rebellis, & non liquet ipsum
3 adiuisse hæreditatem filij; quo fit hoc ius nõ agni-

agnitum, sicut ad extraneos non trãsit, *l. ventre, cum ibi not. ff. de acquir. hered.* sic etiam non transit in Fiscum, ex regula communi, illa transire in Fiscum, quæ in extraneos transire possent.

4 Et si diceretur Actores, vti descendentes Federici rebellis exclusos esse à successione Nicolai, *iux. terminos l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.* Respondetur fatuum esse id prætendi: si indultus abolet crimen contra culpabilem, eidem bona restituendo; à maiori-tate rationis habilitat successores, qui non commiserunt culpam, vt succedere valeãt: maxime quia per *Capitulum Neapolitanum* filij fuerunt habilitati ad petendum dotes

5 maternas; & portio Nicolai, licet per eum esset adita, non per hoc desinit esse materna, vigore consuetudinis, quæ operatur, q per aditionem natura eorum non mutetur, *in consuetudine si quis, vel si qua, ibi Napod. prope ante num.* 231. *vers. sed consuetudo.*

Quo vero ad interesse iudicatum portionis Ioannis, quod possit exequi contra possessorem, quia Fiscus nullum potest pati interesse. aduerto puntum hunc specifice decisum per sententiam latam in anno 1540. in ea enim fuit Fiscus condemnatus Don Antonio ad omne totum, & quicquid minueretur gratia castrorum eidem concessorum cum annuo reddituu. duc. tricentum octuaginta, seruata forma priuilegij, quod clare sic loquitur. liquet nunc, quod ob quamcunque euictionem, quam nunc Don Antonius patitur, semper ei remanent castra cum annuo reditu duc. 380. adeoquod contra fiscũ non posset habere recursum, & sic obstat ei exceptio rei iudicatæ, & in hoc nullus adest scrupulus.

Præterea esto millies, quod Fiscus posset pati aliquod damnum à Don Antonio; adhuc nihil obstaret, quin Actores debeant exequi

6 pro capitali, & interesse. Non enim obstat, quod dicitur *in d. §. Fiscus*, quod Fiscus nõ soluit vsuras, nam vltra dicta, in casu nostro non procedit, etiam *secundum Bal.* quem ex aduerso audio allegari; & legatur quæso *in auth. quas actiones, num.* 11. *C. de sacro-*

7 *sanct. Eccl.* ibi enim *Bal.* distinguit de priuilegiato succedente non priuilegiato, quando suo vtatur priuilegio: tradit respectu obligationis, si illa est iam formata, & sic non pendet eius essentia; & tunc est inuariabilis, & non mutatur ex persona successoris. Hoc membrum facit pro nobis, quia obligatio Federici fuit iam formata, & perfecta in eius vita, dum promisit restituere dotes cum interesse, dissoluto matrimonio. ergo ex persona Fisci, qui Federico successit, hæc obligatio iam formata non variatur. Subdit *Bal.* aut obligatio non est nata, sed pendet eius essentia; tunc aut prædecessor est sola causa efficiens ipsius obligationis, & attendimus prædecessorem, non successorem, *l. emilius, ff. de minor.* Hoc membrum pariter decidit pro nobis. nam si essentia huius obligationis facta per Federicum dotium, & interesse pendeat, & executio debeatur ex die dissoluti matrimonij; quia causa efficiens huius obligationis fuit prædecessor Federicus, non autem Fiscus successor, prædecessorem, non autem successorem actendimus. Si autem non loquimur in obligatione, sed in eo, quod præcisè oritur ex mora; & tunc actendimus tempus moræ: quia cum non habeat causam de præterito, non fingitur retro, *allegat tex. in d. l. cum quidam, §. Fiscus.* Sentiens *Bald.* ex hoc, quod quando vsura debetur ex mora, quæ non habeat causam de præterito; Fiscus successor vtatur priuilegio suo: sed si mora haberet causam de præterito, quia retro fingeretur; Fiscus non haberet priuilegium suum. In præsenti cum de mora agitur, quia habet causam de præterito ex obligatione iam formata, & contracta per Federicum; absque dubio sequitur Fiscum succedentem, non vti priuile-

8 gio suo. Et huc tendit quod pulchrè dixit *Cannetius in cap. volentes, fol. mibi* 93. *nu.* 12. distinguens de vsuris debitis ex stipulatione, & ex mora non soluentis: illæ enim quæ debentur ex primeua stipulatione, vna cum sorte sunt eiusdem iuris, sicut & sors *ex l. lucius, ff. qui pot. in pign.* At illę, quæ non debentur ex primeua obligatione, sed ex mora non soluentis; quasi debentur ex nouo contractu, & nouo facto non soluentis: nimirum si in illis debitis ex stipulatione Federici Fiscus non habet priuilegium, & in illis, quæ debentur ex mora non soluentis, Fiscus habeat priuilegium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Minor læsus rescindens contractum ab alio eius nomine gestum, in quo fuit promissa minoris ratihabitio, nõ operatur, vt ex hoc contra promittentem committatur stipulatio rati, & nu.* 5. *& ratio, nu.* 6. *&* 7.

2 *Minor dolo aduersarij inductus ad contrahendum restituitur ipse, & eius fideiussor, & quomodo, num.* 11. 13. *&* 19.

3 *Dolus re ipsa dolo ex proposito comparatur.*

4 *Curator promittens, quod minor maior factus liberationem à se factam ratã babeat, alias liberatum indemnem reddere; si minor docuerit liberationem nullam, vel dolo etiam re ipsa factam, non tenetur, limita num.* 16.

8 *Minor rescindens ope restitutionis contractum ab alio eius nomine gestum, in quo is promisit, nedum minorem ratum babiturum, sed quod nec restitutionem petet; facit, vt ita promittens teneatur.*

9 *Promittere quod quis ratificabit aliud est, quam promittere, quod facta renunciatione non contraueniet.*

10 *Promittens ratum babiturum, non contrauenturum, neq; molestaturum, intelligitur tam de iure, quam de facto ob verba pregnantia, & num.* 25.

12 *Minor si laeditur sui facilitate, an ipsius restitutio prosit fideiussori, & num.* 18.

14 *Dolus ex proposito aduersarij, & non laesio operatur, vt restituto minore, restituatur fideiussor.*

15 *Tutor vendens rem minoris citra dolum nõ seruata sollemnitate iuris, promittensque euictionem proprio nomine; venditione annullata, tutor tenetur, & num.* 23.

17 *Fideiussor non potest accedere obligationi nulli, vel iniqua.*

20 *Promissio, quod quis seruet contractum dolosum, non valet; procedit tamen in contractu inito dolo dante causam contractui, secus si solum laesio interueniret citra dolum, & num.* 21.

22 *Contractus si rescindatur ratione iniquitatis ipsius, vel si nullus declaretur, obligatio tertij remanet inefficax, veluti sine causa.*

24 *Promittens ratam babituram donationem, vel renunciationem, si rescindit donationẽ ob liberorum superuenientiam, vel renunciationem ex capite laesionis, non tenetur; quod declaratur, num.* 25.

26 *Promissio, vel donatio inter sponsos praesumitur correspectiua, vt matrimonium sequatur, ex qualitate actus.*

27 *Interesse est tantumdem, quod est promissum in contractu, qui non seruatur.*

28 *Contrabens matrimonium, si ad id ductus est spe futurae successionis, si promissio non tenet, potest agi ad interesse.*

29 *Fideiussor minoris non restituitur in necem creditoris, quando suasit, & affirmauit, vt minori crederet.*

30 *Promissio facta per virum ob causam matrimonij initum cum valdè pulchra, vel Ill. muliere, censetur facta in remunerationem.*

31 *Maritus confessus recepisse dotem, quam nõ recepit, si sunt coniuges pares, praesumitur id factum animo liberali; si vero mulier superat virum, censetur factum ob nobilitatis meritum.*

32 *Mulier potest stipulari à viro ducatos centũ sibi dari, si cum eo nubat.*

33 *Vxor quae potest stipulari à viro, potest, & mater eius, cum in causam matrimonij stipulatio tendit.*

34 *Promissio facta ob causam matrimonij, sicuti eo non sequuto, locus est repetitioni; sic è contra illo sequuto, reuocari non potest.*

35 *Promissio facta ob causam matrimonij à sciente posse ob laesionem renunciationem rescindi, censetur facta animo donandi.*

36 *Conuentio vbi rescinditur omnia data hinc inde restituuntur, vt quisque ex contrahentibus indemnis fiat.*

Pro Comite Saponariae.

ARGVMENTVM.

VIR promittens vxorem non reuocaturam renunciationem, nec quouis modo illi contrauenturam, etsi fortè contra fieret de suo soluere ei, qui renunciationem recepit; vxore renunciationem rescindente ob laesionem, vtrum vir vigore dictae promissionis efficaciter teneatur ad interesse. De promittente minorem ratum habiturum contractum, vtrum teneatur minore rescindente per viã restitutionis; & quid si promisit, quod nec restitutionem petet, ad intellect. tex. in l. cum minor, ff. rem ratam haberi. Quando restitutio minoris prosit eius fideiussori, & differentia inter minorem laesum dolo aduersarij, vel sui facilitate, ad tex. in l. 2. C. de fideiuss. minor. De curatore promittente ratihabitionem minoris liberationis à se factae. De promissione facta à sponso quando censeatur facta ob causam, vt matrimonium contrahatur: Et tandem quando promissio sponsi, vel confessio dotis non receptae censeatur facta ob nobilitatis insignis, aut pulchritudinis meritum,

CON-

CONSILIVM CXIII.


LLVST. Aurelia Sanseuerina habens Ill. Deliam Sanseuerinam filiam, nunc Comitissā Briatici, nobilitate, & pulchritudine præ cæteris ornatam; absque dote nuptui tradidit Ill. quond. Marchioni Arenarum, qui cum esset senex, ei dotem donauit duc. duodecim mille.

Demum mortuo Marchione, secundo nupsit cum Illu. Comite Briatici, non illius Illu. Familiæ, sicut vxoris: ei mater, & filia cesserunt dotes donatas à primo viro, & ab eius hæredibus tunc consequendas.

Item Delia tunc renunciauit in beneficiū matris, omnia eius iura competentia super bonis paternis, & maternis: verum Aurelia non habens fidem filiæ, vt renuntiationi perpetuo staret (prout nunc casus contingit) voluit indemnis reddi, q̄ Comes promitteret, prout promisit, vxorē non reuocaturam renunciationem, nec quoquomodo illi contrauenturam; & si forte ex contrauentione damnum pateretur, de suo solueret: sub hac enim promissione matrimonium fuit contractum, nec aliter fuisset completum.

Comitissa nunc intendit rescindere renūtiationem ob læsionem enormem petendo portionem sibi debitam in paternis, & maternis contra Comitem Saponariæ, qui si succumbit, egit vigore promissionis iam dictæ contra hæredes Comitis, & eius bona. quæritur modo si renunciatio rescinderetur, an vigore dictæ promissionis hæredes Comitis teneantur? a Et vt transeam, per contraria hæc ex aduerso vrgent.

Primo *tex. in l. cum minor, ff. rem rat haberi*, ibi traditur, quod si contraxi nomine
1 minoris, & promisi eum ratum habiturum, si minor læsus remedio restitutionis in integrum rescindit illum actum, quod contra promittentem non committitur stipulatio rati, ergo si mulier læsa rescindit renuntiationem, Comes promittens ad interesse non tenetur, *illum tex. alleg. Rom. in sing.* 551.

Secundo *tex. in l. 2. in fin. C. de fideiuss. minor.* qui decidit, quod si minor dolo ad-
2 uersarij fuit inductus ad contrahendum, restituitur, & eius restitutio fideiussori prodest; cumque nunc Comitissa, rescindat renūciationem ob læsionem enormem, & sic ob do-
3 lum re ipsa, qui dolo ex proposito comparatur, *l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obliga.* videtur quod Comiti tanquā fideiussori esset succurrendum.

Vltimo potest adduci *consilium Ancha*r. 330. *num.* 9. consuluit enim ipse in curato-
4 re promittente, quod minor factus maior, liberationem à se factā ratam haberet, alias si contrauenires, eum indemnem reddere. si minor docuerit illam liberationem nullā, vel iniquam dolo ex proposito, vel re ipsa, curatorem non teneri, *per plures rationes, vt ibi sequitur Socc. cons.* 22. *in fin.* 4. *vol. & in cons.* 215. 2. *vol. Rum cons* 132. *nu.* 10. 1. *vol. Ias. in l. si pacto, quo pœnam, in fin. C. de pactis, & Corneus in cons.* 113. 3. *vol.*

Sed declarando, & distinguendo contraria resoluentur, & veritas eo magis clara fiet, vt absq; dubio Comes Briatici teneatur.

Non obstat *d. l. cum minor.* nam ex illa duos casus colligo, quorum secundus clare decidit pro nobis. Primus quando quis pro-
5 misit minorem ratum habiturum tantum actum à se gestum, quod si minor illum rescindit per viam restitutionis in integrum, promittens non tenetur ad interesse; ratio colligitur ex dictis *Pauli de Castro ibi, tam in summario, quam etiam in num.* 2. summat *Paul. illam l.* quod petens restitutionem in
6 integrum aduersus actum gestum cum procuratore, non videtur ipsum impugnare ex defectu mandati, sed potius approbare, quātum ad hoc, ideo non facit hanc stipulationem commicti ex eo, quod non fuit habitus ratus, nisi etiam fuisset promissum, quod restitutio non peteretur, si minor rescindit actum per restitutionem in integrum, quia illam petendo non impugnat actum, sed tacite approbat, verum quia læsus restituitur. Quinimo, (& est ratio rationis) finge minorem ratificasse iuxta promissionem, adhuc ratificatio aduersario non prodesset,
7 quia ea non obstante posset etiam minor habere restitutionem in integrū, cui non potest renunciari: ratificatio enim (dicit ibi *Paul.*) operatur, vt actus gestus valeat, qui nullo modo valeret si non esset ratificatus; & tunc non esset necessaria restitutio, sed cum esset ratificatus est necessaria; in tantum quod si ratificatio esset sequta, ad nihil aduersario prodesset.

Secundus casus illius legis est, quando promisit, non solum minorem ratum habi-
8 turum actum à me gestum, verum etiam quod nec restitutionem peteret. Tunc enim si minor rescindit actum per restitutionem, promittens tenetur, *ita clare dicitur ibi, & sic summat Paul. illam l.* qui casus vere decidit nostram quæstionem. Quid enim operatur hæc promissio, quod minor ratum habeat, & restitutionem non petat, nisi quod minor non contraueniat? nec actum impu-

gnet ob læsionem? & tamen si aduersus illũ
restituitur, quia læsus; contra promittentem
committitur stipulatio rati, quia promisit
non solum ratificationem, sed quod etiam
restitutionem non petat. In præsenti Comes
Briatici, quid aliud promisit, nisi vxorem
obseruaturam renunciationem? nec quo-
quomodo ei contrauenturam ob læsionem,
vel quouismodo? Si Comitissa nunc rescindit
illam, quia læsa, quis nam videt Comitem
qui sic promisit, *per dictam l.* teneri? aliud
9 est enim promittere, quod quis ratificabit;
& aliud, quod facta renunciatione non con-
traueniet, *est tex. ad literam in cap. ad au-
dientiam, iuncta glo. in vers. repetendum, de
his, quæ vi, met. caus.* etenim promittens
ratum habiturum, neque contrauenturum,
10 neque molestaturum; intelligitur tam de
iure, quam de facto, *Dec. cons. 613.* & tali
casu quomodolibet sit contrauentum, pro-
mittens tenetur, *d. l. cum minor. in 2. casu.*
Inde doctus *Ripa in l. si vnquam, C. de reuo.
donat.* ad hæc omnia aduertens dixit, diligē-
ter esse inspicienda verba promissionis: taci-
te sentiens, quod vbi verba sunt prægnantia,
& promissum sit non contrauenturum quo-
quomodo, vel causa; contra promittentem
committi rati stipulationem ad interesse.

Nec etiam refragatur, *l. 2. in fin. C. de
fideiussor. minor.* nam illa loquitur quando
11 minor, eiusque fideiussor in eodem contra-
ctu interueniunt; tunc enim si dolo aduersa-
rij fuit inductus minor ad contrahendum,
vterque tam minor, quam fideiussor resti-
tuuntur. At nos loquimur in Comite Briati-
ci, qui de per se, & principaliter se obligauit:
non enim vxor promisit, eiusque obligationi
accessit Comes; sed separatim, & de per se
obligationem contraxit; quo casu cum sit
separata, & principalis obligatio, ex ea non
fit illatio, *argum. l. Papinianus, ff. mand.* Vel
(& melius) *ex d. l. 2.* colligo duos casus, quo-
rum primus decidit pro nobis, etiam quod
Comes fuerit expromissor.

Primus est, quando minor restituitur quia
læsus sui facilitate *dicit ibi glo. in vers. iuua-
tur,* & tunc restitutio minoris non prodest
eius fideiussori; ad hoc enim vt restitutio de-
12 tur minori, non sufficit minor ætas, nisi læ-
sio concurrat, *l. nam, & postea, ff. de iur.
iuran.* & cum concurrit, facilitate minoris
datur restitutio, sed fideiussori non prodest,
vt supra. Secundus est, quando minor fuit in-
ductus dolo aduersarij incidenter, vel dante
13 causam contractui, inquit *glo. ibi in vers.
dolo malo,* & tunc ob dolum aduersarij resti-
tuitur minor, & fideiussor. In præsenti dum
Comitissa vult rescindere renunciationem,
non est ea ratione, quia dolo dante causam
contractui fuit inducta ad renunciandum,
sed quia læsa. ergo si læsio, & non dolus ex
proposito est causa rescissionis, Comes Bria-
tici obligatus erit, *d. l. 2. in princip.* Dolus
enim ex proposito aduersarij, & non læsio
14 operatur, vt restituto minore, restituatur
fideiussor, *d. l. 2. in fin.* Sed cum læsio faci-
litate minoris interuenit, datur sibi restitu-
tio, sed fideiussori non succurritur. Videmus
enim, quod si citra dolum tutor vendit rem
minoris, non seruata solemnitate, promisit-
que euictionem proprio nomine; quod si
venditio annullatur, tutor bene tenetur, *l. &
si ii, C. de præd. min. mor. & glo. ibi in vers. sane.*
subdit, quod tā principale, quam subsequutum
respectu minoris nihil sunt, sed respectu tu-
toris, sic; tacite ex hoc inferens eundem
contractum respectu diuersarum personarũ
esse nullum, & valere.

Pariter non obstat *consilium Anchar. 330
cum alijs qui eum sequuntur*; nam loquitur
iuxtā primum casum *d. l. cum minor,* de cu-
16 ratore promittente minorem ratum habi-
turum liberationem à se factam; quo casu si
docuerit illam nullam, vel iniquam, non te-
neri: verum si vltra promisisset non contra-
uenturum, nec aliter petiturum restitutio-
nem in integrum, aliud cōsuluisset, videlicet
promittentem teneri, *iux. d. l. cum minor, in
2. casu.*

Præterea si rationes *Anchar.* considero,
nec in casu suo procedunt, nec in nostro mi-
litant. Prima ratio sua est, quod cum constat,
17 quietationem minoris esse nullam, vel ini-
quam dolo ex proposito, vel re ipsa; huic
obligationi iniquæ non potest accedere fi-
deiussor, qui si fuerit conuentus, poterit op-
ponere de dolo, & iniquitate obligationis
principalis *alleg. d. l. 2. in fin.* Sed aduerte,
quomodo decipitur etiam per *d. l. 2.* ex qua
(vt dixi) duo inferuntur. Primum, quod si
18 minor fuit læsus sui facilitate restituitur, sed
non eius fideiussor. Secundum quod si dolo
aduersarij dante causam contractui fuit in-
ductus ad contrahendum, restituuntur tunc,
19 & minor, & fideiussor, adeoquod dolus re
ipsa, qui in effectu est læsio, dat restitutionem
minori, sed non fideiussori; dolus ex propo-
sito dat vtriq; restitutionem, *ex d. l. 2. iuncta
glo.* Secunda ratio *Anchar.* est non valere
20 promissionem, quod quis seruet contractũ
dolosum, quia fundaretur in causa turpi,
contra l. generaliter, C. de non numer. pecun.
hæc enim ratio in se vera est, quando con-
tractus esset inhitus dolo aduersarij dante
causam contractui: attamen si citra dolum
21 fieret, & læsio interueniret, promittens, quod
illi

Google

illi non contraueniat, nec restitutionem petat, quod est ob læsionem; si rescindit, promittens tenetur *d. l. cum minor, in 2. casu.* Tertia ratio *Anchar.* est quod rescisso actu principali ratione nullitatis, vel iniquitatis,
22 obligatio tertij sine causa remaneret, quæ nullius esset momenti; *l. 2. §. generaliter, ff. de dol. except.* Sed hæc ratio nequaquam bona est maxime in casu nostro: sufficit enim, quod à principio promissio cum causa interuenerit, immo ob causam matrimonij sequutam, quæ semper durauit; si deinde rescindatur actus licet respectu mulieris nihil sit, remanebit tamen respectu tertij, sicut in tutore proprio nomine obligato, & minore, di-
23 cimus, quod si contractus annullatur respectu minoris, tenetur obligatio respectu tutoris, *d. l. & si is, iuncta glo. in vers. sane, C. de præd. minor.*

Hinc etiam dico, *Corn. in alleg cons. 113. vol.* non obstare: loquitur enim (vt supra) quando quis promisit ratam habitura m donationem tantum, quod si donanti superue-
24 niunt liberi, vel renuncians contraueniret renuntiationi ex capite læsionis; nec promittens, nec renuncians tenetur. si enim promisisset, quod nec ob læsionem illi contraueniret, contrarium dixisset *per d. l. cum minor, in 2. casu.* Ideoque *Ripa in alleg. l. si vnquam, 5. quæst. referendo Cons. Corn.* voluit diligenter esse inspicienda verba promissionis; sentiens (vt dixi) quando verba prægnā-
25 tia sunt apta comprahendere omnē casum, vt si sit promissum non contrauenturū quocunque modo, vel casu; si contrauentum sit, bene contra promittentem committi ad interesse stipulationem rati. Ex his enim sole clarius apparet omnia contraria funditus fuisse eneruata.

Postremo promissio hæc Comitis correspectiua fuit, vt matrimonium contraheretur, sine qua aliter matrimonium non fuisset contractum; etenim ex qualitate actus
26 hæc causa præsumitur *l. 2. ibi Bal. in 1. not. C. de donat ante nupt.* Et si id est duo correlarie sequuntur. Primùm, quod si matrimonium fuit contractum sub spe huius validæ promissionis, si illa nunc non valeret, saltim
27 possit contra eundem agi ad interesse, quod tantundem est, *sm Oldr. in cōs. 116. in fi.* sicut dicimus de eo, qui ductus est ad matrimonium contrahendum spe futuræ successionis; quod si promissio non tenet, potest tamen
28 agi ad interesse, *Dec. in l. pactum quod dotali, n. 10. C. de collat. argum. l. eleganter, §. seruus pactionis, ff. de dol.* & si aliter esset, decepta remanet et Aurelia, quæ non habens fidem eius filiæ, vt renunciationi perpetuò
flaret; voluit à Comite assecurari, qui velut suasor, & affirmator fuit Aureliæ, quod secura fieret tali promissione, vt matrimonium
29 sequeretur: quo fit in necem Aureliæ, Comiti non esse succurrendum, *sing. tex. in l. in causa, la seconda, ff. de minoribus.*

Secundum, quod infertur est, matrimonium hoc non fuisse inter pares. Proinde Comes, vt tam pulchrā, & illustrē mulierem in vxorem duceret, contentus remansit hāc promissionem facere, ob causam matrimo-
30 nij sequutam, & quasi in remunerationem, *glo. & Bal. in l. si voluntatem, in vers. & si dicatur, & in vers. sed qd si maritus, C. de dot. promiss. idemque Bal. in l. 1. post nu. 4. vers. vltimo, C. de donat. ante nupt.* in illa quæst. quando maritus confitetur recepisse dotem, quam non recepit; si præsumatur animo donādi, vel sub spe futuræ numerationis: subdistinguit quando dubitatur, quomodo fecerit;
31 tunc si sunt coniuges pares, præsumitur factum animo liberali; si vero mulier superat virum, quia nobilior, præsumitur facta ob nobilitatis meritum, vt in præsenti accidit;
32 potest enim mulier stipulari à viro ducatos centum sibi dari, si cum eo nubat, *l. si ita stipulatus fuero, §. si ita, ff. de verb. oblig.* & si vxor id potest, poterit & mater eius, cum in
33 causam matrimonij tendat, *d. §. si ita, qui omnino videatur.* Et si hæc promissio fuit ob causam matrimonij, sicut eo non sequuto, locus esset repetitioni; sic è contra eo sequu-
34 to non erit locus reuocationi, *l. 2. cum notat. C. de donat. ante nupt.* Quinimmo, & plus postquam Comes sciebat eius vxorem nihil de bonis maternis, & paternis habuisse, & ob lęsionem posse renunciationem rescin-
35 dere; si promissionem scienter fecit ob causam matrimonij sequutam, animo donandi fecisse videtur, *l. 1. C. de cond. indeb. l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. & in c. is qui, iuncta glo. ext. de solut.* Et sic frustra quæratur de his, quæ superius pertractata sunt.

Denique non omittam, si pactio hæc fuit correspectiua causa matrimonij sequuta, & nunc esset rescindenda, omnia in pristinū essent reddenda: etenim quando conuentio rescinditur, omnia hinc inde restituun-
46 tur, vt quisque ex contrahentibus indemnis fiat, *l. quoties, C. de rei uendic.* Sed quomodo id sequi potest in casu de quo agitur, re non integra? certè non video: Comes enim dum vixit, iam gauisus fuit fructibus, & honoribus huius matrimonij, & vtinam sic quisque gauderet: si nunc eius hæredes non tenerentur rescissa promissione, ipse indemnis redderetur; & è conuerso decepta

Aurelia,

Aurelia, quæ cum eo aliter non contraxisset; quod esset contra omnia iura mundi: & magnopere daretur occasio fraudis in contractis, & cōtrahendis matrimonijs, quod nullo modo est ferendum.

Camillus de Medicis.

a Adde. In hac eadem causa fuit facta decisio per *D. de Francb. decis. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Annui redditus, siue introitus alienati cum pacto, vt venditori liceat intra terminum certum redimere, postea vero maneat redditus perpetuus; non obstante hoc pacto semper admittitur redemptio, ex decisionibus Sac. Consil. & communi Doct. sententia, & num. 5. 6.*

2 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij faciunt contractum nullum, & simulatum; etiam in datione in solutum cum pacto de vendendo, & nu. 3. & 21. etiam si non detur pecunia, num. 22.*

4 *Redditus annui ad summam decem pro centum, non aliter vendi possunt, nisi cum pacto de retrouendendo; alias sine hoc pacto non possunt vendi, vt perpetuo fient nisi ad rationem vnius pro viginti, & num. 7.*

8 *Pactum redimendi dicitur esse pars pretij in beneficium venditoris, ad substinendum contractum, ne iniustus, & dolosus iudicetur, & num. 22.*

11 *Adoha onus velut reale ad emptorem spectat.*

12 *Emptor rei, cuius nactus est possessionem, periculum, & commodum eiusdem rei consequitur.*

13 *Venditor, qui suscepit rei periculum, debet in alio releuari, vt sibi liceat iuxta pactum oblato pretio rem redimere.*

14 *Emptor, & venditor si noluerunt verè emere, & vendere, sed soluere pretium, & loco pignoris rem assignare; id, quod verè voluerunt est attendendum, non quod simulatè est actum, vt num. 27.*

15 *Pactum de retrouēdendo restrictum ad certum tempus, & non vltra reddit contractum huiusmodi nullum, vel simulatum.*

16 *Tempus redimendi nō currit impedito, quin etiam finito tempore admittatur ad redimendum pretio soluto.*

17 *Impeditus ex capite iusti impedimenti habet restitutionem in integrum aduersus lapsū temporis datum ad redimendum.*

18 *Restitutio in integrum, quæ conceditur impedito ad redimendum, datur à die scientiæ.*

19 *Restitutio in integrum conceditur etiam hæredi, siue minori, siue maiori aduersus lapsum temporis adučti in pacto redimendi, etiam post centum annos, num. 20.*

23 *Datio in solutum est venditioni proxima, & parit actionem ex empto, num. 24.*

25 *Emptio adhuc dicitur, quamuis videatur deficere pretium, quando actus solutionis pretij occultatur.*

26 *Introitus annui constitui non possunt, nisi ex pretio certo, & soluta pecunia.*

28 *Pretium vbi intercedit, necesse est, vt sit emptio, & venditio.*

29 *Pactum de retrouendendo habet locum etiā contra tertium possessorem, iuxta communem, & ita iudicatum, præsertim accedente hypotheca, & constituto, nu. 30. & 31.*

32 *Feudum æstimatum si in dotem detur, etiā ab ipsa muliere, requiritur assensus, & fortius quando alij maritarent per cap. Regni in planitie, & num. 33.*

34 *Feudi æstimatio inducit emptionem.*

Pro Marchione Vasti, contra Claudiam Lanfrancam.

ARGVMENTVM.

De annuis redditibus, seu introitibus venditis cum pacto redimendi restricto ad certum tempus, vtrum reiecta ista pactione libera venditori competat redimendi facultas, etiam post magnum temporis interuallum; & coniecturis, quæ arguunt simulationem contractus; & de iusto pretio horum redditum, cum in perpetuū sine pacto redimendi venduntur. De iustè impedito, vtrum ipso iure, vel ope restitutionis valeat elapso tempore rem suam redimere ex pacto. Quid in hærede venditoris; & an facultas redimendi exerceri possit contra singularem successorem. & demū aliqua de fæudo æstimato in dotem dato.



CON-

CONSILIVM CXIV.



IN anno 1535. Machio Vasti habuit fæudum dictum *delli Caraccioli* situm in Baronia S. Cipriani Gifoni à magnifico Melchionne S. Magno, qui similiter in permutationem, & excambium dicti fæudi habuit ab Illustris. Marchione, seu eius legitimo procuratore annuos duc. 200. super fructibus Baroniæ S. Cipriani; cum pacto quod si infra annos sex fuerint eidem Melchioni, vel suis hæredibus, & successoribus soluti ducati bismille, quod fieret venditio dictorum annuorum ducatorum bismille, & hoc modo cantant verba contractus scilicet, (dictus Melchion promisit vēdere dictos ducatos annuos infra dictum tempus cum Regis assensu super dictis conuentionibus;) deinde in anno 1537. illos annuos ducatos 200. quos habebat super fructibus dicti fæudi Sancti Cipriani ei assignauit super redditibus eiusdem fæudi *delli Caraccioli*, cum Regio assensu, cum pacto de vendendo infra annos 7. numerandos.

Prætendit Illustrissimus modernus Marchio. magnificam Claudiam Lanfrancam hæredē, & successorem dicti magnifici quōd. Melchionnis debere facere in effectu retrouenditionem dictorum annuorum ducatorum; sicuti fecit integrum depositum eidem magnificæ Claudiæ liberandum, factis debitis cautelis. tE licet tempus annuorum septem sit elapsum, nihilominus ex his decretis, quæ in similibus fuerunt facta, vbi non solum elapso modico tempore, verum etiam
1 post lapsum magnum interuallum Sacrum Consilium decidit debere admicti ad faciendum depositum, & reuenditionem fieri in his annuis introitibus, vt in causa Illustris. Principis Bisiniani pluries fuit obseruatum. Item in causa Illustrissimi Dncis Adriæ, item in causis eiusdem Illustris. Marchionis, etiā in contractibus factis in anno 1516. & in quamplurimis alijs.

Quæ decisiones summa cum ratione factæ, in hac causa potissimum fieri etiam debent, ex pluribus cōclusionibus, de per se qualiber.

Prima cōclusio est vt licet sit inter *Scriben-*
2 *tes* controuersia, an pactum de retrouendendo cum modicitate pretij faciat actum nullum, & vsurarium, *vt in cap. illo vos, de pignoribus, in cap. ad nostram, de emptione, & venditione, glosa in cap. conquestus, de vsuris, in glosa final. Alberic. de Rosate in l. emptione, C plus valere quod agitur*, in datio-
3 ne insolutum cum pacto de vendendo *loquitur Angel. in cons. 243. pactum adiectum, in fine, latissime Decius in cons. 160. cum alijs cumulatis per Grammat. in decis. 76. per Minadoum in cons. 28. & per alios, quos ommicto, cum non sit casus decidendus*. Effectus tamen in hoc casu resultat, vt quando dantur annui redditus cum pacto de retrouendendo, & ascendunt ad summam decem pro centum, contractus de per se non potest subsistere, quia non venduntur; neque assignari possunt ad istam rationem, dico, vt perpetuò
4 stent, quia tunc ad rationem vnius pro 20. *vt in glo. in auth. de non alien. §. si vero alicuius, in verbo computari, & in authen. perpetuo, in verbo iura. C. de sacrosan. eccles.* Adeo quod quando est ad maiorem rationem non
5 dicitur iusto pretio, & isto casu pactum de retrouendendo temporale dicitur perpetuo durare, *vt exactissimè Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 8. num. 7. & 8. dicit ita iudicatum Bertrandus cons. 88. volum. 1. Soccin. iunior cons. 104. nu. 1. vol. 3. & probat Cassan. in cons. 11. nu. 40. in verbo decimo octauo, & ne sua scripta mihi tribuā allegat Bal. in cap. 1. de feudo dato in vicem legis commissi. Hostiens. in summa de vsuris, §. in aliquo, vers. 10. Iacobinum in l. mutuum, in princ. quæ est l. 2. ff. si cert. pet. Barbat. in cons 51. & casus, in quo consulit Cassaneus est, in quo fuit facta assignatio, vt in dicto num. dicit, & in num. 22. in verbo sexto quoniam; eandem principalem tenet opinionem idem Cassaneus in consuetudinibus, in titulo de retraict. rub. 20. in tit. ba fact. diligene, num. 4. fol. 342. à ter. in tit. des rentes vendues Areachat. rub. 5. §. 1. num. 20. & 22. in verb. sed quicquid*
6 *sit sanior opinio*, vbi dicit censum ad rationem decem pro centum esse perpetuo redimibilem, & ita iudicatum refert in Curia Parisiensi *fol. mihi 203. à t. sequitur Andreas Tiraquel. de retract. conuentional. §. 1. glo. 2. num. 53.* vbi dicit non carere ratione, & æquitate hanc *Scribentium* opinionem, quoniam annuus redditus perpetuus non iudi-
7 catur iustus ad rationem decem pro cētum, sed pro redditu ad rationem vnius pro 20. & *secundum opinionem, vt refert bene Couar. lib. 3. variar. cap. 9. num. 4. & 5.* & propter istam iniustitiam pretij, & læsionem habent perpetuam potestatem redimendi venditores, & assignantes hos annuos redditus: quia cum pacto de retrouendendo diuersimodè extimantur, *vt dicit idem Couar. eod. lib. in seq. cap. 10. num. 2. cum seq.* Et dum contractum hunc licitum *Scribentes* dixerunt, vt
8 sustineatur dicunt hoc pactum redimendi esse partem pretij, *ex reg. l. fundi partem, ff. de*

de contrah. empt. & cap. cum Ioannes, de fide instrumentorum, ubi Panormit. notat, & Tiraquel.& alij, quos refert Couar. ibidem cap. 10. in princ.& Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 2. casu 360. *num.* 44. *Andreas in cap.* 1. *§. quandocunque, de feudo dato in uicem legis commissi, in fine, allegans etiam l. si qui in puteum, ff. quod ui aut clam. l. penul. ff. de hared. vel actio. vendit. bene Camer. qui videatur in l imperialem, fol.* 58. *col.*4. *in fine* dicentes, *& relati per eos*, quod pactum sit pars pretij in venditoris beneficium appositum, ex quo non dici deceptum; adeo quod si non daretur facultas redimendi, iniustum
9 ac dolo factum esse contractum iudicamus. Ideo ne nullus propter dolum, & læsionem iudicetur, necesse est dicendum posse redimi perpetuo, vt iustissime Sacrum Consilium, & alij iudicauerunt, *vt dicunt Cassaneus, & Doctores in* 1. *conclusione adducti, & praecipuè Couar. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. & 8. & si conclusio prædicta in alijs causis bene processit, eo magis in hoc habere debet locum, stante qualitate contractus, vt onus adohæ dictorum 200. ducatorum annuorum ad Illustrissimum Marchionem spectaret, ex quo
10 opacto sine dubio simulatus redditur contractus, *vt in terminis, adoha loquitur Loffred. qui videatur, in cap.* 1. *de contentione inter me, & dominum de portione feudi fratris mei, fol. mihi* 9. *col.* 2. dicens ex pacto quod soluat adoham, contractum simulatum haberi, & viliori pretio rem ideo vendi cum pacto de recuperando, & sine solutione adohæ; alias maiori pretio vendi sine dubio, vt in casu nostro, est necesse dici; quis enim non iudicabit, ideo esse datos his annuos ducatos biscentum, cum facultate redimendi per ducatos bismille, propter hanc pactionem; alias non biscentum, sed centum, & cum onere adohæ, quod ad emptorem spe-
11 ctat tanquam onus reale *ex regula l. inter debitorem, ff. de pactis, l. Imperatores, ff. de public. & vectig. l. fin. C. sine censu, vel reliquis, & notant vndique Scribentes in dictis locis*, prout etiam in materia feudali loquuntur, *Afflict. decis.* 95. *& Camer. in cap. imp. fol.* 13. Et ex hoc rescindibilis contractus oblato pretio iudicari debet, & perpetuo redimibiles hi annui redditus.

Tertio hæc conclusio eo magis in hoc casu habet locum; quia qui emit aliquam rem simpliciter, & habet possessionem, peri-
12 culum, & comodum spectat ad emptorem, *l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* in casu nostro non est ita, quandoquidem continuo exegit, sicuti exigere debuissent domina Claudia, eiusque antecessores; & siue introitus feudales in terra Gisoni essent, vel non, Illustrissimus Marchio teneretur, & si minus reddunt, super quibus est facta venditio suppleuit, & supplet, vt quotidie fit: nimirum si in hoc venditor grauatur, debet releuari in alio, vt ipsi liceat oblato pretio rem recuperare, alias esset deceptus vēditor
13 qui non vendidisset sine hoc pacto, *prout in hoc pacto considerat Fabianus de Monte in tract. de empt. & vend. in q.* 7. *principale, nu.* 6. *&* 7. *alleg. prædictam l. si magistrum, la seconda, ibi alioquin contrahentes decipiuntur*, & sic apparet ex his quod oriatur simulatio contractus vt vere contrahentes scilicet Illustrissimus Marchio, & prædictus magnificus Melchion noluerunt simpliciter facere emptionem, sed soluere pretium, & loco pignoris assignare hos introitus cū hoc
14 pacto sine dubio: ergo potius attenditur id, quod agitur, quam quod simulate concipitur, *iste est casus in l. emptione, C. plus valere quod agitur*, per quem possunt iudicare causam hanc domini Iudicantes, *& hoc est dictum Afflict. in decis.* 40. *nu.* 18. *&* 19. quo ad simulationem, & læsionem contractus, Iudicis arbitrium est, vt his consideratis, nec læsionem vltra dimidiam requirat, *allegat Veron. de simulatione contractus, vers. verum quia.*

Et quanto magis tempus ad recuperandū est arctatum infra aliquod tempus, & non vltra; eo magis contractus, vel nullus iudi-
15 cari debet, vel etiam simulatus, vel rescindi, & oblato pretio resolui debet, & tenetur emptor reuendere, etiam finito tempore dato ad redimēdum, *penissime probat Couar. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 7. *&* 8. *vbi alios allegat, & ita iudicatum in Granatensi Pratorio, & in particulari insurgit contra restrictionem huius pacti, sicuti etiam Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glo.* 6. *nu.* 16. *& Guid. Pap. quos Couar. allegat.*

Secundo principaliter ex alia conclusione principali obtinere debet Illustrissi. Marchio: quando quidem est in facto plenissime probatum continuo post dictum contractū fuisse in seruitio Cæsareæ Maiestatis in bello, vt est notorium omnibus; & sic impedito
16 ex causa militiæ, vt in hoc casu, sine dubio tempus non cucurrit, & potest etiam finito tempore admitti ad soluendum pretium, & recuperare suum *cap. significante, quod videatur, extra de pignor. & probat tex. in cap. quia diuersitatem, de concessione præbendæ.* In quo tex. dicitur tempus datum ad eligendum non currere impedito, nec etiam nisi à die notitiæ, *probant bene l. & Attilicinus, ff. de seruit. rustic. prædior. l.* 1. *in princ.* *ibi*

ibi, si reipublicæ operam, ff. ex quibus causis maiores: Hæ iura partim considerans Cagn.
17 in terminis nostris dicit aduersus hoc lapsũ temporis datum ad redimendum rem suam, dari in integrum restitutionem ex capite iusti impedimenti, vt istius, *ita dixit in l. 2. num. 218. C. de pactis inter emptor.* videlicet sit disputatio, an currat præscriptio, vel non, an vero detur restitutio in integrum, *vt per Bar. in l. 1. §. si qui hoc interdicto, lo secondo, ff. de itinere, actuque priuato, & per Afflict. in decis. 37. cum simil. quos ommitto,*
18 quia sufficit obtinere ex capite restitutionis, quæ datur à die scientiæ, *vt bene post alios in his terminis loquitur Cagnolus ibidem num. 219. vers. in quibus locis*, si enim impedito ex causa Reipublicæ non currit hoc tempus, vel si currit datur restitutio; cui magis, quam Illustrissimo Marchioni concedi debet, cum quotidie ipse, & suus auus, cæterique huius Illustrissimæ familiæ in seruitio Cæsareæ Maiestatis fuerunt, & vltra probationes in hoc processu est notorium.

Tertio principaliter ex alia conclusione fundatur nostra intentio, quæ est vt hæredi detur in integrum restitutio aduersus lapsũ
19 huius pacti, & quod possit redimi, *communiter dixerunt Docto. & Imola bene inter alios in l. cum filius fam. §. in hac, post num. 13. in verb. item attende, cum sequentibus, ff. de verb. obligat.* dicens quod si viuo iuste impedito succurreretur per restitutionem; ita eius hæredi, siue maiori, siue minori: & subdit quod hoc nunquam exeat de mente legentis, *& ante eum Bar. in l. emilius, 2. col. ff. de minor. Afflict. in decis. 37. Ias. Dec. & alij quos bene reassumit Cagnol in d. l. 2. num. 224. in verb. sed quicquid alias tenuerim, ita etiam Socc. Bal. Boer. Alex. Gratus, Tiraquel. Couar. Aymo. Crauet. & alij innumero copiosissimo, relati per Fichar. libro 16. commun. opin. fol. 314. col. 2.* & ratio summæ æquitatis est posita *in d. l. 1. ff. ex quibus causis maiores, immo Bal.* dixit posse
20 peti in integrum restitutionem etiam post centum annos, *vt in l. falsam, C. si ex falsis instrumentis, Aymo. sequitur de antiquitate temporis, in 4. par. num. 188. in verb. scilicet difficultas in priuato maiore, Dec. in cons. 36. col. final. in verb. & prædicta conclusio.*

Ex quibus conclusionibus ita communiter receptis, & decisionibus in Sacro Consilio factis, & in alijs supremis Tribunalibus, confirmatur intentio Illustrissimi Marchionis.

Neque obstat si diceretur procedere in contractibus emptionum, vbi soluitur pecunia, & fit pactum de reuendendo; hic autem sumus in contractu permutationis (vt dixi) quia fuerunt assignati hi annui introitus in excambium fæudi dicti *delli Caraccioli*: Et sic decisiones (dicit pars) procedere in contractibus emptionum, vbi emptor soluit pecuniam; secus quando datur res stabilis, vt in casu nostro. Sed respondetur Primo qualiter *Scribentes* loquuntur in pacto de vendendo rem, nõ solum de reuendendo, *vt Angel. in cons. 241. in fi. Fulgosius in cons. 122. & Cassaneus in dicto cons. 11.* quia loquitur in assignatione facta ex bonis in dictis introitibus annuis; & in casu nostro in specie dicitur cum pacto de retrouendendo.

Secundo non ne *Scribentes* qui tractant articulum, an pactũ istud faciat validum, vel non contractum assignationis horum annuorum introituum, & an sint redimibiles;
22 loquuntur in datione insolutum, non solum quando datur pecunia, sed etiam quando nõ *vt Angel. in d. cons. 243. in fine, sequuntur Imol. in cons. 98. & cons. 99. Barbat. cons. 51. Abbas, & alij, quos sequendo citat Paulus Cardin. Parif. in cons. 54. num. 62. & 69. vol. 1.* eo maxime dum dicit alijs concurrentibus, vt in casu nostro; solutio enim adhæc non ab emptore, sed à venditore fuit facta, & promissa; & in datione insolutum habent
23 locum illa iura, quæ loquuntur de emptione, *l. si minor, C. de præd. minor l. si prædium, C. de euiction. l. vetustissima, C. de iure dominij impetrandi, Guid. Pap. cons. 46. col. 2. nu. 1. vers. plus posset*, dicit dationem insolutũ esse venditionem, ideo ex ea deberi laudemia, *allegat. l. litis æstimatio, ff pro emptore, l final. ff. ex quib. caus. in possess. eatur, Aret. in cons. 32. col. 2. vers. nec obstat, qui*
24 *omnino videatur*, dicens in omnibus dationem haberi pro emptione, & haberi actionem ex empto in dicto contractu dationis, *allegat Bald. & alios in l libera, C. de senten. & interloc. omn. Iud. l. eleganter, ff. de pign. act. idem in cons. 148. col. 1. vers. his tamen non obstantibus, iuncto vers. datio autem insolutum est similis emptioni, & in cons. 160 col. 4. ver. venio ad quartum dubium, Dec. in cons. 388. num. 5 in verbo, & ista conclusio, comprobatur ab Afflict. decis. 368. num. 2. cum simil.*

Tertio respondeo, & dico sic istum contractum esse emptionis introituum, & non
25 permutationis, quia in effectu dum Illustrissimus Marchio habuit fæudum, & dedit annuos ducatos biscentum cum facultate soluendi ducatos bismille per septennium, & redimendi dictos introitus, quos assignauit; re vera non habens comoditatem pre manibus

bus eo tempore soluendi, & ita proprie dicitur in instrumento (non habens commoditaté præ manibus:) & sic fuit occultatus vnus actus, quasi proprie fuissent soluti ab Illustr. Marchione ducati bismille, qui denuo fuissent dati eidem à magnifico Melchionne, & constituti fuissent hi annui ducati bismille, cum facultate redimendi; quia non possunt
26 dari, nisi ex pretio certo, & pecunia soluta, *vt in terminis loquitur Couar. lib. 3. variar. cap. 11. num. 6. in verb. 3. hac ipsa opinio, & sunt termini qui habentur ex l. certi conditio., §. si nummos, ff. si cert. pet. & §. ult. cum sequ. l. singularia, eod. tit.* Nec obstat quod partes dixerint permutare, quia attenditur effectus, qui resultat ex contractu; non autem nomen, quod partes apponunt, *prout est casus in l. insulam, ff. de praescript. verbis,*
27 in nostris terminis de permutatione nomine, & de venditione in effectu loquitur exactissime *Decius qui alia iura, & bene allegat in cons. 160. col. 1. per totum, qui omnino legatur, & in cons. 164. num. 3. & probat glo. in l. 1. §. 1. in verbo agendo, ff. de superficiebus.* Et in casu nostro debet cessare omnis scrupulus, quando quidem adest pretium, ex
28 quo probatur contractus emptionis; & vbi pretium adest, ibi dicitur emptio, *dicit glos. in l. fin. C. de praedijs curial. lib. 10. & facit §. pretium, instit. de empt. & vendit. Alex. in cons. 83. vol. 3. post num. 6. in verb. & licet contrahentes, col. 2.* & quod dicitur in emptione habet locum, vbi adest pretium, *Hyppol. in singulari 105. vbicunque fit mentio de pretio, & ad multas infert quaestiones.* Et sic non attendimus verba, sed effectum, *l. vno, ff. locati.*

Quartò, hac vnica solutione tollitur dubium, quandoquidē siue sit datio in solutum, siue permutatio (quæ est idem) siue emptio, habent locum primæ decisiones allegatæ, cū non sit æqum exigere annuos redditus integre, & non habere periculum diminutionis, nisi huius pacti de recuperando: & stantibus impedimento, & ignorantia in omni casu militantibus, vtique hæ difficultates de iure non subsistunt, & sunt contra sententias, quæ ordinarie in his fuerunt interpositæ, etiam in fauorem eiusdem Illustrissimi Marchionis cuius satis interest redimere hos annuos redditus, ne in tam damno existat propter exemplum aliorum contractuum, & iustissime domini Iudicantes in ipsius fauorem iudicare debent.

Quibus non obstat si dicatur non esse dominam Claudiam horum introituum dominam virtute successionis dominæ Hyppolitæ Sancto Mango matris, quæ fuit filia, & hæres dicti quond. Melchionnis, sed dicit hos annuos ducatos 200. fuisse assignatos in dotem domino Aloysio Brancatio eius viro; & sic hoc pactum de retrouendendo non debet
29 habere locum contra tertium habētem eos ex causa onerosa *per regulam l. fin. ff. de contrah. empt. in § fin. & habetur per Deciū in l. plus cautionis, ff. de reg. iur. cum simil. quae ommicto.* Qua respondeo, & dico licet in hoc sit opinio contraria, quod etiam transeat in singularem successorem actio ad reemendum, *notat Paul. de Castr. in l. si cum venderet, num. 6. ff. pignorat. action. in l. si à te, nu. 3. C. de pact. inter empt. quem communiter Scribentes sequuntur, vt Antonius Rubeus, Cassaneus, & alij, quos Couar. refert lib. 3. variar. cap. 8. num. 3. & Io. Antonius Cannetius in repetitione cap. volentes, in capite. sed opere pretium est, fol. 31. & & ita seruatum fuisse in Parisiensi Curia, & in Ducatu Subaudiae, & in praxi debere seruari dicit Couar. ex traditis per Ang. Cagnol. & alios, quos ibidem citat. & etiam in Regno Siciliae dicit Cannetius idem seruari.*

Quæ conclusio procedit eo fortius, quādo
30 est in contractu pro obseruantia promissorum hipotheca, vt in casu nostro adest, quia procul dubio non valet alienatio *per tex. in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pignor. vbi per Bar. & in l. si quis in §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. qui absenti, §. 1. ff. de donat. prout in particulari in casu nostro considerat Boerius in decis. 182. num. 53. Albertus Bru-*
31 *nus in cons. 67.* & eo magis quando adest constitutū, vt etiam in hoc contractu adest, *ex traditis per Afflict. in constit. pacis cultū, num. 23. & 27. & probant infinita iura, & & maximè l. debitorem, C. de pign. cum alijs quae omicto.*

Secundo respondeo, quod in hac causa cessat ista conclusio, postquam domina Claudia ipsa est hæres dominæ Hyppolitæ, quæ fuit filia domini Melchionis, sicuti declarauit in actis: Et licet dicatur hos introitus fuisse datos pro duc. bismille, & octingentū in dotem dicto domino Aloysio. Respondeo actum non valuisse, nec valere sine Regis assensu, & non esse translatum dominium pænes dominum Aloysium, stante nullitate contractus, postquam deficit assensus Regis: remanet igitur dominium horum introituū in hæreditate Melchionnis, cuius est hæres ipsa domina Claudia per intermediam personam matris; & quando datur in dotem
32 feudum extimatum etiam ab ipsa muliere, requiritur Regis assensus, *vt tradit Andreas in cap. 1. §. donare, in verbo item ipsa mulier, & in tit. qualiter olim feudum poterat alienari,*

nari, & notat Tiraquel. de retract. lignag. §.
33 *1. glo. 14. n. 20. & 21.* & eo magis quãdo alij maritarent, *per capitulum in planitie, super cuius intelligentia late Andr. in c. Imperial. vbi Camer. fol. 80. & 86. & Andr. in d. §.*
34 *donare.* Quæ conclusio non occurrit in casu nostro, postquam dando fæudum extimatum fie emptio, *l. quoties, C. de iure dotium, cum simil. quæ tradit Tiraquel.* & ideo in alterius dominium non potest transire sine Regis assensu.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Tractæ, quas vulgus appellat, sunt licentia, & facultas aliquid extrahendi.*
2 *Contractus emptionis, & venditionis naturalia quæ sint?*
3 *Libera res tradita non dicitur, si ab alio turbatio inferatur.*
4 *Venditor debet facere, quod ipse ex sui parte tenetur, vt obtineat; nec quærere de eo, quod potuisset emptor exequi in sui beneficium.*
5 *In contractibus innominatis do, vt facias, si ergo adimpletur ex mei parte, possum repetere, quod dedi, vel cõdictione ob causam, vel actione præscriptis verbis.*
6 *Pecuniam si dedi ob causam implendam de futuro per me, licet per me steterit, quominus impleatur conditio; adhuc pecuniã condicere possum.*

Pro Bonorijs.

ARGVMENTVM.

IN contractu emptionis, & venditionis, & in contractu do vt facias, altera parte implente potest agi contra non implentem ad restitutionem datorum, & interesse.

CONSILIVM CXV.



AVDIO fieri dubium non esse per magnificum Spinolam vẽditas tractas magnifico Bonori, sed tantum se obligasse vt Bonori extraheret; quasi quod esset contractus innominatus do vt facias: quæ extractio vt illa potuisset fieri, erat necesse prõpta fuisse, & nauim, & frumẽta; quæ scrupulosa subtilitas, tanquam vere vanitas omnino per vos dominos reijcienda: Equidem
1 tractæ 2 fuerunt venditæ, quæ nil aliud sunt,
2 nisi quodam ius, seu licentia, vel facultas extrahendi *ad l. 1. C. de tractatorijs lib. 11.* quod ex instrumẽto sole clarius dignoscitur, dum dicitur, quod elapso mense Februarij Spinola de impedimentis non teneatur, verũ tractæ remaneant in beneficium Bonori, quis ergo negabit tractas non fuisse venditas? voluit enim Bonori consultius sibi prouidere, quod Spinola ipsum extrahere fineret: quo
3 fit quod postquam contractus iste fuit emptionis, & venditionis, sufficit bonorum emptorem adimpleuisse ex sui parte, quod debebat in beneficium Spinolę, quia pretium iam soluit; & Spinolam venditorem ex sui parte defecisse, quod debebat facere in beneficium Bonori, ad tradendum scilicet liberas tractas, & expeditas, cum ad id ex natura contractus de iure venditor obligetur, *l. 2. §. vacua, ff. de act. empti, vbi omnes, & l. ex prædijs, C. de euict.* nec dicitur tradi res
3 libera si ab alio turbationem, & impedimentum recipit *inquit Bar. in l. vim facit, ff. de vi, & vi arm.* hoc enim lex requirit ex parte emptoris, & venditoris *iux. terminos, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.* in tantum quod si alterum ex sui parte deficit, sine dubio tenetur ad omnia interesse, *in d. §. offerri.* Nec debet quærere venditor de eo, quod potuisset exequi emptor in sui beneficium, sed tantum facere quod ipse venditor ex sui
4 parte tenetur; nam licet ego non faciam, quod debeo, si tu non facis quod debes non obtines, *dicit glo. not. in l. si non fuerit, ff. de iur. iur. & per Alex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca.* & successiue postquam Bonori adimpleuit in beneficium Spinolæ, qui ex sui parte defecit, vanum est quærere de eo quod potuisset facere Bonori in sui beneficium habendo nauim, & frumenta; nam hoc respicit interesse lucri, in liquidatione, cuius Deo dante tractabitur. Aut contractus
5 iste fuerit contractus innominatus do vt facias, vt prætenditur, & habemus intentum, nam Bonori iam dedit, & sic adimpleuit; Spinola non fecit, & tunc etiam quod mea non interest illud fieri, licet non agã præscriptis verbis, datũ cõdictione ob causam repetam *dicit tex. in l. si tibi, la prima, ff. de præscrip. verb.* Actio præscriptis verbis datur ad id, quod mea interest, & si mea non interfuerit datur condictio ob causam ad datum *d. l. si*
6 *tibi, vbi omnes,* imo si do pecuniam ob causam implendam de futuro per me dantem, & per me steterit quominus fuerit impleta,

similiter pecuniam condicam, *singul. est tex. in l. 1. vers. si parendi, vbi Alex. Paul. caterique ff. de cond. cau. da. non seq.* ita quod respectu pretij cum interesse ipsius nullus est scrupulus, etiam quod nauis, & frumenta non ad fuissent prompta, quæ iã prontissima fuere, vt ex Reuelis colligitur; ideoque intrepide concludo Spinolam esse condemnandum ad pretium, vna cum omnibus damnis expensis, & interesse liquidandis.

Camillus de Medicis.

a De tractis siue estrationibus prohibitis, *habetur in l. 1. C. quæ res exportari non debent l. vnica, C. de lictor. & itin. custod. l. 12. l. 2. C. de commerc. & mercat. & in multis cap. Regni, quæ affert D. Reg. de Ponte in tract. de potestat. proregis, tit. de tractis, siue extractio.*

SVMMARIVM.

1 *Pignus in re propria non consistit, fallit, & num. 5.*

2 *Tutor nomine pupilli potest dicere inofficiosum testamentum, & nomine suo, si successit petere legata, & num. 3.*

4 *Iura duo ex diuersis personis habens, remittens vnum, ad aliud regressum habet.*

Pro Domino Philippo Monforte, contra Dominũ Fabritium Sanmarcum.

ARGVMENTVM.

Dvorum vices an quis fungi possit, si iura in eo diuersa concurrant.

CONSILIVM CXVI.



Cvm vidisset magnificus Fabritius Sanmarcus possessor terræ Vanni, & Caueini assistentiam super dictis terris dotium Elienoræ Pãdonæ obligationi affectis, petitam per Guidum, & Carolum de Monforte pro duc. 4447. cum interesse ab anno 1586. debitis pro restanti quantitate dotiũ supradictæ Elienoræ, prout constat per tres sententias Regię Camerę Presidente in Collaterali Consilio sine difficultate procedere; postquam illa duo extrema, quæ requiruntur in dicto iudicio satis clara probata sint, vt in facto. Nũc satis friuolę infringit hoc iudicium, quod cum ijdem de Monforte antea intentassent iudicium dominij in dictis terris, & alijs quamplurimis, tanquam non alienatis ante annum 1530. in quo fuit facta plenaria restitutio Federico Monforte auo dictorum Guidi, & Caroli omnium bonorũ Fisco acquisitorum per rebellionem dicti Federici in anno 1528. pterquã ad alienata.

Postmodum vero cum intentassent iudicium hoc (de quo agitur) assistentiæ in ijsdẽ terris pro consequtione Elienoræ Pandonæ auiæ, matris Ioannis Monforte patris non debent audiri; & adducit illud iuris axioma, quo dicitur pignus in re propria consistere

1 non posse, & sic dominium, & hipothecam non posse respectu eorundem de Monforte concurrere, *vulg. l. neque pignus, ff. de reg. iur. & ibi Dec. & in l. si rem alienam, la seconda, ff. de pignor. act. cumulat Neguf. in tract. de pign. in 1. memb. 5. par. princip. num. 55.* & augebatur difficultas prædicta per *tex. in l. fin. C. de cod. & in l. quod in barede, §. eligere, ff. de trib. act & in l. 2. §. si alius, ff. quand. app. sit, & per dicta per Andream in cap. 1. de content. inter dom, & fid. nu. 11.* Pro resolutione, & si possem dicere, quod iam est indicatũ posse hęc duo iudicia in casu nostro cõcurrere, per sẽtentias sup. citatas anni 1582. 1585. postquam fuit alijs præstita assistentia in alijs terris S. Romani, & Puglialelli pro ducatis 1916. quorum antea petita erat vendicatio.

Attamen, vt nihil penitus remaneat dicẽdum per partem in facto tam claro, animaduerto in primis illos de Monforte repræsentasse duas personas, alteram Federici aui per intermediam personam Ioannis, alteram vero Elienoræ Pandonæ; & ex persona Federici aui intentasse iudicium dominij, ex persona vero Elienoræ intentatur iudiciũ hipothecæ per viã assistentiæ. Hoc præsupposito procul dubio concludo in casu nostro non posse ambo iudicia concurrere, & in hoc rogo consideretur, quod duo iura diuersa in eadẽ persona concurrentia sic habentur, ac si essent in diuersis personis. Hinc est, quod libertus tutor repræsentans personam suam, & personam pupilli, ex persona sua non poterat intentare litem contra patronum sine Prætoris venia, ex persona vero pupilli, vt tutor sic, *l. quæsitum, ff. de in*

2 *ius voca.* Hinc est quod tutor nomine pupilli potest dicere inofficiosum testamentum, &

ano

& nomine suo si non obtinuerit potest petere legata *l. tutorem, de his quib. vt indign.* & dat rationem Iureconsultus ibidem dicens. Decreta sunt enim iura quamnis plura in eandem personam deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij, & cum non suæ personæ iure, sed pupilli accusauerit propriam pœnam mereri non debet, *concordat cum Iureconsul. Imp. const. in l. eum quidam, C. de administ. tut.* a

Ad eandem confirmandam, nec etiam defecit authoritas *Andr. de Isern qui in cap. 1. qui success. ten. num. 5. in fin. ibi duo etiam iura,* magistraliter loqutus fuit.

Carolus itaque, & Guido diuersas personas repræsentantes omnibus iuribus etiam diuersis vti potuerunt. Nec dicatur quod vtendo vno iure, alio vti non potuerunt: quia cum habuissent duo iura, & ex diuersis personis, intentando vnum, aliud intentare post

4 modum prohiberi non potuerunt; quemadmodum si remisissent vnum ad aliud regressum habere potuissent, *l. si mihi eodem tempore, ff. de seruit. rust. præd.*

Nec obstat illud quod dicebatur *de tex. in l. neque pignus*, quia vltra multas responsiones, quæ possent dari ad illam regulam propter multas fallentias, quas habet, de quibus poterint videri, *Dec. & Neguſ. supra*

5 *citati.* Sufficit dicere in casu isto, quod illa regula pocedit, quando vna, eademq; persona non repræsentans duas personas separatas vellet intentare in eadem re iudicium domini, & hipothecæ: non quando repræsentaret duas personas, & ex vniuscuiusque persona ius aliquod haberet, vt in casu nostro.

Ex prædictis omnibus ergo debet petita assistentia præstari.

Camillus de Medicis.

a Adde. Hinc Episcopus tenens feudum à Rege duas repræsentabit personas, vnam vt Episcopus à cuius sententia appellabitur ad Metropolitanum; alteram vt quilibet laicus, & Regem quo ad feudum in dominum recognoscet, *Inn. in cap. solitæ, de maior. & obed. Oldr. cons. 61. 2. dub.* sic & in statutis quem posse duas repræsentare personas, *exemplificant Alber. quæst 263. tract. statuto. Nellus de bannitis in 3. par. primi temp. q. 48.* & in Collegijs habetur *in l. 1. §. fin. ff. de Colleg. illic. Specul. de legato. §. videndum, autem Innoc. in cap. dilecta, de excess. prælat. Bar. in l. sodales, ff. de colleg.* & Canonicus, idemque Præpositus, ratione duplicis officij, duas habet voces, *glos. in cap. cum olim, de sent. & re iud.*

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Imperialis clementiæ proprium quid.*
2 *Feudi alienatio absque domini consensu prohibita, & etiam in emphiteusim concessio, & num. 19.*
3 *Feudum alienatũ absq; domini consensu incidit in caducitatem; & si alienans se panitendo, illud recuperauit, de iure feudorum nihil agit, secus de iure Regni.*
4 *Feudale quid non præsumitur ex eo, quod intra fines feudi est, & num. 10.*
5 *Regis non præsumitur quid esse, ex eo, quod infra fines Regni est.*
6 *Capituli omnes Basilica, 16. 9. 6. declaratio.*
7 *Bona potius burgensatica, quam feudalia præsumuntur.*
8 *Seruitus nisi probetur non præsumitur.*
9 *Feudum est seruitus.*
11 *Feudum vnum potest habere terras in alio feudo separato.*
12 *Feudalem rem esse testibus non creditur, nisi causam scientiæ etiam non interrogati assignent.*
13 *Feudalem rem esse ex quibus testibus probari poterit.*
15 *Possessio antiqua iustitiam permanentem habere præsumitur.*
15 *Feudalis res non iudicatur ex eo, quod redditi tia feudo.*
16 *Feudi substantia est fidelitas, non redditus.*
17 *Baro vendens rem feudi ad annuum redditum sine nuncupatione seruitij, res illa non erit feudalis.*
18 *Feudum incultum, & sterile potest alienari in augumentum, absq; domini consensu, & quomodo.*
20 *Vsufructuario in vita potest proprietarius fundo seruitutem acquirere.*
21 *Decimarum dispositio qualibet valet, quando in augumentum.*
22 *Ecclesia potest res steriles alienare.*
23 *Transactio valet etiam quod transigenti prohibita sit transactio, quando in melius.*
24 *Minor potest alienare prædium afferens plus incommodi, quam commodi.*
25 *Minor, vel Ecclesia vendentes in casum non concessum, si eorum conditionem meliorem reddunt, valet venditio.*
26 *Feudi augumentum semper inspicitur.*
27 *Feudi alienatio ex quo prohibetur.*
28 *Feudum vt allodium alienãs illud amictit, etiam si illud recuperasset,*
29 *Feudum vt allodium alienans delinquit, & nocet etiam filijs.*
30 *Assensus tacitus sufficit in alienatione feudi*

 plani,

plani, & rustici.
31 *Assensus in alienatione feudi planiper triginta annos praesumitur.*
32 *Feudum alienans reseruato assensu, vt possit alienationem reuocare quid debet agere.*
33 *Ius alicuius perceptionis quo tempore inducatur.*
34 *Solitum concedi dicitur pro vna vice.*

Pro Philippo Romano, cum Barone Sancti Caesarei.

ARGVMENTVM.

Feudatarius sine assensu domini feudum alienando, an faeudum amittat, etiam si postea illud recuperet, tam de iure communi, quam de iure nouo constit. Regni; quid in alienatione in augmentum feudi. Faeudalis qualitas an praesumatur, & quando testes deponere debeant, vt ex eorum depositionibus probetur bona esse faeudalia.

CONSILIVM CXVII.

1 IMPERIALIS clementiae proprium iudicatur commoda subiectorum inuestigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi; similiter Reipublicae bonum statum, ac dignitatem Imperij omnibus priuatis commodis praeponere. Quibus causis iuste mouentibus edictali lege statuit Impe-
2 rator Lotarius, nemini licere beneficia, quae à suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere: cuius sententiam ampliando Federicus Imperator pleniorem Regni vtilitatem respiciens prouidit non
3 solum in posterum, verum etiam illicitas faeudorum alienationes hactenus perpetratas irritare, & faeuda dominis applicari, adeo quod nec paenitentiam, nec si incontinenti feuda recuperassent, admiserunt, *ad tit. quid iur. si post alien.* quem iuris rigorem lex Regni medendo induxit ad finem euitandi paenam caducitatis alienantem posse iure proprio reuocare, & facta reuocatione faeudum non amictere. Istud nouum iuris remedium credens sibi proficuum magnificus Ascanius Guarinus vtilis dominus quotae parris Sancti Caesarij, & faeudi Ceresij in Sacro Consilio intentauit contra Philippum Romanum, & alio possidentes tres massarias, quae eis obuenerunt titulo emptionis factae sub nona parte fructuum singulis annis reddenda per magnificos Vincentium, & Ioa. Mariam Guarinos dicti Ascanij immediate praedecessores; illas tanquam illicite alienatas ob defectum assensus Regij reuocando experitur: cuius remedij tramites magnificus actor non bene prouidit cum eius intentio legitimis probationibus non sit fundata massarias esse faeudales; ex quo sequitur ipsum non esse in probatis, & sic possessores esse absoluendos.

Conatur magnificus actor duobus medijs probare massarias esse faeudales, primo quia
4 existunt intra fines, secundo per testes. Ad primum dicitur dictum territorium non praesumi faudale ex eo quod intra fines faeudi existit, *firmat Host. in cap. nimis, de iur. iur.* quia multa allodia sunt in dicto faeudo, & iure primeuo omnis terra libera est, nisi in quantum violentia est illata, *sequitur ibi Io. Andr. & Innoc. not. in cap. 1. de contr. inter maj. & fem. idem videtur velle Andr. in cap. Imperialem, §. illud, 3. col. versi. non eo ipso, de probib. faud. alien. per Fed.* inquit
5 quod non est probata intentio Regis, quod omnia, quae sunt infra fines Regni, sint de faeudo, *idem in constit. Regni si dubitatio,* tradit quod non omnia quae sunt in Regno praesumantur esse domini Regis, *vt in const. Regni ab officialibus,* dicit quod illa constitutio est contra proceres, & fisci aduocatos, qui dicunt, quod omnia, quae sunt in Regno sint Regis, *& in cap. 1. col. fin. vers. si tenet clericus, qualiter vassa. iura. deb. fid.* firmat si clericus tenet domos vineas, & terras in Regno libere, vel in terra alicuius Baronis; non ex hoc sequitur esse faeudalia, & esse in dispositione Regis, sed solum in eius iuris-
6 ditione: & sic intelligatur dispositio, *cap. omnes basilicae 16. q. 6.* quod omnia existentia in Regno sint sub iurisdictione, & protectione Regis, *Paris. de Puteo in tract. reinter. faud. q. 12. fol. mihi 8. vers. in contrarium.* Accedat ad hoc iuris praesumptio in dubio potius bona burgentiatica, quam faeudalia iudicari, *Bal. in cap. 1. in princ. col. pen. num. 9. de contro. inuest.* cum omnis res li-
8 bera praesumatur, nisi seruitutem habere probetur *l. altius, C. de seruit. & aqua:* sed
9 esse faeudum, seruitutem esse dicir, *glo. sing. in l. cuius, §. 1. de vsufr.* Vnde bona potius libera, quam faeudalia iudicari debent, *Ioa. Andr. in cap. nimis, de iur. iur. Alex. in*
10 *cons. 129. col. 1. vol. 1.* Et quod existentia intra fines faeudi non praesumantur faeudalia,

in

in proprijs terminis firmat Afflict. in decis. 167. vbi plus dicit quod etiam si esset probatum territorium feudale, & non probatur quod esset feudale de tali feudo quod nihil agenti opitulabitur; nam poterit esse feudale de alio feudo, cum non inconueniat vnu
11 feudum habere territorium, & terras in alio feudo separato, *Andr. in cap.* 1. *num.* 2. *qualiter vass. iur. deb. fide. Afflict. decis.* 334.

Secundo magnificus actor nititur per testes de fama eius intentionem fundare, qui
12 cum non concludant, posito quod dicerent territorium esse feudale, nō probarent; non redentes causam scientiæ quare sit feudale, *ad l. solum, C. de testi & cap. cum causam, eod. tit.* etiam quod non fuerint interrogati de causa scientiæ, *in proprijs terminis firmat Alex. in cons.* 136. 1. *vol. num.* 7. inquit ad
13 res esse feudales non sufficit probare per testes, quod sint feudales; nisi rationem assignent concludentē, vt quia fuerant præsentes in inuestitura facta de dicta re vt feudali per traditionem anuli, vel bireti, vel quia viderunt rem possidere, vt feudum, & quod præstitum fuit seruitium pro feudo domino directo *ad not. in c.* 1. *de for. fid.* vel dicant testes quod vidimus, & legimus registra bonorum feudalium, in quibus dicta bona scripta adessent *Andr. in cap.* 1. *in add. de contro. feud. ap. par. ter. Afflict. refert decis.* 177. *&* 361. *num.* 34. cum ergo testes magnifici actoris non reddant his modis rationē scientiæ, sequitur per ipsos non esse probatum territorium esse feudale concurrente possessione quadraginta annorum, quod tales massariæ sunt possessæ, vt allodiales, sub onere nonæ partis fructuum singulis annis; quæ an-
14 tiqua possessio præsumitur habere iustitiam permanentem, *Cyn. in l. si sollemnibus, C. de fide instr. Bal. in cap.* 1. *§. eum autem, num.* 6. *de contron. inuest.* media ergo magnifici Ascanij ad fundandam eius intentionem iam quisque videt nihil esse. Nec suffragatur,
15 dictum territorium esse feudale ob redditū nonæ partis fructuum singulis annis feudo Cerasij; nam non sequitur res est redditia feudo, ergo est feudalis *Bal. in l. liberti, libertæque, col. penul. nu.* 36. *C. de oper. liber. Alex. in cons.* 136. *num.* 4. 1. *vol.* tenet quod etiam si detur res in feudum ad annuū redditum, non ob hoc erit feudum; quia redi-
16 tus non est de substantia feudi, sed fidelitas *§. nulla, per quos fiat inuestitura And. in cap.* 1. *num.* 9. *ex quibus causis feud. ammi. & in cap.* 1. *§. sed nec alia iustior, qua fit pri. eau. ben. amit. Afflict. decis.* 320. *num.* 4. *confert.* quod in proprijs terminis dicit *Neap. in consuetudine in bonis, vers. sed & in bonis*
17 inquit si Baro vendit rem particularem feudi ad annuum redditum, siue censum, transferens omne ius, sine nuncupatione seruitij; quod res illa erit censualis, & non feudalis: & quod redditia feudo non sint feudalia, *Afflict. in constit. diua memoria, & in decis.* 129. *num,* 2. *Capyc. decis.* 103. *num.* 2. ex his constat magnificum Baronem non esse in probatis. Et posito sine veri præiuditio, quod tale territorium alienatum sit feudale, dico, quod cum sit probatum, quod
18 erat incultum, sterile, & nullum fructum redddens, in ipsius alienatione augmētum feudi concernente, assensum Regis non requiri, *ad not. per Andr. in cap.* 1. *in fin. an ille qui interf. fratr. dom. sui*, inquit Baro res parum vtiles suę Baronię in certa parte fructuum, non in pecunia alienare potest, *idem in cap.* 1. *§. præterea, vers. illud, de cap. corrad. cap.* 1. *§. si vero, de pac. iura. fir.* quare autem in certa parte fructuum, & non in pecunia liceat; idem *Andr.* dixit sic in Registro Imperatoris Federici contineri *sequitur Io. Fab in §. si adeo, instit. locati* tradit
19 quamuis feudatarius non possit feudum sine domini consensu alienare, vel in emphiteusim concedere per legem Federici *Imperialem*; nemora vero, & terras incultas sinę consensu domini poterit concedere, & non erit in pœna caducitatis, & ita consuetudo tolerat, *secundum Io. Rainald. in cap. Imperialem §.* 1. *de prob. feud. alien. per Feder. sequitur Cur. in tract. feud.* 4. *par. vers. secundo principaliter quæro, Marinus Freccia in tractatu feudorum,* 19. *auth. Bar. fol. mihi* 112. nec in hoc derogat lex Federici *constit. diua memoria* cum alienatio fęudi permittatur sine assensu, quando fit in augmentum *glos. firmat in d. constit. in ver. minuendis* vbi *Andreas* dicit quod res parum vtiles de demanio feudi potest Baro concedere, vt plantentur, & prō ipsis portio fructuum domino reddatur, *Afflict. decis.* 129. *in fin, &* 111. *num.* 5. *Paris de Puteo in tract. reint. feud. fol. mihi* 7, *num.* 10. & fęudatarius potest meliorare feudum, non deteriorare, sine assensu domini, *Andr. in cap.* 1. *col.* 3. *vers. è contra, de contro. feud. ap. par. term. & in cap.* 1. *§. è contrario, de inuestit. de re ali. fac. allegat tex. in l. sed si quid §. penul.*
20 *de vsufruct.* vbi proprietarius pōt fundo inuito vsufructuario seruitutem acquirere, *facit tex. in cap. in aliquibus, de dec.* vbi notat quod licet sit dubium, an per consuetudinē
21 possit disponi super decimis; tamen poterit quando fieret in ipsarum augmentum: *confert tex. in auth. item si prædium, C. de sacr.*
22 *sanct. Eccl.* vbi Ecclesia prohibita alienare

bona immobilia alienabit rem sterilem; &
23 prohibitus transigere, sine decreto transiget
quando faceret suam conditionem meliorē
tex. not. in l. cum hi, §. quid ergo, ff. de transf.
quem ita allegat Andr. in cap. 1. §. preterea,
num. 8. de cap. corrad. iuuat *glo. in l. 2. §.*
fin. de offi. eius cui mand. est iurisd. vbi firmat
24 quod prædium minoris potest alienari quā-
do affert, plus incommodi, quam commo-
di, *quam ibi Angelus approbat, ad idem glo.*
in l. cum hi, §. eam, ff. de transact. tradit, ꝙ
25 si vendet Ecclesia vel minor in casum non
concessum, tenet venditio si fecit conditio-
nem suam, vel Ecclesiæ meliorem; *& clarius*
ibi Bal. quod valet venditio Ecclesiæ, vel
minoris sine decreto, quando manifestam
vtilitatem continet, *sequitur Alex. in cons.*
155. 3. col. 1. vol. cum his concordat lex Regni,
inquit const. diua memoria Regis Rogerij su-
per probibita diminutione, Imperatores sem-
26 per respexerunt augmentum fæudi, & detri-
mentum substulerunt, sic per *Lotar. cap. 1. de*
probib. faud. alien, per lot. ver. nemini, ibi
propter quod Imperij vel dominorum mi-
nuatur vtilitas; diminutionem aspexit Fe-
dericus, *in cap. imperialem, in princ. de prob.*
faud. alien. per Fed. ibi, & nostræ fælicis ex-
peditionis complementum minuebatur. cū
27 ergo Imperatores fæudorum alienationes
sine assensu Regis prohibuerint, ne eorum
deterior conditio fieret, quis negabit alie-
nationes in augmentum factas non subsiste-
re, *iusta notata per Andr. in cap. 1. 5. col. de*
prob. faud. alien per Fed. vnde cum sit pro-
batum tale territorium venditum per præ-
decessores magnifici actoris fuisse sterile, &
inutile, datum sub certa parte fructuum, vt
in venditione apparet; quis non credet per
supradicta in illarum alienationibus non
fuisse necessarium Regis assensum.

Et tantomagis magnificus Ascanius non
deberet admitti ad reuocandum; nam cum
magnifici Vincentius, & Io. Maria Guarini
pater, & filius alienare dictas massarias in-
tendissent, pro obligatione bonorum fæuda-
lium supplicarunt Viceregi, vt eis assensum
præstaret, in quo supplicationis libello asse-
ruerunt velle venderetres eorum massarias
burgensaticas: vnde cum talem fecerint as-
sertionem, posito quod essent fæudales, si
vixissent non fuissent admissi ad reuocandū;
28 nam quādo alienatur fæudum, vt allodium,
tanquam fraude versatus, fæudum perditur,
cum dominium negare videatur, *cap. si vas*
sallus, si de faud. defun. mil. cont. fue Afflict.
decis. 255. nec proderit reuocare; quia ab
hac potestate, & gratia excluditur ille, qui
29 fraudem facit legi *l. in fraudem, ff. de sur.*
fis. & cum frandando, & delinquendo censea-
tur indignus tali potestate, aut domino odio-
sus; non compræhenditur sub gratiosa, &
fauorabili prouisione legis *ad tex. sing. in l.*
licius titius, §. titius, de leg. 2. & frustra
requirit legis auxilium, qui in legem delin-
quit, *cap. quia frustra, de vsur. l. fine bare-*
ditaria, de neg. gest. tenet Afflict. in cap. Im-
perialem, 13. not. 4. col. & etiam prope finem
sui operis.

Vnde si dicti prædecessores fuissent priua-
ti tali potestate reuocandi, idem in magnifi-
co actore filio, & hærede firmandum; cum
asseuerint massarias esse burgensaticas, ne-
gando dominum deliquerunt, quod deli-
ctum filijs debet nocere *ad cap. 1. si vassall.*
faud. priu. Et si de alio supplicationis libel-
lo ratio haberi vult, in quo asseritur massa-
rias esse fæudales: dico Viceregem tacite
præstitisse assensum in venditione ipsarum,
cum assensum præstiterit super obligatione
30 bonorum fæudalium; qui tacitus assensus
sufficit in alienatione fæudi plani, & rustici,
Andr. in cap. 1. de probib. faud. alien. per lot.
vbi glo. imo ex possessione triginta annorum
31 in alienatione fæudi plani assensus præsumi-
tur, nam de iure fæudorum sufficit tacitus:
& quod ex tempore inducitur tacitum est, &
ꝑsūptū; & ꝙ pōt tacite fieri ex tēpore potest
tacite induci, *Marinus Freccia in tractatu*
faudorum diff. 25. fol. mihi 220. in casu pro-
posito non possessio 30. & sed 40. annorum
interuenit, sequitur assensum Regis præsumi,
quod in alienatione fæudi rustici sufficere
videtur.

Præterea si magnifici prædecessores vixis-
sent, non sic simpliciter fuissent admissi ad
reuocationem: nam cum ipsi vendiderint
32 saluo Regio assensu, erat eis necessarium
prius requirere Principem si voluisset con-
sentire; & si renuerit, tunc iure licito reuo-
22 care potuissent, quasi quod hæc potestas fue-
rit conditionalis si dominus dissensisset *Luc.*
de Pen. in l. nulli, C. de fund. patr. lib. 11.
& de istis reuocationibus præcedentibus Re-
gium assensum interdum non fuit in S.R.C.
habita aliqua ratio, cum in fraudem censeā-
tur factæ, *dicit Afflict. decis.* 111. *num.* 4.
Si ergo prædecessores magnifici Ascanij filij
non poterunt reuocare antequam Principē
requisissent, tale onus requirendi Regem
ad filium hæredem transire nemo dubitat:
quo fit quod cum per magnificum actorem
Princeps adhuc non fuerit requisitus, firmo
eius negligentiam ad non reuocandum esse
nociuam. Accedente ad iustitiam causæ pos-
sessione quatraginta annorum, ipsi possesso-
33 res, qui tam antiquo tempore redditum næ

næ

Digitized by Google

næ partis fructuum singulis annis fæudo cerasij reddidere, cum tanto tempore res tali conditione afficeretur, *l. eum qui, C. de fundo rei priu. & in l. litibus, de agric. & cens. lib. 11. Andr. in cap. 1. 3. col. vers. si fine Principis, de contr. fæud. apud par. term. & in cap. 1. in fin. 1. col. de his qui fæud. possid.* eo maxime cum probatur illud territorium fæudi cerasij totũ esse in dominio particulariũ, sub redditu nonę partis fructuũ quolibet anno: Ex quo infertur territoria esse solita dari ea forma, qua solus Baro concedit *iusta const. post mortẽ*, & hoc est quod sæpius dicit
34 *And.* quod solitum concedi dicitur pro vnica vice cum possessione triginta annorum, *firmat Andr. in cap. 1. col. 2. vers. consuetudine de hijs qui fæud. dare poss.* quo fit ista territoria non fæudalia, sed reddititia censeri. Quibus addictis prædictos possessores absoluendos iuri consonum mihi cogitaui, deficiente maxima legitima partis aduersæ probatione. Cætera subtiliter intuentes suppleant, quorum correctioni me semper subijcio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Actus quilibet ex tribus canonicatur.
2 Illud possumus, quod de iure possumus.
3 Rex Romanorum non potuit facere ligium Imperij, ligium alterius.
4 Rex in coronatione quid iurare debeat.
5 Alienatio de bonis demanialibus coronæ à Rege facta non valet, & quando, num. 18. & 49.
6 Rex non potest alienare homines demanij, & num. 7. 8. 19. 20.
9 Vassallus sicut non alienat inuito domino, sic nec è contra.
10 Constitutio Regni Personas, & const. si dubitatio, quomodo intelliguntur.
11 Homo demanij potest dicere nolo esse homo alterius.
12 Donatio Constantini valuit, quia adfuit totius populi consensus, & num. 22.
13 Rex concedens vassallos demaniales, quorũ & si minor pars dissentiat, illa præualet.
14 Vassalli, qui sponte se perpetuo obtulerunt dominio Regis, numquam vendi possunt, & num. 45.
15 Vassalli, qui diù immediate steterunt sub dominio Principis, non possunt ab illo alienari, idque solum ex possessione probatur, num. 16.
17 Donatio Castri Imperij facta ab Imperatore num valeat?
19 Homines demanij num possint à principio contradicere non subijci alterius seruituti.
21 Vassallus etiam eius consensu non interueniente ingenuus fit.
23 Camerarij dictum, vidisse alienatas sæpe terras demaniales, quomodo intelligitur.
24 Rex quando possit vendere terras demaniales pro bono pacis.
25 Principi asserenti alienasse pro bono pacis num credatur.
26 Vassalli inuiti sub vniuersitate bonorum, quando castrum cum territorio conceditur, quando possunt transferri, nu. 27. & 28.
29 Priuilegium concessum subdito non potest de ordinata potestate reuocari.
30 Priuilegium in remunerationem transit in vim contractus, ideo irreuocabile, & nu. 35. & 36.
32 Successor debet habere ratum factum prædecessoris 32.
33 Totum est vnum integrale, & vnicum intellectuale.
37 Glo. Mart. de defens. Ciuit. quomodo procedat?
39 Princeps si ex contractu alijs non obligaretur, ita nec alij sibi.
40 Historicis est credendum.
41 Confirmatio ex certa scientia conualidat actum.
42 Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis æquiparantur, num. 43.
44 Confirmatio geminata habet vim, ac si esset ex certa scientia.
46 Priuilegium concessum pretio mediante transit in contractum, nec reuocari potest.
47 Confirmatio, & si non sit necessaria, consilij tantum est, quod fiat.
50 Vassalli debent protestari, & non consentire in damnum particularem, vt alienatio reddatur nulla.

Pro Ciuitate Cosentiæ, & eius Casalibus, cum Regio Fisco.

ARGVMENTVM.

Vassalli demaniales ipsis inuitis alienari nequeunt, nisi maxima vrgente necessitate, vt quia aliter statui, & necessitati Regni subueniri non possit; idque verum etiam si maior pars consentiat, minor autem dissentiat: ac etiam si alienarentur cum castro, & ter-

& territorio , & sic cum vniuersitate
bonorum ; & successor in Regno pri-
uilegium, & concessionem sui præde-
cessoris seruare tenetur, & quid ope-
retur eius confirmatio.

CONSILIVM CXVIII.

1 TRIA canonicant omnes a-
ctus, potestas, voluntas, &
modus; nam sine potentia
nihil deducitur; sine volun-
tate nihil consensu perfici-
tur ; & sine modo nihil in
finem dirigitur. Quoad primum id possu-
2 mus, quod de iure possumus, nec possumus,
quod cum iniuria possumus ; hoc enim posse
non est potentia, sed deficientia quædam,
cap faciat 22. *quæst.* 2. *Bal. sub hoc præludio*
3 tradit si Rex Romanorum potuit facere li-
gium Imperij , ligium alterius *in cons.* 326.
incip. Rex Romanorum, n. 2. *lib.* 1. Cumq;
nunc Fiscus prætendat Regē nostrum posse
vendere Casalia Ciuitatis Cosentiæ per tē-
pus, & tempora sub corona, & demanio Re-
gis retenta, & vassallos demaniales vassallos
alterius facere : quod deficiat in eo potestas
ordinata, vt illa vendere nequeat, ex duobus,
tum actenta iuris dispositione, cum etiam
ex forma priuilegiorum Ciuitati , & Casali-
bus per tetro Reges concessorum, ex dicen-
dis sole clarius apparebit.

Primum , quod refragatur huic venditio-
4 ni, est euidens iuris dispositio : si quidem iu-
rat Rex Regni in sua coronatione , & prin-
cipio sui regiminis iura Regni , & honorem
coronæ illibata seruare , *cap. intellecto, de*
5 *iur. iur.* inde alienationes de bonis demania-
libus coronæ, ex quibus iura Regni diminuū-
tur, vel enormiter læduntur, non valere , *no-
tant ibi Scribentes omnes, Bart. in l. prohibe-
re, §. planè, ff. quod vi, aut clam, Canonistæ
in cap. dilecti, de maior. & obed.* Et si bona
coronæ generaliter Rex non potest vende-
re , quando enormiter iura Regni læduntur;
6 multo magis non posset homines demanij
alienare, quia dignior est persona, quam res,
*l. iustissimè, ff. de edilit. edict. Andr. sub du-
plici quæstione, vtrumque concludit in §. nec
dominus post num.* 44. *de probib. feud. alien.
per Fed.* ibi format duas quæstiones, vnam si
Rex potest donare demania ab antiquo retē-
ta in eius dominio ; alteram si potest dona-
re homines demanij. Ad primam licet enun-
tiet id non fuisse prohibitum in inuestitura
7 Caroli Primi, & demum per *const. Regni di-
gnum* expressum demania ex speciali dono
Regis conferri; tamen quia successit tempus
secundum *dicti capituli intellecto, de iur. iur.*
dedicit, quod si in graue prejudicium Regni,
& Regalis dignitatis demania conceduntur,
concessiones sunt nullæ ; & sic distinguendo
intelligit dictam *const. Regni dignum.*

In secunda quæst. si Rex homines demanij
possit facere homines alterius, late discurrē-
8 do firmat, quod non, ipsis contra dicentibus,
ibi *post num.* 45 homo demanij potest dice-
re interest mea non subijci seruituti alterius,
cui præstabo collectam in quinque casibus
notaris , *in l. Regni quamplurium . Et in
verbo vbicunque , ergo interest vassalli non
dari* : seruabitur æqualitas, vt sicut vassallus
9 non alienat inuito domino, & sine eius con-
sensu, sic nec è contra: & *post num.* 47. homo
enim demanij si datur per Principem, defen-
det se , quia interest sua non habere plures
dominos . Et quamuis moderni nostri tem-
poris, allegent *constitutiones Regni personas,
cum vniuersis, & si dubitatio*, ex quibus fun-
dare volunt, vassallos demaniales à Principe
posse concedi : miror , quomodo *Andream*
nostrum Aurigam *in allegato loco post nu.* 45.
non viderint ; ibi enim *Andreas* allegando
dictas *constitutiones Regni* , respondet illas
10 intelligi , quando esset quæstio inter Curiā,
& possessores ; tunc enim contra Curiam
fortè vendicantem , possessores priuilegio
Curiæ iuuarentur.

Sed non dicunt dictæ *constitutiones* , quod
si homines demanij vellent dicere se liberos,
& alij dari non posse , quod non audiantur ;
11 possent enim, quia homo demanij potest di-
cere nolo esse homo alterius , quam Regis,
hæc *Andr. Affl. ibi num.* 50. & *num.* 51.
quod Rex ex naturali ratione nō potest vas-
sallos demaniales alienare eis inuitis, & pau-
lo ante *num.* 51. traddit , quod cum bona
conscientia non potest Rex terras demania-
les declaratas contra voluntatem vassallorū
in eorum præiudicium concedere ; & quod
ita dixit quibusdam Theologis , qui sic con-
firmauerunt, *quam opinionem vt veram, &
ab omnibus approbatam sequitur Capic. decis.*
162. *post num.* 2. & *hanc esse veritatem sicut
Euangelium, dixit Lucas de Penn. in l.* 1. *col.
pen. in fin. C. de capit. ciu. censit. l.* 11. *Felin.
in cap. cum dilecti ; in verb. hominibus inui-
uitis, de maior. & obed. Rip. viden. de rescrip.
resp.* 25. *per totum, Mars. in l.* 1. *§. cum qui-
dam, num.* 5, *de quæst. Gomes in §. item
Seruiana, num.* 41. *de act. Curt. iun.* 174.
12 *num.* 17. & 18. & donatio Constantini ideo
valuit, quia fuit facta consensu totius populi
Aym. 54. *num.* 3. *cum accruatis per Neuiz.
in cons.* 12. *inter Brun. consilia, nu.* 108. *qui*
etiam

Digitized by Google

13 etiam num. 118. tradit quod si maior pars vassallorum demanialium consentiret Regis concessioni, dissensus minoris partis præualeret. Eoque magis allegata in præsenti procedunt, quodque ciuitas, & casalia ista nemini dum essent subiecta, sponte se obtulerunt dominio Regis Alfonsi, vt in perpetuo demanio remanerent; quo casu nūquā
14 vēdi posse tradit Suarez videndus in alleg. 9.
15 Quādo enim diu vassalli sub dominio Regis immediate steterunt, & Princeps vellet illos alienare, possent dicere Regi promisisti nos tenere in demanium, idque probabunt solū ex longa possessione, ex l. cum de in rem verso, de vsur. Andr in d. §. nec dominus, num. 48. Et tunc ex illa promissione, & contractu Rex, & successores perpetuo ligantur, cap. 1. de probat. & cap. 1 de nat. feud.

Et ex his non obstat decis. Bal. per Fiscum allegata in præludijs feud num. 32. ibi quæ-
17 rit si Imperator donauit castrum Imperii, donatio valeat: & arguendo pro vtraque parte concludit istam quæstionem fuisse terminatam per antiquos in illa quæst. de donatione facta Ecclesiæ; & dixerunt quoad expropriationem territorij, dignitatis, vel iurisdictionis non valere, nec possibile esse; commoda tamen, & vtile dominium concedi posse salua semper ab Imperio recognitione, & fide. quasi velit dicere Fiscus, tunc alienationem castrorum demanialium non valere, quando totale dominium etiam directum alienaretur; sed quando vtile tantū retento directo concederetur, bene valeret. Ideoque Camerarius, quem credo etiam per Fiscum allegari in cap. Imperialem car. 108, lit. R. dixit nunquam vidisse Regem alienasse suum directum dominium, sed persæpe terras demaniales. Nam bene perlegendo Andr. in d. §. nec dominus, hæc difficultas funditus eijcitur. Ego enim ex mente
18 Andr. non nego, quod Rex, seu Imperator non possit concedere demania, & homines demanij, quando grauiter Corona Regni nō læditur; quia hoc permittitur ex allegatis constitutionib. Regni, & hæc est quæstio formata per Bal qui tantum tangit potestatem Imperatoris si possit, vel non possit.
19 Sed quæstio nostra est, si homines demanij possint ab initio contradicere non subijci seruituti alterius. hoc enim Bal. non tangit in allegato loco, sed Andr. id supplet addendo Constitutiones Regni permittentes Regibus alienationes vassallorum demanialium intelligi, nisi ipsi contradicerent. Et quod hoc sit verum Bal. met. qui hoc non dixit in allegato loco, id firmauit in cons. 324. post m 3. lib. 1. tradit quod quando vassalli dema-
20 niales alienantur, eorum consensus interueniet, non obstante cap. 1. de capit. qui cur. vend. quia ibi vassallus in alium dominum permutatur; non quando ingenuus fieret
21 vassallus, quod sine eius consensu fieri nequit l. fin. de nat. red. & ratio est, quia in habentibus simbolum facilis est transmutatio, & Bal. ibi in princ. format quæst. in concessione facta per Pontificem castri demanialis, quoad vtile dominium tantum. Item Bal. in præclud. feudorum tradit hanc quæstionem fuisse terminatam per antiquos in illa quæstione de donatione facta Ecclesiæ;
22 & tamen donatio facta Ecclesiæ per Constantinum ideo valuit, quia consensus totius Populi interuenit; alias si dissensisset, nō valuisset, Curt. iun. in alleg. cons. 174. nu. 18.

Pariterque non obstat dictum Camerarij dicentis vidisse alienatas persæpe terras de-
23 maniales, nam vel fuerunt alienatæ pro bono pacis, vel alia vrgenti necessitate, ex qua aliter statui occurri non poterat in derogatione demanij: vel forte vassalli non contradixerunt; tunc enim occurrit, & alias in Regno tractata fuit ista quæstio, si Rex ex causa
24 necessitatis pro bono pacis vendidit terras demaniales derogando priuilegijs demanij ex certa scientia, si potuit facere, & tunc si apparuisset aliter nō potuisse subueniri statui, & necessitati Regni, quia aliter pecunia haberi non potuisset per Curiam, si terræ demaniales non fuissent venditæ, & pax aliter haberi non potuisset, concessiones benè valerent, alias non, latè Capyc. in venditione terrarum Sancti Seueri, & Therami, in dec.
25 166. per totam, & nu. 6. si credatur Principi asserenti alienasse pro bono pacis, adēte legatur, quia ipse tenet, quod non. At nunc nos non loquimur in alienatione facta horū casalium per Regem ob bonū pacis: taliter quod posset dici, multa iam facta tenēt, quę impedirentur fieri. Sed principio obstamus, quia illa voluntariè intendit vendere non ex causa pacis, nec ex causa necessitatis, ex qua aliter statui occurri non possit; ergo si negotium est in fieri, & lex resistit huic venditioni, erit dicere ex ordinata potestate Regem non posse illa vendere vassallis inuitis.
26 Nec etiam obstat vassallos inuitos sub vniuersitate bonorum posse transferri, quando castrum cum territorio concederetur. Alex. in l. 2. nu. 29. ff. solut. matr. Nam hoc posset verificari, si Ciuitas Cosentiæ, quæ habet territorium concederetur; non quando eius casalia. Et quando id esset, opinio Alex non
27 procedit, nisi vbi viget talis consuetudo, vt in Ciuitate Mediolani; in alijs vero locis nō pro-

procedit, *ita Aluar. in cap. si quis fecerit, col.*
1. quo temp. miles, *Felin. in cap. dilecti, in*
ver. hominibus, num. 7. de maior. & obed.
Neuiz. in alleg. cons. 12. num. 118. vbi addit,
28 quod etiam vbi vigeret talis consuetudo
intelligeretur, quando concessio fieret in
parem, vel maiorem; non quando in inferio-
rem, *Rip. in d. resp.* 25. Et ego dico *Alexan-*
drum loqui in vassallis Baronum, nō autem
in vassallis demanialibus, qui dum concedū-
tur *secundum Andream*, *& alios allegatos*,
possent contradicere; siue concedantur de
per se, siue cum castro, vt ex dictis eorumdē
clarissimè liquet.

Secundum, tot, & tanta priuilegia per re-
tro Reges concessa, absque dubio impediunt
hanc venditionem, de quibus sigillatim tra-
ctabo.

Primum est Ladislai in anno 1400. qui
considerans seruitia præstita per Ciuitatem,
& Casalia, & qua promptitudine necessita-
tibus suis, & Prædecessorum continuo sub-
uenerint, volens eorum demanium am-
pliare, illis vniuit, & incorporauit sex alia
casalia, sub hac dispositione quod ciuitas, &
casalia semper per vnum Rectorem guber-
narentur cum clausula irritante si secus fie-
ret; quod priuilegium per omnes successo-
res, & per Regem nostrum fuit confirma-
tum, quo casu frustra erit tractandum, si pri-
29 uilegium concessum subdito possit reuoca-
ri; quia & si possit *secundum Bal. in l. qui se*
patris, num 9. C. vnd. lib. illud esset non de
ordinata potestate, sed de plenitudine pote-
statis, *Bal. 326. num. 9. lib.* 1. *Paul. in l. digna*
vox, post num. 6. C. de leg. Socc. cons. 4. num.
4. & 5. lib. 3. quod verum esset in simplici
priuilegio per viam gratiæ: sed istud, de quo
30 agitur, fuit in remunerationem seruitiorum,
& sic irreuocabile sine causa, quia transiuit
in vim contractus, *Bal. in d. l. qui se patris,*
And. in const. ea, quæ ad decus, Afflict. decis.
328. *num.* 10. quando enim prædecessor fa-
cit, quod est de natura Regis, vt infeudare
31 benemerentibus; successor tenetur habere
ratum factum prędecessoris, *Bal. in l. 1. in*
princ. ff. de constit. Princip. Iacob. in sua
inuest. in ver. Princeps, ver. sed an Princeps,
eoque magis istud est irreuocabile, quia ha-
buit effectum suum in vita Regis Ladislai.
32 Quando enim concessio fortita est effectum
in vita, successor in Regno licet non iure
hæreditario illam seruare tenetur *cap. 1. vbi*
F audista, qui. succ. ten. lo primo, Alber. in l.
digna vox, C. de leg.

Item per istud priuilegium ciuitas, & ca-
salia (tanquam vnicum corpus) regenda
sunt per vnum Rectorem, idcoq; constat, quod
de hoc corpore nihil est diminuendum: quia
33 totum est vnum integrale, & vnicum intel-
lectuale, eademque res non debet diuerso
iure censeri, *l. eum qui ades, ff. de vsucap. Bal.*
in alleg. cons. 326. post num. 6. lib. 1. & si per
vnum Rectorem huc vsque fuerunt guber-
nata, & pro iustitia ministranda homines
casalium in ciuitate venerunt; si nunc diui-
derentur, esset tollere locum in iure dicendo
34 secundum morem maiorum, quod fieri ne-
quit in præiudicium ciuitatis, *d. l. pen. ff. de*
iust. & iur.

Secundum priuilegium fuit Ludouici in
anno 1422. seu (vt melius loquar) conuen-
tio cum ciuitate, & casalibus, vt enim ciui-
tas, & casalia ad eius obedientiam reduce-
rentur, stante tunc turbidine belli, inita fuit
conuentio multa continens capitula; inter
alia, vt casalia nunquam concederentur; illa
35 enim quia iure contractus precessit, reuo-
cari nequit, *d. cap. 1. de probat*, Deus enim
non subiecit contractus sub potestate Prin-
cipis *Bal. in cap. 1. de nat. feud.* & Princeps
36 contrahendo cum subditis reputatur, vt qui-
libet priuatus; adeo quod nec ipse, nec suc-
cessores contractum reuocare poterunt,
Cyn. & Paul. in l. digna vox, C. de leg.
vnde glo. Mart. de defens. ciuit. circa princ.
37 loquitur de pace constantiæ, quam fecit Fe-
dericus cum Ciuitatibus Lombardiæ subdi-
ditis, quibus per capitula quam plura pro-
misit; quod illa sint obseruanda, nec vnquā
violanda, nec per ipsum, nec per successo-
res. idemque *Cyn. & Paul. per d. glo. in d.*
l. digna vox, post num. 5. tradunt de capi-
tulatione inita inter Pontificem, & ciuita-
38 tem Bononiæ perpetuo seruanda inter suc-
cessores, *Iacob. in loco desuper allegato.* Prin-
ceps enim si ex contractu alijs non obliga-
retur; ita nec alij sibi, ex natura correlatiuo-
39 rum; & sic esset sibi interdictum commer-
cium, & esset exul, vbi debet esse omnium
præsul, *formalia verba sunt Bal. in l. Prin-*
ceps, ff. de legi.

Nec dicatur Ludouicum non fuisse legi-
timum Regem Regni, sed inuasorem; nam
40 si historijs credimus, vt credendum est *ad*
notata in l. 1. si cert. pet. in anno 1420. priua-
ta Ioanna Secunda de hoc Regno per Mar-
tinum V. Pontificem, de eo legitime fuit in-
uestitus Ludouicus Tertius vt testātur Col-
lenutius, Ritius, Tarcagnota, & alij post
ipsos; in tantum quod de eius gestis non est
dubitandum. Verum dato, & non concesso
dictum Ludouicum fuisse inuasorem; quia
tamen Alfonsus Primus in anno 1441. cum
clausulis (ex certa scientia, & non obstanti-
bus quibuscunq;) confirmauit omnia priui-
legia

legia Ciuitatis; & in specie dum priuilegium Ludouici, cuius gesta bene sciebat, si illud
41 fuisset nullum, confirmatio Alfonsi, quia fuit ex certa scientia, conualidasset *Paul. in d. l. digna vox, post num. 6. glos. in cap. veniens, in vers. confirmatum, de transact. Rip. de rescript. resp. 24. nu. 1.* confirmatio enim cum dictis clausulis non dicitur in forma communi, sed in forma specifica; taliter quod
42 priuilegium nullum confirmatum, de nouo per confirmantem censetur concessum, *Bal. in rub. de confir. vtil. vel inutil. num. 11. Dec. eo. tit. in cap. porrecta, num. 5.* quando enim Princeps aliquid facit ex certa scientia, videtur de plenitudine potestatis facere,
43 cum istæ duæ clausulæ inter se æquiparentur, *Bal. in l. eos, in princ. C. de appellat. Alex. cons. 116, num. 18. vol. 2.* & vbi Princeps scribit de plenitudine potestatis, nihil potest esse, quod gratiam annullet, *Bal. in proemio decret. num. 9.* Amplius confirmatio priuilegij Ludouici per Alfonsum non fuit sola, & vnica, sed geminata in anno 1441. & in anno 1453. & alia Ferdinandi Primi 1464. & tunc etiam si essent in forma communi,
44 cum sint geminatæ habent vim, ac si essent ex certa scientia, cōfirmando inualida, *Dec. in d. cap. porrecta, num. 5.*

Tertium priuilegium est Alfonsi in anno 1441. seu (vt melius dicam) conuentio inita cum ciuitate, & casalibus: mortuo enim dicto Ludouico in ciuitate Cosentiæ in anno 1434. Renatus frater ad Regnum aspirabat tum iure Ludouici, tum quia hæres dicebatur testamentarius Ioannæ Secundæ; Alfonsus vero ex alia parte ob adoptionē Ioannæ Secundæ demum reuocatam, in Regno prætendebat. Et inter Renatum, & Alfonsum Ius erat in armis.

Et considerans Alfonsus quanti sua interesset ad obtinendam victoriam Regni habere Ducatum Calabriæ, cuius Metropolis erat ciuitas Cosentiæ, cum illa conuenit per capitulationem initam cum eius Vicemgerentibus in illa Prouincia, vt Ciuitas, & Casalia ad eius obedientiam deuenirent. Et cū essent non subditi, voluntarie eius dominio se submiserunt, ea lege, vt demanium perpetuum confirmaretur; quod iam fuit concessum, dum priuilegium Ludouici illud cōcedens fuit confirmatum. Et si hoc fuit per viam contractus, perpetuo successores ad obseruantiam illius obligabuntur, per ea, quæ
45 superius dicta sunt: loca enim non subiecta, quæ sponte se obtulerunt alterius dominio, vt in perpetuo demanio conseruarentur, non posse alijs vendi, *tradit Suarez in d. alleg. 9.* Et hoc priuilegium non solum fuit per vim contractus in anno 1441. sed cum fuerit iterum confirmatum per eundem Alfonsum in anno 1453. confirmatio fuit pretio mediante, quia ciuitas, & casalia soluerunt ducatos
46 2500. Et quando priuilegium conceditur pretio mediante, transit in contractum, nec vnquam potest reuocari sine causa, *l. fundum, C. de fund. patrim. lib. 10. Bald. in d. l. qui se patris, num. 13. vers. hoc sciat, C. vnd. lib.*

Quartum, & vltimum est priuilegium Federici in anno 1496. promittens conseruare perpetuo demanium. Magnus Capitaneus in anno 1501. idem concessit. Et Rex Catholicus in anno 1507. idem cōfirmauit. Inuictiss. Carolus Imperator in anno 1520. & 1535. idem. Denique Rex noster Philippus sapientissimus in anno 1555. omnia dicta priuilegia confirmauit: & sic omnes demanium confirmando concessisse videntur, *arg. l. lege obuenire, ff. de verb. signif. Camer. in cap. Imper. car. 75.*

Omnes enim istæ confirmationes successorum Regum faciunt priuilegia gratiosa, quæ forsan de sui natura potuissent reuocari, quod non reuocentur; & confirmatis priuilegijs robur addunt: licet enim quando priuilegium est validum, confirmatio successoris nō sit necessaria, tamen consilij est, quod
47 fiat, & si sequitur bona est, *Cyn. in l. priuilegia, C. de sacr. sanct. Eccl.* Si ergo confirmatio est sequuta per Regem nostrum, & Rex non vult vti plenitudine potestatis, sed vt iustissimus ordinauit iustitiam fieri; qua lege, & quo fundamento Fiscus in æternum poterit fundare venditionem horum casalium eis inuitis? certe non video.

Nec obstat si Fiscus dicit Federicum alienasse quatuor ex istis casalibus in anno 1496 die 5. Decembris Andreæ de Ianuario; quasi ex hoc Federicus cum effectu derogauerit priuilegijs, & conuentionibus antecessorum Regum, nam vltra quod dicta concessio fuit
48 de plenitudine potestatis, & cum clausula separantes à quacunque incorporatione, illa fuit die 5. Decembris 1496. & die 15. eiusdē mensis Decembris 1496. idem Federicus quoad reliqua confirmauit demanium ciuitati, & casalibus: nihilominus illa met casalia concessa non obstante concessione cum armis restiterunt Baroni illum eijciendo, taliter quod quatuor casalibus concessis, tria ex illis tunc, & nunc fuerunt in demanio vnita cum Ciuitate Cosentiæ, vt Altilia, Grimaldum, & Scillanum.

Et si oppidulum Motæ fuit coactum recipere Baronem dando ei iuramentum in anno 1509. demum Baronem exiecit. Et in anno

anno 1514. Gubernator Prouinciæ Calabriæ cum magna gentium copia iterum illud coegit ad præstandum iuramentum Baroni, & hoc non obstante in anno 1528. illum expulit, & vsque ad annum 1560. in demanio perseuerauit. Et cum tunc iterum coactum in dominium Baronis veniret, proclamando libertatem adiuit Proregem pro demanio, & lis nunc pendet in Camera indecisa, in qua Fiscus adiuuando dictum oppidum institit reintegrari in demanium Cosentiæ. In tantum quod Fiscus in illa lite defendit priuilegia ista pro reintegratione demanij Motæ ad Ciuitatem Cosentiæ: quam ob rē
39 si Fiscus nunc vult prætendere venditionem horum casalium, tanquam sibi cōtrarius erit repellendus. Et si verum est, quod dixit *Andreas in d. § nec dominus post num.* 48. quod
50 vassalli protestentur, & non consentiant in dominum particularem. Quid dicemus de oppidulo, quod verbis, & factis continuo protestatum est nolle dominum, vt videbimus: satis erit hodie ad propositum nostrum ostendere concessionem prædictam Federici in totum non habuisse effectum, nec aliter Federicum derogasse tot, & tantis priuilegijs, quinimo etiam confirmatis per Regem nostrum.

Quare tum ex iuris dispositione, tum ex tot, & tantis priuilegijs, immo contractibus pretio, meritis, & sanguine obtentis; ad venditionem horum casaliū per Regem nostrū deueniri non posse, firmiter, & indubitate concludo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Milites Hyerosolimitani possunt in feudis succedere, iuxta magis communem opinionem num. 3. & 4.*
2 *Contrahens cum eo, qui mediante decreto præambuli, est declaratus hæres, & communiter pro successore habebatur, excusatur, & num. 12.*
5 *Milites Hyerosolimitani non possunt excludi à feudi successione, sicut alij clerici, cum ipsi militent.*
6 *Verba sunt intelligenda in proprio significatu.*
7 *Milites prædicti propriè dicuntur laici, & impropriè clerici.*
8 *Religio militum Hyerosolimitanorum in vniuerso possidet feuda, & milites in particulari ex dispensatione.*
9 *Feudum in vita militis Hyerosolimitani, cui delata est feudi successio, potest possideri per eius Religionem ex sent. Aluaroti.*
10 *Ligius duorum quis esse non potest, sed bene quis esse potest ligius vnius, & feudatarius alterius, num. 11.*
13 *Contrahens cum eo, qui communiter habebatur, vt pater familias, vel cum marito putatiuo, vel rectore intruso, qui erat confirmatus per sententiam, licet nullā, excusatur, & actus tenet, & num. 14. & 15.*
16 *Clerico super feudo competit vita, & militia.*
17 *Vita, & militia onus feudi transit in Fiscū, sicut & onus dotis, num. 18.*

Pro Marchione Vasti.

ARGVMENTVM.

De Militibus Hyerosolimitanis, vtrū sint habiles ad feudi successionem in particulari, sicut est ipsorum Religio in communi. Vtrum dicantur, proprie Clerici, & an eis competat vita, & militia. Ligius, & feudatarius an quis esse possit duorum. Et de contrahente cum eo, qui communi existimatione reputatur talis, vtrum excusetur.

CONSILIVM CXIX.

DVM prætendit Regius Fiscus annuos ducatos biscētum, vti feudales ob mortem quond. Decij Boccapianolæ sine hærede, non obstante persona quondam Claudij eius fratris, qui Illustris. Marchioni Vasti fecit affrancationem dictorum annuorum ducatorum virtute pacti adiecti in anno 1517. cum quondam magnifico Angelo Galeoto, Regio assensu vallato: ex quo prætenditur tanquam incapacem introituum prædictorum feudalium quōdā fratrem Claudiū vti Militem Religionis Hyerosolimitanę, minime potuisse facere prædictum cōtractum; & per consequens Regius Fiscus vti successor Claudij, eos habeat. Aduersus quam prętendentiam Illustrissimus Marchio plura opponit.

1 Primo, quod in iure feudali sit communis opinio, Militem huius Religionis posse succedere in feudis.

2 Secundo, quod saltim ipse non teneatur, post-

Digitized by Google

postquam cum hærede declarato per Magnā Curiam contraxit, & cum eo, qui successor per communem opinionem h. betur; & si aliud prætendatur, excusetur Illustrissimus Marchio.

Tertio, quod actio Regio Fisco remaneat contra magnificū fratrem Claudium, eiusq; hæredes pro annatis per ipsum exactis; & pro pretio capitalis est consultum, postquā sunt conuersi in emptionem, & extant: qui hæredes, vel alij opponere multa possunt vltrà primam conclusionem, vel deductionem pro vita militia ipsi competente, vel ad pretium, quod sit burgensaticum, non autem feudale.

Quoad primam exceptionem dico maio-
3 ri numero *Scribentium*, & maioris authoritatis, eam esse aporobatam, *vt Bal. dicit in cap. 1. de vassall. milite qui arma bellica deposuit, num. 4. in ver. sed quid de militibus gaudentibus, Aluarotus ibidem num. 9. Prapositus num. 2. in fine, ibi quaero an si miles arm. militia, Afflict. ibidem in fine, in verbo secundo quarit quid de militibus gaudentibus, Capicius inuest. feudali, in verbo feudatary habiles, fol. 246. col. 1. Iacobi. etiam in inuest. in verbo dictiq; vassalli promiserunt non committere feloniam, num. 41. qui simpliciter Aluarot. refert, & ad eum se remittit; Curtius omnino videndus in tract. feudali, in 3. parte, in quaest. 10. nu. 29. qui allegat Barbat. idem tenentem in rub. de feudis, in 3. col & rogo videatur Ioannes de Neuizanis in cons. 30. in princip. & num. 4. per totum, qui allegat Michaelem Burium & Petrum Rauennantem, & Berdachin. & alios, & subdit, quod ita fuit pluries iudicatum, & seruatum in feudis, ibi in Ducatu Sabaudiæ, Ludouic. de Molina in tract. de Hyspan. primog. lib. 1. cap. 13. num. 98.* dicit Milites Alcantaræ, & Calatrauæ succedere in feudis, & maioratibus: & dum loquitur de militibus Hierosolymitanis, dicit, quod ex verbis maioratus in specie excluduntur; alias si expresse non diceretur, ipse præsupponit, quod succederent. & in principali cōclusione *idem tradit Petrus Calefatus in tractatu de equestri dignitate, num. 33. Marcus Antonius Natta in cons. 507. n. 9. lib. 3.*

Quæ opinio est communis, vt apparet ex prædictis, & ex alijs per eos relatis; & licet *Cassaneus, & Bald. & aliqui moderni contrarium teneant*: nihilominus hæc est com-
4 munis, & ab Antiquis in lecturis, & tractatibus approbata, & non à fiscalibus. & ratio sat ratio, & hac de causa, & in isto casu non dicuntur clerici, & valet argumentum à cōtrario sensu, *vulg. l. 1. nu. 1. ff. de officio eius*, & à ratione cessante, *l. adigere, §. quamuis,*
6 *ff. de iure patron.* Secundo probatur, nam verba sunt intelligenda in proprio suo significatu, *l. 3. §. hae verba. ff. de neg. gest.* sed sic est, quod isti Milites propriè dicuntur laici,
7 sed impropriè clerici, *vt dicit Abbas in rubr. de regular. in fin. & in cap. quamuis de decimis, num. 3.* ergo dum lex prohibet clericos in feudis succedere, verba propriè hos milites non comprehendunt, nec ratio; meritò debent succedere: & ratio est, quod in his non mutatur status circa possibilitatem seruitij, ergo &c. Nec obstat si diceretur aliquos *Scribentes* per me relatos dicere, quod
8 hæc cōclusio procedit, nisi statuta repugnarent. nam respondeo quod in vniuerso hæc Religio habet feuda, vt videmus, & terram Graffani, & alias: si verò in particulari, an milites possidere possint feudalia, respectu paupertatis iuramenti; dico, quod in hoc casu adest dispensatio, postquā habuit Claudius dispensationem, quod possit tenere bona; licet *Doctores prædicti, vt Aluarotus* dixerint, saltim in vita militis feudatarij, Re-
9 ligionem possidere posse, super quo non insisto, an procedat, cum non sit opus, stante dispensatione.

Nec etiam obstat, quod non possit quem
10 esse hominem ligium duorum, *vt glo. in §. deniq; in clement. pastoralis, de sententia, & re iud, in verbo de more, & notat Capicius in decis. 162. & inuest. feudali, in ver feudorū homagia*, & sic cum sit obligatus Religioni propter iuramentum, non potest esse feudatarius, & sic teneri ad aliud iuramentum, *vt in titulis de forma fidelitatis, & de noua forma fidel. & qualiter vassall. iurare debeat fidel. cum ibi notatis per Andream, & alios, & in constit. domini à vassallis, cum simil.* quia
11 responsio est satis clara. Primo dico, quod potest quis esse ligius vnius, & feudatarius alterius, nam differt iuramentum ratione feudi, & ratione, quod quis sit ligius: nam in primo casu amitteret feudum tantum, non autem alia bona si fieret delictum; in secundo casu omnia, *vt in dicta elem. pastoralis, & Capicius dicit in dicta decis. num. 11. 12. & 13. cum seq.* vt videmus, quod multi in hoc Regno sunt vassalli respectu feudi, nō autem originis; & per consequens potest stare vtrumque.

Secundo dico, quod adest dispensatio Religionis, quo casu cessat omnis scrupulus: quæ opinio licet ex prædictis appareat bene fundata, & si haberet difficultatem, quæ non

Digitized by Google

adest, postquam est communis, & in hoc facto habet dispensationem, quod possint bona à fratre Claudio teneri, & possideri, & alienari; tamen cum tempore, quo fecit cōtractum prædictum Illustrissimus Marchio, Claudius erat in possessione dictorum introituum, & iam declaratus erat hæres magnifici Detij eius fratris, omnium bonorum: & sic si ei solui, & ipse affrancauit, Illustrissimus Marchio ad nihilum tenetur; & si actio remaneret Regio Fisco, competeret aduersus ipsum Claudium, eiusq; hæredes, postquam
32 est liberatus is, qui soluit hæredi possessori, *vt facilit notata per Bar. in l. si vrbana præd. ff. de condit. indeb*, & de eo, qui contrahit cū
33 illo, qui habetur vt filius familias, quo actus teneat, *probat l. 3. ff. ad maced. & facit l. Barbarius, ff. de offic. prætoris*, sic de marito putatiuo, *l. si cum dotem, § final ff. solut. matrim.* & *Bar.* loquitur in casu nostro, quādo esset confirmatus quis per sententiam,
34 quæ esset nulla; tamen qui soluit, est liberatus: & ponit exemplum de Rectore intruso, &
35 nulliter per sententiam confirmato, quod ei soluens, consequitur liberationem, vt de eo, qui soluit tutori, *l. quod si forte, num. 1. ff. de solut.* in hoc casu non potest dici, quod sit ignorantia iuris, sed facti, postquam communi consensu, & sine dubio dicunt *Doctores* hos milites succedere, & si aliquis dubitat, dicit propter illorum statuta, quæ sunt facti, & eò magis excusatur propter dispensationem, & propter decretum præambuli, & ex his duabus exceptionibus Illustrissimus Marchio defenditur, dicendo, quod contra Claudium, & hæredes remaneret actio.

Et pro eis dico, quod saltim debet sine
36 dubio deduci vita militia ei competens licet sit clericus, *vt tradit D. de Franchis, ne alios referam in decis. 20.* cuius onus tamquā fæudi transit in Fiscum, *vt tradit Andreas in cap. 1. §. quid ergo, de inuestitura, de re*
37 *aliena facta*, vbi *Loffredus* dicit, idem iudi-
38 catur, respectu dotis, quod onus est etiam fæudi, vt vita militia, *ibi fol. 24. col. 2. & ita sequitur Freccia lib. 2. authoritate 29. nu. 7. in verbo fallit*, nisi feudatarius, & possent prętendere pretium hoc, quod sit burgensaticum, non autem fæudale, *ex traditis per glo. in §. 11. num. 31.* in qua conclusione non insisto, cum ad defensores hæredum magnifici Claudij hoc spectet: & sufficit hæc pauca scripsisse pro Illustrissimo Marchione, ad finem, vt videatur, quod ipse indemnis debet remanere à Fisco, & ab istis. & hæc dixi licet currenti calamo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Donans sub modo, ipso non impleto duplicem habet actionem aduersus donatarium, scilicet præscriptis verbis, & conditione causa data.*

3 *Modus, & conditio æquiparātur in egressu, sed differunt in principio, num. 3.*

4 *Donans qua actione experiatur, vt repetat donata modo non impleto, distinguitur inter donationem factam ob alimenta, & ob aliam causam, & si est appositum pactum resolutiuum, vel non, num. 5. & 6.*

7 *Donatarius tenetur modum implere cum primum potest, vt non sit in mora.*

8 *Obligatus ad factum etiam nullo termino adiecto, cum primum potest implere cogitur.*

9 *Mora non purgatur post iuditium incohatum, & postquam est oppositum de implemento non sequuto.*

10 *Assecuratio ob viri inopiam non transfert dominium in vxorem, sed pignus tantum, etiam si maritus assignaret bona, & n. 11.*

12 *Promittens cedere quomodo eo ipso censeatur cedere, ad euitandum circuitum.*

13 *Promittens aliquid facere tenetur taliter facere, vt illud sit de iure validum.*

14 *Renunciatio, quæ fit ratione præcedentis donationis in remunerationem, censetur facta vtrique ex donantibus pro rata, prout ius intelligit, & num. 15.*

16 *Cessio quando censeatur abdicatiua iurium, quæ Regis assensu non eget, et quando trāslatiua, & num. 17.*

18 *Renunciare per viam repudiationis, & per viam cessionis, seu donationis valde differunt, etiam in cessione iuris quærendi, & num. 19.*

Pro hæredibus Beatricis de Sangro.

ARGVMENTVM.

De actione competenti ad resoluendam donationem modo non impleto, tam in donatione facta ob causam alimentorum, quam ob aliam causam; & quid si sit adiectum pactum resoluendi, & vtrum quo ad implendum modum mora purgari possit. De asse-

cura-

curatione dotium, & an tribuat dominium, vel solum pignus. Et de cessione, & renunciatione abdicatiua, & translatiua, illatumq; discrimine.

CONSILIVM CXX.



1 IN donatione sub modo, si modus non impletur, donans ad electionem duplicem habet actionem: vel ad cogendum donatarium, vt impleat promissa; & hæc erit actio præscriptis verbis ad conseruandum contractum: vel ad repetendum datum, tamquam causa data, non sequuta; & erit hæc actio ad resoluendum contractum, *l. dictam legem, ibi, si tibi placuerit, C. de condit. ob caus. & Salyc. in l. 2. num.* C. eod. tit. & cum donans vult repetere datum, modo non impleto potest facere; quia inspecto fine, & exitu, modus, & conditio æquiparantur, licet non inspecto principio: quoniam ita
2 resoluitur donatio, si conditio deficit, sicut si modus non impletur; sed in principio dif-
3 ferunt, quia conditio suspendit obligationē, ex qua actio non oritur, sed modus non suspendit, & interim oritur actio, præstita cautione de modo implendo, *glo. & Bal. in l. 1. C. de his qua sub modo, & And. in §. sed nec alia iustior, post num.* 40. *ver. modus*, ibi modus, & conditio æquiparantur in egressu, .i. in defectu, *qua sit prima causs. benef. amict.* Et quando donans vult repetere datum, quæ actio competat videamus; & pro veritatis indagine dico, si donatio fuit facta, vt dona-
4 tarius alat donantem; & tunc modo non impleto, fauore alimentorum donans habet vltra condictionem ob causam, vtilem reiuēdicationem: quæ actiones licet contrariæ sint, quia vna in rem, altera in personam, tamen speciali fauore alimentorum vna datur ad proprietatem ratione dominij, altera ad possessionem rei, quam non habeo, *singul. glo. in l. 1. vbi Bart. & Salyc. C. de donat. qua sub modo.* Sin autem donatio est facta
5 sub alio modo præter causam alimentorum, & tunc si in contractu est dictū, quod si donatarius non adimplet, donatio resoluatur; & isto casu competit condictio ob causam, quæ ex ipso contractu oritur, *est tex. in d. l. 2. iuncta glo. in ver. resolueretur, C. de cond. ob cau.* Si vero in contractu non est appositum pactum resoluēdi, & quia tacitè inest, quod modo non impleto, donatio resoluatur; orietur
6 tunc condictio ob causam, non ex ipso contractu, sed ex quasi contractu, seu re ipsa, & rei interuentu, *iux. glo. in d. l. 2.* Nec dicatur Ferdinandum non fuisse requisitū, vt modum impleret, vt sic in mora non fuerit: nam
7 quam primum poterat, implere tenebatur, *est tex. in l. dictam legem, ibi nec huic illa, cum posset potuit, C. de cond. ob cau.* nec interpellatio erat necessaria; nam qui aliquid facere
8 tenetur, & si nullo termino adiecto, quam primum potest adimplere cogitur, *l. hac conditio, si in Capitolium, ff. de cond. & demonstra. in specie Aym. in cons.* 191. *num.* 17. *& ibi nu.* 16. tradit, quod non audiretur pars, si vellet dicere, sum parata nunc adimplere,
9 postquam iudicium est incohatum, & oppositum de implemento non sequuto.

Non obstat si dicatur hanc condictionem ob causam tamquam personalem dari contra Ferdinandum donatarium, & non contra Fabritium, qui prætenditur detinere domum donatam, vigore assecurationis obtentæ super ea per quondam D. Victoriam, pro
10 dotibus, & antefato. Nam assecuratio ob inopiam viri non transfert dominium in vxorem, etiam si maritus assignaret bona, *Guliel. de Cun. in l. si noxal. §. deniq; de pecul. & Cap. decis.* 46. *num.* 3. quando enim per mulierem non agitur actione personali contra virum ad consignandum pro dotibus
11 bona insolutum, sed hypotecaria; tunc non dominum, sed pignus per assecurationem consequitur, *l. vbi adhuc, ibi rebus extra dotem constitutis teneri, C. de iur. dot. Bar. quē communiter ibi sequuntur in l. si constante, num.* 92. *ff. sol. matrim. & Camp. de dot.* 3. *par. quæst.* 55. & si pignus tantum per assecurationem in vxore constituitur, vt bona teneat ad se, suosque alendum; dominium, & vera possessio ciuilis in domino Ferdinando semper remansit, cum per pignus tenuta tantum transferatur: vt sic dicamus condictionem ob causam ad resoluendum contractum donationis, contra Ferdinandum verū possessorem rectè procedere.

Præterea non refragatur, quod sæpius dictum est, Ferdinandum, qui tenebatur cedere, & renunciare iura in futurum eidem deferenda per mortem patris super feudo Candelarij, & alijs feudis; eo ipso, quod recepit donationem, videri renunciasse, ad euitandū
12 circuitum: siquidem Ferdinandus receperat donationem feudorum maternorum à domina Andreana Dentice eius matre, & donationem domus habuerat à domino Ioāne patre, ea lege vt vtriq; tam patri, quam matri renunciaret, & cederet iura prędicta, quę post mortem patris eidem deferebantur: et millies, quod hæc cessio per eum conferetur facta, statim quod donationem acceptauit,

adhuc nulla esset, ob defectum assensus in feudalibus; qui enim promittit, seu tene-
13 tur aliquid alicui facere, tenetur taliter facere, quod illud validum sit de iure, *glo. Bal. & Alexand. in l. huiusmodi*, *num* 4. *de leg.* 1. *Cap. decis.* 93. *num.* 7. Et quod in hac cessione requirebatur assensus, considero quod hæc renunciatio debebat fieri Ioanni patri, & Andreanæ matri, à quibus Ferdinãdus bo-
14 na donata habuerat, & ratione præcedentis donationis in remunerationem, *iux. l. si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, ff. mand.* volebat Ferdinandus, quod vtriq; pro
15 medietate, vt ius vult, iura illa acquirerentur, *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis,* & si hęc iura pro medietate erant quærenda vtriq; patri, & matri; hæc cessio, & renunciatio non poterat esse abdicatiua iurium, quæ
16 Regis assensu non egebat: si enim fuisset abdicatiua iurium, non potuissent illa quæri, pro medietate matri, sed integra iure accrescendi fuissent quæsita hæredi q. dñi Ioannis patris, *ad not. in l. vtriq; C. quando non peten. par.* sed matri pro rata erant quærenda; cessio oportebat vt esset translatiua iurium, quæ præcedentem acquisitionem tamquam necessarium antecedens includebat: si enim Ferdinandus volebat vtrique patri, & matri iura cedenda quæri, videbatur prius illa acquirere, & demum cedere, vt hunc effectum sortiretur cessio, *ex reg. iuris, qui vult consequens, necessario vult suum antecedens.* Et
17 quod hęc cessio non sit abdicatiua iurium, sed translatiua, *Soc. in specie videatur in cons.* 34. *num.* 1. *vol.* 4. longe enim interest renuntiare per viam repudiationis, & per
18 viam cessionis, & donationis, quia primo casu acquisitio non includitur. Secundo sic *l. fuit quæstionis, de acquir hæred. Paul in l. si actione, C. de pact. & Bald. in l. pactum,* 8. *quæst. C. de collat.* & hæc procedunt non solum in cessione iuris quæsiti, sed etiam
19 in cessione iuris quærendi; quia si fit per donationem præcedens acquisitio includitur, quia non spem succedendi, sed bona hæreditaria iam quæsita, eueniente casu donare videtur, *sing. Socc. in cons.* 183. *num.* 1. & 2. 1. *vol.* Vndè si hæc cessio facienda per Ferdinandum in beneficium patris, & matris trãslatiua iurium feudalium erat, Regis assensu indigebat; qui cum non fuerit impetratus nec hodie possit impetrari, clarissimè sequitur Ferdinandum validè id, quod promiserat, non adimpleuisse: & consequenter ex modo non impleto, donationem omnino resolui.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Argentarij his temporibus qui sint.*
2 *Institor, quando obliget tabernam, & eum qui eum præposuit, de gestis extra tabernam.*
3 *Bancherij, seu argentarij possunt recipere pecunias depositandas in eorum banco, non liberandas, nisi adimpletis aliquibus conditionibus.*
4 *Bancum loco non circumscribitur.*
5 *Locus non habetur in consideratione in ijs, qui contraxerunt contemplatione negotiationis mensa, sed sola inspicitur negotiatio.*
6 *Apoca, quæ per bancherios acceptantur, licet eas in libris banci non describant, debent describi, & tenētur deputati, & fideiussores pro quantitatibus in illis contentis.*
7 *Banci librorum ad fidem tunc recurrendũ, si aliter veritas haberi non potest.*

Pro Bernardo Olgiatti Banchе-rio, cum Marchione sancti Erami.

ARGVMENTVM.

Contrahens quoquomodo cum banchеrio, vti bancherio promissionẽ, siue acceptationem faciente; num obliget bancum si sit facta extra locũ banci; nec in banci libris descripta.

CONSILIVM CXXI.



IN causa magnifici Bernardi Olgiatti, cum Ill. Marchione Sancti Erami (pręsupposito facto) de duobus principaliter (meo iudicio) cõtingit dubitari, ex quibus vera huius causæ decisio patebit.

Primum est, an Bernardus soluens magnifico Augustino Belmusto publico Bancherio Cosentino, vt publico Bancherio hic Neapoli degenti, & acceptationem facienti; mensam argentariam Cosentinam, obligatam habuisset de illa Bancherij acceptatione, quãuis facta extra locum, in quo mensa argentaria exercetur?

Secundum, & vltimum erit, an illa acceptatio

ptatio hic ab Augustino tanquam publico Bancherio Cosentino facta, obliget Bancum, etiam non descripta in libris Banci?

Ad primum deueniendo, iuridice sentio Mensam argentariam Cosentinam obligatam fuisse, quamuis Augustinus hic degens, illius pecuniæ depositum à Bernardo factum soluere cum cōditionibus in eo appositis suo loco, & tempore acceptasset. Et in primis cōsidero, quod quemadmodum isti Bancherij,
1 seu argentarij (ita enim olim appellabantur) mensam, seu banchum habent, in quo eorum exercent officium, *l. Prætor ait, in princip. ff. de edendo.* ita, & institor ab aliquo præpositus habet tabernam, cui præpositus est, *l. nam, & plerique, ff. de instito. actio.* Sed
2 institor obligat tabernam, & illum, qui eum præposuit, de gestis extra tabernam, & in alio loco, *iuxta dispositionem tex. in l. 4. ff. de instit. actio. quem tex. obsecro Iudices reuideant, & in l. cuicunque, §. sed & si tabernarius, ff. eodem,* quoniam locus non inspicitur ad tabernam obligandam; sed tantum si eius rei gratia, cui præpositus fuerit, contractum est, *prout dicti Iureconsult. verba in supra alleg. l. cuicunque, §. non tamen, & l. fin. ff. quod cū eo, & Bar. ac oēs Docto. in his locis declarant.*

Cum igitur institor obliget tabernam, ac eius præpositum; quamuis extra tabernæ locum præfixum aliquid faciat, dummodo eius rei gratia, cui præpositus fuerit illud faciat: Augustinū Belmustū Bācheriū potuisse facere vnusquisq; cōfitebitur, postquā actū spectātē ad Bāchū fecit, q̄a pecuniā recepit depositādā in suo bāco, & nō liberādā, nisi quibusdā
3 adimpletis conditionibus. Et inter alia, bancheriorum, seu argentariorum officia olim erat hoc præcipuum, *prout ex Budeo, in l. si hominem, §. vltimo, ff. depositi, & Hotomano in comentario de verbis iuris, elicitur,* & hodie in nostris bancherijs vsu receptum esse quotidie videmus.

4 Denique cogitaui Banchum loco non circumscribi, sed continere, ac amplecti potius totam negociationem, *vt dixerunt magistraliter Bar. Paul. de Cast. & cæteri Scribentes in l. cum pater, §. mensa, ff. de legat. 2. Sed melius declarauit hoc idem Bar. in rubr. de iur. Fisci n. 13.* dicens, quod mēsa est tota negotiatio, potius quā locus, vbi mensa tenetur: vnde omnes, qui contraxerunt contēplatione dictæ negotiationis, sunt creditores
5 Banci, nulla habita ratione de loco, quia sola inspicitur negociatio *ex regul. tex. in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut. actio. & in istis proprijs terminis nostris loquitur Paul. de Castr. magistraliter in cons. 185. 1. parte, post num. 3. vers. in casu autem præposito,* Bernardus itaque cum contraxisset cum Augustino tanquam publico Cosentino Bancherio, contemplatione illius negociationis contraxisse videtur, *ad tex. in l. vltima, ff. de instito. actio. & ibi notant Scribentes,* & sic per supradicta statim habuit mensam argentariam obligatam, cui magis creditur, quam Augustino, *ad tex in d. l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut. actio.*

Ad secundum, & vltimum deueniendo, sine difficultate aliqua concludo illam Augustini acceptationem obligasse banchum, etiā in eo non descriptam, & hoc per tres rationes principales.

6 Prima est, quia cum fuisset munus Augustini illam acceptationem scribere in codicibus Banci Cosentini, *ex regul. tex. in l. argentarius, in fin. ff. de edendo.* Vnde dicebat *Bar. in l. quadam, ff. de edendo, num. 2. ex omnium Docto. mente,* quod eo ipso, quod quis vadit ad argentarium, seu nūmularium, & apud eum pecuniam deponit (quemadmodum est casus noster) vel aliquid aliud cum eo gerit; videtur sibi mandare, quod de hoc rationes conficeat: dum non scripsit, male administrauit, & per consequens, fideiussores de illa mala administratione tenetur. Vnde non mirum si pluries per circumspectum quond. Dominum Regentem Salernitanum, aliosque Dominos Iudices prouisum extitit, apocas per Bācherios acceptatas, & in libris banci non descriptas, debere describi: & consequenter fuerunt condemnati deputati, ac fideiussores ad quantitates in apocis contētas, prout extant in actis quamplura decreta.

7 Secunda sit ratio, quia tunc est necessarium ad fidem librorum banci recurrere, quando aliter veritas haberi non possit, *authore Iureconsul. in l. quadam sunt persona, §. nummularios, in fine, ff. de edendo,* non autem quando probatio clarissima habetur, & veritas elucescit, prout in casu nostro, in quo Augustini Bancherij veram promissionem, ac acceptationem habemus; quæ, & si controuersa sit opinio, *in l. singularia, ff. si cert.*
8 *petat.* num cedat loco solutionis? attamen in tota Italia vigere consuetudinem, vt habeat illa promissionem solutionis, dicitur *in Decis. Genuæ 4. num. 10.*

Tertia, & vltima ratio sit, quod si non esset vera supradicta conclusio, esset in potestate Bancherij cum eo contrahentibus præiudicare, aliquos describendo, aliquos non; & sic deciperentur. Quod non est, neque dicendum, neque credendum, *argumento l. si quis in conscribendo, C. de pact.* & ista ratione vltima motus *Paul. in supracitato loco*

JN m 3 huic

huic opinioni se subscribit.

Reassumendo itaque, quæ breuiter retuli, Dico, quod Augustinus ex illa acceptatione hic facta, etiam in mensa argentaria non descripta; obligauit Consentinum Banchum, & eius fideiussores: & per consequens Bernardus omnia ad quæ tenebatur adimpleuit, iuxta intentionem Augustini laudati, qui solutionem ipsius Banco direxit, & Antonij, cui fuit directa solutio. Cum igitur adimpleuerit omnia, ad nil amplius tenetur, & à Domini Marchionis petitione absolui debet, quemadmodum ita iudicaturos Doctissimos Iudices proeul dubio spero, cum ita iuris sit; quia (ex prædictis) aduersatur iudicio Domini Hieronymi Grimaldi, in quo pars se fundat.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli officium comprehendit iura Portulania.*

2 *Cognitio vendentium cum falsis mensuris, & ponderibus spectat ad baiulum.*

3 *Vsus declarat priuilegium ambiguum.*

4 *Consuetudo interpretatiua inducitur per spatium decem annorum; etiã si præscriptio immemorialis requiratur contra priuilegium.*

5 *Petitio ad cautelam, & dubitationis tollenda causa, nõ præiudicat iuribus possessionis.*

6 *Dictio (aliquid) resoluitur in vniuersalem, si præcedat dictio negatiua.*

7 *Possessio centenaria, seu immemorialis, dat titulum verum, non fictum.*

8 *Pragmatica edita thori, an habeat locum etiam in titulo ficto.*

9 *Constitut. constitutionem diua memoria nõ comprehendit priuilegium præsumptum, sed bene locum obtinet in priuilegio iuris resultante ex possessione centenaria.*

10 *Inuestitura legalis inducitur per quadragenariam possessionem saudi cum præstatione seruitij.*

11 *Titulus, qui præsumitur ex possessione est allegandus, alias non sufficit possessio.*

12 *Possessio diuturna si non sufficit ad obtinendum in petitorio, sufficit ad manutenendũ possessorem in possessione.*

13 *Possessio cum titulo generali sufficit ad conseruandum in possessione, etiam si ius resistat.*

14 *Possessio quadragenaria cum titulo æquiualet immemoriali possessioni, & de intellectu cap. cum persona, de priuilegijs in 6.*

Pro Ciuitate Barij.

ARGVMENTVM.

Baiulatio concessa an tribuat etiam ius Portulaniæ. Vsus longeuus interpretatur priuilegium. Possessio immemorialis, siuè contraria an habeat vim tituli veri, & specialis, & quod eandem vim habeat possessio quadragenaria cum titulo generali; verum vbi longeua, vel quadragenaria præscriptio non sufficit quoad titulum, an saltim iuuet quoad possessionem conseruandam.

CONSILIVM CXXII.



PRÆSVPPONITVR in facto, quod Ciuitas Barensis ab immemoriali tẽpore fuit, prout est, in pacifica possessione, seu quasi exigendi iura Portulaniæ, & super ea iurisdictionem exercendi; & proinde quolibet anno deputauit personas, quæ exercuerunt iurisdictionem super dictis iuribus Portulaniæ, vt ex pluribus testibus tam de visu ab anno 1550. quam de auditu, & fama publica, per quadraginta annos.

Et vltra testium depositiones producta etiam fuerunt acta facta per deputatos dictę Ciuitatis circa concernentia officium prædictum.

Ex quibus apparet nedum præsumptiue, quod Regius Portulanus numquam se intromisit in officio iam dicto, quod probatur contrario non probato; sed etiam per Ciuitatem fuit probata possessio affirmatiua, & implicite negatiua ex depositione dictorum testium.

Et dum voluisset Regius Portulanus in anno 1578. innouare, fuit habitus recursus ad Regiam Cameram, per quam fuerunt expeditæ prouisiones, quod transmitterentur acta, & interim nihil innouaretur; & quia non desinebat infestare dictam Ciuitatem fuit opposita exceptio *Regia Pragmatica edita thori in* 1. *&* 2. *cap.* quæ claudit os Iudici, & parti; & sic fuit datus terminus super concernentibus ipsam exceptionem *Regia Pragmatica* oppositam: & cum verificata sit possessio temporis præsentis, ac etiam respectu temporis editæ pragmaticæ in an-

no

Digitized by Google

 eo 1505. omnino sit Ciuitas prædicta ab iniusta vexatione liberanda demonstrabitur.

Quantum attinet ad titulum, Ciuitas ipsa produxit priuilegium Regis Ferdinandi, qui in anno 1564. concessit Ciuitati prædictæ baiulationem cum banco iustitiæ, & omnibus eius membris, sub qua baiulatione cō-
1 prehenditur iurisdictio Portulaniæ, tamquā membrum dictæ baiulationis. Et quod sit membrum baiulationis *probat tex. in const. locorum baiuli, sub rubr. de cognit. causa coram baiulis*, vbi dicitur, quod ad eos spectat cognitio omnium causarum realium, & personalium exceptis feudalibus. Et *Andr ibi* dicit, quod quando secreti vendunt, vel concedunt baiulationem venit iurisdictio, quam ipsi secreti habent. Quanto magis in casu nostro, in quo fuit concessa à Rege cum banco iustitiæ, & omnibus membris eius, *idem probat tex. in constit. ad officium baiulorum, sub rubr. de officio baiulorum, idem præsupponit Andr. in constit. Regni, ad legitima pondera, allegando capitulum Caroli Primi, quod incipit, Prædicti secreti*, in quo dicitur, quod pœna vendentium cum ponde-
2 ribus, vel mensuris falsis spectat ad baiulum; quod non potest esse alia ratione, nisi quod sit membrum baiulationis, quę habet etiam alia membra sub se, prout est iurisdictio ponendi assisiam operariorum tempore messium, & vindemiarum, *vt in constitutione magistros mecchanicarum*, vbi *Afflictus* dicit, quod licet male seruetur, tamen debet seruari: & quatenus in hoc caderet aliqua difficultas, illa tollitur ex possessione; siquidem Ciuitas ipsa deputauit semper quatuor personas expertas ad cognoscendum de cōcernentibus officium Portulaniæ intus Ciuitatem, & quatuor alios pro cognoscēdis differentijs extra Ciuitatem per eius territoria, vt plenissime est verificatum, & deponūt omnes testes prædicti.

Ex quorum dictis colligitur non solum deputato, sed etiam exercitium dictæ iurisdictionis à tempore immemorabili: & licet de prædictis fuerit summariè cognitum, & non scripto, ad euitandum expensas; nihilominus in causis alicuius importantię fuerunt facta aliqua acta, quæ similiter sunt producta. Ex hoc visu apparet declaratum priuilegium prædictum, quod sub baiulatione fuerit comprehensa Portulania; concurrente maxime abstinentia Regij Portulani, qui numquam se intromisit in exercitio Portulaniæ
3 in dicta Terra Bari. Vsus enim, & possessio declarant priuilegium, *cap. cum dilectus, de consuet. vbi per Anton. de Butr. & Abb. nu. 7. Imol. & communiter Scriben. Bart. in l. emptor. fundi, ff. pro empto. Innoc. in c. olim ver. intellectum, de verb. signif. Abb. in cap certificari, de sepult. num. 2. Paul. qui singulariter loquitur cons. 347. nu. 14. lib 1. Aret. cons. 11. num. 6. Socc. cons. 84. nu. 15. lib. 3. idem Socc. cons. 3. num. 4. lib. 1. Bald. nu. 4. cum seq. Ias. num. 7. cum seq Dec. num. 10. & cæteri Scrib. in l. si certis annis. C. de pact. idem Bald. in cap. 1. num. 3. quid iur. si post alien. vass. feud. recupe. in vsib feud. Alcia cōs. 112. n. 11. l. 4. qui incipit Explanidar. tit. 33 p. 7. vt not. Moli. in 2. lib. de Hysp. primog. in tit. de his primog. qui ex tēp. atiq. cōst. nu. 58.* vbi hoc notabiliter ampliat procedere etiam si ad præscribendum requiratur tempus im-
4 memorabile, sufficiat possessio, seu consuetudo decem annorum; ex quo non agitur de præscriptione, sed de interpretatione, ad quā efficiendam sufficit tempus decem annorum *per ea quæ dixit Castr. in cons. 347. num. 14. & 15 lib 1. & dicit esse de mente omnium Doctorum supra citatorum.* Si igitur possessio decem annorum sufficit ad declarandum priuilegium: quanto magis in casu nostro cum habeamus quadragenariam, & immemorabilem possessionem? quod baiuli Ciuitatis Bari cognouerunt de concernentibus officium Portulaniæ, tanquam membrum baiulationis.

Nec dicatur quod in eodem priuilegio Ciuitas Bari supplicauit, quod Rex gratiosè concederet non mittere per aliquod tempus Commissarios pro purgandis locis publicis, vel destruendis ædificijs: & quod hoc non fuisset necessarium, si sub concessione baiulationis fuisset comprehensa Portulania. Quia respondetur, quod hoc fuit supplicatū ad maioris gratiæ cumulum, ad finem, vt non molestarentur illi, qui in præteritum fortè occupauerāt loca publica; vel ne in futurum prætenderet, quod dicta iurisdictio esset cōcessa cumulatiuè, & non priuatiuè; & proinde supplicauerunt, vt commissarios non mit-
5 teret. ergo talis petitio non præiudicauit, *l. qua dubitationes, ff. de regul iuris.*

Et ex prædictis patet similiter non obstare si dicatur, quod per illa verba (*non mandare per alcun tempo commissarij*) videatur gratiam fuisse temporalem; quasi voluerit, quod elapsis aliquibus annis potuisset Rex mittere commissarios. Quia respondetur quod
6 illa dictio (aliquid) licet sit particularis; tamen resoluitur in vniuersalem, si præcedat dictio negatiua (prout in casu nostro) secus vero si ponatur cum dictione affirmatiua, quia tunc restringitur ad aliquid particulare, *vt probat tex. in l. si is qui ducenta, §. vtrii, ff. de reb. dub. & proprie in vers. si illud*, ibi

illius

illius effectus est, vt neutrum fiat, & sicut nullo modo mictat, *& in vers. Et proinde quem tex. declarando Castr. dicit ibi num.* 5. quod Iurisconsultus intendit probare, quod illa dictio (quid) vel (aliquid) licet de se sit particularis, tamen aliquando soluitur in vniuersalem. Quia si dico tibi hoc modo, an eorum quæ tibi obijciuntur quid, idest aliquid feceris; & tu respondes, non feci aliquid: certe debet intelligi idest nihil. Et sic plus importat illa dictio (quid) apposita in oratione negatiua, quia vniuersaliter intelligitur, idest nihil; quam in mea interrogatione affirmatiua, in qua sumitur particulariter, idest aliquid, sic dicendum in casu nostro, quod dū supplicatur, vt non mictat Commissarios per aliquod tempus, debeat intelligi, vt nullo tempore mictat; quia illa dictio (aliquod) resoluitur in vniuersalem, propter negatiuam, quæ præcedit. Nec potuisset hoc per alia verba supplicari, quia si dixisset, *non mandare per nullo tempo* fuissent duæ negatiuæ, ex quibus resultaret affirmatiua, vt aliquo tempore mittere posset, *prout probat tex. iuncta glo. in tit. qui sint rebel. in princ.* Et quod talis fuerit mens supplicantium, ac Regis; ponderentur illa verba. *Ma lasci star ciascheduno nella sua quiete, senza molestia, & vessatione de Commissarij, & senza innouar cosa alcuna.* Et sic patet, quod nullo temporis spatio choartatur gratia prædicta, & quatenus choartaretur; deberet intelligi respectu illorum, qui ante priuilegium occupauerant loca publica: non respectu illorum, qui occupauerunt post priuilegium, & concessionem baiulationis; quia illorum cognitio spectauit, & spectat ad vniuersitatem, & proinde per eius deputatos fuit semper processum, vt supra demonstraui.

Et licet ex prædictis (ni fallor) sit fundata exceptio, & intentio Ciuitatis; nihilominus quatenus in dicto priuilegio nō comprehenderetur Portulania, saltim negari non poterit, quin ciuitas habeat titulum legalem respectu Portulani, quod probatur per possessionem immemorabilem, quæ habet vim ti-
7 tuli, & priuilegij, *ex reg. tex. in l. 2. §. idem labeo ait, ff. de aqua pluu. arcen. & l. hoc iure, § ductus aqua. ff. de aqua quotid. & æsti.* Lis fuit mota de anno 1578. possessio in contrarium fuit per annos centum retro, & sic in anno 1470. vel circa, quo tempore ante, & post regnabat idem Rex Ferdinandus; & sic cum dicta possessio habeat vim tituli, & priuilegij, ex hoc tertio capite remanet fundata intentio vniuersitatis.

8 Nec dicatur, quod *Pragmatica* dum loquitur de titulo debet intelligi de titulo vero, & non de titulo ficto *cap. cum dilectus, & cap. ad audientiam, ext. de cler. non residen.* quia respondetur duobus modis. Primo, quod titulus, qui inducitur ex dicta possessione centenaria, non dicitur titulus fictus, sed titulus verus, & certus, immo specialis, *vt dixit not. Frez. in 2. lib. subfeu. q. 28. num. 5.* qui ex hoc infert, quod licet *constit. Regni diua memoria* requirens in alienatione specialem assensum, non habeat locum in assen-
9 su præsumpto, *vt num. 3. & 4.* tamen secus esset in assensu, quod probaretur per possessionem centenariam, seu immemorabilem: quia tunc non esset deducere priuilegium præsumptum, sed priuilegium certum, & speciale, probatum tamen per dictam possessionem centenariam, vel immemorabilem, quod in tantum est verum, quod licet *capitulum Regis Catholici* præstet assensum veris dotibus, tamen extenditur ad dotes confessatas, *vt per Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 57. lit. H.* quia licet modus probandi sit fictus, tamen titulus dotis est verus. Et licet
10 *constit. Regni quadragenalem*, statuat quod nulla possessio noceat Fisco in rebus incorporatis, nisi possessio centum annorum; tamen si possidens allegat inuestituram, & probat eam per possessionē triginta annorum cum præstatione seruitij inducitur inuestitura legalis inducta per dictam possessionem, quæ sufficeret ad excludendum Fiscum, *vt dixit Andr. in d. const. quadragenalem, & in cap. si quis per triginta, si de feud. fuer. contro. in cap. 1. de capi. Corrad. & in constit. si dubitatio, & per Afflict. in d. const. qua-*
11 *dragenalem, num.* 7. vbi etiam aduertit, quod virtus stat in opponendo de inuestitura, & sic etiam de titulo, & illum poterit probare per possessionem tanti temporis. vnde cum in casu isto constet de possessione tempore litis, & tempore æditæ *Pragmaticæ*, constet etiam de titulo hominis, item de titulo legis probato per possessionem centenariā, quæ cadit sub dominio eiusdem Regis Ferdinandi; proinde debet prouideri magnifico Magistro Portulano obstare exceptionē *Regia Pragmatica*, & Ciuitatem Bari molestari non posse.

Et quatenus ista non sufficerent ad obtinendum in exceptione *Pragmatica*, prout sufficientissima sunt; saltim negari non debet,
12 quin sufficiant pro conseruanda vniuersitate ipsa in possessione, in qua reperitur, *per ea qua dixit Innoc. in cap. innotuit, de eo qui ord. fur. suscc. quē refert, & sequitur Felin. in cap. si diligenti. 2. col. de præscript. qui allegat Imol. & Innoc. in cap. 2. vlt. col. de in integ. restit. & late per Capyc. decis. 209. maxime*

xime nu.18.& per Abb.in cap.1.vt lit. pend. Immo si possessio esset recens, dum allegatur priuilegium & disputatur de validitate ipsius, vel si fuit concessa Portulania sub concessione baiulationis, vel per aliud priuilegium, siue titulum legalem, probarum per possessionem centenariam; non posset interdici vsus possessionis, vel quasi, etiam quod possessio esset contra ius: & hoc vltimũ secundum eum est notabile, & dicit ei videri *tex. optimum in cap. cum persona, de priuileg.*
23 *in 6.* vbi habens possessionem, & generalem titulum conseruatur in possessione etiam quod ius resistat, *vt latissime per Capyc. decis.* 189. tantomagis, quod si essemus in iudicio petitorio, adhuc ex prædictis vniuersitas veniret absoluenda; etiam quia vbi adest titulus, sola quatrigenaria possessio sufficit, *vt per Molin. in tract. primogenit. lib. 2. cap 6 num. 52.*
24 qui dicit quod vbi requiritur immemorialis possessio sufficit præscriptio quadraginta annorũ cum titulo *per tex. in d. c. cum persona, §. qui si tales, & tex. in cap. 1. iuncta glo. de præscript. in 6. vbi etiam communiter Scribentes.* Accedat prædictis, quod Regius Magister Portulanus, & eius prædecessores à tempore immemorabili nunquam se intromiserunt in Portulania Ciuitatis Bari, quod solum sufficere deberet ad obtinẽdum: quod postquam nunquam exercuit, non molestet ciuitatem, nec eius ciues, *prout in simili dicit tex. in l. locatio alias licitatio, §. earum rerum in princ. ff. de public.* Cætera suppleat Religio Dominorum Iudicantium.

Camillus de Medicis,

SVMMARIVM.

1 *Debitor legando creditori, censetur id facere animo compensandi cum debito necessario.*

2 *Hæres debitoris ex causa necessaria similiter legando creditori censetur habere animum compensandi.*

3 *Creditor administrans bona debitoris præsumitur sibi soluere.*

Pro Io. Francisco Carrafa, contra Helionoram Carrafam,

ARGVMENTVM.

De legato facto creditori animo cõpensandi cum debito necessario; & quod dicatur debitum necessarium.

CONSILIVM CXXIII.



PETIT Domina Helionora Carrafa annuos ducatos ducentũ quinquaginta ab anno 1535. vsq; nunc sibi debitos pro iure legitimæ, & dotis de paragio per Comitem Ioannem Franciscum, & ab anno 1554. petit alios ducatos 150. sibi legatos cum alimentis per dictum Comitem Ioannem Franciscum: & ab vtraque partita D. Franciscum Carrafam esse absoluendum ex infrascriptis concludo.

Primum verum est ab anno 1535. vsque ad præsens tempus Dominam Helionoram fuisse alitam, vestitam, medelas recepisse necessarias de bonis Comitis debitoris, & ab anno 1535. vsq; ad annum 1554. tenuisse quatuor mulieres alitas, & vestitas de bonis Comitis, & easdem nuptui tradidisse cum dote ducatorum ducentum, & centum quinquaginta pro qualibet; & has mulieres seruiuisse tantum Dominæ Helionoræ constat, quia vsque ad annum 1554. vixit vxor Comitis, quæ alias mulieres pro eius seruitio tenebat. Fit inde Dominam Helionoram, quæ ab anno 1535. vsque ad annum 1554. debebat tantum consequi ducatos ducẽtum quinquaginta singulis annis, & habuit annua alimenta, pro se, & seruis vestitum, & alia necessarias, & dotes seruarum, quod testes dicunt ascendere ad annuos ducatos quingentum, & plus: remanere debitricem potius, quam creditricem, & hoc vt dixi ab anno 1535. vsque ad annum 1554.

Secundum ab anno 1554. citra Domina Helionora prætendit vltra annuos ducatos centum quinquaginta cum alimentis sibi legatis. Sed aduertatur, quod ab anno 1554. citra non potest prætendere nisi annuos ducatos centum quinquaginta cum alimentis tantum; nam debitum ducatorum ducentum quinquaginta, quod debebatur per Comitẽ Helionoræ, erat debitum necessarium pro iure legitimæ, & dotis de paragio, quod debitum necessitate iuris Comes tenebatur
1 soluere: & proinde dum Comes debitor necessarius in ducatis annuis ducentum quinquaginta, legauit annuos ducatos centum quinquaginta, & alimenta; hoc legatum censetur factum animo compensandi cum debito præcedenti, *est tex. in l. si cum dotem, §. si pater ibi Bar. cæterique, ff. solut. matr. Bar. Ias. Dec. & alij, in auth. præterea, C. vnde vir. & vxor Afflict. decis. 44. Menoch. de præsumpt. l. 4. cap. 109. num. 23. & 25. Rola. de*

Digitized by Google

de lucro dotis, q.96.D. Capyc. dec. 180. Card.
1 *Mantica de coniect.l. 10. tit.2.* ² & adeo est vera hæc opinio communis, quod non solum debitum dotis, & legitimæ reputatur necessarium in patre, qui necessitate iuris est
2 astrictus filiam dotare: sed etiam reputatur necessarium in hærede, qui licet adeat hæreditatem ex voluntate, tamen quia semper attenditur originalis titulus debiti necessarij, quod si hæres legauerit creditori quod legatum cedit animo compensandi cum debito necessario, *Aymon omnino videndus in cons. 131. num. 14. quidquid voluerit Corn. cons. 292. lib.* 1. quare ab anno 1554. infra Helionora non potest amplius prætendere annuos ducatos ducentum quinquaginta, sed tantũ annuos ducatos centum quinquaginta cum alimẽtis, *& aliqua per cundẽ Crau. cons. 149. Ruy. cons. 60. 79. et 136. lib. 2. Corn. cons. 115. lib. 4.* & ab anno 1554. infra, ante, & post, verum est Dominam Helionoram administrasse omnia bona Comitis, & in eius posse peruenisse omnes introitus, & sic sibi satisfecit;
3 quia satisfieri sibi potuit, & præsumitur fecisse, *l. sed si damnum, §. peculium, vers. nam, & eleganter, ff. de pecul. & ibi Angel.* tradit quod si administrator est creditor illius, cuius bona administrat, præsumitur suum exigisse *Afflict. refert. & sequitur in decis. 13. num. 6 Crauetta cons. 129. num. 5. lib. 1. Neuizan. cons. 57. num. 11. Borgn. de tutor. & curat. par. 1. num. 18. Menoch. lib. 3. de præsump. cap. 135. num. 13.* idque negari non potest, quia ipsa varias expensas faciebat, nuptui tradidit quamplures seruas cum dotibus magnis, munera quamplura, & magni momenti fecit cũ pecunia Comitis: quid aliud est hoc nisi videre Helionoram ad libitum disposuisse de bonis Comitis, & consequenter sibi satisfecit.

Camillus de Medicis.

8 Adde *Cons. de Anna in addit. ad sing. 310. Anna patris.*

SVMMARIVM.

1 *HÆres pro portione hæreditaria dominiũ sibi acquirit adeundo.*

2 *Legatarius vltra actionem personalem habet tacitam hypothecam in bonis hæreditarijs.*

3 *Secundogenitus in feudo empto per patrem habet electionem consequendi partem pratij, vel vitam, & militiam, & ratio quare debeatur ista pars pratij num. 8. 9. & 10.*

4 *Secundogenitus pro consequenda parte pratij vtrum habeat actionem personalem tantum, vel etiam desinente primogenito possidere feudum, etiã actionem in rem scriptã contra possessorem, & num. 8. cum sequ.*

5 *Hæres tenetur actione personali soluere debita defuncti.*

6 *Hæres rogatus restituere hæreditatem fideicommissario accepta pecunia, dicitur illam pecuniam percipere iudicio testatoris, & in quartam sibi imputat, & soluens dicitur fideicommissarius hæres, & num. 22.*

7 *Aes alienum prius ante detractionem quartæ, & solutionem legatorum est detrahendum.*

11 *Pars pratij debita secundogenito in feudo empto per patrem, dicitur onus intrinsecũ ipsi feudo, & vt tale sequitur rem, quæ si non præstatur in corpore, præstatur in æstimatione.*

12 *Legitima debita super feudo potest peti à possessoribus, si non reperiuntur tot bona penes hæredem. quot sufficiunt.*

13 *Legitima, quæ non potest præstari super feudo, quia indiuisibile, præstatur in æstimatione.*

14 *Vita, & militia debetur secundogenito, etiã quia exclusus à portione feudi; & pro eo vti onere, quod inest ipsi rei, agi potest contra possessorem, ex declaratione Roberti Regis.*

15 *Paragium debetur actione personali, non autem hypothecaria; verum in subsidium peti potest actione in rem scripta contra possessorem.*

16 *Obligatio omnium iurium, & nominum, vtiles actiones etiam hypothecarias in creditorem transfert.*

17 *Obligatio iurium idem operatur quod cessio.*

18 *Ratificatio fit magis facto, quam verbis.*

19 *Nomen debitoris exactum, vel remissum omnino extinguitur.*

20 *Debitor potest soluere eius creditori immediato, non præcedente denuntiatione creditoris mediati, vel altero ex tribus contentis in l. 3. C. de nouatio.*

21 *Verba (volo, mando, & rogo) fideicommissum inducunt.*

23 *Aditio loco solutionis habetur.*

24 *Actio directa, & vtilis sunt diuersæ, adeo vt extincta directa, vtilis non sit sublata.*

25 *Creditor effectus hæres debitoris fingitur hæreditatem sibi soluisse, & tanto minus in hæreditate reperitur.*

26 *Tex. in l. nomen C. quæ res pign. procedit in vera, & reali, non autem in ficta solutione.*

27 *Debitor cedens iura, & nomina non potest confiteri sibi solutum fuisse in præiudicium*

cess.

ceſſionarij, nec poteſt paciſci, nec remittere, & num. 28. & 29.
30 *Pecunia, qua emitur feudum nouum, ſi non eſſet expenſa, reperiretur veriſimiliter in arca tempore mortis.*
31 *Pecunia eſt res mobilis. &*
32 *Connumeratur inter eas res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
33 *Declaratur hoc tripliciter, & nu. 34 & 35.*
36 *Pars pretij an debeatur ſecundogenito pro quantitate, qua fuit feudum emptum, vel æſtimatio, ſeu valor ipſius acſento tempore mortis.*
37 *Pars pretij an debeatur ſecundogenito etiam in feudo donato patri ob ſeruitia.*
38 *Iſern. decidit quæſtionem, quod pars pretij debetur acſento valore tempore mortis, implicitè reſpondendo quæſtioni principali.*
39 *Pars pretij differt ab æſtimatione, & valore feudi.*

Pro creditoribus Caroli de Alagna.

ARGVMENTVM.

DE parte pretij competenti ſecundo genito in feudo empto per patrẽ; & vera ratione quare illa debeatur, deducta ex principijs iuris Romani de collatione bonorum. Quod talis pars pretij ſit onus intrinſecum feudi, pro qua nedum competit actio perſonalis, ſed etiam in rem ſcripta contra poſſeſſorem in ſubſidium; ad inſtar vitæ, & militiæ, & legitimæ debitæ ſuper feudo: Quid etiam in paragio. De creditore adeunte hæreditatem ſui debitoris verum eſtinguatur nedũ directa actio, ſed etiam vtilis quæſita creditori ipſius hæredis, mediante obligatione iurium, & nominum; Et an aditio dicatur vera, vel ficta ſolutio; & tandem an, & quando debitor poſt ceſſionem poſſit confitendo, vel aliter, præiudicare eius creditori ceſſionario.

CONSILIVM CXXIV.



MARCVS Alagna in anno 1554. equis portionibus inſtituit hæredes Rinaldum, & Carolum eius filios, voluitque quod ſi vnus haberet ciuitatem Motularum per eũ emptã d. 40. m. alter haberet du. 40. m. Quia tamen Rinaldus primogenitus habuit ciuitatem Motularum, Carolus debebat cõſequi duc. 40. mil. in hæreditate Marci; & hoc nomen debitoris quampluribus creditoribus obligauit.

Demum in anno 1464. Rinaldus moriens inſtituit hæredes Liuiam, & Laudoniam eius filias: & conſiderans quam onuſta erat eius hæreditas diuerſis oneribus, & quia debitor erat Caroli in duc. 40. mi', de quibus prætendebat intereſſe; rogat filias vt ciuitatem Motularum, & totam eius hæreditatẽ cederent Carolo, qui remittendo eius creditum aſſumeret onus ſatisfaciendi omnibus creditoribus, & ſolueret prædictis filiabus duc. ſexdecimmille vj. octomille pro qualibet.

Mortuo Rinaldo eius voluntas ad vnguem exequitur, quia die 7. Iulij 1565. eodem inſtanti fiunt tres contractus, qui verè vnicus fuerunt. Filiæ approbant teſtamẽtum Rinaldi patris. Secundo cedunt ciuitatem Motularum Carolo. Tertio cedunt totam hæreditatem Carolo, qui vltra quod aſſumpſit onus ſatisfaciendi omnibus creditoribus, promiſit dictis filiabus duc. octomille pro qualibet.

Prætendunt nunc creditores Caroli, habentes omnia eius bona, iura, & nomina obligata, in portione illi tangente duc. 40. m. in hæreditate Marci debere ſatisfieri, & cæteris creditoribus Rinaldi, ac eius filiabus eſſe præferendos. Ex aduerſo filiæ Rinaldi opponunt hoc nomen debitoris duc. 40. mil. debitum Carolo eſſe extinctum per tacitam ſolutionem, ſeu quietationem, ex quo Carolus recepit omnia bona Rinaldi, & totam hæreditatem ipſius, tacitè remittens eius creditum; quod cum dictis bonis videtur omnino ſolutum. De tribus nunc erit quærendum.

Primo quæ iura habebat Carolus pro duc. 40. mil. in hæreditate Marci.

Secundo quomodo eius iura fuerunt trãſlata in eius creditores.

Tertio, ſi ex illa ceſſione hæreditatis Rinaldi, quã Carolus recepit, ſit extinctũ hoc nomen debitoris duc. 40. mil. & ſi potuit extingui in præiuditium eius creditorum.

Ad primum dico, Carolum in hæreditate Marci ex tribus iuribus poſſe duc. 40. mil. conſequi. Primo medietatem allodialium tunc, & nunc exiſtentium, in ſumma duc. 12. mil. Carolus conſequitur iure dominij; quia colla-

cohæres insimul cum Rinaldo, & iam adiuit
hęreditatem patris, propter quod dominium
pro medietate sibi acqsiuit, *l. eũ hares, ff de*
1 *acq. poss.* Secundo in restanri medietate allo-
dialium Rinaldo cohæredi competenti, Ca-
rolus vigore legati paterni habet tacitam
hypothecam; cum pro legato, vltra actioné
personalem hypotheca tacita in bonis hære-
2 ditarijs detur, *l. 1. C. commu. de leg.* Tertio
Carolus habet partem pretij, quo ciuitas
Motularum per patrem empra fuit: cum cla-
rum sit secundogenitum in fæudo empto per
3 patrem habere partem pretij *Luc. in l. 1. col.
4. vers. sed certe, C. de impon. luer. descript.
Andr. in §. praterea ducatus, in addit. de
prob. fæud alien. per Feder. & ibi Loffr.* tra-
dit habere electionem, vel petendi vitam,
& militiam, vel partem pretij. Et in hoc in-
cidit quęstio si pro recuperanda parte pretij
solum competat actio personalis contra pri-
4 mogenitum, vel eo desinente possidere fæu-
dum, in subsidium sit etiam in rem scripta
contra possessorem: & quamuis nunc non
esset opus discurrere hunc punctum, quia
pro parte pretij agitur contra filias hære-
des Rinaldi, quæ habuerunt ex pretio ciui-
tatis Motularum duc. 16. mil. ex dispositio-
ne Rinaldi, qui eas grauauit, quod cederent
hæreditatem Carolo cum solutione dictæ
summæ, quam ex iudicio Rinaldi, & vt hære-
des ipsius receperunt. Nimium si ad dictam
5 partem pretij actione personali tenetur, ad
quam Rinaldus earum pater tenebatur, *l.
pro hareditarijs, C. de hareditarijs actionibus
& l. cum à matre, C. de reiuend.* quando enim
pecunia recipitur à fideicommissario, pro
restituenda hæreditate ex iudicio testatoris,
6 percipitur, vt in quartam hæredi imputetur,
l in quarta, vers. sed, & si accepta, ff. ad l. falci.
& si in quartam hæredi imputatur, magis
creditoribus vt hæreditaria debetur; cum æs
7 alienum prius anre detractionem quartæ, &
solutionem legatorum detrahendum sit, *l. in
imponenda. C. ad l. falcid.* Adeoquod verum
est dicere agi nunc conrra hæredes Rinaldi
ad partem pretij, & non contra possessores
fæudi.

Attamen quando ageretur contra posses-
sorem fæudi, adhuc posset teneri contra eum
posse agi: quia pars pretij, quæ debetur secũ-
dogenito excluso à portione debetur, quia
pater emendo fæudum pro se, & filijs cum
clausula iuris Francorum, vt primogenitus
succedat; diminuit patrimonium burgensati-
cum, & pretium abest ab eius hæreditate.
8 quod si non expendisset in emendo fæu-
dum, remansisset in hæreditate, & omnes
9 filij successissent; a sed quia fæudum emit,
prerium primogenito donare voluit; & ex
quo collationem non prohibuit, ex volunta-
te patris illud cum fratribus communican-
dum erit, *ita declarat Andr. in d. §. praterea
ducatus, in addit. & latius ibi Camer. car.
105. litera Q. & V.* & licet filius habendo
fæudum emptum ex pecunia patris, illud
tanquam profectitium teneretur in quartam
9 impurare, & conferre, *l. illam, C. de collat.*
tamen quia fæudum, quod de sui natura est
indiuisibile, non potest conferri; loco ipsius
10 pretium confertur, *cap. 1. vbi not. de duob. fra-
trib.*

Ex his enim fit secundogenito deberi par-
tem pretij, quia exclusus à portione fæudi:
& primogenitum teneri ad illam præstandã:
quia fæudum præcipuum habet, quod indi-
uisibile est; adeoquod pars pretij videtur esse
quoddã onus debitum occasione fæudi, seu qd
11 insit ipsi fæudo; seu (proprius loquar) onus
intrinsecum ipsi fæudo, & non extrinsecum,
& vt onus intrinsecum sequitur rem, quæ si
non præstatur in corpore, præstatur in æsti-
matione, *l. liberto, §. 1. vbi Bar. ff. de annu.
leg. l. videamus, in fin. vbi glo. ff. si cui plus-
quam per leg. falc. & glo. fin. in l. plautius,
ff. de cond. & demon. & pulebre Neapod. in
in cons. si qua mulier, ver. de bonis, post num.*
12 22. sicut dicimus de legitima, quæ debetur
etiam super fæudo, & pro ea agitur contra
possessores, si non reperiuntur tot bona pæ-
nes hæredem, quod sufficiant, *Afflict. decis.
161. à num. 7. & Gramm. decis. 90.* & si super
13 fæudo non potest præstari, quia indiuisibile,
præstabitur in æstimatione, *Guid Papa decis.
476. & 487. Scribent. in l. scimus, C de inoff.
test & late Camer. in cap. Imperialem, §. pra-
terea, car. 103. lit O.* Inde videmus vitam, &
militiam deberi secundogenito, etiam illa
14 ratione, quia exclusus à portione fæudi, *Af-
flict. decis. 43.* & esse onus, quod inest ipsi rei
tradit Andr. in constitutione Comitibus, &
proinde agi posse contra possessorem, statuit
Robertus in illa declaratione incipiente *alie-
nationis actus*. Ergo idem in parte pretij di-
camus; cũ loco illius portionis detur, à qua
secundogenitus excluditur. Pariter & ma-
gis in specie dicimus de iure Regni, fratrem
in successione parentum excludere sororem,
verum eidem exclusæ teneri actione perso-
nali assignare dotem secundum paragium;
pro quo nulla datur hypotheca super bonis,
quia illud datur loco illius portionis, à qua
excluditur: si frater desinit possidere fæudum
15 eo condemnato, in subsidium exequitur cõ-
tra possessorem, quasi quod hec actio ad pa-
ragium non sit mere personalis, sed in subsi-
dium in rem scripta contra possessorem, &
hoc

Digitized by Google

Hoc onus paragij fit onus intrinsecum, quod debetur loco illius portionis, à qua mulier excluditur, *ita pulchrè Andr. in consilit. Regni in aliquibus, 6. col. vers. quod si desinat habere feudum*. Et si hoc in paragio est de-cisum, cadem ratione in parte prerij potest teneri, eum eadem ratio militet. Ex quibus sequitur quomodo tribus clarissimis iuribus Carolus in hæreditate patris potest consequi due 40 m.

Ad secundū breuiter concludo omnino hęc iura Caroli, quæ habet in hæreditate patris fuisset translata in eius credirores hypothecarios; quia obligando omnia iura, & nomi-
16 na, vtiles actiones etiam hypothecarias in creditores cessit, & transtulit *Scriben. in l. no-*
17 *men, C. quæ res pig.* & obligando, iura cessit, cū id. m operetur in iuribus obligario, quod cessio, *glo. in l. fi. C. quand. fis. vel priuat.*

Ad tertium, quamuis ex aduerso prætendatur, quod dum filiæ Rinaldi debitoris pręcedente ipsius dispositione cesserunt eius hę-reditatē Carolo cum promissione duc. 16. m. facto & si non verbis Carolus remittendo suum creditum mediante quietatione, seu solutione in ipsis bonis, dispositionem Rinaldi ratificasse videtur, cum magis facto, quam
18 verbis ratificatio fiat. *l. Paulus, ff. rem rat. hab.* et si creditum remisit, seu sibi soluit, nomen debitoris Rainaldi alijs obligatum in
19 substantia extinctum fit, *l. fideicommissa, §.*
b *si quis rem, ff. de leg. 3.* eum possit b quis soluere eius creditori immediato, non prece-
20 dente denunciatione creditoris mediati, vel altero ex tribus, *in l. 3. C. de nouat. & l. nomen, C. quæ res pign.* Tamen, vt opposita corruant erit aduertendum, quod hæc cessio hæreditatis Rinaldi, quam filiæ Carolo fecerunt; non fuit datio in solutum pro eius credito, nec principaliter fuit facta, vt creditum ipsius solueretur, nec Carolus hoc nomen per quietationem extinxit. Si enim debitor principaliter, & vere soluisset in pecunia, vel dedisset bona insolutum creditori immediato pro eius credito; vtrique nomen debitoris extinctum esset: sed quia hæc cessio hæreditatis fuit facta ex necessitate fideicommissi Rainaldi patris, qui voluit vt Carolus esset suus hæres, & tota eius hæreditas cum oneribus in eum deuenisset; in testamento rogauit filias, vt hæreditatem illi aceeptis duc.
21 16. m. cederent. verbum enim volo, mando, & rogo, fideicommissum indueunt, *l. 2. C. commun. de legat & §. fin. instit. de sing. reb. per fideicom. relic.* & in specie quando hæres
22 rogatur restituere hæreditatem Titio accepta pecunia, quod Titius erit fideicommissarius hæres, *est tex. in l. Plautius, ff. de cond*

& demon. & l. in quartam. vers. sed si accepta, ad l. falcid. Adeoquod Carolus creditor Rinaldi, vt fideicōmissarius eius hæres euasit. Et sub his terminis proposita quæstio decidi tur, quod & si Carolus creditor Rinaldi antequam eius hæres fieret, obligauit hoc nomen creditoribus, in quos vtiles actiones transtulerit, & demum eius hæres irreuoca-
23 biliter fieret; itaquod aditione, quæ loco solutionis habetur, directa actio sibi remansa extincta fit: non tamen per hunc actum aditionis, qui fictam solutionem operatur, vtiles actiones prius in creditores translatę pereunt, sed adhuc illibatæ durant; quia vtilis
24 actio, & directa sunt diuersæ, & directa extincta, vtilis non rollitur. *sing. Paulus omnino videndus in cons. 198. incip. notandum, in fin. 1. vol. secundum nouam impressionem, quem refert, & sequitur licet falso ipsum alleget Neguf. de pignor. 1. mem. 5. par. nu. 56. vsq; in fin. rogo videatur, quia punctum decidit.* Et vltra eos considero aliam rationem quia dum creditor fit hæres debitoris, fingi-
25 tur hæreditatem sibi soluisse. & tantominus in hæreditate reperitur, *l. si ei, vers. si is qui, ff. de euict.* idq; esse per fictionem dixit *Bart. in l. si is qui pro emptore, post num. 67. allegando dictam l. ff. de vsucap.* Non mirum si vtilis trāslata in creditores nō extinguitur, sicut extingueretur per veram solutionem cum *tex. in d. l nomen, procedat, vt Scriben. ibi sentiunt* in vera, & reali, & non ficta solutione. Inde sequitur, debitorem cedentem iura, & nomina, post cessionem non posse
27 confiteri sibi fuisse solutum in præiudicium cessionarij; quia ex confessione fictus actus solutionis procedit, *Afflict, decis. 163. in fin.* nec posset pacisci, nec remittere, quando cessio est facta ad commodum cessionarij, et ꝙ nō interueniat vnum ex tribus *in d. l. 3.*
28 si debitor qualitercūq; sciat cessionē factam, *Bar. ex mente Iacobi de Arena in l. si cum emptore, num. 1. quem ibi num. 7. sequitur Ias. qui alios refert, ff. de Pact. & magis in specie Paulus qui hanc materiam per alios confuse traditam enucleauit in l. facta, §. si hæres, num. 4. vsque in fin. ff. ad trebell. & ibi propè finem, vers. si vero non remanerent in damno*, tradit prædicta procedere siue debitor sciat, siue ignoret cessionem factam; quando non remaneret in damno, & non lu-
29 craretur, vt in præsenti accidit; quia post ius quæsitum cessionario, cedens nō potest prę-iudicare, *allegat l. si partem, § fin. ff. quemadm. seruit. amitt.* Vnde licet Carolus ex hac cessione hereditatis quam recepit, videatur sibi soluisse, non per veram, sed fictā solutionem: non tamen debitoris Rinaldi

Nn nomen

nomen respectu vtilis actionis translatę in creditores est extinctum; siquidem illis nullo modo post cessionem, & ius quęsitum potuerit præiudicare. Quamobrem apertissimè demonstratum est iura Caroli in hæreditate Marci, & in eius creditores trãslata, nõ fuisse extincta. Et propterea creditores in portione illi debita duc. 40. mil. ex tribus iuribus ipsius, vz. iure dominij pro medietate allodialium, iure hypothecę in alia medietate, & actione personali, seu in rem scripta pro parte pretij contra hæredes Rinaldi, seu contra possessorem feudi debere satisfieri, ac filiabus, & cæteris creditoribus Rinaldi præferendos fore indubitate censeo.

Camillus de Medicis.

2 ADDE quod scripsit *Franc. de amicis feudorum interpres, de his, qui feud. dare pos. car. 97.* dum dicit (& bene dicunt, quod si feudum non fuisset emptum, pecunia illa 30 fuisset reperta in area patris) & est de mente omnium *Scribentium in l. imperialem, §. præterea ducatus*, qui implicitè dicunt pecuniam espensam in emptionem feudi censeri velut repertã in hæreditate, seu area patris, *& in pũcto expresso hoc adnotauit Anton. Faber de erroribus prag. lib. 2. decade 41. errore 10.* Verum hæc consideratio non videtur tuta, si verum est pecuniam non solum esse rem 31 mobilem, vt patet ad sensum, & voluerunt *Cyn. Alber. Bal. in l. ea demum, C. de collat.* & ideo feudum in pecunia constitui non posse, tradunt *Iser. Bal. & reliqui in cap. 1. si vassal. de feudo ab aliquo fuer. interpel. Odossr. in sum. sub tit in quibus rebus consist. feudum*, & rationes dicurrit doctissimè de more *D. meus auunculus, & magister, Regens de Curte in 1. parte sui tract. feud. cap. 8. §. in hoc igitur primo, ex num. 1. & 6.* Sed 32 est etiam, & connumeratur pecunia inter cas res, quæ seruando seruari nõ possunt; & ideo à minore alienari potest sine decreto, & sollemnitate, *vt latissime infinitis relatis tradit Tiraq. de retrac. consang. §. 1. glos. 7. ex nu. 103. 104. cum seq. Surdus decis. 287. num. 13.* Vnde si tam fragilis reputatur pecuniæ conseruatio fragilis quoque videtur hæc coniectura, quod si feudum non fuisset emptum pecunia fuisset reperta in area. Nisi dixeris, vel cum *Pinel. in l. 1. par. 2. num. 42. vers. ex proxime dictis*, hanc licet communẽ 33 traditionem naturali ratione corruere; cum ad oculum pateat pecuniam rem esse, quæ seruari satis possit, prout à multis plus nimio seruatur, vt de thesauro loquitur *tex. in l. si eborus, §. 1. ff. de legat. 3.* Et licet dicatur pecuniam vsu consumi, *in cap. vlt. de pignor.* intelligitur tamen vsu, è nostro dominio exire, diuersosque dominos sortiri; non quod ipsa consumatur, sed potius quo ad vtilitatem espendentis plerumque consumptam censeri. Vel admissa etiã cõmuni traditione, 34 declarari debeat, vt non procedat in pecunia destinata in emptionem prædiorum, vel feudorũ; vt solet pecunia non modicę quantitatis à communiter accidentibus ab homine frugali (sicut in dubio quilque præsumitur industrius, & quod suũ non de facili iactare habeat) destinari in emptionem; & consequenter hæc pecunia taliter destinata vicem rei immobilis obtinet, & ideo inter ea censetur, quæ seruando seruari possunt, vt *late Tiraq. notat d. glos. 7. num. 16. Surd. d. decis. 287. num. 13.* Vel tertio, & forte verius, 35 pecunia dicitur res, quæ seruando seruari non potest, tunc & eo respectu dumtaxat, cum agitur vt ex pecunia aliquid vtilitatis perueniat pecuniam habenti: qua ratione dixit *Isern. in d. cap. 1. si vassal. de feud. fuer. interpel.* ex hoc non posse consistere feudum in pecunia, quia reposita pecunia in arca, vt illa custodiretur, eam non consumendo, licet considerari posset directum dominium, non esset dare vtile pænes feudatarium, vt est necessarium in feudo, & declarat *D. meus de Curte d. cap. 8. post num. 3.* At secus cum consideratur futura vtilitas, quæ tempore congruo espendendo pecuniam, ex illa resultare potest: vt in pecunia parata, & destinata in emptionem prædiorum, vel feudorum; tunc enim adeo censetur pecuniam seruando seruari posse, vt etiam inter inter immobilia connumeretur, vt latius probat *Tiraq. ex num. 107. 108. & 109.* & adeo firma reputetur, vt dicatur pecunia fideiussor futuræ necessitatis, Et de pecunia in arca quod habeatur loco speciei, non quantitatis *Tiraq. d. §. 1. glos. 24. num. 4. in princ.*

Vnde cum hic non accipiatur pecunia prout in præsentiarum, vtilitatem afferre potest vsu, & consumptione; sed in futurum, rectè procedit consideratio *D. mei soceri, & aliorum*, de parte pretij loco pecuniæ, quæ 36 seruari potuisset.

Vtrũ tñ debeat solui pars pretij, qua feudũ fuit emptũ, vel valor, seu æstimatio feudi tẽpore mortis patris, tã si valor decreuerit, quã si auctus fuerit, *Iser.* videtur tangere difficultatem, dum *in d. §. præterea ducatus, nu. 59. in addit.* format quæst. Sed DD. dicunt, quod eam non resoluit; & propterea *Affl. ibi num. 91. vers. sed remanet* decidit, quod attendatur valor tempore mortis, *& cum ipso est com. opinio, vt aduertit Lipar. d. nu. 39. vers. consuetudo*; Sed contrarium tenuit *Minad.*

in

in repet. consfit. in aliquibus, & secundum ipsius opin. testatur pluries decisum in S.C. *Anna sen. sing 100. qui in sing.* 201. ampliat,
37 ut pars pretij debeatur secundogenito etiã in fructo donato patri ob seruitia. Verum cũ *Afflit.* uidetur inclinare *Conf. de Anna in conf.* 26. ubi late, concludens idem quod in legitima, in cuius liquidatione omnino concon̄stat attendi tempus mortis. Et quamuis *DD.* præd. dicant *Iser.* non decidere si attendatur pretium, quo fuit emptum; vel valor fæudi tempore mortis, quo ad assignandam pretij partem secundogenito: tamen
38 mihi videtur hoc expræsse *Iser.* determinasse, secundum opin. quam tuetur *Afflict.* respondendo enim principali quæstioni, an debeatur pars pretij; incidenter etiam, (vt moris est ipsius) decidit istam, dum pluries fundando opin. quod pars pretij debeatur, in argumentis huius partis probat, præstandam esse partis ęstimationem: & hoc genere loquendi vtitur, vt debeatur partis ęstimatio,
39 quod pluries repetit. partis autem valor, vel æstimatio differt à parte pretij, propriè enim pars pretij dicitur illa quantitas, quæ fuit expensa in emptionem fæudi; valor vero fæudi non est pars pretij, sed ęstimatio ipsius fæudi tempore mortis; vt docte quamuis ad alıud propositum ponderauit *Conf. de Anna d. conf.* 26. *num.* 15. *& ad principalem quæst. aliqua remissiue Freccia de differ. fæud. ex pacto à fæudo hæred.* §. 33. *num.* 4. *fol.* 458.
b Optime *Gaspar Rodriguez de annuis redditib. lib.* 1. *quæst.* 18. *à num* 55. *ad fin.* dicens liberum esse debitori redimere, & creditori eum solicitare, etiam si cum ea voluntate fie creditorum fraus implicita; quia dolus, qui habet admissam vtilitatem, non dicitur dolus, sed diligentia, *l. qui autem, vers. sciendum, ff. quæ in fraud. credit.* cui addo tex. in *l. proculus, ff. de damno infec. l. nullus, de regul. iuris & l. cum pater, §. titio, ibi, prudentius autem fecerit, ff. de leg.* 2. *cum alijs à Tiraq. in præfat. retrac. consang. num.* 88. *vers. idq; verissimum, & scripsi in responso pro Duce Grauinæ impresso num.* 183.

Fabius Capicius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Egatum sæpius eiusdem quantitatis satis interest ab eodem in vna, vel diuersis scripturis fiat; & declaratio huiusmodi differentiæ.*
2 *Identitas causæ in diuersis dispositionibus repetita efficit, vt simplex, non duplex legatum debeatur, & num. 3. etiam si summæ sint diuersæ.*
4 *Diuersitas summarum induceit summarum duplicationem.*
5 *In actibus inter viuos, in quibus promittitur eadem quantitas in diuersis scripturis, vtraque debetur, ex mente Bartoli, & aliorum limitatur, num. 7. & declaratur.*
6 *Actus debent interpretari vt valeant, non vt pereant.*
8 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
9 *Hypothecaria, & personalis actio ex legato oriuntur.*
10 *Legato debito in diē censetur legata dilatio.*
11 *L. quinquaginta de leg. 1. fundatur in coniecturis.*
12 *Legati inutilitas in dubio potius toleratur, quam vt testator grauet hæredem.*

Pro Ill. Ducis Montis leonis.

ARGVMENTVM.

SI eadem quantitas pluries legetur, vel promittatur, vtrum semel, vel duplicatè debeatur.

CONSILIVM CXXV.



POSTQVAM eadem quãtitas ducatorum mille, & tercentum donata per Ill. quond. D. Hieronymum Pignatellum mediante albarano, magnif. pro seruitijs; fuerit demum in eius testamento legata ob eandem causam: credo iuris esse semel tantum deberi, & non duplicatè; quamuis quãtitas sit multiplicabilis, & pluries eadem quantitas legata in diuersis scripturis, sæpius debeatur, *ad l. quinquaginta,* a *ff. de probat. & l. planè, §. 1. de leg.* 1. Si quidem distinguendo veritas huius puncti perpenditur:
1 interest enim an eadem quantitas sæpius legetur, seu de ea pluries disponatur ab eodem, vel in vna scriptura, vel in diuersis: si in vna, semel tantum debetur, *d. l. plane, §. 1. vbi glos. cæterique*: si in diuersis scripturis, vt in testamento, & codicillis; aut legatum eiusdē quantitatis erit simplex, & tunc duplicatè eadem quantitas debetur, ne secundus actus legandi penitus esset inutilis, *d. l. quinquaginta*. vel fiunt duo legata eiusdem quantitatis
2 in diuersis scripturis ob eandem causam;

& vera, communisque est omnium opinio, quod statur vltimo legato, & vltimæ dispositioni, nec duplicatè debetur, *est tex. in l. libertis quos, ff. de alim. & cibarijs legatis, per quem ita sentit glo. in d. l. quinquaginta, Bar. sequitur, qui more suo distinguit, in l. eum centum, ff. de adimend. legat. Abb. sing. in cons. 4. num. 8. 2. vol. Paulus in l. plane, §. 1. vbi Ias. in 2. not. de leg. 1. qui similiter Cuman. allegat.* immo, & si legatur vna quanti-
3 tas in testamento, diuersa quantitas in codicillis ob eandem causam; vltimò legata tātū debetur, *d. l. libertis, quos, Aym. in cons. 167.*
4 *n. 10.* quamuis diuersitas summarū inducat duplicationem; ergò multo magis cum eadē quātitas sepius ob eandē causam legatur, semel tantum debetur. Fit ergo ex prædictis cum vtraque dispositio Ill. D. Hieronymi sit de eadem quantitate ob eandem causam, quod vltimæ dispositioni sit standum, & du-
5 plicatè non debeatur: immo etsi loquamur in duabus dispositionibus inter viuos factis de eadem quantitate in diuersis scripturis, vt in duabus stipulationibus ex causa mutui de eadem quantitate; quamuis omnes concludāt debere intelligi de diuersis quantitatibus *secundum Bar. & ibi omnes in l. triticum, ff. de verb. obligation. Angel. & Imol. in d. l. plane, & Alex. in cons. 7. lib. 1.* ea ratione,
6 ne secunda stipulatio inutilis redderetur; & benignius est fieri interpretationem, vt actus potius valeat, quam pereat: *l. quoties, ff. de reb. dub. & l. quoties, ff. de verb. obligat.* ra-
7 men quando præcederet alius contractus, quam stipulationis, vt simplex mutuum, deinde sequeretur stipulatio ex causa mutui de eadem quantitate; quod eo casu non de diuersa quantitate, sed de eadem intelligeretur, *Angel. l. si diuortio, ff. de verb. obligat. sic not. limit. Bar. in d. l. triticum, post num. 3. vers. præcedentia locum habent, & in l. eum centum, in fin. ff. de adim. legatis, & cum Bar. transeunt communiter Scribentes, refert, & sequitur Alex. in d. l. triticum post num. 6.* quicquid dixerit *Florian. in d. l. quinquaginta* non approbans hanc differentiam an præcesserit contractus stipulationis, an alius; sed tantum attendit, si fuerint factæ diuersæ scripturæ diuersis temporibus, vt duplicatæ summæ præsumantur *per d. l. quinquaginta,* quoniam verissima est opinio *Bar. & aliorum.* Et non obstat *d. l. quinquaginta,* super qua se fundat *Floria.* nā ibidē idē actus legandi eiusdē quātitatis, qui reperitur in diuersis scripturis, in testamēto. s. & codicillis, de duplicata summa præsumitur; non quia factus in diuersis scripturis, sed ne secundus actus nihil
8 operaretur, verisimile est testatorem voluisse aliquid operari *arg. l. si quando, ff. de leg. 1.* Sed in casu proposito cum præcedit alius contractus quam stipulationis, vt simplex mutuum, & demum sequitur stipulatio eiusdem quantitatis ex causa mutui; hic sequens actus stipulationis dato quod inducat duplicationem summæ, aliquid tamen operatur addens nouam actionem ex stipulatu, quæ in primo contractu non competebat: quæ ratio cessat in *d. l. quinquaginta, singulariter declarat Alex. in d. l. triticum, post num. 7.* Sic in præsenti donatio fuit facta de ducatis treecentum per albaranum, quod erat scriptura priuata, nec stipulatione vallata; si sequitur tandem legatum eiusdem quantitatis, de eadem quātitate intelligitur: quia legatum in testamento eiusdem quantitatis, & si nō inducat duplicationem summæ, operatur aliquid, quia addit probationem albarani, quod de per se extrinseca probatione egebat; & addit nouam actionem, cum ex legato vltra actionem personalem actio hypothecaria nascatur, *l. 1. C. communia de le-*
9 *gatis.* Legatum attulit beneficium donatario vltra prædicta, nam per albaranum donantur ducati tercentum ad tempus in tot solutionibus, quarum dies tempore legati adhuc
10 non cesserat: quare testator remittendo tempus adiectum in donatione, eandem quantitatem voluit legare ob eandem causam: fortis enim est hæc coniectura, vt dicamus summam non fuisse duplicatā; & *l. quinquaginta,* in coniecturis fundatur. In dubio enim
11 præsumitur testatorem minus grauare hæredem, quam sit possibile, *l. titia, §. qui in vita, & l. vnum ex familia §. si rem, ff. de leg. 2.* &
12 toleratur potius quod legatum sit inutile, quam quod testator grauet hæredem *l. quod in rebus, §. 1. vbi Ias. ff. de leg. 1. l. meuius, in princ. de leg. 2. & Ias. in l. si tibi homo, col. 3. de leg. 1.* Considerent denique Iudicantes ducatos mille, & tercentum donatos satis esse vltra æquiualentiam seruitiorum per donatarium præstitorū. Et non mirum si *Martin. de Fan. in d. l. quinquaginta, vt ibi refert Alber.* dum diffusè tractauit quæstionem si reperiatur, quod in vno instrumento Titius mutuauit Seio centū, & in alio instrumēto reperiatur qualiter Seius confessus est se debitorem titio in centum; si intelligatur de eisdem centum, vel diuersis: relinqui decisionem hanc arbitrio Iudicis, qui ex coniecturis, considerata qualitate debitoris, & creditoris illas dirimat. Quibus fit, cum vtraq; dispositio sit de eadem quantitate ob eandē causam: secunda dispositio multa operetur, addendo actionem, remittendo tempus in prima donatione adiectum, ac seruitia do-

nata-

natarij non fint æquiŭalentia. Concludo non duplicatè, fed femel tantum deberi.

Camillus de Medicis.

1 Vide *Menoch. late de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu* 213.

SVMMARIVM.

1 PRohibitio de non alienando purum fideicommissum, si expressit testator, vt bona in familia conseruarentur, inducit.
2 Fideicommissum ex coniecturis oritur.
3 Mens potius, quam verba in fideicommissis attenditur.
4 Alienatio in extraneos, etiam illis de familia (in quos expresse à testatore permisserat) emere recusantibus, prohibetur.
5 Interpretatio pro contradictione euitanda semper fit.
6 Vsusfructus morte extinguitur.
7 Prohibitus extra familiam alienare, illis de familia alienare potest.

Pro Andrea de Baronibus.

ARGVMENTVM.

PRohibitio de non alienando fauore illorum de familia, quando fideicõmissum purum, vel conditionale inducat; ac extraneo bona vendi posse illis de familia requisitis emere nolẽtibus, vtrum concedatur.

CONSILIVM CXXVI.



Etus est quæstio in duas partes diuisa per Antiquos, & Modernos, & præcipuè *Soc. in l. qui Romæ, §. cohæredes, num. 10. ff. de verb. oblig.* prima si ex prohibitione alienationis extra familiam oriatur fideicõmissum absolute, & simpliciter inter omnes de familia; vel sequuta contrauentione alienationis extra familiam. secunda si requisitis illis de familia, & nolentibus emere, possit fieri alienatio in extraneos.

Ad primam breuiter, & conclusiue loquẽdo, quia articulus est latissime disputatus, Dico, quod quando post prohibitionem alie-
1 nationis extra familiam, testator expresse vult eius bona conseruari in familia; sine dubio inter omnes de familia absolutum, & simplex fideicommissum orietur, etiam non sequta alienatione in extraneum, quod fideicommissum sola voluntate, & ex coniecturis
2 oritur *l. penul. de leg. 1. l. cum proponeretur,*
3 *de leg. 2.* inde fit in fideicommissis potius mentem, quam verba esse inspicienda, *dicitur in l. cum virum, C. de fideicomm. Ita voluerunt Bar. Cuman. Aret. Paul. & Socc. in d. §. cohæredes, late Dec. in cons. 23. 38. & 182. Cur. iun. in cons. 22. num. 10. & nu. 20. in cons. 43. post num. 9. vers. secundo principaliter, & latius in cons. 145. num. 8. & 10.* in quibus locis asserit hanc opinionem esse veram, & communem; quicquid aliter consuluerit *Socc. in cons. 227.* qui voluit in casu alienationis extra familiam fideicommissum oriri. Sed in præsenti hæc quæstio ad hunc finem non est necessaria, quia iam apparet Io. Baptistam Baronem, de cuius bonis nunc agitur, in extraneum omnia eius bona alienasse: quo fit, vt quamcunque opinionem sequamur, actorem obtinere. nam aut ex allegatis tenemus opinionem veram, & communẽ ex prohibitione alienationis extra familiam, vt bona conseruentur in familia in casu occurrenti fideicommissum absolute, & simpliciter inter omnes de familia induci; & res nõ habet dubium. aut tenemus fideicommissum induci non simpliciter, sed sequta alienatione in extraneum; & similiter actor habet intentionem fundatam, postquam Io. Baptista omnia eius bona extraneis vendidit.

Ad secundam, resolutio pendet ex allegatis. nam quando prohibitio alienationis est facta extra familiam vt bona in familia remanerent, quia inter omnes de familia fidei-
4 commissum oritur; tunc etiam quod illi de familia nolleut emere, non per hoc poterit fieri alienatio in extraneum, *ita communiter voluerunt Bar. in d. § cohæredes vbi Cuman. Imol. Ias. nu. 15. & melius Socc. n. 22. Ioannes de Anan. in cons. 47. & late Dec. in cõ. 38.* Nec dicatur quod ex verbis fideicommissi videatur quodammodo permissa alienatio in extraneum, dũ dicitur, *& doue per qualsiuoglia necessità ò commodità alcuna alcuno di detti fratelli volesse vendere, possa la parte sua vendere all'altri fratelli, & non ad altra persona strana, accioche li detti beni remangano alla fameglia.* Nam clarissime videmus ex prægnantibus, & geminatis verbis fideicommissi, testatorem voluisse bona hæc perpetuo in familia remanere, & omnes de familia ordine successiuo vocasse: non mirum si in præiudicium eorum etiam requisito fratre, & volẽte emere in extraneum non poterat fieri alienatio: quod si aliter teneremus seque-

concessionis, donationis, seu capitulationis proprie intelligatur obligatio bonorum; quo non dato, nō video quomodo poterit aduersus lapsū tēporis se defendere. Nec ex parte Principis quo ad obligationem fuit aliquod datū impedimētum: si quidem cū fuit petitū quod empara tollatur, fuit replicatum quod exhibeantur scripturæ; & in specie fuit dictū quod exibeantur ad finem videndi si continent obligationem bonorum: fuit etiam dictum quod exhibeantur assensus, seu illorum memorialia, ad videndū quid continebant, si obligationem bonorum, vel venditiones, & alios contractus contentos in empara; & tandem fuit dictum quod legitimaretur persona comparentis pro creditoribus. quæ omnia tanquam iusta, & necessaria fuerunt sic ordinata per Dominum causę Commissariū. Nunc igitur quod omnia fuerunt adimpleta dicimus elapsum tempus expeditionis, postquam empara nullum præstitit impedimentum, tanquam non facta pro huiusmodi assensibus: & dicimus etiam elapsum antequam pars iudicem adiret pro amotione emparæ. si enim consulebat peritos, vel Iudicem suo tempore adijsset, ex visione emparæ, & petitione assensum Regium terminabatur; hoc non fecit. igitur non est, de quo conqueratur.

Sed quando empara fuisset super obligatione, adhuc pars hodie stante lapsu temporis non potest impetrare assensum: nam oportebat adhibere suam diligentiam in tempus statutum registrationi, & expeditioni in forma Regiæ Cancellariæ, & adhire Iudicem qui emparam substulisset, & protestari de impedimento; alias tempus currit in damnum
1 partis. non enim sufficit allegare impedimērum emparæ, sed demonstrare oportet diligentiam adhibitam pro amotione illius, *glo. est notab. & cōmuniter sequta in cap. cupientes, in §. quod si per viginti, in verf. præposita, de elect. in 6.* Hinc voluerunt necessariam esse protestationem, *glo. in cap. 1. in verf. mandatum, & melior glo. in cap. plerunque*
2 *in verf. vel negligentia, de rescript. vbi Ant. de Butr.* dicit nota quod vbi quis impeditur per tactum Iudicis, ad impediendum cursum temporis in actu exercendo oportet, quod protestetur; alias nō sufficit allegari impedimentum, nisi diligentia demonstratur saltem per protestationem *cumulat Alex. allegando prædicta in d. cap. cupientes, in l. properandum, §. sin autem vtraque, num. 5. eandemque glo. pro solemni allegat ad hoc Ias. in eodem §. verf. secundo adde. Et dicit in fin.* q ab hac opinione durum, & difficile etiam in practica declinare, propter tot, & tantas authoritates. Hinc *Imol. Gemin. & Franc. in d. cap. cupientes, §. quod si per viginti,* tradide-
3 runt per illam *glo.* quod si appellans non potuit habere copiam Iudicis, & permisit labi tempus sine protestatione; quod pro illa negligentia in non protestando succumbet. empara enim fuit facta in anno 1576. à quo tēpore pars nihil fecit vsque ad mensem Aprelis 1578. nec erat dubium quod si infra illud tempus Iudicem adijsset, vel emparam tollebat, vel declarabat non esse impedimenta, quia de obligationibus non tractabat. igitur sua negligentia sibi imputatur, *secundum*
4 *glo. alleg.* impedimentū enim dicitur esse tale quod amoueri infra tempus non potuit. Et propterea dicit *Iureconsul. elegantissime in l. quibus diebus, in princip. ff. de condit. & demonstr.* quibus diebus vicinus tuus te via publica cum ad parendum conditioni ire velles, ire prohibuit, nec per te stetit quominus agendo à calumnia eum summoneas; hi dies conditioni non imputabuntur. Patet ergo quod dicitur interim ad remouendum impedimentum fieri omnis conatus: & propterea ex illo *tex. Bar. sumit notab. nu. 3.* & dicit vltra noto quod ei, qui allegat se impeditum, potest opponi si contra impedimentū
5 potuit reclamare, & non fecit. Et ob id *Doct.* communiter sumpserunt regulam, quod non sufficit allegare impedimentum, nisi probetur illud præcisum; quia medio tempore fuerit facta omnis diligentia ad illud remouendum *decisio est notab. Abb. communiter sequta in d. cap. plerunque, num. 6. de rescript.* vbi dicit dictum quod non sufficit probare impedimentum, nisi probetur diligentia remotionis impedimenti; quæ satis probatur per protestationem: & non tradas obliuioni
6 hoc vltimum dictum *allegat Innoc. in cap. ex transmissa, de præscrip. vbi communiter Doct. idem tenuerunt* qui postea regulam limitarunt, quando notorie constaret, quod impedimentum non potuisset remoueri. Vnde cum hic notorie constat quod impedimētum nec aderat, & quando ad fuisset sublatum iam esset adeundo Iudicem: ergo nullo pacto potest pars ex huiusmodi figurato impedimento prætendere quod tempus non sit defluxum. non. n. possum dicere me impeditū, qn impedimētū possū remouere: & ppterea cū eatenus tale tempus nō currat, quatenus impedimentum durat *ad tex. in l. sed & si per Prætorem, §. ferie, ff. ex quibus caus. maio. Innoc. in cap. ex ratione, de appellat.* propterea cum impedimentum remouibile, non sit impedimentum, id quod iura, & *Doct.* voluerunt adhibitionem diligentiæ ad illud remouendum; sequitur ex hoc quod omni iure tempus expeditionis fuit vtile, & est decursum

Digitized by Google

sum in damnum partis. & si iura considerarunt non solum casum, in quo sumus hodie, quod post decursum tempus præfixum expe-
7 ditioni pars venit: sed quando venit ante, sed prope lapsum temporis, & succedit impedimentum, taliter quod demum tempus labitur; vt pariter eo casu impedimentum non præstet excusationem, *ex regula tex. notab. ad hanc causam in l. 2. §. quod diximus, vers.*
8 *si quis tamen, ff. si quis caut.* non enim debet quis se arctari prope lapsum termini. Et licet *Bal. ibi* dicat quod an quis se arctauerit, remittitur Iudicis arbitrio; tamen subdit, quod tunc quis dicitur se arctasse, quando parum habebat de termino, non quando multum: & demum notat quod non est quis nimis coarctandus, nec etiam parum, sed mediocriter; maxime quando de facili potuit cogitare impedimentum posse euenire, vt videmus in dies in emparis solitis fieri, *quod notat Angel. & Alex. ibidem.* ergo casus, de quo agitur est extra omnem dubitationem, postquam pars venit post terminum ad petendũ amotionem emparæ, quam amouere poterat per annos ante; & sic procurare expeditionem assensus, & non se arctare non solum prope finem termini, sed post tempus decur-
9 sum: quo casu excusatio impedimenti maxime amouibilis de facili non excusat *ad idem tex. in l. qui conuentus, ff. de re milit.* Ex his ergo reassumo conclusionem, quod empara nulla adest obligationi bonorum, itaquod nũquam ex parte Principis fuit datum impedimentum: & quando pars allegat se impeditam in expeditione, hoc est post tempus expeditioni præfixum, & cum impedimentum erat de facili amouibile quatenus occasione emparæ Officiales Regiæ Cancellariæ noluissent facere debitam expeditionem, & tẽpus habuerunt ad remotionem faciendam ab anno 1576. & ipsa pars non solum se arctauit ad expeditionem prædictam, sed venit post termini cursum; propterea omni iure decerni debet non esse procedendum ad expeditionem prædictam.

Et licet hæc procedant respectu omnium creditorum: tum quia vt est supra demonstratum, aliqui non exhibuerunt memorialia assensuum, & propterea non est tractandum de expeditione: aliqui non præsentauerunt contractus, & propterea assensus non est præstandus: aliqui non præsentauerunt mandata, & cum non adsint legitimæ personæ in iudi-
10 tio, non potest cum illis litigari; admittitur enim gerens negotium, quando non opponitur de defectu mandati, & multo magis quãdo quis comparet, vt procurator, *glo. in d. tep. cupientes, §. quod si per viginti, in vers. præposita, la seconda.*

Articulus ille, an in simplici bonorum obligatione facta per Principem veniunt bona feudalia, & si habeat regulam iuris pro se, quod non veniant, & cõmunes *Doctorum* decisiones *ex regula cap. in generali, si de feu. desu. fue. contro int. dom. & agn.* nulla habita distinctione obligationis generalis, vel vniuersalis tandem non videtur de hoc hodie disceptandum in præsenti iudicio, in quo non tractatur interpretatio contractuum, nec de illorum validitate; sed an assensus sint expediendi in forma, quos ex præallegatis est demonstratum nullo modo expediri posse.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Concessio faciendi Palatam in flumine potius censetur ius vtendi aqua, quam quod seruitus censeatur constituta.*
2 *Baro potest de iure constituere seruitutem in feudo sine assensu, duraturam donec feudum erit ad dominum reuersurum, & num.* 10.
3 *Feudum si redditur ad dominum, quando seruitus extinguatur.*
4 *Lucrum quod ex aliqua persona quis sentit, illius factum reprobare non potest.*
5 *Lex vetus semper seruanda, si per nouam specialiter non sit derogata.*
6 *Generalis dispositio speciali non derogat.*
7 *Correctio legum est euitanda.*
8 *Leges posteriores per priores distinguuntur.*
9 *Refutatio hodie non est sublata.*
11 *Constitutio Regni constitut diua memoria, permittit ad euitandam caducitatem, reuocationem iure proprio.*
12 *Seruitutis impositio nec diminutionem, nec commutationem affert.*
13 *Damnum, & vtile consideratur respectu directi domini.*
14 *Constitutio Regni constit diua memoria fallit in impositione seruitutis.*
15 *Perpetua seruitus qua?*
16 *De nouo nil acquiritur, etiã ceditur res apud conuentum, qui possidet.*
17 *Declarans nil noui facit.*
18 *Commune quod est, meum est.*
19 *Assensus non requiritur in concessione ad certam portionem fructuum.*
20 *Concessio ad certam portionem fructuum modicam, reuocari potest.*
21 *Verba generaliter prolata restringi non debent.*

22 Con-

32 *Confessio num sit sub portione quotitatiua, vel numerali, non interest.*
33 *Fraus unde colligitur.*
34 *Confessio etiam sine assensu fieri potest, si cessat fraus, licet pecunia solueretur pro aequiualenti valore fructuum.*
35 *Steriles res etiam pro annuo redditu recte conceduntur, & num. 26.*
37 *Extensio non dicitur, dum quid sub mente comprahenditur.*

Pro Barone Cerasco, cum Comite Montellæ.

ARGVMENTVM.

FAeudatarius vtrum possit sine Regis assensu imponere seruitutem fæudo, duraturam donec fæudum sit ad dominum reuersurum; etiam de iure const. Regni, nedum de iure communi fæudorum: & concedere terras parum vtiles de demanio ad certam portionẽ fructuum, etiam numeralem, nedum quotitatiuam; & ad annuum redditum, vbi de certa portione fructuum conueniri non posset.

CONSILIVM CXXVIII.



I rectè penseetur circa vires conuentionis initæ in anno 49. vltra dicta, duo tantum sunt consideranda. Primo si dato, quod Palata existeret in Territorio Cassani, prout non existit, cum in Territorio Nusei permaneat; posset dici, quod Comes Montellæ concedendo Palatam in eius flumine, seruitutem in fæudo Cassani induxerit: & si impositio seruitutis in fæudo, valeat hodie sine assensu, saltim donec fæudatarius tenet fæudum, & dum fæudum erit reuersurum ad dominum. Secundo, si concessio huius Palatæ de aqua sterili in posse Comitis facta sub annuis tumulis frumenti quadraginta, possit dici ad partem fructuum; ita quod illa Regis assensu non indigeat. Quoad primum
1 & si possem fateri hanc Palatam non induceere seruitutem in flumine Cassani, sed potius esse quodam ius, seu facultatem vtendi aqua fluminis, *secundum terminos l. pecoris, vbi glo. de seruit. rust. prædio, & l. item mela, de alim. & cib. legat.* & posito, quod seruitutem
2 induceret, nihil esset: siquidem Baro de iure potest constituere seruitutem in fæudo in sui præiudicium, sine assensu; illamque durare constat, donec fæudum erit reuersurum ad dominum, *ad tex. in cap. 1. §. quid ergo, vbi omnes, de inuest. de re alie. fact. not. in l. in prouintiali, ff. de oper. nou. nunt. & per glos. magnam, in princip. in cap. 1. §. præterea, de capit. corra. & communem hanc esse opinionem refert Curt. de feud. 4. par. q. 14.* sed cum fæudum redit ad dominum, seruitus extinguitur, ex regula resoluto iure datoris resoluitur ius accceptoris, & id procedit cum
3 fæudum redit ad dominum, vt dominum, secus si vt priuatum, quia forsan esset institutus hæres; nam tunc seruitus similiter duraret, cum ex qua persona quis lucrum sentiat, il-
4 lius factum improbare nequeat, *ita Curt. in præallegato loco. in fin. & per Iacob in sua inuestit. in ver. ita etiam, quod ipsi vassalli, num. 10.* illud enim in Regno similiter procedere affirmo. Nec lex Regni permittens reuocationem alienationum iurium fæudalium sine assensu, in hoc aliquid immutauit: siquidem specialiter erat prouisum de iure communi fæudorum, Baronem posse imponere seruitutem in fæudo, vnde cum id spe-
5 cialiter non fuerit derogatum regulis veterum legum relinquitur, *l. præcipimus, in fin.*
6 *C. de appell.* nec generalis dispositio speciali derogat, *l. sanctio legum, de pæn.* & legum
7 correctio in quantum potest, euitanda est,
8 *l. 1. in fin. C. de inoffic. doti.* & leges posteriores per priores distinguuntur, *l. sciendum, qui satisf. cogan. & auth. offeratur, C. de litis*
9 *contest.* & his medijs, quod refutatio hodie non sit sublata, quæ erat specialiter permissa de iure communi, decidit *Andr. in c. 1. §. & si libellum, post num. 5. de alien. feud. pater.* Amplius non ne post *tex. §. quid ergo,* permittentem impositionem seruitutis, successit vltimo *constit. Federici Imperialem,* quæ prohibuit omnes alienationes, & omne cõmercium in fæudis sine assensu; & tamen non sustulit impositionem seruitutis: cum omnes
10 *Doctores* concludant illam posse imponi, & durare donec fæudum ad dominum reuertatur; ergo idem dicendum est hodie, cum nouella *Regni constitutio* superuenerit, quæ ni-
11 hil dispositioni Federici addit, nisi quod permittit reuocationem iure proprio ad euitãdum pænam caducitatis, *secundum Frecc. de subfeud. car. mihi 106, num. 12.* Præterea *lex Regni* prohibet alienationem iurium fæudalium, quæ tendit in diminutionem, seu commutationem, ibi (minuendis, aut com-
12 mutandis) sed per impositionem seruitutis nulla fit diminutio, nec commutatio; non diminutio, quia iura domini directi illæsa

semper

ſemper permanet, *d. §. quid ergo*, cuius re-
13 ſpectu damnum, & vtile conſideratur, *inquit glo. vltima, in conſlit. Regni fratribus*. nec commutatio, ſeu alienatio de perſona ad perſonam inducitur: nam ſeruitutem imponere proprie non eſt alienare, cum ius domini ſit ſemper ſaluum; ſed potius dicitur quædam permiſſio ad vitam conſtituentis, vel donec fæudum ad dominum redibit. Et hac ra-
14 tione motus, quod *conſtitutio Regni* in impoſitione ſeruitutis non procedat, in ſpetie decidit *Aff. in conſtit. conſtitutionem, poſt num. 12. verſ. ſicut, qui rogo videatur*. Perpe-
15 tua ſeruitus eſt illa, quæ ſublata eſt in fæudo hodie, ſed non ad tempus, *eſt cap. Regni incip. pondus æquum*: immo ex hac conuentione ſeruitus de nouo non fuit conſtituta, nec aliquid de nouo translatum; ſed fuit permiſſum teſtoi Palatam, quæ antiquitus aderat, & per dominos Nuſci poſſidebatur; quo fit nihil in ipſos de nouo fuiſſe translatum: nam
16 cum ceditur res apud conuentum, qui poſſidebat, nihil in eum transfertur, nec aliquis titulus illi quæritur, *not. Bal. in cap. 1. in fin. quem ibi ſequitur Aluarot. de controuerſ. inter vaſſal. et alium de benefi. per l. ſi pro fundo, C. de tranſact.* Idque clarius ex conuentione innoteſcit, quod nihil ex illa de nouo fuit translatum; cum in illa Domini Caſſani, & Nuſci declarauerint locum, cui adhæret ad præſens Palata, fuiſſe, eſſe territorium commune Nuſci, & Caſſani: hæc declaratio non eſt dubium, quod de nouo nihil tranſtulit in
17 Dominos Nuſci, cum declarans nihil noui faciat, *ad l. hæredes palam, §. ſed ſi poſt, de teſtam.* Si ergo conuentio de nouo ius non tranſtulit, aſſenſu non indigebat, immo poſtquam locus vbi appodiatur Palata eſt communis, in illo non ſolum poſſunt Domini Nuſci Palatas reficere, ſed de nouo conſtruere,
18 ſi id quod commune eſt meum eſt, *l. ſerui electione, §. fin. de leg. 1.* & in re propria quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. manda.*

Quoad ſecundum dico, hanc conceſſionem de aqua ſterili ſub annuis tumulis frumenti quadraginta fuiſſe ad certam portio-
19 nem fructuum, quæ aſſenſum non requirit, & ita Federicus in eius regiſtro declarauit, *inquit Andr. in cap. 1. in fin. an ille qui interfe. fratr. domini ſui, alias in rubr. de vaſſal. qui contra conſtit. Lotar.* tradit, quod ſi terras parum vtiles de demanio fæudi Baro concedit, vt plantentur, & certa portio fructuum inde reddatur annuatim domino, non in pe-
20 cunia; quod non poteſt reuocare: ſecus ſi eſſet modica portio, vt inde fraus præſumi poſſit, *idemque dicit in §. præterea, in add. de cap. Corrad. & in alijs locis*, præſens hæc conceſſio eſt ad certam portionem fructuum non modicam, vnde fraus præſumi poſſet: idcirco illam valere ſine aſſenſu indubitatū erit. Nec dicatur, quod *Andr.* dum *Feder.* refert, debeat intelligi de certa portione fructuum quotitatiua: quia id non dixit, nec aliquis *Doct.* ita interpretatus eſt ex his, quos videre potui; generaliter enim fuit loquutus de certa portione fructuum, quæ & quotitatiua, & numeralis eſſe poterit; & generaliter verba prolata non debent reſtringi, & vbi ipſe non diſtinxit, nec nos diſtinguere debemus. apertius ex verbis *Andreæ* ſequentibus hoc colligitur, dum ſe fundat tātū ad euitandum fraudem: ergo vbi fraus abeſt, non intereſt an ſit portio fructuum quotitatiua, vel numeralis; ſatisfactum eſt enim vtroque caſu regiſtro Federici diſponenti ſterilia fæudi poſſe concedi ſine aſſenſu ad certam portionem fructuum, cum fraudem tantum euitare voluerit. Et quod non interſit an ſit portio
22 quotitatiua fructuum, vel numeralis; finalis ratio quare Federicus hanc conceſſionem permiſerit ſine aſſenſu, hoc ſuadet: quoniam per præſtationem partis fructuum dominiū in re conceſſa non recedit ab ipſo fæudatario, & poſſeſſor habetur loco coloni recognoſcendo illum in dominum, & ſuperiorem; ſed
23 ſi in pecunia ſolueretur fraus poſſet cōmitti ex modica penſione, quæ ſolueretur, *cap. 1. §. porrò, qualiter olim fæud. pot. alien.* & vbi ceſſaret fraus, etiam ſi pecunia ſolueretur
23 pro æquiualenti valore fructuum; videretur hoc poſſe fieri ſine aſſenſu, quia Federicus contrarium non ſtatuit, *& ita expreſſe firmat dominus Frecc. de ſubfæud. 19. auth.*
a *Baro.* a Et quod non conſideretur hæc differentia potius verbalis, quam ſubſtantialis; ſed quod ſterilia poſſint concedi non ſolum
25 ad omnem portionem fructuum, ſed etiam ſub annuo redditu, vbi in re conceſſa portio fructuum conſiderati non poteſt, *decidit Aff. in deciſ. 129. in fin. vbi late Vrſil.* loquitur de domo ſterili conceſſa ſub redditu; quod valuerit. *idem firmat in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, poſt num. 66.* vbi concludit quandam conceſſionem de quodā territorio ſub modico redditu in pecunia non valere; quia præſtatio erat viliſſima, ex qua fraus inducebatur: quaſi quod ſi conceſſio fuiſset ſub redditu in pecunia non vili, quod valuiſset ſine aſſenſu, quia ceſſaret fraus, quæ ſola fuit ratio diſpoſitionis Federici. immo & ſi Federicus expræſſiſſet de
26 certa portione fructuum quotitatiua, prout non dixit, idem eſſet dicendum in portione fructuum numerali; attenta ratione fraudis

ceſſantis;

cessantis; id enim non esset extendi, sed potius comprahendi ex mente Federici comprahensiua, quæ fuit tantum fraudem euitare: quod enim ex mente comprehenditur, hō
27 extenditur, nec excluditur, sed includitur, *singul. est gloss. in cap. 1. de tempor. ordin. quam ibi Gemin. commendat*, & quod virtualiter comprahenditur sub actu, ab eo non excluditur, *Andr. in cap. imperialem, 2. col. de prohibit. feud. alien, per Fed.* Quibus fit, quod postquam præsens concessio fuerit facta ad certam portionem fructuum, tumulorum frumenti quadraginta annuatim, sine vlla fraude, nec afferens præiuditium Domino Cassani, immo certum augumentum: ex his, & alijs adductis in primis allegationibus, intrepide concludo, quod illa validissima sit sine assensu; & successiue conuentos absoluendos fore arbitror. vltra quod factum dilucidauit hoc negotium, cum Palata in territorio Nusci existat.

Camillus de Medidis.

Fuit iudicatum pro Cerasijs, publicata sententia sub die 14. Iulij 1568.

a Contra *Marin.* concludit discusso articulo *Anna senior in repet. cap. 1. de vassal. decrep. ætat. à num. 64. ad 71.* cum quo videtur inclinasse S. Cons. *ex relatis per D. de Franch. decis. 561. num. 6. vers. vnde in præsenti*, quamuis ex alijs fuissent possessores absoluti, de quo etiam agit nouiss. *D. Reg. de Ponte tract. de potesta. Proregis, tit. de electio. offic. §. 4. num. 3.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ, vt obstet, tria requiruntur, identitas rei petitæ, num. 1. idem modus, siue ius agendi, nu. 2. & identitas personæ num. 4.*
3 *Donatio inofficiosa reuocatur vsque ad legitimam.*
5 *Sententia lata contra filiū non obstat patri, nisi pater haberet causam à filio, & nu. 6.*
7 *Donatio inofficiosa facta per patrem vni ex filijs, potest reuocari per eundem patrem donantem.*
8 *Pater potest grauare filium, cui inofficiosè donauit, tanquā suum debitorem, vt præstet alijs filijs legitimam, non vt debitorem filij.*
9 *Patri competit actio inofficiosæ donationis.*
10 *Pater potest agere, vt bona inofficiosè donata ad proprium ipsius patrimonium reuertantur, & redeant.*
11 *Mutatione personæ & mutatur rei qualitas conditio.*
12 *Bona patris peruenta ad filium non dicuntur amplius bona patris, sed filij.*
13 *Donatio inofficiosa reuocatur ad effectum, quod pater relinquere possit legitimam alijs filijs de bonis donatis, quamuis eam etiam ab intestato consequi possint.*
14 *Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.*
15 *Sententia lata contra patrem super iure inofficiosæ donationis, obstat etiam filio idem petenti; cum ius experiendi de iure ipsi patri competierit.*
16 *Sententia, & laudum claudicare non possunt.*
17 *Aequalitas seruanda in iudicijs.*
18 *Sententia, quæ non parit exceptionem rei iudicatæ contra vnum, neq; contra alterum parere debet.*
19 *Exceptio rei iudicatæ victo vno ex pluribus, quibus competit ius accusandi, nocet alijs accusare volentibus.*
20 *Sententia lata cum legitimo contradictore nocet alijs.*
21 *Sententia lata contra institutum nocet substituto, vel fideicommissario, de communi sententia.*
22 *Sententia lata contra eum, ad quem tempore litis, seu sententiæ ius pertinebat, quamuis in aliquem casum ius esset transiturum in alium, nocet alteri.*
23 *Sententia, vel transactio cum patre, vti legitimo administratore lata, vel facta, nocet filio.*
24 *Sententia nocet scienti litem tractari.*
25 *Sententia super euictione fundi dotalis lata contra virum, nocet vxori scienti; quamuis vxor constante matrimonio, non potuerit exercere ius suum.*
26 *Sententia, qua feudum fuit euictum agnato, nocet agnato successori.*
27 *Decij consilium 445. confutatur ab Ario Pinello.*

Pro Marchione Sancti Lucidi contra Ioannem Carrafam.

ARGVMENTVM.

De exceptione rei iudicatæ, eiusque requisitis, & præsertim de identitate personæ. Quod quandoque exceptio rei iudicatæ vigore senten-

tiæ latæ contra vnum, nocet alteri; pluribus exemplis comprobatur. De donatione inofficiosa, quod ius reuocandi, vsq; ad legitimam, ad patrem spectet.

CONSILIVM CXXIX.



ANTEQVAM deueniamus ad fundandum in iure, quod exceptio rei iudicatę, a e litis finitæ oppositæ per Ill. Marchionem, contra Mag. Ioannem Carrafam, obstare videatur; necessariũ duxi præsupponere in facto, quod quon. Ill. Marchio Federicus in anno 1549. supplicationem porrexit, in qua asserebat inter cætera, quod Ill. Ferdinandus donatarius prætendebat nõ teneri ad partem pretij in fæudis nouis, nec ad vitam militiam in antiquis alijs filijs, nec dotes filiabus consignare: petebat declarari licere ipsi Illu. Marchioni Federico disponere de vita militia in fauorem aliorum filiorum, & dotes cõsignare filiabus, ne sint fraudati eius iuribus; & in casu, quo succederet ipse Illu. Ferdinandus, declarari omnia prædicta sibi licere, ad hoc vt beneficio suorum filiorum consulatur, nec inter ipsos fratres discordia oriatur. hæc eadem capita in supplicatione Mag. Ioannę fuerunt deducta: deduxit sibi ex persona patris deberi vitam, & militiam in fæudis antiquis, in nouis partem pretij, in burgensaticis portionem. Et cum sententia in anno 1551. lata fuerit, in qua Illu. Ferdinandus fuerit absolutus ab impetitis per Ill. Federicum: merito exceptio rei iudicatæ
1 obstabit. Concurrit primo rei petitæ identitas *iuxta terminos l. & an eadem, ff. de except. rei iud.* cum pars pretij in nouis, in antiquis vita militia, in burgensaticis portio petuntur; & sic eadem est quantitas: cum in vtraq; supplicatione tempore mortis Marchionis Federici illa præstanda erant, prout
2 omnia illa petebantur. modus idem agendi etiam concurrit, quem modum magis propriè *I.C. in d. l. & an eandem,* appellauit ius; dum petitur in prima, quod declaretur licere dicto Marchioni Federico in casu mortis de ipsis disponere in alios filios; nunc filij petunt legitimam rerum donatarum Ferdinãdo, quod est idem, dum deducitur id, de quo primo actum fuerat, *vt ff. eodem tit. l. si quis cum totum, in princip.* in vtraque etiam supplicatione ius, quod habebat Ill. Ferdinãdus vigore donationis, tangitur: dum in prima dicitur, casu quo de donatione prætensa haberetur ratio, debere vitam militiam, & partem pretij. in secunda petitur quod condemnetur Marchio Ferdinandus ad soluendum de donatione partem pretij, & vitam militiã non obstante donatione, tanquam inofficiosa. Nec quidquam facit, quod in prima dicitur (si de prætensa donatione haberetur ratio) & in secunda dicitur (nulla habita ratione prętensæ donationis, tanquam inofficiosæ) quia hęc verba apposita debent intelligi secundum ius intelligit; ius autem non infringit totam donationem, sed vsque ad legitimam, *vt dicitur expresse C. de inoff. donat. l. si totas, & in l. 1. eod. tit. vbi omnes DD. ita sentiunt,* & sic concordat hęc supplicatio cum prima.

Superest vt ad tertium requisitum perueniamus, circa quod licet appareat eo ipso diuersitas personarum; ibi enim agebat pater, hic filius: & per hoc non possit dici ex-
4 ceptio rei iudicatæ obstare *vt l. si mater, §. hoc iure, ff. eod. & dicta l. & an eadem,* & in
5 proprijs terminis sententia lata cum filio nõ obstat patri, licet vna, & eadem persona intelligatur, *vt instit. de inutil. stip. §. si vero, & hoc notauit in proprijs terminis glo. in l. si mater, §. si quis hominem, ff. de except. rei*
6 *vend.* vbi etiam excipit casum quando pater causã haberet à filio. Nihilominus arbitror etiam in casu, de quo agitur exceptionem rei iudicatę obstare: ad quod fundandum moueor illa conclusione in iure vera, quod licet pater fecerit donationem vni filio inof-
7 ficiosam, tamen idem pater ex permissione legis potest infringendo donationem reuocare, cum contra legem facta fuerit *vt alias DD. C. de agric. & cens. l. quemadmodum lib. 11. & notatur, ff. de adopt. l. post mortem, in glosa,* & in proprijs terminis quod idem pater posset reuocare donationem in vita sua *tenet Guliel. de Cun. quem refert Bald. in l. 1. de inoff. dona. & in l. si totas. quam opinionem sequitur ibi Bar. Bald. Ange. Paul. de Castro, Salic. & alij, quos refert Tiraq. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, in princip. C. de reuoc. donat. Et Bald. singulariter in l. 1. col. 5. num. 13.* sequendo dictam opinionem *Guliel. de Cun.* dixit quod illa opinio fundatur per textum, quem allegauit *Bar. & Guliel. in l. titia seio, §. lucius, de leg. 2.* quod
8 pater potest grauare filium donatarium tãquam debitorem ipsius patris, non vt debitorem filij, vt pręstet legitimam alijs filijs, & sic grauat ipsum vt proprium debitorem ipsius patris: non autem posset grauare donatarium, vt debitorem ipsius filij; hoc enim esset absurdum, cum non habeat dispositionem bonorum filij sui, & pręmaturè ageretur,

tur, *ut ibi tenet singulariter Bal. qui (quaso)*
videatur : & considerant præfati *DD.* pro
9 fundamento quod patri competat actio *tex.*
in dicta l. si totas, vbi diriguntur verba Im-
peratoris ad patrem, vt ei reuocare liceat:
immo plus, nam verba dicta legis vltra pro-
cedunt, dum dicitur ibi (donatio inofficiosa
ad patrimonium suum reuertatur) quæ ver-
10 ba clarè ostendunt, vt in vita etiam redeant,
vt aduertunt Bal. Angel. & Paul. de Castro:
nec posset dici patrimonium suum idest pa-
11 tris, si pater mortuus fuerit; cum mutatione
personæ, mutetur rei qualitas, & conditio
vt ff. de acquir. hæred. l. Paulus scribit per
12 *procuratorem*, & dicuntur bona filij, & non
patris *vt in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poss.*
rogo vt considerentur illa verba, q̃ dicuntur
in *tex.* ibi id quod ad summouendũ inofficiosi
testamenti quærelam, non ingratis liberis
relinquere necesse est ex factis donationibus
detractum, vt filij debitum bonorum subsidiũ
consequantur; & sic considerat Imperator,
13 ibi vt donatio reuocetur ad effectum, quod
pater relinquat eis legitimã, ad hoc vt sum-
moueantur à quærela inofficiosę donationis:
& per consequens considerat ibi *tex.* quod à
manu patris relinquenda est legitima. non
tamen inficior quin etiam ab intestato eam
consequi possint filij; sed *tex.* ibi ét includit
vt pater relinquere valeat legitimam filio de
bonis inofficiosè donatis. Et ex hoc corella-
riè infertur, quod cum lex deferat ius expe-
riendi ipsi patri, ac reuocandi donationem
inofficiosam, & exercitium ipsius actionis de-
14 ferat etiam patri; cum actio sit ius consequẽ-
di in iudicio, quod sibi debetur *vt instit. de*
act. in princ. ad hoc vt illud actionis exerci-
tium, quod defertur patri, iuris effectum
sortiatur; dicendum est necessario, & inuitis,
15 dentibus, quod ex ea sententia lata in tali iu-
ditio inter patrem, & filium donatarium, ob-
stet exceptio rei iudicatæ; alias ad nihilum
deseruiret sententia absolutoria cum patre
lata, & si pater vinceretur filius de nouo age-
re poterit contra fratrem: quod quidem est
absurdum, & sententia claudicaret, nam in
fauorem ipsius patris reuocantis teneret, &
16 lata contra patrem non teneret, & sic clau-
dicaret sententia; quod non est dicendum, vt
alias dicitur in compromisso *ff. de arbitris,*
l. si cum dies, §. si arbiter in fin. æqualitas
enim est seruanda in iuditijs, & si senten-
17 tia in vno non parit exceptionem rei iudi-
catæ, vtique in altero parere non debet, ra-
tione dictæ æqualitatis, *vt C. de fruct. &*
lit. expens. l. fin. & C. de prox. sacr. scrin. l.
18 *in sacris, lib. 12.* sic videmus, (vt ad idem
reuertamur vnde digressi sumus) quod si lex
defert ius accusandi pluribus, quorum vnus
19 accuset, & succumbat; obstat exceptio rei
iudicatæ alijs ex proprio iure venientibus, *vt*
ff. de accus. l. si cui. §. ijsdem, Alex. in l sæpe,
20 *nu. 34. ff. de re iud.* [a] sic si sententia feratur
a cum legitimo contradictore, *vt ff. de statu*
hom. l. ingenuum. simile etiam videmus in
instituto, & substituto, vel fideicommissario;
21 vt sententia lata contra institutum noceat
etiam substituto, vel fideicommissario, *vt te-*
net Angel. & Ioannes de Im. & communiter
cæteri in l. filius familias, §. diui, ff. de leg. 1.
quod sequitur Alex. in dicta l. sæpe, nu. 118.
vbi ad hoc allegat *l. ex contractu, ff. de re iud.*
& ff. ad trebell. l. si patroni, §. fin. & sic dicit
22 *Alex.* sententiã alteri p̃iudicare si fuerit lata
contra alium, ad quem tempore litis, seu
b sententiæ ius p̃tinebat; [b] licet in aliquo casu
ius esset transiturum in alium: sic & senten-
23 tia, & transactio cum patre lata, & facta
tempore suę legitimę administrationis tenet,
quamuis filius ex sua persona veniat post pa-
tris obitum, *probat tex. in l. generaliter, vers.*
negotia, C. de sec. nupt. sequitur Arr. Pin.
ibi, folio 264. in paruis in 3. par. nu 47. Quæ
tanto magis procedunt, cũ videamus quond.
magn. Ioannem Franciscum Carrafam patrẽ
actricis iam sciuisse litem motam ad instan-
tiam Ill. Marchionis Federici in sui commo-
dum, ipsumque in ea eius testimonium pro-
tulisse, vt ex eius depositione patet: quo fit
24 vt procedat vera iuris conclusio sententiam
latam ei nocere, cum compertam habuerit
litem, *vt ex d. l. sæpe, vers. scientibus.* Exem-
pla sunt egregia ad fundandam eam conclu-
sionem, quæ ab *Alex.* referuntur in dicta *l.*
sæpè, num. 97. & 98. de marito nempe à quo
25 euincitur fundus dotalis, vt ea sententia
noceat vxori scienti, & soluto matrimonio
agere volenti, *ex mente Bald. in l. doce an-*
cillam, C. de rei vend. quam opinionem se-
quitur Alex. vbi supra, & nihilominus mu-
lier ius suum exercere constante matrimo-
nio nequiuerat, quippe quod spectat ad ma-
ritum *l. in rebus, & l. vbi adhuc, C. de iur.*
dot. Nõ ne videmus simile in agnato venien-
26 te ad successionem feudi ex persona propria?
vbi fæudo euicto ab agnato proximo defun-
cto per sententiam, & iuditium, quod ipse
agnatus nunc agere cupiens sciuit, ei præiu-
dicat, *vt per multa singularia tenet Andr. de*
Iser. in §. si vassallus de feudo, in tit. si de
feud. def. mil. controu. fuer. Oldr. cons. 94.
num. 19. fere, innumera ad corroborationem
adducit Pinell. in l. 1. in 3. par. num. 48. vers.
sed contra, in opere paruis typis edito. fol. 372.
qui arguit, Dec. in eius vulgato cons. 445. &
alij sigillatim respondet quæ videri possunt,

Digitized by Google

ideo ea missa facio. hæc scientia, & consensus non ne fuit dominis de Sacr. Consil. notorius? dum magn. Ioannes Franciscus tempore huius litis cum aduocatis Illu. Marchionis Federici causam ipsam agebat coram omnibus Dominis comparendo? nonne nos vidimus hanc agere causam? hoc inquam notorium fuit, & vt palam factum omnibus compertum, ita vt simpliciter allegari sufficiat, *l. si adulterium cum incestu, §. idem Pollioni, ff. de adult.* ac proinde exceptionem rei iudicatæ obstare concludo.

Camillus de Medicis.

a Ad dicta per hunc *nu.* 20. vide eundem in alleg. 1. pro Duce Parmæ cum Pallauicinis *n.* 100. cum sequentibus.

b Limita hæc omnia non habere locum cum detecta fuerit collusio inter litigantes, *Isern. in cap.* 1. *§. quid ergo de inuest. de re aliena facta, infra nu.* 4. & 5. quia collusio actum irritat ipso iure, *l. cum non iusto, ff. de collus. deteg. Gram. decis.* 143. *Anna cons.* 104. *n.* 22. *Pereg. cons.* 24. *num.* 20. *cons.* 3. *n.* 115. *vol.* 1.

SVMMARIVM.

1 *SErui qualiter fiant remissiue.*
2 *Seruorum conditio vniformis.*
3 *Capitis diminutio minima, quæ, & cuius effectu, & num.* 4.
5 *Capite diminuto diminutione minima aduersus eum restituit obligatio naturalis prætoris beneficio; in cæteris secus, eum ratione dicti num.* 7.
6 *Capite diminutus maxima, vel media capitis diminutione, non conuenit, nec conuenitur; sed contra possessores eius bonorum agi potest.*
8 *Noxam pro noxa dare in criminalibus, non in ciuilibus procedit.*
9 *Monasterium, licet teneatur pro debitis contractis per monachū, id tamen procedit vsq; ad quantitatem monasterio peruentam.*

Pro Hali Mauro seruo Serenisss. Magni Ducis Etruriæ.

ARGVMENTVM.

SI debitor ex causa superuenientis seruitutis omnino liberetur à noxa obligationis, ita vt molestari nequeat.

CONSILIVM CXXX.

1 SERVI aut nascuntur, aut fiunt: nascuntur ex ancillis, fiunt, aut iure gentium, aut iure ciuili; iure gentium per captiuitatem, iure ciuili, cum liber ad pretium participandum se se venundari passus est, *§. serui, de iure personarum.*

Hali Maurus post contractum debitum, seruus est effectus Serenissimi Magni Ducis per captiuitatem, quæ occasione belli contigit *dicit glo. ibi vers. captiuitatem,* quia captus ab eius triremibus; & in seruorum con-
2 ditione nulla est differentia, quia non magis vnus, quam alter sit seruus, *§. fin. ibi glo. in vers. nulla, instit. eod. de iure personarum.*

3 Item quando quis patiebatur nimiam capitis diminutionem, quod est, cum libertas, & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur,
3 *l. fin. ff. de capit. dimi.* quia alius homo videtur, ciuilis obligatio contra ipsum extinguitur, manente tamen naturali, ideoque Prætor illam restituit, *l.* 2. *in princ. ff. eod. & in §. ait Prætor, iuncta glo. in vers. iudicium dabo, & in vers. manent, ad idem glos. in l.* 2. *ff. de in integrum restitut.* & illud ædi-
5 ctum pertinet ad minimas tantum capitis diminutiones, quæ salua ciuitate contingūt *d. l.* 2. *in princip.* cæterum siue amissione ciuitatis, & sic de media; siue libertatis, & sic de maxima capitis diminutione contingat,
6 cessabit ædictum: neque possunt hi penitus conueniri, dabitur tamen actio in eos, ad quos bona eorum peruenerunt, *traditur in d. l.* 2. *in vers. cæterum.* & adeo qui patiuntur maximam, & mediam capitis diminutionem sunt liberati, quod sicut non possunt conueniri, sic nec alios conuenire, *glos. in l.* 2. *in vers. conueniri,* taliterque actio contra eos extinguitur, quod nulli restitutioni locus est Prætoris beneficio, *est tex. in l. tutelas, §. si libertate, eo. tit.* & ratio est dicit ibi
7 *Bal.* quia seruus non potest subijci oneri alicuius actionis; est verum quod vtilis actio datur contra possessorem bonorum, *d. l.* 2. *in vers. cæterum,* vel domini, ad quem bona deuenissent, qui si in solidum seruum non defenderet, permittitur creditori missi in possessionem bonorum, quæ habuit, *d. §. si libertate in fine,* & si bona non essent, & non
8 sufficerent pro debito, an pro noxa dabitur? quod non quia illud pro noxa in delicto, non in debito procedit, *glo. decidit in d. §. si libertate, in vers. missi,* & sic ex illo *tex.* actio, quæ datur contra dominum possidentem bona, datur vsque ad quantitatem bonorum tantum, quæ ad eum peruenissent, *Alber. in l. pertinet, num.* 4. *ff. de capi. dimin.* inferens

ad

9 ad quæstionem, quod Monasterium licet teneatur ad debita contractu per Monacum, tenetur tamen ad quantitatem, quæ ad eum peruenit, *allegando tex. in d. §. si libertate, idem sentit Bal. in d. §. si libertate.* Ex his enim concludo quod postquam Hali Maurus post prætensum debitum contractum per captiuitatem sit effectus seruus Magni Ducis, libertate, & ciuitate amissa, media, & maxima capitis diminutione sequuta; nulli oneri actionis subiectus sit: & perinde absque dubio in carceribus, vbi fuit arrestatus, liberandus cum penitus actio in eius creditorum præiudicium fuerit extincta.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Legata duo eiusdem summæ, vnum in dubio censetur, nisi legatarius contrarium probet.*

2 *Legata duo eiusdem summæ in diuersis scripturis præsumuntur duplicata, nisi contrarium hæres probet.*

3 *Legata duo si fiant in pluribus scripturis eiusdem qualitatis, vna tantum dispositio censetur; secus si in diuersis speciebus scripturarum.*

4 *Concessiones plures si fiant ob eandem causam, diuersæ non præsumuntur, & nu. 6.*

5 *Legatum alimentorum factum in testamento, & in codicillis, non dicitur duplicatum.*

7 *Assensus præstitus duabus tantum concessionibus, pro tribus tamen petitus; tertia remanet sine assensu, & nu. 8.*

9 *Stipulatio pro se, ad hæredes quoque extenditur.*

10 *Assensus si est difformis à concessione, vtrumque corruit.*

11 *Assensus si est difformis à contractu, non dicitur in eo adesse assensum.*

12 *Hæres an teneatur ad æstimationem donato feudo, vel legato?*

13 *Filius si quis est, dicitur, & præsumitur quoque hæres patris.*

14 *Præscriptione quanti temporis liberetur nō soluens annuam præstationem tempore debito?*

15 *Pactum de affrancando in constitutione annuæ præstationis operatur, quod per præscriptionem triginta annorum non soluens præsumitur facta affrancatio.*

Pro Marchione Vasti, & Piscariæ, cum illis de Laudisio.

ARGVMENTVM.

Svmma eadem legata, vel promissa pluries vni, eidemque personæ; quādo à iure præsumatur duplicata dispositio, vel potius semel tantum debeatur. De assensu interpretando, & ipsius inualiditate ex difformitate à cōtractu. Et vtrum ex non solutione annuæ præstationis legitimo tempore præscribatur liberatio.

CONSILIVM CXXXI.



SICVT verum est in facto, concessiones à Ducissa Fracauillæ in anno 1526. in beneficium Franciscæ Porcariæ, & Aureliæ Laudisio matri, & filio collatas pro seruitijs, esse duas eiusdem summæ annuorū duc. 30. eodem die, pro eadem causa, per eadem verba, & manu eiusdem scriptoris: ita verum est in iure vnam censeri, & ex vna tantum ex eis oriri obligationē, casus legis est (alias omittendo) *in l. plane, §. si eadem,*
1 *ff. de leg.* 1. Vnde regula sumitur, quod duo legata eiusdem summę, vnum in dubio censetur; nisi contrarium à legatario probatum fuerit. cui *legi* licet aduersetur *tex. in l. quinquaginta, ff. de probatio.* vbi hæc probatio in
2 hæredem transfertur, & in dubio legata duplicata censentur: aduertatur, quod *l. quinquaginta* procedit, quando in diuersis scripturis legata fiunt, *ita glo. ibi, & in §. si eadem, vbi Bart. num. 2. Alex. num. 2. Ias. num. 11.*

In diuersis dico scripturis, scilicet, in diuersis speciebus scripturarum, nempe in te-
3 stamento, & in codicillis: secus autem si essent in pluribus scripturis eiusdem qualitatis, puta in pluribus testamentis, vel in pluribus contractibus eiusdem tenoris; nam tunc vna dispositio tantum censetur, *casus est in l. Sempronius, ff. de leg.* 2. vbi Bar. dicit *in l. quinquaginta* fuisse diuersas scripturas diuersarum voluntatum. *& Paul. de Cast. ibidem* dixit, quod in *l. quinquaginta* erat variatio scripturarum, & variatio voluntatum. *idem Bal. in d. l. sempronius, in specie in 2. not.* loquens in contractibus, & *Alex. in d. §.*

d. §. si eadem, in fin. quando sunt scripta manu eiusdem scriptoris.

Secundo non censetur duplicata dispositio, & sic non procedit *tex. in d. l. quinquaginta.* & quod non sint diuersæ concessiones,
4 quando fiunt ob eandem causam, *ita glo. in d. l. quinquaginta, in vers. postea, quam sequitur Bart. in l. cum centum, ff. de adim. leg. circa finem, vbi in tota materia distinguendo hoc firmat, in vers. aut legatum est ob vnam, eademq; causam, Paul. de Cast. in d. §. si eadem, circa finem, in vers. hoc tamen verum, & Ias. num. 11. vers. intellige verum, alleg. tex. in l. libertis, quos, in princ. ff. de alim. & cib. leg.*
5 vbi legatum alimentorum factum in testamento, & in codicillis, quia continet certam, & eandem causam alimentorum; non censetur duplicatum, sed vnum ipsorum tantum debetur. Et ego allego *tex. in l. cum pater, ff. de iur. dot.* qui loquitur in contractibus, ibi pater promiserat centum in dotē filiæ in contractu; postea moriens legauit centum filiæ pro dote: dicit *Iureconsul.* quod si filia probauerit patrem uoluisse dare bina centum, & promissionem, & legatum consequetur. ergo in dubio non censetur duplica-
6 ta dispositio, licet sit in diuersis scripturis; & etiam in contractibus, quando ob eandem causam fit. in præsenti sunt duæ concessiones eiusdem summæ, manu eiusdem scriptoris, & eadem die confectæ, eiusdem tenoris, & qualitatis, & ob eandem causam, scilicet propter seruitia: ergo vnica censebitur, postquam ex aduerso non est probatū cōtrariū.

Ad quod ponderetur, quod isti concessionarij, quia erant de terra Gisoni, facta fortasse concessione super Dohana Francauillæ, ipsi pro faciliori exactione rogarunt Ducissam, vt illam concessionem faceret de introitibus Gisoni; & sic fuit altera facta: non quod cum effectu sint duæ. quodq; pater, quia nulla apparet exactio de illa super Dohana Francauillæ; sed solum de illa super terra Gisoni: item in assensu, qui producitur, de illa prima non fit mentio, sed solum de ista secunda, signum euidens, quod illa prima super Dohana Francauillæ non habuit effectum, & pro ea fuit altera super terra Gisoni facta.

Iacto hoc fundamento, nec etiam Marchio ex hac secunda molestari potest: si quidem est facta matri, & filio, & cuilibet ipsorum, absque clausula, & hæred. vel alia &c. Et assensus, qui producitur, aut illam non compræhendit; aut si comprehendit, est ab ea difformis: aut & tertio concessionem ad vitam concessionariorum tantum esse factā declarat, & roborat; nam assensus antequam dispositiue concedatur, in eo enūtiantur tres species concessionum à Ducissa dictis matri, & filio factæ, quædam ipsis, & eorum hæredibus, alia duc. 25. eorum vita durante tantū aut tertia duc. 30. super terra Gisoni dictis matri, & filio, & cuilibet ipsorum: & non dicitur nec vita durante, nec pro ipsis, & hæredibus ex corpore tantum, quo ad concessiones vita durante valeant, sic vita durante, & de tertia annuorum duc. 30. facta matri, &
7 filio verbum nullum inde sequitur, quod postquam tres species concessionum sunt enunciatæ, & super duabus primis præstatur assensus, ista tertia; quæ est illa, de qua agitur, remanet sine assensu.

Nec potest dici, quod compræhendatur cum alijs, quia cum sint diuersæ qualitatis, & vti diuersæ qualitatis in assertione enunciantur; nequaquam sub illis in assensus præstatione includi potest. immo cum enunciantur tres species diuersarum concessionum, Rex
8 præstando assensum duabus, tertiæ dissentire videtur, *argu. tex. in l. cum Prætor, à contrario sensu, ff. de iud. per vulg. reg. quod vbi voluit, dixit, C. de cadu. toll. §. in primo,* & in materia assensus tradit, *Andr. in cap. 1. qui success. teneantur, sub num. 7.*

Sed esto absque veri præiudicio, quod ista tertia species concessionis, de qua nunc agimus, compræhendatur sub illis duabus speciebus assensu roboratis, prout nunquam compræhendi poterit; adhuc res est in tuto: nam aut compræhenditur sub vna specie cōcessionis factæ ad vitam, tanquam ei immediate sequenti in enunciatione, quæ de ipsis fit; & tunc lis erit sopita, cum concessionarij iam sunt mortui, sunt anni, & anni: aut compræhenditur sub prima specie facta pro se, &
9 hæredibus in perpetuum, forte quia qui pro se stipulatur, pro hæredibus etiam stipulari videtur, *ad tex. cum glo. in l. si pactum, ff. de probatio.* & tunc adhuc ista remanent sine assensu, nam concessio est pro se, & hæredibus simpliciter, vel in perpetuum, vt in assensu dicitur; & assensus est pro se, & hæredibus ex corpore tantum. ergo difformis assensus
10 à concessione, & successiue vtrumque corruit concessio, & assensus, *per tex. in l. profectò, de leg. Corrad. Camer. in cap. Imperialem, cart. 56. litera Q. & R. Marin. lib. 2. quæst. 34. fol. 223. in nouis, & vltimo omittendo alios, per D. de Franchis decis. 154. à num. 4. vsque ad fin.* quando enim assensus non est eo modo, quo est factus contractus, non dicitur in eo contractu adesse assensum,
11 *Marin. vbi supra sub num. 5. in princ. tertia col.* subdens, ex quo non fuit secundum voluntatem contrahentium, *alleg. in arg. l. cum te, C. de pact. int. empt. & vend.*

Qua

Qua de re, cum hæ concessiones introituum feudalium sint sine assensu; Marchio successor in feudo illis stare non tenebitur.

Nec dicatur, quia feuda sunt hæreditaria, quod hæres tenebitur, vel in actione personali, vel ad tantundem; vel quia concessio est super introitibus feudi, & potuit defunctus imponere onus super fructibus feudi etiam sine assensu. nam respondetur ad primum,
12 quod non adhuc est decisum, hæredem teneri ad æstimationem donato feudo; est solum decisum, hæredem teneri legato feudo. Ad utrumque respondetur quod Marchio non est heres Ducissæ Francauillæ; & cũ ex aduerso (cuius erat hoc onus) id non probauerit, non præsumitur: quia non sumus in filio, ut
13 possit dici, est filius, ergo hæres. ex quibus est omnino Marchio absoluendus.

Est insuper absoluendus, & si prædicta non subsisterent, quia non apparet, quod hæ prætensiones sint solutæ ab anno 1530. à quo tempore usque ad tempus litis motæ cucurrerunt anni 56. per quod spatium, absque
14 dubio à tali præstatione Marchio liberatus est, *ad dicta per Bart. in l. competit, C. de præscript. 30. ann.* vbi firmat declarando *glo. ibi* quod non soluens canonem, seu aliam annuã præstationem ab ipso debitam spatio 30. annorum; consequitur liberationem, adeoquod in futurum soluere non tenetur: quia tanto tempore ius hoc præscribitur. Et licet opinio *Bar.* (esto quod sit *cõmunis, ut per Corn. cons. 22. in 2. dub. vol. 3.*) aliquam habuerit difficultatem, tamen quando in constitutio-
15 ne annuæ præstationis adest pactum de affrancando, prout in præsenti; tunc ob non solutionem per tantum tempus præsumitur facta affrancatio, *ita in specie Senat. Pedem. in decis. 179. in 2. vol. supra nu. 6. ex mente Mising. cons. 78. nu. 15. 16.* Vnde quocunque pars se vertit, sine fundamento loquitur, & proinde Marchio est absoluendus.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus discontinua factum hominis requirit.*
2 *Clerici debent ire obuiam Prælato honorificè in felici eius ingressu.*
3 *Seruitus discontinua quanto tempore præscribatur.*
4 *Consuetudo aliquorum locorum respiciens fauorem domini, debet obseruari in alijs locis.*
5 *Præscriptio eatenus ostenditur, quatenus possessum est.*
6 *Consuetudo aliquorum locorum debet obseruari in alijs locis eiusdem dominij, si est iuri communi conformis, & non aliter.*

Pro Presbyteris, & Clero Turris Octaui, contra Archiepiscopum Neap.

ARGVMENTVM.

Quæ sit seruitus discontinua, & quanto tempore præscribatur; & an consuetudo vnius loci subditi extendatur ad alium locum æque subditum.

CONSILIVM CXXXII.



DVM Fiscus prætendit Reuerendos Presbiteros N. prima die Dominica mensis N. debere venire ad Ecclesiam Cathedralem cum floribus in manibus, actor est; proinde fundare debet eius intentionem, alias actore non probante, reus absoluetur.
1 Id enim prætendere est quædam seruitus discontinua, quia factum hominis requirit, *l. seruitutes la grande, vbi glo. ff. de seruitut.*
2 licet enim clerici vadant obuiam Prælato honorificè, cum palmis oliuarum, & processionaliter; id semel solet contingere in felici eius ingressu, *dixit Dec. in cap. licet causam, 1. col. vers. secundo dicitur, de probat.* sed quod singulis annis tali die teneantur ad Ecclesiã, non obuiam Prælato, cum floribus; seruitus est, quæ probari debet per titulum hominis, vel per titulum legis. Fiscus enim de hoc nõ habet nec titulum hominis, nec titulum le-
3 gis: si quidem in præscribenda seruitute hac discontinua spatium centum annorum requiritur, *secundum glo. in d. l. seruitutes,* etiã liquet Fiscum nihil in hoc processu probasse antiquitus Reuerendos Presbiteros venisse cum floribus; immo ex aduerso Presbiteros probasse possessionem libertatis nunquam flores asportasse: quamobrem si Fiscus nihil probauit omni iure succumbet, maxime quod eidem obstat exceptio rei iudicatæ in anno 1548. quo tempore fuit decretum Presbiteros debere venire in albis, seu cũ cotta; si enim debuissent venire cum floribus, tunc fuisset prouisum, quia de his quæstio erat.

Nec dicatur in alijs casalibus vigere hanc

consuetudinem præscriptam Presbiteros venire cum floribus; & proinde idem debere obseruari cum Presbiteris prædictis eiusdem
4 Diocesis: ea ratione, quia consuetudo aliquorum locorum respiciens fauorē domini, debeat obseruari in alijs locis, *cap. Ecclesiis, & cap. sopita, de censib.* nam non infert, hoc ius est præscriptum in alijs casalibus: ergo idem erit cum casali Turris Octaui; cum quo
5 id nunquam fuit obseruatum, cum tantum sit præscriptum, quantum sit possessum, *l. 1. §. hoc interdicto, vbi Scrib. ff. de itin. actu. priua.* & vbi non fuit possessio, non cadit præscriptio, quæ suis limitibus constanda est *cap. auditis, vbi Canon. de præscrip.* Pariter
6 consuetudo aliquorum locorum debet obseruari in alijs locis eiusdem dominij: procedit in consuetudine confirmatiua iuris communis, & non in consuetudine, quæ est contra ius commune, & ita loquuntur *cap. Ecclesiis, & cap. sopita Aufre. in decis. Tolosa 332. & pulchrè Aim. de antiqui. temp. 4. par. in princ. nu. 50. 51. & 52. fol. mihi 140.* quando enim consuetudo esset iuri communi contraria, & contra ius, tunc non extenditur ad alia loca similis conditionis, & eiusdem dominij: *in specie Innoc. in d. cap. sopita*, dum ibi ponderat consuetudinem, ibi non esse contra ius commune, *de censib. & Aim. omnino videndus in allegato loco num. 51. & 52.* Quare cum hæc consuetudo notorie sit contra ius commune, licet in alijs locis vigeat, nihil commune in loco Turris Octaui; ideoque Presbiteros eiusdem loci à tali prætensione absoluendos fore indubie scribo.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio fit matrimonio soluto.*
2 *Maritus pro dotis restitutione est debitor conditionalis, & quomodo.*
3 *Maritus dotem restituendo matrimonio constante, non liberatur.*
4 *Maritus tunc tenetur dotē matrimonio constante restituere, quando ad inopiam vergit*
5 *Mariti inopia, & dissolutio matrimonij, quoad restitutionem dotis æquiparantur.*
6 *Maritus etiam diues dicitur ad inopiam vergere, quando male incipit vti substantia sua.*
7 *Vxor pro dotis restitutione, siue assecurationis non agit, absque excussione contra tertios possessores.*
8 *Romani opinio circa excussionem non faciendam in dotis assecuratione reijcitur.*
9 *Creditor hypothecarius cum clausula constituti, vel precarij, absque excussione agit contra tertios possessores.*
10 *Creditor in vim constituti, vel precarij agēs contra tertios possessores, quid probare debeat.*
11 *Fideiussoris bona in bonis principalis computantur.*
12 *Ius offerendi possessori competit.*
13 *Ius offerendi datur possessori, etiam in iudicio assecurationis.*
14 *Ius offerendi competit marito, contra quem vxor agit pro assecuratione.*
15 *Dotis actio, matrimonio constante, regulariter non nascitur.*
16 *Maritus inops quomodo agat pro dote promissa.*
17 *Ius offerendi contra mulierem agentem ad dotis restitutionem, quando denegetur.*
18 *Annui redditus inter immobilia connumerantur.*

Pro Cæsare Tolosa.

ARGVMENTVM.

Dotis restitutio quando prætendi possit costante matrimonio, & mulier pro assecuratione an agat contra tertios possessores non facta excussione, & vtrum eo casu ipsius possessoribus saltim competat ius offerendi.

CONSILIVM CXXXIII.



QVOD Antonia Rogadea excludatur à iudicio assecurationis intentato super bonis possessis per Cæsarē Tolosam, ex pluribus arbitror partes integerrimi iu-
1 dicis taliter esse in decernēdo. Constat enim dotis restitutionem non posse fieri constante matrimonio, sed demum soluto, *habetur in*
2 *l. 2. ff. sol. matr.* cum maritus pro dote sit debitor conditionalis, si matrimonium dis-
3 soluatur, *l. 1. ff. de iur. dot.* & restituendo maritus ante matrimonium solutum non liberaretur, *l. 1. C. si dos const. matr.* Fallit
4 tamen ex causa inopiæ viri, *l. si constante solut. matr. & l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* Cum-
5 que inopia viri, & dissolutio matrimonij à pari procedant ad dotem repetendam, *l. in rebus, §. omnis, de iur. dot. § illud in fin. auth. de æqual. dot.* & in hoc tria iura prouiderunt ius digestorum, ius C. & ius *auth.* quo plenis-
6 sime mulieribus est consultum; nam si vir habet

habet tantum, quod sufficit creditoribus, & habet quod potest bene viuere, sed est dubiũ quod vergat ad inopiam, quia male incipit vti substantia sua, mulier his non obstantibus assecuratur. *not. Bar in d. l. si constante, num.*
7 *3.* Sed licet in tali assecuratione cõtra regulas iuris mulier habeat fauorem, grauatur tamen, vt per terminos iuris suos dirigat gressus, & primo discutiat bona mariti, & in subsidium deueniat ad bonorum possessores, *glo. in l. vbi adhuc. vers. qui potiora, C. de iur. dot. quam sequitur ibi Cyn. in 11. quaest. & Bald.* dicens quod licet mulier in dote habeat plura priuilegia, tamen in excussione facienda in bonis mariti, *iuxt. auth. hoc si debitor, C. de pignor.* non reperitur habere specialem, *firmat Bart. in dict. l. si constante, num. 22. vbi plene Alex. Corn. cons. 267. quamquam 3. vol. & videtur tex. in d. l. vbi adhuc, ibi (secundum legum distinctionem moneat) quam opinionem tanquã communem firmant Negusan. in tractatu de pignor. 1. memb. 8 part. num. 13. & Bald. nouell. in tract. de dot. 8. par. 3. priuil non obstante opinione solius Rom. in d. l. si cõstan-*
8 *te, in princip cuius opinio tanquam veritatis deuia est ab omnibus relicta.* Vnde cum Antonia Rogadea prius petierit assecurari super bonis detentis per Caesarem tertium possessorem, non excussis primo bonis mariti; sequitur ipsam esse reijciendam, & remedium discussionis insectari. Et si forte per partem diceretur, quod maritus in obligatione bono-
9 rum, quam fecit pro restitutione dotis, constituerit se simpliciter, vel precario nomine possidere; ex quo infertur virtute precarij, & constituti posse mulierem conuenire possessorem, in quem facta sit alienatio, tanquam sua possessione priuatam, condictione, *ex l. fin. C. de acquir. possess.* & non requiri excussionem, *vt firmat Iac. Butr. in d. auth. hoc si debitor, sequitur Imol & Alex. in l. exitus, de acquir. poss. & in cons. 83. num. 2. 6. vol.*
10 dicitur duobus concurrentibus hoc procedere, primo si probetur, quod bona possessa, super quibus agitur, fuerint possessa per debitorem tempore precarij, & constituti, *Ang. & Alex. in l. quamuis, §. conductor num. 8. ff. de acquir. possess.* secundo, quod intentetur condictio *d. l. fin. C. eod.* non autem hypotecaria, vel aliud remedium, *Bal. in d. l. 1. C. de his, quae in fraud. cred. Alex. in d. l. exitus, in fi. Aret. in cons. 126. in causa Antoniae, vlt. col. Neguss. in tract. de pignor. 1. mem. 8. par. num. 17. vers. intellige,* quae extrema cum per partem non fuerint verificata, nec congruum remedium intentatum; intrepide firmandum discussionem debere procedere in bonis viri. Quod maxime deberet decerni, cum mulieri sit consultum, ex quo ad praesens in posse mariti reperiuntur maiora bona, quam non erant tempore matrimonij contracti, & pro eius securitate habet idoneos fideiussores, qui sicut admittunt maritum inopem ad recuperandam dotem promissã, *cap. per vestras, vbi not. de donat. inter vir. & vxor.* sic videtur vxori consultum si habeat
11 idoneos expromissores, cum bona fideiussoris in bonis principalis debitoris computentur, *iux. not. in l. si plures, §. praeterea, vbi DD. ff. de fideiuss. not. Alex. in cons. 34. in fin. 7. vol.* tanto magis quod cum maritus dictae Antoniae egerit in Magna Curia Vicariae contra praedictum Caesarem pro rescindenda alienatione sibi facta, & cum per sententiam Magnae Curiae confirmatam per Sacrum Regium Consilium succubuerit; videns se omni via exclusum, fecisse eius mulierem per remediũ assecurationis subingredi, quod quilibet recti consilij iudicare debet: qua fraude sic praesumpta, & alijs de iure adductis praefatus Caesar possessor non deberet molestari. Et posito sine veri praeiudicio q. dicta Antonia posset assecurari super bonis tentis per praedictum Caesarem priu... facta discussione in bonis mariti; quis nega-
12 bit ipsum tanquam possessorem habere ius
a offerendi, *l. mulier, 2 ff. qui pot. in pign. hab. & l. paulus, §. fin. quib. mod. pig. vel hypoth.*
13 *sol.* Et si aliqui *DD.* tenuerint in iuditio assecurationis ius offerendi cessare *secundum Cyn. in l. eum tibi, C. qui pot. in pig. Bart in d. l. si constante. 7. quaest. 3. par. princ. Corn. cons. 85. 4. vol. & Socc. late in cons. 3 vol. 3.* contrarium tamen esse verius, firmant *Paul. de Castr. & Alex in d. l. si constante, nu. 31. qui alios refert hanc sententiam sequi, & Bal. in auth. quod locum, num. 8. C. de collat.*
14 Et hoc ratione suadetur, nam si maritus habes ius offerendi, sic & alius habens esse ab eo: quia si obligatus admittitur ad offerendum, fortius ille, qui conuenitur, vt simplex possessor, qui nullo iure est obligatus, *§. 1. inst. de act.* eo magis quia talis assecuratio, quae fit constante matrimonio, est contra regulas iuris, *l. 2. in princip. sol. matr.* cum
15 constante matrimonio regulariter non sit nata actio in dote, *l. 2. in princ. de dot. praleg.* sequitur eam non esse ampliandam, cum in hoc lex nulla deneget oblationem; & si expresse non fuerit priuilegiata remaneat in dispositione iuris communis admittentis oblationem possessoris, *l. in fraudem, §. fin. de test. mil.* Nec suffragatur quod si in pecunia admitteretur oblatio, illa consumeretur, & sic mulier indotata remaneret, nam dicta pecunia

cunia poterit reponi pænes fidum mercatorem ad honestum lucrum, vt de eo se, suosque
16 alcat, *arg. cap per vestras, de donat. int. vir. & vxor.* vbi vir inops agit, vt sibi dos promissa tradatur, dummodo deponatur pænes mercatorem, vt de lucro alantur; vel de dicta pecunia poterit emi prædium, vt fructus deseruiant oneribus matrimonij, *not. in cap. conquæstus de vsur*, quæ remedia alias induxisse Sacrum Consilium, *refert Afflict. in*
17 *decis.* 221. Nec obstant opiniones DD. supra relatę negantes tali casu oblationem; nam illæ possent procedere, quando mulier ageret vtili reiuendicatione pro re quasi dotali extimata, vel hypothecata pro eadem re, quæ est affecta oneribus matrimonij, *ita inquit Bal in auth. quod locum, num.* 8. *C. de collat.* Et si forte ista opinio de oblatione pecuniæ haberet aliquid dubij, cum plenissime non sit consultum mulieri; tamen cum Cæsar possessor non simplicem oblationem pecunię, sed pinguissimā in annuis redditibus sub ampla euictione deduxerit; credo omnium iudicio cessare ambiguitatem, ad quam aduertant quæso excellentes Iudices pro securitate mulieris, cum iuris sit annuos redditus inter
18 immobilia numerari, *tex. in l. iubemus, vbi Bart. C. de sacr. sanct. Eccl. §. non ergo, vers. ciuilia, auth. de non alien. cap. querelam, de elect. & clem. exiui. §. cumque annui redditus, de verb. signif.* maxime quia tales annui redditus, qui offeruntur, longo tempore sunt duraturi; quo casu vere immobilia sunt *not. Bald. in cap.* 1. *de feud. cognit. Fed. de Sen. in cons.* 76. *Bart. in l fin. ff. quor. bonor.* vbi interdictum, quod datur ad immobilia, datur ad annuos redditus longo tempore pręstitos *Alex. cons.* 103. 5. *col.* 2. *vol. & in l. si constante, §. fin. qui plures cottas adducit,* vnde cum inter immobilia computentur, cessat ratio consumptionis, & militant rationes permittentes assecurationem ex inopia viri ne mulier indotata remaneat, & vt se, suosque aleret *d. l. vbi adhuc.* Et cum per talem pinguē annorum redituum oblationem plenissime Antoniæ Rogadeæ sit consultum, proniores credo fore Dominos Iudices ad admittendum præfatum Cęsarem possessorem tali oblationi; ne sint tam doti fauorabiles, quod alijs maximum præiudicium inferatur, *cap. ex tenore, de foro compet.* & ita salua correctione Iuris esse arbitror.

Camillus de Medicis.

a In hoc puncto videndæ sunt *decis. Afflict.* 199. *& D. de Franch. decis.* 54.

SVMMARIVM.

1 F*Aeudalis qualitas seruitutem præbet.*
2 *Res sua nemini seruit.*
3 *Vendens rem, eo iure, quo penes ipsum erat vendere dicitur.*
4 *Faudalis res propria non appellatur.*
5 *Proprium, de quo quis ad libitum disponere valet, iudicatur.*
6 *Concessio in allodium ex concessione actionis vtilis, & directæ, præsumitur.*
7 *Pater familias prædium diuidere, & diuisū vnire potest.*
8 *Faudatarius in re faudali vtili tantum dominio potitur*
9 *Residui appellatione totum continetur.*
10 *Emptio rei suæ non valet, nisi ratione iuris in ipsa deficientis.*
11 *Alienans oneroso titulo totam rem vendit, lucratiuò autem ius tantum, quod in illa habet.*
12 *Seruitus per rei seruientis acquisitionem extinguitur.*
13 *Hypotheca re hypotheeata ad creditorem peruenta euanescit, & quando in suspenso remanet.*
14 *Emptor rei seruientis nulla facta mentione de seruitute, pretij ratam repetit.*
15 *Dominium est ius.*
16 *Vniuersalis oratio nihil relinquit.*
17 *Geminatio quid operetur.*
18 *Proprietatis diffinitio.*
19 *Proprietas in quo à dominio differat.*
20 *Verbi (retinet) quidditas.*
21 *Dictionis (quouis modo) natura expenditur.*
22 *Dominium directum & vtile in eadem persona concurrere nequeunt.*
23 *Mutata rei forma substantia annihilatur.*
24 *Verbi temporis præteriti significatio.*
25 *Integrum quando dicatur.*
26 *Confirmatio in communi forma nil noui dat.*
27 *Clausula (visis priuilegijs, & ex certa scientia) quid operetur.*
28 *Faudo ad infaudantem perueuto qualitas faudalis extinguitur.*
29 *Venditio ex pretij receptione arguitur, quāuis verba in venditionem non sonent.*
30 *Verba (de nouo concedimus) immutant præcedentia (restituimus.)*
31 *Priuilegia si asseruntur visa, discussa, & examinata, & confirmata præsumuntur.*
32 *Confirmatio, & restitutio quomodo inter se differant.*
33 *Actus sequentes dubium præcedentem intentionem*

tionem dilucidant.

34 *Allodialis res ex non solutione adhoa præsumitur.*

Pro Principe Bisiniani cum Regio Fisco.

ARGVMENTVM.

Concessio in allodium, vel in fæudum, ex quibus iudicetur; & per plenam acquisitionẽ corporis, cuius pars fæudalis erat, an quoad illam partem fęudalis qualitas euanescat: de efficacia illius clausulæ (cũ oĩbus iuribus quouis mõ spectãtibus.) Re fæudali ad infæudantem legitime peruenta fæudi qualitatem extingui; & si fæudatario restituatur, ex quibus noua concessio, & dispositio, vel prioris iuris tantum confirmatio censenda sit; & ex non soluendi adhoam cõsuetudine, vtrum res libera arguatur.

CONSILIVM CXXXIV.

Posito, quod annui duc. sexcentum, quos Princeps Bisiniani habuerat sup introibus gabellę Serici, ante emptionem totius Gabellæ in fæudum fuissent concessi, & de eis sic appareret originalis concessio per Regem Alphonsum Primum, quæ non reperitur (quod negat Collega) tamen facta emptione in anno 1483. totius gabellæ per Principem Hieronymum à Rege Ferdinando Primo in allodium, in qua erant incorporati dicti annui duc. 600. quod eorum qualitas fæudalis per confusionem fuerit extincta, ex duobus erit clarum.

Primum, id liquet ex tribus priuilegiis Regum de Aragona, vnum est Regis Ferdinandi Primi in anno 1484. in quo Rex asserendo habere gabellam Serici francam, & liberam ab omni onere, excepto à dictis annuis duc. 600. olim concessis per Regem Alphonsum Principi Lucęillam vendit Principi Hieronymo eius successori pro duc. 18. mil. (Ad disponendum tanquam de re propria, cum omnibus iuribus, & pertinentijs quouis modo, & prout ipse Rex tunc tenebat, transferendo actionem vtilem, directam, & mixtam; nihilque iuris, & actionis sibi, & Regiæ Curiæ super dicta gabella, eiusque proprietate, possessione, & vtili dominio reseruantes, seu quomodolibet retinentes: immo omnia iura, quæ suæ Maiestati competunt, & competere possent, quouis modo, vel causa eidem emptori competant.) Ex his enim verbis infrascripta notabilia sequuntur.

Primo, Regem Ferdinandum vendidisse hanc gabellam, non in fæudum, sed in allodiũ:
1 si quidem qualieas fæudalis seruitutem inducit, *glos. in l. si vsufructus, ff. de vsufr.* & exi-
2 stens gabella in posse Regis libera erat, quia res mea mihi seruire non potest, *l. vti frui,*
3 *ff. si vsufr. pet.* Inde illam vendendo, quia non dixit in fæudum; eo iure, quo erat pænes eũ, & sic liberã, & in allodium transtulit, *Andr. in §. huius autem generis, num. 13. ex quib. cau. fau. amitt. Oldr. cons. 159. Iacob. in sua inuest. in ver. inuestiui, num. 10.* Et quia
4 transtulit potestatem disponendi, tanquam de re propria; idcirco si res est propria, non est fæudalis, *sing. tex. in cap. 1. in vers. proprium, de conten. int. dom. & empt. quem allegat Paris. de reinteg. rub iure fæudi, f. 66.*
5 Proprium enim dicitur, de quo quis ad libitum potest disponere, tanquam de re proprij patrimonij ex licito titulo acquisiti, *Zabar. in clem. gratia, col. pen. de rescript. Franc. Sarmen. tit. de redit. Ecrl. cap. 3. num. 2.* Et
6 quia etiam transtulit actionem directam, & vtilem; à sufficienti partium enumeratione verba ista concessionem in allodium arguũt *Iacob. in d. ver. inuestiui, post num. 10. vers. tertio, Capic. in sua inuest. fol. 134.*

Secundo, licet antea Alphonsus Primus concesserit dictos annuos ducatos 600. in fęudum super introitibus dictæ gabellæ; & de vno prædio, duo fecisse, *l. 1. C. de metrop. Berit. lib. 11. l. si eadem, ff. de off. assess. & l. quod in rerum, §. si quis post, ff. de leg. 1.* tamen Rex Ferdinandus in hac venditione asserendo gabellam francam, & liberam, excepto à dictis annuis duc. 600. de duobus redu-
7 xit in vnum; cum possit paterfamilias vnum prædium tam re, quam nomine diuidere, & diuisum in vnum reunire, *l. caius, §. Titius, ff. de leg. 2.* quia exceptio cum declaret regulam *ad not. per Scrib. in l. 1. ff. de reg iur.* operatur vt gabella sit vnum corpus; & hoc onus tanquam dictæ gabellæ non sit separatum ab ea, sed super eius introitibus debeatur; & ex hac exceptione clara fuit intentio Regis voluisse transferre omne totum, quod pænes eum erat, scilicet corpus Gabellę cum restantibus introitibus exceptis annuis duc.
8 600. & consequenter directum dominium dictorum annuorum ducatorum 600. in fæudum, quoad vtile dominium translatorum,

cap.

cap. 1. de cont. int. vass. & al. & cap. 1. §. rei,
vbi Faud. de inuest. de re alie. fact. quia resi-
9 dui appellatione torum continetur, *l. 2. C.*
de bared. insti. & quia sciens Princeps habe-
re dictos annuos introitus, quoad vtile do-
minium; emendo à Rege sciente, non ius suũ,
10 sed totum ius Regis emit, *l. cum res, C. de*
contrab. empt. vbi Bal. & Salic. tradunt, quod
nemo potest emere rem suam, nisi ratione
iuris deficientis in ipsa, *Cagnol. post Dec. in*
l. neque pignus, num. 10. de reg. iur. Immo
11 in dubio alienans titulo oneroso, non solum
ius, quod habet, sed totam rem vendidisse
censetur; quod secus est in alienante titulo
lucratiuo, quia tantum ius, quod habet, trans-
ferre videtur, *Alex. 63. num. 10. lib. 6. Rom.*
503. num. 10. Ias. in l. si domus, §. fin. num.
20. & 24. de leg. 1. Quamobrem si Rex omne
ius suum, & totam gabellam in allodium
vendidit Principi, qui partem in fæudo ser-
uienti habebat: tamen postea ex acquisi-
tione dominij totius rei dominantis, seruitus
illa qualitatis fæudalis per confusionem fuit
extincta; sicut è contra ex acquisitione do-
minij totius rei seruientis, pariter extingui-
tur, *casus est apertus in l. quicquid, ff. com.*
prad. ibi glo. in vers. rei, inquit, idest totius
rei.

Non obstat, quod Fiscus dicit, Regem ex-
cipiendo dictos annuos ducatos 600. à ven-
ditione totius gabellæ voluisse illorum priui-
legijs non esse derogatum: ergo concessio
dictorum annuorum ducatorum 600. in
fæudum concessorum in esse remãsit, & non
extincta. Respondetur talem exceptionem
duplici respectu fuisse factam, tum respectu
Principis emptoris, tum etiam respectu Re-
gis venditoris. Respectu emptoris, vt dictos
introitus valeret ex antiquis Priuilegijs de-
fendere; non tamen quod non essent extin-
cti per confusionem, tanquam incorporati
sub totalitate gabellæ: sicut contigit, quando
debitor rem obligatam tradit insolutum cre-
ditori, quamuis datio insolutum extinguat
13 iura anterioris hypothecę; tamen si reseruan-
tur, reseruatio operatur pro eius defensione,
& euictione, *l. si quis aliam, vbi Scrib. ff. de*
solut. Item respectu Regis venditoris fuit ne-
cessarium dictos introitus annuos à præsen-
ti venditione excludere; nam si non excepis-
set, ex quo alienatio fuit titulo oneroso, &
vendens, totam rem vendidisse censetur, vt
14 supra, pro illis fuisset coactus defalcare ra-
tam pretij, *l. officio, cum l. praced. ff. de con-*
trab. empt. vbi vsufructuarius emens à pro-
prietario, repetit partem pretij declarandi
pro rata vsufructus.

Tertio, si Rex vendidit gabellam tum om-
nibus iuribus, quouis modo: ergo directum
dominium annuorũ ducatorum 600. quoad
15 vtile dominium translatorum, similiter ven-
didit, tum quia directum dominium est ius,
l. si quis vi, §. differentia, ibi Scrib. ff. de ac-
quir. poss. & sic comprehensum sub illa dictio-
16 ne vniuersali (cum omnibus iuribus) quæ
nihil excludit, *l. fin. ff. de pan. leg. & l. Iulia-*
nus, ff. de leg. 3. in specie Iacob. legatur in sua
inuest. in ver. inuestiui, post n. 10. vers. ad idem
facit, cõcludens per talia verba directum do-
minium transferri; cum etiam sequitur alia
17 dictio vniuersalis (quouis modo) quo fit ge-
minatas dictiones vniuersales maiorem vim
habere *arg. l. balista, ff. ad trebell.*

Quod tanto magis sequentia verba demõ-
strant, (nihil iuris reseruantes, seu quomodo-
libet retinentes super dicta gabella, eiusque
proprietate, & vtili dominio) quæ verba sin-
gula singulis referẽdo intelliguntur hoc mo-
do. Verbum enim (reseruantes) quia præ-
supponit quid nouum, refertur ad venditio-
nem corporis gabellæ; quæ cum fuerit con-
cessa in allodium, & sic quo ad plenum domi-
nium, propterea Rex nihil super proprieta-
te reseruauit. Verbum enim (proprietas) ex
18 ipsius etimologia, significat quasi proprie-
tuum, *Bald. in l. cum res, C. de probat. Ias.*
in l. traditionibus, col. 2. C. de pact. eiusque
19 significatio est magis stricta, & nuda, quam
significatio dominij: quia dominium capitur
pro directo, & vtili dominio; proprietas ve-
ro nunquam capitur nisi pro directo, & vero
dominio, *Bald. in l. pen. col. 2. C. si à non*
compet. iud. & in c. 1. §. 1. de inuest. de re
alie. fact. Ias. in d. l. traditionibus, num. 10.
20 *C. de pact.* Verbum enim (retinentes) pręsup-
ponit ius quęsitum, *not. in rub. an mut. vel*
sur. feud. retin. quod non potest intelligi,
nisi de directo dominio iam Regi acquisito
in dictis annuis duc. 600. in fæudum, quoad
vtile dominium translatis, in quibus perin-
de habetur; ac si de illis specifica esset facta
mentio, *l. fundus, qui locatus, ff. de fund. instr.*
& l. 2. ff. de lib. & postb. Ergo si super hoc
vtili dominio translato Rex nihil nunc reti-
net, directum dominium iam retentum cla-
rissimè transtulit. Et ex verbis in fine positis
(quod omnia iura, quæ suæ Maiestati com-
petunt, quouis modo super dicta gabella sine
Principis emptoris) tanto magis apparet, in-
tentionem Regis fuisse transferendi directũ
dominium dictorum introituum: tum quia
adsunt duę dictiones vniuersales (omnia iu-
ra, & quouis modo) quæ maiorem efficaciã
21 habent, & nihil excludunt: tum etiam quia
dictio (quouis modo) est magis vniuersalis,
quia facit comprehendere ea, quę alias de-
sui

Digitized by Google

sui natura non comprehenduntur, *singulariter Bart. legendus in l. generali, in §. uxori, ff. de usufr. leg.* Quærit, an in legato omnium rerum, quæ domi habeo, cōprahendatur venalia, dubitat, quod sic, quia dictio (omnium) nihil excludit; postea resoluit non comprehēdi venalia, quia dictio illa vniuersalis est restricta ad bona, quæ domi sunt: verum subdit, quod si in legato dictum esset, omnium rerū, quę domi habeo, quouis modo; dictio illa (quouis modo) operatur, vt venalia comprehendantur, *latè Couar. exornat dictum Bar. var. resol. lib. 2. cap. 5. car. 432. Ad idem est glo. in clem. 1. in ver. omnimoda, de for. compet.* vbi concessa omnimoda iurisdictione, ob dictionem (omnimodam) merum, & mixtum imperium, quod alias non veniret, comprehenditur. Igitur si Rex omnia iura sua, quæ quouis modo ad eum spectabant super dicta gabella, in emptorem transtulit; directum dominium dictorum introituum, quod alias non veniret, per dictam dictionem (quouis modo) est comprehensum.

Et ex his infertur, quod postquam directū
22 dominium dictorum introituū Rex transtulit in Principem, qui per prius vtile dominiū habebat; quia directum dominium, & vtile, non potest simul concurrere in eadem persona, sicut nec actio vtilis, & directa, *l. si hæres institutus, in princ. ff. ad trebell.* per confusionem dicti introitus fæudales desierunt
23 extare; quemadmodum mutata forma dicitur quodāmodo interimi, & extingui substantia rei, *l. Iulianus, §. si quis rem, ad exhibendum, singulariter Ruin videndus in cons. 7. num. 4. & num. 11. lib. 1.*

Aliud priuilegium est Regis Federici anni 1496. in quo Princeps Bernardinus successor Principis Hieronymi, petijt inter cętera confirmari integrā gabellam olim venditam per Regem Ferdinandum Primum Principi Hieronymo, in qua idem Hieronymus antiquam annuam prouisionem ducatorum 600 in fæudum habebat; & alias annuas prouisiones ducatorum quinque mille in circa, quas in fæudum habet, idem Rex confirmat, & quantum expedit de nouo donat integram gabellam, nulla penitus mentione facta de dictis annuis duc. 600. Et pariter confirmat alias annuas prouisiones, quas in feudum habet, asserendo vidisse priuilegia, quorum tenores pro insertis haberi voluit; hoc enim priuilegium clarè demonstrat dictos annuos ducatos 600. post emptionem totalis gabellę fuisse extinctos, tam ex parte Principis supplicantis, quam ex parte Regis disponentis. Ex parte Principis liquet, nam cum asseruerit, quod in dicta gabella Princeps Hieronymus antiquam annuam prouisionem ducatorum 600. in fæudum habebat, & non dixit, quod ipse nunc habet; verum dixit, quia ante emptionē gabellæ Princeps Hieronymus habebat dictos annuos duc. 600. in fæudum, sed facta emptione desierūt esse, per superius
24 adducta. Verbum enim habebat, quod est præteriti temporis, habet vim denegatiuam temporis præsentis; quod enim de vno tempore pono, de alio videor negare, *l. statu liber, §. 1. de leg. 2. Bart. post glo. ibi in l. certum, §. sed si fundum, num. 2. ff. de confess.* Ex parte Regis pariter clarum est, nam cōfirmauit integram gabellam, absq; mentione dictorum annuorum duc. 600. pro claro tenens dictos introitus, tamquam incorporatos sub totalitate gabellæ fuisse extinctos. Hoc enim demonstrant illa verba (integram
25 gabellam) siquidem integrum dicitur, quod est perfectum totum, & nulla parte diminutum, & cui nihil deest, *cap. integritas 32. q. 1. cap. miramur 61 dist. qua Luc. allegat in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. & est bonus tex. in l. fi. C. ad l. falc.* vbi astrictus ad soluendum integra legata, non deducit falcidiam, *& l. decē, in fi. ff. de fideicommis. lib.* Et hæc confirma-
26 tio non fuit in forma communi, quæ nihil iuris tribuit, *cap. 1. per quos fi. inuest.* sed fuit ex certa scientia visis priuilegijs; aliter
27 confirmando, quam erat in priuilegijs visis, quæ præsumuntur discussa, & examinata: & proinde si fuissent inualida censerentur confirmata, *Bald. & Imol. in l. legata inutiliter, num. 6. ff. de leg. 1. Capic. in sua inuest. in ver. qua legimus, fol. 132. à ter.*

Tertium priuilegium est Regis Catholici anni 1507. in illo enim apparet, quod reperuenta gabella Setici ob rebellionem Principis Berardini in posse Regis Catholicis, esto millies, quod adhuc durassent annui ducati
28 600. in fæudum super introitibus gabellę; in posse tamen Regis hæc qualitas fæudalis desijt esse *Andr. in d. cap. 1. num. 13. ex quib. caus. feud. amitt.* & sequta concordia inter eos, quia Princeps soluit Regi duc. 24. mil. Rex illi restituit, & æque principaliter de nouo donauit integram gabellam in burgensaticum, & nulla penitus fit mentio dictorum introituum. Noto enim ex hoc priuilegio, quod Rex recipiendo duc. 24. mil. à Principe, quamuis vsus fuerit verbo, (restituimus,
29 & donamus) in effectu venditio fuit, *Bal. in l quis se patris, nu. 10. vers. hoc scias, C. vnd. lib. inquit*, si Princeps recipit pretium, significat venditionem, & si vteretur verbo, indulgemus, vel simili. & si fuit venditio: ergo noua concessio; & cum fuerit in burgensaticum Rex in traditione rei suæ potuit apponere

ponere legem, quam voluit, *l. in re mandata, C. mand.* Quinimo & si non fuisset venditio, quia restituit, & æquè principaliter de nouo donauit integram gabellam in allodiũ; adhuc in tuto res est, quia constat, quid Rex voluit facere, scilicet concedere integram
30 gabellam in allodium: & si essemus in dubio vltima verba (de nouo donamus) immutant præcedentia verba (restituimus) vt sit noua dispositio. *Andr. in cap. 1. num. 3. de vassal. decrep. atat.* quod tanto magis prædicta procedunt, quia dictum est (restituimus, & æquè principaliter de nouo donamus) quo casu clarum est, hunc actum produxisse effectum nouæ dispositionis, ex qua quando ius antiquum rueret, vel euacuaretur, concessionarius posset tenere ex ista noua æquè principali dispositione, *ad not. per Alex. Paul. & alios in l. si eum, §. iniuriarum, ff. si quis caut. Capic. in sua inuestit. fol. 99. vers. & æquè principaliter*, & dũ hæc dispositio Regis Catholici fuit visis, & inspectis priuilegijs dictæ gabellæ, quæ erant concessionis dictorum introituum in fæudum super gabella, & venditione corporis gabellæ cum restantibus fructibus in allodium, & omnibus reperuentis in eum ob rebellionem Principis; si restituit, & de nouo concedit integram gabellã in allodium, quia contrarium disposuit respectu contentorum in priuilegijs visis, ex certa scientia fecit, & pro indubitato tenuit dictos introitus incorporatos in totalitate gabellæ fuisse extinctos. Quando enim visa
31 sunt priuilegia, illa præsumuntur discussa, & examinata; & si inualida essent, confirmata, *Bal. & Imol. in l. legata inutiliter, nu. 6. ff. de leg. 1.*

Et quia de nouo donauit gabellam integram in allodium, nulla mentione facta dictorum introituum; sub illo verbo (integrã) vniuit dictos introitus: integrum enim dicitur, quod est perfectum totum, & cui nihil deest, per ea, quæ superius dicta sunt.

Et ex his tollitur obiectum fisci, quod hæc dispositio Regis Catholici sit mera restitutio: sicut in confirmatione dicimus, quod si Rex confirmat, & de nouo concedit, quia dispositio incipit à confirmatione, sit confirmatio in forma communi, quæ nihil iuris tribuit, sed vetus conseruat, *secundum Camer. in cap. Imperialem, car. 90. lit. R.* Nam vltra quod *Camer.* dicit, quod si in confirmatione, & noua donatione aliquid appareret, quid de nouo Rex voluisset disponere; quod tunc esset noua dispositio, vt in præsenti liquet, quia Rex restituendo clarè voluit integram gabellam in allodium concedere: tamen termini sunt differentes confirmationis, & restitutionis, nam Rex confirmandò præsupponit bona in posse cõcessionarij, sed
32 restituendo præsupponit bona in posse restituentis; ideoque Rex restituendo, & de nouo concedendo, si constat, quod voluit facere, stamus certo: sin autem sumus in dubio, verba vltima (de nouo donamus) immutãt verba præcedentia (restituimus) & operantur, vt noua sit dispositio, *And. sic decidit, benè sciens terminos differentes confirmationis, & restitutionis in cap. 1. num. 3. de vass. decrep. atat.* Adeo quod ex dictis tribus priuilegijs clarum est dictos introitus, & si appareret antea in fæudum fuisse concessos; quia postea fuerunt vniti, & incorporati sub totalitate dictæ gabellæ, per confusionem eorum qualitas fæudalis desijt esse.

Secundum principale fundamentum est, aut tria ista priuilegia clara sunt, hos introitus vnitos sub integritate gabellæ allodiales euasisse; & in claris non egemus coniecturis. aut sunt dubia, & vsus sequens annorum centum, & plus non soluendi adoha, nec releuia,
33 declarat, quod fuit dubiæ intentionis, scilicet, fuisse allodiales, *cap. cum dilectus, de consuet. l. si prius, §. placuit, ff. de aq. pluu. arc.* idque procedit non solum in vsu sequẽte ex facto affirmatiuo, verum etiam ex non vsu ex facto negatiuo non soluendi, *Dec. in cons. 48. num. 2.* loquitur, quod Principis
34 conuentio declaratur ex nõ vsu, seu consuetudine non soluendi, *ad idem Loffr. cons. 36. nu. 7. & 8.* & in præsenti singulis annis contingit onus soluendi adoha, & sæpius soluendi releuia, & nunquam fuerunt soluta. Quo fit habere locum *tex. in l. in filijs, C. de decur. lib. 10.* ibi. Et si necessitas non exigit, patria non remittit, & ibi *Bart. num. 2. cæteriq; Scrib.* tradunt, quod si aliqua Ciuitas debet facere exercitum, quando Princeps facit; & per centum annos non fecerit, quia necessitas non exegit, quod Princeps non perdit ius suum: à contrario sensu volentes, quod si necessitas exegit, præscriptum esse illi iuri. At nunc nos non tractamus de præscriptione, quæ sufficeret, sed de consuetudine, & non vsu nõ soluendi, in qua præscriptio non requiritur, quia non est consuetudo iuris, quæ facit ius, sed est quædam consuetudo facti, *Aret. cons. 11. col. pen. Dec. in d. cons. 48. num. 2.* Quare omni ex parte liquet dictos introitus esse allodiales, & proinde Principem à tam iniusta molestia Fisci esse absoluendum indubitate concludo.

Camillus de Medicis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Restitutio competens minori, vel mente-capto aduersus solutionem tribuit electionem agendi contra soluentem, vel contra administratorem.*

2 *Decretum Iudicis exigitur, vt soluens curatori plenissimam liberationem consequatur.*

3 *Contractus censualis, siue emptionis annuorum introituum substantialia, quæ sint.*

4 *Pactum de reuendendo adeo requiritur in contractu censuali, vt necesse sit, quod libere adijciatur, absque præfinitione temporis.*

5 *Decretum iudicis super obligatione rei immobilis minoris extenditur, & porrigitur ad venditionem, quæ fit a creditore, & numero 10.*

6 *Sollemnitas adhibita in alienatione rei immobilis minoris, censetur interposita super sequela.*

7 *Consensus patris filio agenti in certa causa extenditur ad exequtionem condemnationis.*

8 *Consensus præstitus super mandato ad contrahendum, extenditur ad ipsum contractum.*

9 *Assensus non extenditur nisi ad connexa.*

11 *Assensus nouus non requiritur in ratificatione.*

Pro Marchione Casæarboris.

ARGVMENTVM.

Soluens tutori, vel curatori minoris, vel mentecapti, quando, & quomodo plenam liberationem consequatur, ad tit. C. si aduers. solut. Quæ sint requisita in emptione annuorum introituum. Et vtrum sollemnitas decreti, siue assensus extendatur ad consequtiua.

CONSILIVM CXXXV.



IVDICIVM mag. Ioannis Baptistæ Maioranæ cōtra Ill. Marchionem Casæ arboris in eo fundatur solum, quod mag. Ferdinandus Vespasianus vti procurator dicti Ill. Marchionis restituisset capitale ducatorū vndecim mille cum tertijs medio tempore decursis, mag. Nicolao Mariæ Maioranæ vti personæ electæ à Sacro Regio Consilio in administratione bonorum dicti mag. Ioannis Baptistæ, sine decreto, & iussu iudicis. Proinde præsupponit sibi tamquam
1 mente capto competere restitutionis in integrum auxilium, aduersus talem solutio-
2 nem, a per quod datur electio, vel agi cōtra principalem soluentem, vel contra tutorem, & administratorem, *ex reg. tex cum ibi notatis per Paul. de Castro, & alios in l. 1. C. si aduers. solut. & in l. fin. C. si tut. vel curat. interuen secundum quæ iura ita fuisse iudicatum refert D. de Franchis in decis. 106.* Hinc ad finem, vt soluens curatori plenissi-
2 mam liberationem consequatur, debet adire iudicem, qui suum interponat decretum, *vt dicit tex. vulg. in l. sancimus, la prima, C de adminiftr. tutor.* Vult ergo obtinere dictus mag. Ioannes Battista, ex quo in solutione facta per Vespasianum non fuit iudicis interpositum decretum; & non videt in solutione prædicta iam interuenisse decretum: quandoquidem cum ex decreto lato sub die 6. Iunij 1584. per Sac. Cons. fuisset prouisum, quod pecunia liberetur dicto mag. Nicolao Mariæ, pro ipsa soluenda Ill. Marchioni, cum quo facta, vel facienda erat emptio; fuit pariter decretum per dictum magnificum Nicolaum Mariam apponi pactum de retrouē-
3 dendo, quia tria sunt istius contractus substantialia. Primum, quod sors numquam repeti possit. Secundum, quod redditus non excedat duodecimā sortis partē annuam, & in Regno decimā, *per Regiam pragmaticam Alfonsi*. Tertium, quod semper liberè redemi possit, *Gaspar Gabbal. in tract. de vsur. & reddit. pecunia constitutis, quæst. 80. nu. 351. vsque ad num. 354. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 8. nu. 1. vers. Alphonsus vero, Nauar. in tract. de vsur. seu comm. capitulo si feneraueris, 14. quæst. 3. notabili 22. n. 12. & 18. Foller. in eius comm. & tractat. de contract. censua. in verbo vt videt.* & in tantum isti *Doctores* voluerunt in emptionibus
4 adesse pactum de retrouendendo, quod denegauerunt posse apponi cum præfinitione temporis, & allegant duas *extrauag. Martini Quinti, & Calixti Tertij, quæ inserta sunt sub tit. de empt. & vendit. in extrauag. commun. vltra pragmat. Alphonsi cum Bulla Papæ Nicolai, in illis verbis instrumento gratia pro consimili pretio illa redimendi mediāte.* Continebatur ergo in decreto, quod mag. Nicolaus Maria posset emere annuos introitus ducatorum 825. pro pretio ducatorum vndecim mille cum pacto speciali de retrouendendo, quia aliter contractus em-

ptionis celebrari non poterat;& consequenter quando Vespasianus nomine Marchionis soluens retrouenditionem introituum venditorum promissam virtutem decreti Sacri Reg. Cons. à Nicolao Maria obtinuit, nil noui fecit, immo rectissime cum decreto soluit. Ad quod probandum considerent quæso doctissimi, ac circumspectissimi Iudicantes, Iu-
5 reconsulti pronunciatum in *l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de reb. eorum*, vbi decretum iudicis interpositum super obligatione rei immobilis minoris, porrigitur ad venditionem, quæ fit à creditore:& per illum *tex.* refert ibi *Bald.* alias in contingentia facti fuisse determinatum, quod si Ecclesia obligauit prædium cuidam creditori cũ decreto Episcopi, potest postea creditor alienare, non seruata sollemnitate, *auth. hoc ius porrectum C. de sacrosanct. Eccl.*

Accedat pro confirmatione *tex. in l. tutor rerum, ff de adm. in. tutor.* vbi decidutur; quod si in venditione rei immobilis minoris fuit ab initio in specie adhibita sollemnitas à iure requisita, postea super sequela alienationis non requiritur alia sollemnitas: immo
6 plus si emptor noluerit illam habere, poterit tutor numerata pecunia illam rem emere; quia sufficit quod à principio super illa re interuenerit decretum iudicis, *Bar. ita notat illum tex.* Et dicit *in principio* adhoc esse singularem: subdens in fine, non dici nouam emptionem, sed antiquæ emptionis in personam tutoris translationem, *quemadmodũ dicit Ludoui. Rom. in l. singularia, 1. col. ff. si cert. petat. Vlterius reuideatur glo. in l. 3. §. sed vtrum, vers. inuito patre, ff. de minor.* quam *Bart. notat*, nam ex ea colligitur, quod
7 si pater præstitit consensum filio agenti in certa causa in specie, non est postea necesse, quod in executione condemnationis sententiæ alius patris consensus præstetur, *idem tenet glo. in l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ liber.* Insuper eadem opinio suadetur quia
8 stante statuto, quod in contractibus mulierum, vel minorum debeat interuenire consensus consanguineorum, & iudicis; si fuit constitutus procurator à minore ad contrahendum cum dictis sollemnitatibus requisitis à statuto, contractus postea celebratus per istum procuratorem sine sollemnitatibus valet, *ex regula tex. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. possess. vbi Iason more solito cumulat à num. 4. vsque ad 8.*

Denique ne videatur ex dictis aliorum cartas implere, legatur *Camerar.* qui congerit pro corroboratione præsentis articuli innumerabiles doctrinas *in repetit. l. imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. in magno, pagina mihi 50. lit. G. cum sequent. Afflict. post Andream in constitut. Regni; si quis post litem, & Freee. in 2. lib. de subfeu. quæst. 18. & 19.* Hinc licet separatorum, separata debeat esse ratio, proindeque assen-
9 sus vno modo præstitus, vel cum vna qualitate ad aliam non extendatur, *cap. cum inter, extr. de election. l. de pupillo §. si in pluribus, ff de nou. oper. nunciat.* Illud tamen non est verum in annexis, *vt per Isern. in cap. 1. qui success. teneantur, col. 2. in fine, & in princip. tertia*, ea ratione, quia iudicantur, vt vnum, *cap. cum singula, de probat. in 6. in principio, & cap. dudum, de election. eod. lib. 6. Camer. in supra citat. repetit. fol. 51. à t. lit. V.*

Hinc *Camerar. in d. repetit. pag. 50. lit. H.*
10 dicit decretum videri in specie interpositum super sequela contractus *ex regula tex. in l. eum unque, §. non tamen, ff. de instit. actio. in fine*, ibi eius enim rei sequela est. Hinc *Afflict. decis. 283. num. 10. & 14.* refert per totum Sac. Regium Consilium fuisse decisum
11 non requiri assensum nouum in ratificatione, cum sit executio primæ promissionis de ratificando: quemadmodum hodie per idem Sac. Reg. Consilium speratur decerni, quod in retrouenditione facta per Nicolaum Mariani cum sit executio promissionis factæ mediante decreto de retrouendendo, non requiratur aliud decretum; & hoc æquitas, & ratio suadent.

Camillus de Medicis.

a Vide in hac causa *Cons. de Anna cons. 49.*

SVMMARIVM.

1 *IVs superueniens in feudo non prodest in prima inuestitura facta per dominum, secus in consensu præstando per dominũ, vel agnatum dispositioni facienda per feudatarium, & num. 2.*

3 *Consensus potest præcedere, & subsequi, etiã si agatur de re indiuidua, & idem, quando requiritur consensus vtriusque nu. 4. & 5.*

6 *Consensus præstandus ab agnato potest præcedere, & subsequi.*

7 *Assensus domini non requiritur in cessione cum consensu proximioris, vel in immediate successurum, & num. 8. & num. 12. & decisio Regiæ Curiæ nu. 13.*

9 *Proximior potest consentire, vt alius immediate subsequens inuestiatur de feudo, & num. 10.*

11 *Consentiens si sit dominus dicitur propè facere, secus si non sit dominus.*

13 *Decisio Regiæ Cameræ in materia refutationis*

nis facta proximiori.

14 *Pretium quando in refutatione interuenire potest.*

15 *Dispositio nulla in feudo sine domini assensu valet, etiam de iure Constitutionis Regni, & num. 16.*

17 *Dominium sine assensu numquam transfertur, nisi quando obligationis virtute concta cum assensu cum cōstituto, & precario fit adiudicatio. & num. 18.*

19 *Debitor non potest dare creditori feudum obligatum in solutum sine assensu.*

20 *Feudum obligari non potest etiam data licētia vendendi a Rege.*

21 *Proreges habent facultatem praestandi assensum super obligatione bonorum feudalium titulatorum per Cap. Neap. & Regno concessum.*

Pro D. Ioanna de Piccolhominibus de Aragonia.

ARGVMENTVM.

De refutatione faeudi facta agnato vlteriori cum consensu proximi successuri. An consensus tam agnati, quam domini possit praecedere, vel subsequi. Assensus in qua refutatione requiratur, & quomodo refutatio fieri permittatur. An exigatur assensus in adiudicatione vigore hypothecae legitimè contractae. Et tandem an assensus extendatur de casu ad casum.

CONSILIVM CXXXVI.



ILL. Donna Ioanna de Piccolhominibus de Aragonia petit à sua Excellentia supplici libello tam in sedendo, quam in loquendo honorari tamquam Marchionissam Iliceti, postquam Ill. D. Alexander de Piccolhominibus de Aragonia Dux Amalphiae cum consensu Don Pompei germani fratris, cessit per viam refutationis ipsi supplicanti legitimae, proximę, & immediatè successurae sorori vtrinq; coniunctae, terram Iliceti cum titulo, & honore Marchionatus: & cōmisso negotio Regiae Camerae, vt cum voto consuleret suam Excellentiam; exhibuit scripturas refutationis, & consensus in Regia Camera registratas, ex quibus cum notorie constaret cessionem praedictam factam per Ducem fratrem cum consensu D. Pompei ipsi proximè, & immediatè successori, postquam fratres non habent descendentes ex eorum corpore; fuit in cedulario adnotata tamquam vtilis Domina, & Marchionissa dictae terrae Iliceti: & cum facta fuisset relatio in Regia Camera per Dominum tunc Praesidentem Marthos Commissarium, de tribus exhitari contigit ex responsionibus factis per Dominum Fisci patronum.

Prima dicit, cessionem factam non solemniter, & quod consensus D. Pompei fratris

1 non proficiat, quia ius superueniens in faeudo non opitulatur, *ex reg. tex. in cap. si quis fecerit, quo temp. mil. & in cap. 1. lo secondo,*

2 *qui success. teneantur,* [2] *vbi hoc notat Andr.* praesupponendo, quod consensus D. Pompei debebat interuenire in eodem actu cessionis, & refutationis factae per Ducem: in hoc enim & si magnus sit Consiliarius, qui Fisci vicem gerit, decipitur; nam Regia Pragmatica

2 quod ius superueniens non opitulatur, procedit in prima inuestitura facta per Dominum; Dominus enim prohibetur aliquem inuestire de faeudo viuentis: & propterea ius superueniens non opitulatur inuestito, nisi facta fuerit inuestitura sub conditione, *vt in alleg. c. 1 qui succ. tenea. & in §. moribus, si de feud. defunct. mil. fuer. contr.* Sed quando sumus in consesu prestādo per agnatum, vel dominum alicui dispositioni facien-

3 dae per faeudatarium, potest consensus praecedere, vel subsequi; nam praestatur ab eo, qui interesse habet, *ad tex. in l. per fundum, ff. de ser. rust. praed. vbi notat Ang. in princ. & est tex. in l. fin. ff. com. praed.* Hoc probat mihi aperte *tex. in cap. 1. ibi, vel postea ratum habentibus, de alienat. faud. pater.* Consensus

4 enim, qui praestari debet à pluribus interesse praetendentibus, etiam si tractaretur de re indiuidua, potest separatim praestari, & perficitur actus, quando vltimus consensus praestatur, *per iura praedicta, hoc voluit in specie Iser.* etiam in consensu domini, *in cap. Imperialem, ibi, item quaeritur, an consensus valeat, si praecedit, vel subsequatur in 6. col. in fin. num. mihi* 14. & idem quando requiritur

5 vtriusque consensus, *voluit Camer. per tex. quem allegat Andr. in l. licet, ff. de iudic. in repet. c. imperialem, fol. mihi 90. in 1. col. ibi secunda conclusio, vsque ad tertiam conclusio-*

6 *nem,* & hoc quod procedat etiam in agnato, *voluere Iser. Bald. & alij in cap. 1. de alienat. faud. pat.* quod procedit secundum omnem iuris regulam in omni consensu, qui praestatur à pluribus interesse praetendentibus, vt singulis, vt *voluere Ciuilistae omnes, & prae-*

cipuè Franciscus de Aret. in l. si quis mihi bona, §. iussum, in 6. col. in vers. ibi aliquando lex requirit consensum, ff. de acquir. hæred. Ex quibus notoriè constat, difficultatem factam per Dominum Fisci patronum non subsistere.

Secunda dubitatio ex verbis responsionis Fisci colligi potest, dum dicit solemniter, quod prætendat forsitan in isto consensu D. Pompei fratris requiri Regium assensum, cum
7 fuerit facta cessio per viam refutationis in sororem non immediatè proximè successuram; in quo forsan vti voluit *decisione Isern. in cap. 1. §. & si libellum, de alien. feud pat. ibi, si ergo.* Ad quod facillima datur responsio: nam quando fieret cessio sine consensu proximioris, vel in alium non statim, & immediate successorem post proximiorem consentientem; tunc quia vera esset alienatio, Domini assensus requireretur: sed quando fit in proximiorem cum consensu immediatè, non
8 requiritur consensus Domini, *ad tex ubi particulariter hoc deciditur in c. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. in cap. Titius, si de feud. defunct. content. sit, & est tex. in §. præterea, quib. mod. feud. amitt. per quem tex. Doct. ibi & in cap. 1. de alien. feud. pat.* voluere, quod po-
9 test proximior consentire, vt alius immediatè subsequens inuestiatur de feudo, *& hoc est, quod voluit Loffred. noster in cons. 11. num. mihi 46. & consuluit Io. de Lignano, vltrà alios Doct. Bononienses inter consilia Albert. Brun. cons. 77.*

Quod potest comprobari ex notatis per *Bald. in l. si vt proponis, C. de seru. pign. dat.*
10 vbi dicit *tex.* quod seruus specialiter pignori datus potest manumitti consentiente creditore. Quærit *ibi Bald.* quid si creditor est minor 20. ann. an valeat consensus, nam ille, qui consentit, facit, & celebrat actũ, *l. si fundus, §. si nesciente, ff. de pignor.* & dicit, quod immò valet consensus, & manumissio; quia qui consentit non facit, sed non impedit, *ff. de manumi. vind. l. si pater, §. fin.* multum enim
11 refert, an consentiens sit dominus, & tunc consentiens propriè facit, *d. l. si fundus.* An non sit dominus, & tunc non facit, sed non impedit, sed quãdam obstantiam de medio tollit. ita frater hic secundo genitus consentiẽdo refutationi factæ per primogenitum in beneficium sororis immediatè successuræ post ipsum secundogenitum, nihil facit, quod sapiat impensam, seu alienationem; sed tantum demit se de medio, vt soror, quæ erat in vlteriori gradu efficiatur in proximiori. Si
12 enim valet refutatio feudi facta ab vtili Domino feudi in proximè successurum absque assensu directi Domini, *vt per Andr. in d. c. 1. §. si libellus, col. 1. de alien. feud. pater.* quanto magis valebit hic consensus præstitus ab eo, qui non habet feudum, nec ius in feudo; sed solam spem succedendi. certè multò fortius, prout patet ex adductis *per Frecc. lib. 2. subfeud. cap. pluribus autem modis, limit.* 24. qui licet loquatur postquam hæreditas est filio delata; tamen eius rationes militant, etiam quãdo renunciatio fit viuo feudatario.

Et hoc adeo indubitatum est apud Nostrates; vt pluries fuerit sic decisum per Regiam Cameram, & præcipuè in causa illorum de Balduinis de Alessana de feudo Tullæ, in qua causa difficultas erat; nam refutatio erat fa-
13 cta ex nunc pro tunc, sequuta hora mortis, & tempore mortis non erat proximior ille, cui erat facta refutatio, & tamen fuit decisũ refutationem valere sine assensu, *vt refert Ann. in repet. rubr. de vassal. decrep. ætat. num. 290. qui pro contraria parte consuluerat, vt in alleg. 124. 2. par.* Idem in proprijs terminis nostris fuit decisum in causa Brisegnæ penes Squillantem.

Non obstat, quod consensus D. Pompei fuisset emptus, vt ita dicam, mediante pecunia, iuxta depositionem Domini Gizzarelli: nam quatenus esset verum; est à iure permissum, *ex adductis per glo.* —— *tit. 1. §. 21. num. 104 alias in 33. q.* & in specie, quod in
14 huiusmodi refutatione possit interuenire pretium, *voluit Camer. in l. imperialem car. 33. lit. H. & seq.*

Tertia, & vltima dubitatio nascitur ex facto præsupposito. Nam tempore Ill. Marchionis patris Terra Iliceti fuit licitata, & remansit Ill. Beatrici de Loffredo Marchionissæ Iliceti vxori, & matri Ducis D. Pompei, & Donnæ Ioannæ, pro ducatis quinquaginta quinque mille, saluo assensu impetrando à Catholica Maiestate; & per decretum fuit dictum, quod liberetur præuio assensu expediendo per Maiestatem Catholicam. Prætenditur ex hoc facto, quod aut assensus est impetratus, & dominium fuit translatum in Beatricẽ de Loffredo, & in eo successit Dux, tamquam in feudo nouo, absq; titulo: aut nõ fuit impetratus assensus Catholicæ Maiestatis, & prætenditur, quod sine assensu dominium sit trãslatum in beneficium Beatricis, postquam habebat terram cum assensu hypothecatam; & ex hoc in translatione dominij nouus assensus non requirebatur. Sed ex deductis in actis constat super liberatione prædicta nullum fuisse expeditum assensum, & propterea non potest prætendi dominium translatum in beneficium Beatricis, postquã
15 nulla dispositio in feudo sine assensu Domi-

ni

Digitized by Google

ni valet, tam de iure communi fæudorum, quam de iure Regni. De iure enim cõmuni, sunt aperta iura *in cap. 1. qual. olim. feud. alie. pot. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.* De iure Regni *per constitutionem diuæ memoriæ*, quæ etiam prohibet in
16 fæudationem de iure communi permissã; & cum nullus sit assensus impetratus super prędicta venditione, licitatione, & liberatione, non potest prætendi dominium in Beatricē Marchionissam translatũ. Dicere quod sine assensu dominiũ transferatur, in vno casu tãtum fuit apud nostros *Feudistas* disceptatũ,
17 quando virtute obligationis contractæ cum assensu, cum constituto, & precario processum fuerit ad adiudicationem: quod hodie per *nouellam pragm.* decisum est, quod etiã quãdo processum fuerit ad adiudicationem, nouus consensus requiratur.

Sed quando non est processum per viam adiudicationis, nemo dubitauerit, quod in
18 translatione dominij nouus assensus requiratur, *& hoc ex decis. Iser. in cap. imperialem, in secunda col. nu. mihi 6 de prob. feud. alien. per Feder.* vbi dicit *Isern.* quod quando est permissum pignorare, non est permissum vendere, nam duo sunt prohibita. s. pignorare, & vendere: nam si consentit Rex pignori, non consentit venditioni, & ideo non
19 posset dare fæudum obligatum debitor creditori insolutum, nam super datione insolutum, & translatione dominij nouus assensus expediri debet, *vt post multa voluit Marinus Frecc. in suo lib. feud. in 2. lib. in 1. authoritate, in 19. q. fol. mihi 148.* Immo in fortioribus terminis, *ex dictis Andr. vt supra*
20 voluit, quod si est data licentia vendendi à Rege, non possit feudatarius fæudum obligare, *vt videri potest in eodem lib. in ead. auth. in 9. q. fol. mihi 135.* Quod præcipuè in casu isto notorium de iure considerari potest; nam Beatrix de Loffredo Marchionissa habebat fæudum obligatum pro dotibus, pro summa ducatorum 18. mil. & fuit fæudum liberatum pro summa duc. 55. m. & sic vltra summam in maxima quantitate: nec erat casus restitutionis, postquam maritus viuebat: & propterea per decretum Sacr. Conf. fuit dictum, quod expediretur assensus Catholicæ Maiestatis, postquam certissimum erat liberationem, & venditionem Beatrici Marchionissæ factam sine assensu Catholicę Maiestatis non valere; quod etiam declaratum est per capitulum concessum huic Fidelissimæ Ciuitati, & Regno, dum conceditur Pro-
21 regibus facultas præstandi assensum super obligatione bonorum fęudalium titulatorũ: voluit Sacra Catholica Maiestas, vt ex hac obligatione, quando procederetur ad alienationem, non posset Prorex præstare assensum, sed expediendus est à Sacra Catholica Maiestate. Id enim per plures annos ante prohibuerat, ne posset procedi ad venditionem ex obligationibus bonorum fæudalium titulatorum, nisi in venditione ipsius Catholicę Maiestatis interueniret assensus; Hæc & si notoria sint, volui tamen pro negotij expeditione notare.

Camillus de Medicis.

a ADDE. An ius superueniens in fæudis opitulari possit, *optime D. Cons. de Georgio alleg. 3. D. Bambacarini in rep. cap. moribus, si de feud. defuncti militis, D. Reg. de Ponte de potestate Proregis tit. de regalibus impositio. §. 7. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 Promissa nobilium pro factis habentur.
2 Contractus cũ Principe initi bonæ fidei naturam sortiuntur.
3 Fructus à die mora in contractibus cum Principe initis veniunt.
4 Gerundium futuri temporis verbo iniunctum conditionem inducit.
5 Conditionalis contractus conditione adimpleta, ac si pure à principio celebratus fuisset, iudicatur.
6 Conditione non adimpleta, ac si numquam contractus esset celebratus, extimatur.
7 Compensatio quid sit.
8 Cessio sine causa nulla.
9 Absurdum euitandum.
10 Interpretatio vtrique parti consulens complectenda.
11 Interpretatio semper ad excludendam remissionem iuris sine causa facienda.
12 Clausula illa (cassans) quid operetur.
13 Vniuersalis oratio nihil excludit.
14 Renuntians instrumento, non solum probationi, sed etiam iuri in eo contento renuntiat.
15 Scriptura retrotraditio quid operetur.
16 Transactio super toto facto enarrato interposita censetur.
17 Primitiua extincta deriuatiua extinguitur.
18 Præsens si contradicere potest, & non contradicit, sibi præiudicat.

Pro Principe Bisiniani cum Regio Fisco.

ARGVMENTVM.

DE contractibus initis cum supremo Principe, an omnes sortiantur naturam bonefidei; ita quod fructus,& accessiones veniant à die contractæ moræ. De natura contractus conditionalis, ipsius implemento; & quomodo censeatur inducta compensatio ex cessione facta per debitorem creditori. De efficacia clausulæ (cassans, & irritans) & retrotraditione chirographi.& denique quando transactio ad omnia in facto enarrata porrigatur.

CONSILIVM CXXXVII.



OMMISSA rebellione per quondam Principem Bernardinum Sanseuerinũ, contra Regem Catholicũ, & confiscatis eius bonis, inter illa fuit gabella Serici, & Comitatus Mileti. Tandem Princeps pro obtinenda restitutione dictæ gabellæ, & æquè principali noua donatione, & indulgentia criminis, promisit soluere Regi ducatos vigintiquatuor mille, de quibus tunc soluit ducatos viginti mille; & restantes ducatos quatuor mille simul cũ alijs ducatis nouem mille pro restitutione Comitatus Mileti, quem Rex promisit restituere infra quatuor menses, obtulit Princeps soluere infra idem temporis spatium.

De his omnibus fuit confectum albaranũ per Regem Catholicum die 3. Iunij 1507. die 1. Iunij 1507. in Vrbe Sauona fuit expeditum priuilegiũ restitutionis dictæ gabellæ, in quo Rex Catholicus asserendo prædicta, restituit, & æquè principaliter de nouo donauit Principi integram gabellam in burgẽsaticum.

Lapso igitur tempore quatuor mensium promissæ restitutionis Comitatus Mileti sub die 3. Octobris 1507. ex tunc mora fuit contracta per Regem, vt Principi teneretur non solum ad restitutionem Comitatus, verum etiam ad fructus, vt infra. Et sepius Rex Catholicus interpellatus per Principem pro restitutione dicti Comitatus, oblata semper promissa pecunia, numquã potuit obtinere: adeo quod mortuo Rege Catholico in anno 1516. & Principe prædicto in anno 1517. Princeps Petrus Antonius filius ex tunc interpellauit Imperatorem Carolum oblatione repetita: qui videns notoriũ ius Principis, & non posse restituere Comitatum Mileti per Catholicum Regem cõcessum Dominis de Mendotia; iussit de anno 1541. D. Petro à Toledo Proregi, vt dicti Comitatus daret tantundem super gabella serici. Quamobrem sub die 15. Februarij 1542. inter D. Petrum Proregem, & Principem fuit stipulatum instrumentum, in quo asseritur Principem prętẽdisse ob dilatam restitutionem Comitatus, fructus ipsius ab anno 1507. vsque ad illud tempus, ascendentes ad summam ducatorum quinquemille singulis annis: & insertis albarano literis Suę Maiestatis, ac consultatione Regię Camerę ex inde facta, Princeps contentus remansit recipere in excambium dicti Comitatus nouam impositionem duorum granorum, vltra alia grana quinque pro libra serici, quę ipse percipiebat ex gabella prędicta serici, cuius contemplatione Princeps cessit Regię Curię omnia iura, quę habebat super Comitatu, & fructibus, cum promissione euictionis à se tantum, cassans albaranum; reseruatis tantum primeuis iuribus in eum dumtaxat casum, si declararetur fortasse dictam assignationem granorum duorum fieri non potuisse, tamquam nouam impositionem. cum amplissimis clausulis ad inuicem pro contractus firmitate adiectis; quem ratum habuit non contraueniendo tã d. D. Petrus Prorex, qui Regno præfuit vsque ad annum 1552. quam alij successores Proreges.

In anno 1564. Fiscus petijt tam gabellam serici, quam annuos duc. 600. quos Princeps Bisiniani habuerat super gabella serici, taxari in cedulario, & adoha deberi: & super his duobus capitibus latè est dictum in alijs allegationibus.

Petijt amplius Fiscus condemnari Principem ad ducatos quatuor mille ad complementum ducatorum vigintiquatuormille pro restitutione dictę gabellę, & ad alios ducatos nouem mille pro restitutione Comitatus Mileti.

Et Princeps reconuenit Fiscum ad restituendum fructus Comitatus Mileti in tẽpore promisso per Regem Catholicum, non restituti ab anno 1507. vsque ad annum 1542. & super his omnibus processus est instructus sunt anni ferè triginta, cuius nunc expeditio tractatur.

Ex hac enim facti serie, quod Princeps sit absoluendus à petita solutione duc. 13-mil.

ex dicendis indubitatum erit.

Primum, non est dubium, quod promissio
Regis Catholici facta Principi restituendi
Comitatum Mileti infra quatuor mēses pro
completa habeatur; sicut cætera promissa
1 nobilium pro factis habentur, *And. in cap.* 1.
num. 3. *qui succ. ten.* vnde ad fructus ipsius
tenebatur, seu ad omne totum quod Princi-
pi intererat, *l. sterilis, §. pen. ff. de actio. empt.*
maxime, quia omnes contractus, qui fiunt
2 cum Principe, habent naturam bonæfidei; cū
bonafides magis in eo debeat exuberare,
*Bald. in §. si quis vero, de pac. const. Gozad.
cons.* 1. *num.* 43. & consequenter etiam quod
essemus in contractu stricti iuris, in quo ac-
3 cessoria non veniunt, nisi à tempore litis cō-
testatæ, *l. cum fundus, ff. si cert. petat.* quia
factus cum Principe habet naturam bonæfi-
dei; in eo fructus, & accessoria venirent à tē-
pore moræ, *Ias. in d. l. cum fundus, post nu* 2.
*vers. secundo principaliter, licet non audeat
firmare.* At in præsenti, quia Princeps pete-
bat Comitatum, qui suus erat, & fuerat; pro-
pterea etiam, quod esset contractus stricti
iuris, fructus veniunt à tempore moræ, *l. vi-
deamus, la seconda, §. si actionem, ff. de vsur.
Ias. in d. l. cum fundus, num.* 2. quamobrem
ab anno 1507. vsque ad annum 1542. rectè
Princeps vltra Comitatum fructus ipsius pe-
tere poterat.

Secundo, considero, quod & si Rex Catho-
licus promiserit Principi infra quatuor mē-
ses restituere dictū Comitatum, voluit tamē
vt Princeps sibi solueret duc. 13. m. vt supra
sub illis verbis (*Courando por nuestra Regia
4 Corte*) quod gerundium, cum sit iniunctum
verbo futuri temporis, conditionem inducit,
l. si cum ex parte, ibi Bart. num. 1. *ff. de ac-
quir. hered. Bald. in l. falsus, num.* 6. *C. de
furt. latè Tiraq. cau. cessan. limit.* 1. *nu.* 81.
Adeo quod cōtractus erat innominatus (do
vt des) ex parte Regis dantis Comitatum,
ex parte Principis soluentis duc. 13. m. Quin-
5 immo contractus conditionalis restituendi
Comitatum, si Princeps soluisset duc. 13. m.
quę conditio si adimplebatur per Principem,
contractus erat ac si pure fuisset celebratus,
*l. potior, & l. qui balneum, ff. qui potio. in
6 pign.* si autem deficiebat, erat, ac si numquā
esset celebratus, *l. necessario, ff. de peric. &
commo. rei vend. & l. pecuniam, ibi Soc. nu.*
7. *ff. si cer. petat.* & sic Rex potuisset repete-
re Comitatum, si illum dedisset, seu excam-
bium, si duc. 13. mil. Princeps non soluisset.

Tertium, si Imperator in anno 1542. loco
Comitatus Mileti assignauit Principi alia
duo grana super gabella serici; & Princeps
cessit iura super dicto Comitatu, & fructus
medio tempore perceptos, qui ascendebant
ad ducatos centum triginta mille, & plus.
Oportet fateri Principem adimpleuisse con-
ditionem ex sui parte, vt. soluisse duc. 13. m.
Reg. Cur. quos Regia Curia sibi imputauit, &
cōpensauit in dictis fructibus cessis ad longè
maiorem summam ascendentibus; cum cō-
7 pensatio sit debiti, & crediti inter se contri-
butio, *l.* 1. *ff. de compensat.* Et cum opponi-
tur ipso iure inducitur, *l. si constat, C. de
compensat.* Nam alias Regia Curia non con-
signasset excambium Comitatus Mileti, quē
in tantum tenebatur restituere, in quantum
Princeps soluisset duc. 13. mil. Ergo ex parte
Principis præsumitur adimplementum fuisse
sequutum. Nam si aliter intelligeretur, Prin-
ceps remansisset læsus in cessione fructuum,
& illa remansisset sine causa, quæ non vale-
8 ret, *l.* 2. *§. circa, ff. de doli except.* Et hæc in-
9 pretatio tamquam absurda, & iniqua est fu-
gienda, *l. in his, ff. de condit. & demonstr.
Bald. in l. cum allegas, num.* 29. *C. de vsur.*
10 & illa est sumenda, per quam vtrique parti
est consultum, *l. adoptiuus, §.* 1. *ff. de adopt.
Bald. in l. bonorum, q.* 3. *C. qui adm. Grau.
cons.* 201. *num.* 16. *vol.* 2. & etiam illa est
sumenda, qua alter contrahentium damnum
non patiatur. *l.* 3. *§.* 1. *ff. de arbi. latè Crau.
cons.* 245. *num.* 9. *&* 269. *num.* 5. *lib.* 2. Et
illa est fugienda, qua vna partium non rema-
net decepta, *Crau. cons.* 91. *nu.* 11. *vol.* 1. *&
11 seq.* Et omnis alia interpretatio est admictē-
da, pręter quā illa, ex qua inducitur remissio,
& donatio iuris sine causa, *l. cum de indebi-
to, ff. de probat. latè Menoch. de arbit. iud. cas.*
88. *fere per totum, & signanter num.* 2. *post
Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione
largitus, num.* 207. *C. de reuoc. donat.* volen-
tes magis præsumi errorem, immo stultitiā,
quam donationem.

Præterea clarum est in hoc instrumento
transactionis, expresse voluisse Principem,
quod albaranum in eo insertum, remaneret
cassum, cum omnibus, & singulis in eo con-
tentis, promissis, declaratis, & conuentis. er-
go solutio facienda per Principem dictorū
ducatorum 13. m. in duabus partitis in dicto
albarano contentis, fuit cassata, & remissa;
12 id enim demonstrat verbum (cassans) quod
operatur, vt non tantum verbo annulletur
scriptura, sed facto, & materialiter destrua-
tur, ita vt non appareat, *Bar. in auth. cassa,
sub num.* 6. *& ibi Dec. sub num.* 12. *C. de
sac. sanct. Eccl.* ad quod facit *tex. in l. quic-
quid, ibi cassa dolia, ff. de actio empt.* & si idest
necessario sequitur, quod sit sublatum, & re-
missum, quod in albarano continetur, *arg. l.
qui chirographum, & l. qui filium, de leg.* 3.

vbi

vbi dispositio facta de scriptura probante, censetur facta de eo, quod ex scriptura probatur. eo magis quia non solum cassatur albaranum, sed omnia, & singula in eo contenta; dictio enim Vniuersalis (omnia) nihil excludit, *l. fin. ff. de pen. leg. & l. Iulianus de leg.* 3. & illa verba (promissa, & conuenta) ad aliud non possunt referri, nisi ad promissa hinc indè; videlicet per Regem Catholicum restituendi Comitatum, & per Principem soluendi duc. 13. mil. & verbum (conuenta) quod est generale, ad omnia pertinet, de quibus negotij contrahendi, trāsigendiq; causa consentiunt, quod inter se agunt, *l. 1. §. conuentionis, ff de pact.* Et si videmus, quod

13

14 qui renuntiat instrumento, non solum renuntiat probationi, sed iuri in eo contento, *Bal. in l. vni, §. ille autem, sub nu. 9. ver. nam qui renuntiat, C. de lat. lib. toll. sequitur Ias. in l. labeo, nu. 49. ff. de pact.* Ergò multo magis Vicerex, qui passus est cassari albaranum, actioni, & iuri ex eo resultanti, renuntiauit.

Item ex quo Princeps retradidit originale albaranum Viceregi, idem est, ac si fuerit cancellatum, quodque eo cancellato, vel retrotradito de partiū in volūtate, eò ipso cen-

15 setur facta retrotractatio omnium, quæ fuerunt gesta vigore dicti albarani, *Ang. in l. ab emptione, num. 5. & 6. ff. de pact. sequitur Felyn. in cap. accedens, il primo, nu. 2. extra vt lit. non contest.* & ex hac traditione albarani, censetur tradita res, de qua in albarano; & sic solutos fuisse dictos duc. 13. mil. *l. 1. C. de donat. l. seruum filij, §. eum qui, de leg. 1. & l. qui chirographum, de leg. 3. Ang. in d. ab emptione, num. 5. de pact.* retraditio enim scripturæ, habet vim distractus, *ex dicto Anchar. Felyn. in d. cap. accedens, el primo, nu. 2. vt lit. non contest.*

Postremò, & si clara sint omnia desuper allegata: tamen ad claudēdum os Fisci, dico, hoc instrumentum inter Principem, & Viceregem fuisse contractum transactionis, quæ super re dubia, ac lite incerta, & non dum finita interponitur, *l. 1. ff. de transact.* & postquam in ea inferitur dictum albaranum, super quo fuit transactum, non potest suscitari nouum iurgium occasione illius, *l. 2. §. 1. ff. si quis caut. Bal. in l. terminato, in princ. C. de fruct. & lit. expens.* Et quamuis versamur in claris, quod super omnibus contentis in albarano fuit transactum: tamen esto, q̄ essemus in dubio, quod super toto facto in al-

16 barano contento, censeatur transactum, *glo. sing. in l. 1. §. fideiussor, in ver. in rem, ff quar. rer. act. non det. quam Bald. non ignorauit in d. l. terminato, sub num. 1. ver. in dubio autem, C. de fruct. & lit. expen.* & si super toto facto fuit transactum, ergo Fiscus perendo d. duc. 13. m. sine fundamento loquitur.

Non refragatur, quod Fiscus dicit, saltim sibi deberi ducatos quatuor, mille qui debētur ex alia causa, scilicet restitutionis gabellæ cum nouemmille deberentur pro restitutione Comitatus.

Respondetur vtranq; particam deberi originaliter ex dicto albarano; & vtranque particam deberi infra quatuor menses, infra quos fuit facta promissio per Regem restituendi dictum Comitatum: adeoquod & si ex diuersis causis deberetur, quia vnita promissa fuit solui eodem tempore; sequitur, q̄ cassato albarano, ex quo vtraq; partita originaliter, & vnitè debebatur, vtraq; partita censetur cassa, & sublata. Fiscus enim non habet aliam scripturam, quam dictum albaranum circa solutionem dictorum ducatorū quatuor mille ad complementum duc. 14. m. pro restitutione dictæ gabellæ; & si Rex in priuilegio restitutionis gabellę, illud virtualiter enunciet: quo fit cassato originali, quod in eo continetur, & ex eo sequitur, censetur

17 sublatum; quia extincta, seu infecta primitiua, censetur extincta, & infecta deriuatiua, *arg. l. si viua matre, C. de bon. mat.*

Denique non obstat, quod Princeps cassauerit hoc albaranum, & non Vicerex: nam si ambo erant contrahentes, & Vicerex promisit, quod sua Maiestas ratificet dictum instrumentum, & omnia, & singula in eo contenta, promissa, declarata, & conuenta; & in fine adest solita clausula (p̄ quibus omnibus obseruandis, ambę partes promiserūt adimplere omnia in dicto instrumento contenta) Clarum est de communi voluntare fuisse cassarum: nam si aliter Vicerex voluisset, quia erat præsens, & contrahens, potuisset cōtra-

18 dicendo impedire; quod cum non fecerit, absque dubio consentij sse censetur, etiam in præiudicialibus, *glo. in l. fideiussor, §. pater, in ver. manifestum, ff. de pignor. Ias. in l. qua dotis, num. 76. ff. solut. matrim.*

Quare sole clarius liquet, Fiscum nullum ius fouere.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor consentiens quolibet modo alienari pignus per debitorem, pignus liberatur, nisi salua causa pignoris consentiret.*

2 *Dominium non dicitur translatum ex defe-ctu*

Etu assensus.

8 *Contractus correspectiui celebrati vnius ratione alterius, vnicus censetur, & vnicum instrumentum.*

4 *Protestatio in vim conditionis importat conditionem.*

5 *Clausula (non aliter) est iuris reseruatiua, & protestatio conseruatoria, & multa alia operatur, vt num. 6.*

7 *Venditio non dicitur sine pretio.*

8 *In contractibus veritas attenditur, & non prout partes appellant, & num. 10.*

9 *Verba (vendidit, & emit) quando permutationem significant.*

11 *Contractus non debet operari vltra mentem contrahentium.*

12 *Mens praualet verbis.*

13 *Dotis fauore si datur res pro pecunia, re euicta, remanet prima actio.*

14 *Actio competens pro dote est fauorabilior, quam actio ex empto.*

15 *Hypothecam habens generalem si consenserit in venditione vnius ex rebus in generali hypotheca contentis, quid per hoc videtur renunciasse, & num. 16. & liberando vnam rem, non censetur liberare aliam, & num. 17.*

18 *Confessio animo donandi non praeiudicat, nec marito, nec creditoribus receptionis dotium.*

Pro Marchione Fuscaldi.

ARGVMENTVM.

AN per consensum creditoris praestitum alienationi pignoris per debitorem factae, pignus indistincte, vel hypotheca soluantur: & de effectu protestationis factae in vim conditionis.

CONSILIVM CXXXVIII.



ADEO seriosè, & accuratè in allegationibus sunt deducta in fauorem Ill. Marchionis, vt nihil intactum sit relictum: attamen post terga curiosorum metentium quasdam spicas, tum recolligendo, tum ab intus ex fabricatis fasciculis extrahendo; omnino iudicandum censeo Ill. Marchionē graduari debere, & declarari creditorem Ill. Comitis pro integra summa ei debita ab anno 40. virtute capitulorum, & instrumenti dotalis Regio assensu vallati; postquam nulla nouatio, nulla solutio, nulla satisfactio, ex quibus possit dici sublata obligatio (vt pars praetendit) adest.

Nam & si Comes loco exactionis introituum, & facultatis concessę Marchioni super Terra Roccae voluit assignare introitus Sanctę Seuerinę Marchio, pro sui maiori cautela remansit contentus; quia cum non haberet dominium; voluit se cautelare super introitibus Sanctae Seuerinę: sed pro reali, & legitima consequutione voluit, & sic inter se conuenerunt, quod Comes impetret assensum, alias non censeatur facta emptio praedicta, & datio in solutum introituum super Sancta Seuerina, ita quod nouaret praedictam obligationem; sed assignatio remaneat facta eodem modo, prout tenebat, & percipiebat introitus super Terra Roccae (& non aliter, nec alio modo) videlicet, quod nullum fiat, neque censeatur factum praeiudicium iuribus Marchionis, & in tantum quatenus cum effectu ei satisfiet, quod erat habendo assensum super introitibus Sanctae Seuerinae: & tantum operentur verba praedicta, ac si Marchio expresse sibi reseruauerit omnes anterioritate, & iura sibi competentia; & sic casus noster in spetie deciditur, *per tex. in l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* vbi dicit *tex.* quod si creditor con-
1 sensit debitori vendere pignus, vel quolibet modo alienare, pignus liberatur, nisi salua causa pignoris consentiret; idem & si ipse vendiderit ne discederet à pignore, nisi ei satisfiat: & subdit *tex.* quod si ratam habeat venditionem, quod censetur dummodo ei sit satisfactum; & erit probandum eum velle pignus, alias non intelligitur liberatum, & *glo. ibi in ver. nisi*, quod idem est, si non sit expresse facta reseruatio, vt ei satisfiat *alleg. tex. qui hoc dicit ad literam in l. rescriptum §. fin. ff. de distract. pigno.* ibi, quia apparuit non esse liberatum. Quid aliud fecit dominus Saluator in praetensa retrouenditione Roccae, seu relaxatione exactionis introituū, & colorata emptione introituum Sanctae Seuerinae mediantibus contractibus correspectiuis, vt pecunia perueniat ad Comitem, per illa verba (impetrato assensu per Comitem, & non aliter, nec alio modo;) quae non fuerunt opposita in forma respectu venditionis bonorum faudalium, sed principaliter pro reseruatione iurium, & cum conditione dummodo ei satisfiat, & fuerit realiter, & legitime satisfactus, impetrato assensu per Comitem super introitibus, & alias non intendebat recedere à sua obligatione: quo nō sequuto pignus nō potest dici liberatum, neq;

sublata

sublata obligatio, & hypotheca. & remanet sublatum motiuum partis ex expressa, & tacita reseruatione iurium Marchionis, per *tex. in l. si quis aliam, & ibi glo. in ver. pro solito, ibiq; Bar. in 1. col. docet practicam*, & tantum est dicere, quod dominus Saluator recepit introitus, cum pacto, quod d. Comes impetret assensũ; quantum dicere si contingerit euictio, quod non censeatur discessum
2 à prima obligatione: maximè cum non fuerit translatum dominium introituum in Marchionem defectu assensus, vel reuocabiliter remanet actio prima, *Bart. in d. l. si quis aliam*, qui loquitur quando datur species pro specie, prout in casu nostro, vt supra est dictum; tamen & si daretur species pro pecunia stante cautela Marchionis adhibita cum pacto expresso, & resolutiuo, non dicitur facta liberatio, sed remanent primeua iura, & prima actio, *Bart. in d. l. si quis aliam, in 2. fallen. ante num. 3.*

Quod tanto magis demonstratur ex contractibus correspectiuis celebratis vnus ratione alterius, ita quod vnitus censetur con-
3 tractus, & vnicum instrumentum, *Bald. in alleg. l. petens, & in l. pen. §. fin. in l. Sempronius de leg. 2. Socc. in cons. 273. Dec. in cons. 544. num. 19. in cons. 145. & in cons. 636. Alber. Brun. in cons. 118.* Nihil enim aliud voluerunt facere contrahentes, quam vt Comes habeat pecunias, Gallutius introitus Roccę, & Marchio loco introituũ Roccę, habeat totidem introitus, seu perceptionem eiusdem quantitatis super Sancta Seuerina; & sic in veritate realiter fuit executum: sed quia ex forma cõtractuum, & giramenti pecuniæ poterat fieri dubium, ne tanquam solutione facta sit sublata obligatio; fuit expresse conuentum per Marchionem reseruãdo sibi iura, & quod in tantum censeatur recessum à prima obligatione, in quantum haberet, & fuerit realiter translatum dominium introituum Sanctæ Seuerinæ, & non aliter; quod erat impetrato assensu per ipsum
4 Comitem, quæ clausula, & verba important conditionem, *Bald. in auth. ingress. col. 3. n. 7. C. de sacrosanct. eccl. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, col. 13. num. 85. extra de const.* & fuerunt apposita pro forma, *Bar. in l. fin. in fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Roma. in cons. 402. Ias. in l. de pupillo, in 2. col. & in l. ne solum, §. morte, num. 27. col. 13. ff. de nou. oper. nuntiat. Fel. in cap. cum dilecta col. 9. extra de rescript. & Cassan. in consuet. Burg. rub. 5. §. 1. num. 37.* & operantur resolutionem contractus, vt est fundatum in allegationibus: & tantum fuit dicere saluo assensu impetrando per Comitem, & non aliter; ac si dixisset, quod si non fuerit impetratus assensus, & in introitibus haberet aliquod impedimentum, quod sit saluum ius suum,
5 (quod erat creditum dotis;) prædicta enim clausula est iuris reseruatiua, & præstatio cõseruatoria, *Bart. in l. non solum, §. morte, de nou. oper. nunt. per tex. in l. 3. §. etiam, ff. de liber. exhib.* & operatur, quod consensus non præindicet, *& per tex. d. l. 3. §. 1. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* est etiam præcedentium modificatiua, *glo. in l. item labeo,*
6 *in ver. purè, ff. famil. hercis.* & si non iouenit, quod modificet, orationem præcedentem extinguit, *glo. in l. si quis filio, §. 1. de leg. 2.* & etiam ad negationem resoluit, *Ang. in cons. 290. col. 2. Afflict. in constit. mulier quæ dotarium, post nu. 25.* Quibus deficientibus sequuta euictione, & amissis introitibus, Sanctæ Seuerinæ, assignatis in locum Roccæ remanent primeua iura ipsi Marchioni stãte reseruatione, vt supra. Neque Gallutius ex cautela, & modo solutionis pecuniæ, vt fiat domino Saluatori pro liberatione Roccæ voluit operari dissolutionem obligationis, & hypothecæ generalis, quam habebat, salua virtute instrumenti dotalis: sed tantum liberationem Roccæ in beneficium ipsius soluẽtis pecuniam, & non in beneficium Comitis debitoris, neque aliorum creditorum: neque Comesmet voluit aliud facere, quam liberare Roccam, pro habendo pecuniam, à Gallutio, qui nolebat aliter contrahere.

Et quod sit verum, quod per prætensam solutionem pecuniæ non fuerunt extincta prima iura Marchionis, apparet ex declaratione facta per Comitem in instrumento anni 48. in quo dicitur, quod prædicti duc. 4000. non peruenerunt in posse domini Saluatoris, sed ad preces Comitis (vt posset habere pecuniam) fecit retrouenditionem Roccæ, & emptionem super introitibus Sanctę Seuerinæ, & integra quantitas dependet ex dotibus dominę Fęlicianæ: & sic non existẽte pecunia non dicitur emptio, sed potius permutatio de introitibus Roccæ, seu perceptione ipsorum cum eadem quantitate super Sãcta Seuerina, & pro debito dotis, & non fit venditio; ex pretio pecuniæ Gallutij fuit facta permutatio, & assignatio perceptionis introituum, & virtute primæ obligationis per Marchionem reseruatæ in casu non impetrati assensus per Comitẽ; & sic vere tran-
7 slationes dominij, nam sine pretio non dicitur venditio, *glo. in l. fin. C. de præd. cur. Bal. in l. ex conuentione, C. de pac. in l. cum dotẽ C. de iu dot. habetur in §. vidua, instit. de rer. diuis.*

diuis. in l quod vendidit, ff. de contrab. empt.
8 & in contractibus attenditur illud, quod est in veritate, & non prout partes appellant, *glo in l. 1. §. 1. in ver. agendo. ff de superfic. Bart. in l. 2. num. 5. C. de iure emphit. & in q. 4. incip. publicanus*, & ex modo contrahendi inspicitur quis contractus sit; & vtiq; in casu nostro licet fiat mentio de retrouenditione, & emptione introituum, quia omnia fuerunt gesta, & tractata, vt Comes habeat pecuniam, prout habuit, & non peruenit realiter in posse Saluatoris; nō venditio, sed per-
9 mutatio dici debet: & sic intelligi (vendidit, & emit). i. permutauit, *vt habetur in l bi qui, C. loc. in l. ea lege, §. k eaut, ff. eod. in l. veteres, & l. seq. de actio. empt. Bart. in d. q. publicanus, post num. 2.* Et si contrahentes appellent venditionem, non tamen est vēditio,
10 quia per nuncupationem contrahentium non potest mutari veritas contractus; *l. si forte, de castren pecul. l. si insulam, ff. de prascr. ver. l. si vno, ff. loc. Alex. in cons 83. col. 3. vol. 2. Afflі in decis. 72. in fin.* & ficta solutio pecuniæ pro asserta figurata retrouēditione, & emptione, non potuit aliud operare; quia contractus debet iudicari à principali contrahentium intentione, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. l. fundi partem, ff. de*
11 *contrab. emptio.* Neq; debet operare vltra mentem, & intentionem contrahentium, *l. non omnis, si cert pet refert Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 4. post num 8. vers. primum,*
12 & mens præualet verbis, *l. in conuentionalibus, de verb. signifi. l. cum virum, C. de fideicom. l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstrat. & intelligentia, extra de verb signific.* Vnde illa apparitio pecuniæ nil debet operare, & remanet contractus non retrouenditionis, & emptionis respectu Marchionis; sed talis, qualis permutationis: vt quemadmodum ex supradicta perceptione introituum super Rocca, ex tali nulla insolutum donatione non fuerunt extincta, neque amiserat iura primeua: ita dicatur ex receptione in excambium introituum Sanctæ Seuerinæ, non impetrato assensu, iuxta conuentionem, & promissionem Comitis. & dato quod esset vera permutatio, quia de re ad rem, secuta euictione remanent prima iura, per deducta in alijs allegationibus. Vel si diceretur, quod asserta apparens pecunia, & fictum pretium pro introitibus Sanctæ Seuerinæ fuit creditum dotis, & pro eo fuit facta venditio, seu datio insolutum: & hoc considerent (quæso) domini Iudicantes, quia tollit omne dubium, & re-
13 manet decisus casus noster, *per tex. in l. qui res, ff. de solut.* vbi quando datur res pro pecunia, re euicta remanet prima actio; & hoc speciali fauore dotis, *Bar. in d. l. qui res*, qui etiam dicit non esse alibi in iure, *idem dicit in d. l. si quis aliam: ibique Alber. & Paul.*
14 *de Castr adducunt rationem*, quia fauorabilior est actio competens pro dote, quam actio ex empto, *per tex. in l. vnica, C. de rei vxo. actio Bal. & Salic. in l. libera quidem theodora, C. de sent. & est Com. sententia omnium in locis prædictis.*

Præterea nec pecunia Gallutij, & cautela per ipsum adhibita, vt soluatur Marchioni pro liberanda terra Roccæ, stante quod realiter non peruenit ad Marchionem, sed ad Comitem iuxta tractatum; potuit ei afferre aliud præiudicium. neque Marchio voluit aliud facere, quam cessionem exactionis introituum Roccæ, vel præstare consensum liberationi terræ Roccæ in beneficium Gallutij: & sic Marchio habens hypothecam generalem super omnibus bonis Comitis vir-
15 tute instrumenti dotalis, licet consenserit venditioni vnius ex rebus in generali hypotheca contentis, non per hoc censetur renunciasse ipsi hypothecæ generali, sed tantum. Iuri specialiter descendenti ex illa hypotheca super re illa vendita, *arg. l. 2. C. de pigno.*
16 Renunciatio enim ipsa insurgens ex consensu præstito venditioni rei hypothecatę, hypothecarium ius solum in ea re extinguit, non autem generalem hypothecam tollit, sed eius extinctionem dilatat, *tex. est punctualis in l. iubemus, C. ad velleia. & optime probari in l. si domus, ff. de seruit. vrban. præd. dicit Romanus sub bis met verbis in cons. 132. in fin. quem rogo videri.* Ita ex omnibus prædictis contractibus correspectiuis, non potest censeri aliud fecisse Marchionem, quam simplicem renunciationem exactionis introituum, vt supra; vel liberationem Roccæ respectu quantitatis Gallutij, vel in totum respectu personæ ipsius tantum, vt satis concludenter est fundatum in allegationibus: nec vnquam liberasse Comitem vel alia bo-
17 na ei generaliter obligata, & liberando vnā rem non censetur liberare aliam, *arg. l si seruitus, ff de seruit. vrba præd, cap. cum inter. §. fin extra de electio. Andr. in cap. 1. col. 2. in fin. qui success. tenea.*

Nec possunt dici sublata iura etiam contra Comitem per prętensam solutionem pecuniæ, & ex ea emptione introituum Sanctæ Seuerinæ: quia vltra supradicta, quod stantibus contractibus correspectiuis, & realiter pecunia non peruenit ad Marchionem, dicitur potius excambium de perceptione introituum ad perceptionem aliorum introituum; vel permutatio de re ad rem; vel con-

consensus super liberatione Roceæ, vt supra: & non fuerunt estincta, & sublata respectu Comitis, & eius bonorũ;accedẽte maxime ipsius declaratione in supradicto contractu, ex qua apparet remanere primã obligationem, & hypothecam bonorum. tamen quatenus aliquid dubij haberet, poterit esse à tempore contractus Gallucij, vsque ad tempus, quo fuit facta prædicta declaratio per Comitem; & pro integra summa conseruata in defectu introituum remanet obligatio contra Comitem ex causa dotium, & prioris obligationis: & contractus prædicti poterunt iuuare creditores, si qui essent infra tempus contractus, & declarationis, & nõ Comitem, cum respectu ipsius non fuit facta solutio Marchioni. & illa demonstratio pecuniæ fuit pro satisfactione Gallucij asserentis soluere
18 pro libetatione Roceæ, & non quod vellet eximere Comitẽ à nexu obligationis absque solutione pecuniæ, & satisfactione debiti, neque alios creditores post declarationem prædictam, prout ita in terminis eodi ditionis receptionis dotium declarat *Socc in l. 1. num. 85. ff. sol. matri allegat tex. in l. si vnus, § ante omnia, ff. de pact. in l. si quis post hac, C. de bon. proscript.* & ratio assignatur ne sit in facultate debitoris quem facere creditorem anteriorem, qui sit posterior *per Bal. in l. scripturas, col 2. ff. qui pot in pign. habe.* Et ex his, & alijs in allegationibus adductis iudicandum arbitror in fauorem Marchionis remanentis creditoris ab anno primæ obligationis nunquam nouatæ, neque sublatæ per solutionem, aut aliam satisfactionem; & sic non me terret sententia Sacri Consilij, postquam sapientis sanctissimi similiter erit mutare eius sententiam in melius.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *IGnorantia in facto alieno præsumitur, & bona fides etiam ex actu publicè gesto elicitur, & num. 2.*

4 *Actus, de quo apparet publicum instrumentum, non dicitur clandestine factus.*

4 *Scientia præsumitur, non autem ignorantia in proprio facto, & in his, quæ publicè geruntur, num. 6.*

5 *Scientia consanguinitatis, & gradus præsumitur inter consanguineos.*

7 *Scientia præsumitur in factis illustrium, & notabilium personarum.*

8 *Scientia facti verè, vel præsumptiuè probari, interdum paria sunt.*

9 *Præsumptio, quæ ex actu publicè gesto elicitur, est, quod ignoretur ius, sed non factum proprium.*

10 *Actus publicè gesti non excusant scientes.*

11 *Dos putatiua habet omnia priuilegia veræ dotis in beneficium vxoris, sed non uiri, & num. 15. & ratio redditur num. 16.*

12 *Statutum, quod vir lucretur certam partem dotis, non habet locum in dote putatiua.*

13 *Maritus in dote putatiua restituenda non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra, quam facere possit, nec habet annum ad dotis restitutionem, num. 14.*

17 *Mulier contrahens matrimonium à iure improbatum iustissima ignorantia, & acerrimo errore, donata per virum acquirit, & num. 23. & confutantur Doctores dicentes contrarium, num. 24. 25. & 31.*

18 *Intellectus legis qui contra, C. de incestis nuptijs & num. 19. 20 & 21.*

22 *Pœna contrahentium incestas nuptias, seu prohibitas, quæ sit in muliere ignorante ius. et sciente factum in amittendo lucra*

26 *Amittere non possumus, quod prius non acquisiuimus.*

27 *Statutum, quod lucra quæsita constante matrimonio diuidantur, habet locum inter coniuges putatiuos.*

28 *Filij suscepti ex matrimonio putatiuo succedunt parentibus, qui fuerunt ignorantes.*

29 *Successio filiorum ad bona parentum, lucrum dicitur.*

30 *Vxor cognita, & deflorata in recompensam amissi pudoris antefatum, & donata debet lucrari.*

32 *Vxor putatiua ignorans, decepta videtur à viro sciente, ob cuius dolum donata ratione interesse retinere potest.*

33 *Maritus, vt sit in culpa, sufficit, vt sciat factum; quia iuris ignorantia neminem excusat.*

35 *Legatum, quod fit à marito vxori putatiuæ ignoranti, indistincte debetur, & nu. 35.*

36 *Dispositio collata in filium. si is non est filius corruit. secus in vxore, & ratio diuersitatis redditur, num. 37. 38. & 39.*

40 *Maritus legans vxori putatiuæ, si interrogatus fuisset, & certioratus de impedimento fortius fuisset legaturus.*

41 *Confessio qualificata in ciuilibus non scinditur, limitatur num. 42. & 43.*

44 *Tex. in l. antiquæ §. ne autem, C. ad velleia. procedit solum in illis casibus, in quibus Velleianum succurrit mulieribus, iuxta opin. Doctorum veriorem, & num. 45.*

46 *Velleianum cessat in donatione, & constitutione etiã antefati, ad instar dotis. & n. 47.*

48 Do.

Digitized by Google

48 *Donatio ex pacto nudo actionem parit.*
49 *Dotis fauore agitur ex pacto nudo, & simplici pollicitatione contra fideiussorem.*
50 *Subscriptio inducit ratificationem, & consensum quoad omnia contenta in scriptura.*
51 *Ratihabitio mandato comparatur, & retrotrahitur ad tempus actus gesti.*
52 *Procurator constitutus ad promittendum antefatum, potest illud promittere mediante publico instrumento.*
53 *Concessione vnius sequitur cõcessio alterius, sine quo prima concessio esset inutilis.*
54 *Antefatũ debetur vxori viro moriẽte pendẽte solutione dotis ob dilationem ipsi à viro cõcessam; etiam si antefatum sit promissum constitus tempore soluta dotis, num. 55.*

Pro D. Catherina de Cardines.

ARGVMENTVM.

Vxor, quæ iustissima ignorantia, & acerrimo errore ducta vetitas contraxit nuptias, vtrum lucra nuptialia, & legata sibi à viro sciente facta acquirat, ad declarationem l.4.qui contra C. de incestis nuptijs. plura de coniecturis, ex quibus ignorantia, vel scientia præsumantur. De dote putatiua vtrum gaudeat priuilegijs verę dotis,& in illa habeant locum statuta loquentia de lucro dotis. De successione filiorum ex putatiuis nuptijs susceptis. pęnæ contrahentium incestas nuptias. Dispositione collata in filium, vel in vxorem, qui non sunt, cur vna corruat, altera valeat. De confessione qualificata in ciuilibus. De Velleiano in quibus cesset, & declaratur tex. in l. antiqua, §. ne autem, C. ad vell. De subscriptione scripturæ, & tandem de antefato lucrãdo ob mortem viri pendente dotis solutione.

CONSILIVM CXXXIX.



MNIS rigor, & æquitas suadent antefatum, donata, & legatum fuisse quæsita D. Catherinæ de Cardines per mortẽ Herculis Gonfaghæ eius secũdi viri; quã- uis in Curia Archiepiscopali mortuis coniugibus inter eos nullum fuerit matrimonium declaratum ob tertium, & quartum gradum consanguinitatis existentem inter Herculẽ secundum virum, & D. Ioannem Gaetanum primum virum D. Catherinæ: in facto duo tantum præsupponantur. Primum ignorantia huius facti ex parte D.Catherinæ. Secundum, scientia vera, seu præsumpta Herculis. In iure tandem tria discutiam.

Primò, quod data ignorantia vtriusque cõiugum vxor putatiua quęrat donata inter viuos per virum. Secundo, quod data ignorantia vxoris, & scientia viri, vt in præsenti, vxor sine dubio donata lucretur. Tertio, quod legatũ à marito vxori putatiuæ ignoranti debeatur.

In facto non potest inficiari D. Catherinã consanguinitatem existentem inter eius viros, quæ fuit causa annullandi matrimonium
1 ignorasse: tum quia ignorantia in facto alieno præsumitur, *l. verius, ff. de probat.* tum etiam, quia matrimonium palam, & publicè fuit contractum, & nullus nec Hercules tale factum propalauit; quo fit bonam fidem, &
2 ignorantiam considerari, *inquit l. fin. ff. de rit. nupt.* maximè quia publicum fuit confectum instrumentum de matrimonio, ideoq;
3 omnis bonafides præsumitur, *Bart. in l. non intelligitur, §. tacitè. ff. de iure fisci, Ang. & Imol. in l. in tacitis, de leg. 1. & Curt. Iunior cons. 64. num. 2.* Similiter non potest negari Herculem sciuisse consanguinitatem existentem inter eum, & D. Ioannem Gaetanum concurrentibus ad id quampluribus pręsumptionibus. Prima, quia de proprio ipsius facto agitur, in quo ignorantia non potest alle-
4 gari, sed scientia præsumi, *l. fin. ff pro suo.* Secunda, accedente præsumptione iuris, quę
5 in consanguineis scientiam cõsanguinitatis, & gradus præsumit, *l. octaui, ff. vndè cogn. & l. de tutela, ff. de in integr. restit. Ruin. in specie cons. 14. num. 5. vol. 3.* concurrente publica voce, & fama articulata per partem in processu agitato in Curia Archiepiscopali, Herculem Gonsagham, & D. Ioannem Gaetanum fuisse consanguineos, & sic indifferenter in omnibus actibus, vt consanguineos tractari; & plenissimè hocmet est probatum in præsenti causa reclamationis: fit indè omnino Herculem sciuisse consanguinitatem, quam cum D. Ioanne habebat, quia
6 scientia præsumitur de eo, quod publicè notum est; & quia cum fama concurrit veritas, *iuxtà tradita per glo. Bald. & alios in l. si tutor, C. de peric. tutor. glo. in cap. 1. de postulat. prælat. & Iacobi in l. verius, num. 2. de probat.* eoq; magis scientia præsumitur, quia

tractatur de consanguinitate Illustrium Personarum; & in factis notabilium personarum
7 non ignorantia, sed scientia præsumitur, *not. in cap. cum illorum, de sent. excommunicat. Abb. in cap. tua, de ord. cogn. & Soccin.in fall. 176. num. 9.* Scientia ergo Herculis ex allegatis saltim præsumptiuè, immò verè est probata: nihil enim refert in proposito scientia facti verè, vel præsumptiuè probetur,
8 *Rum. in cons. 14. num. 6. vol. 3.* nec ex hac scientia potest excusari Hercules, quod matrimonium fuerit publicè contractum, *iuxtà l. fin. de rit. nupt.* nam ex actu publicè gesto, oritur præsumptio, quod ignoret ius, sed non
9 quod ignoret factum proprium, *pulchrè Rum. in alleg. cons. 14. num. 5.* vltra quod actus publici non excusant scientes, *Alex.*
10 *cons. 14. in fin. 5. vol.* His enim pro veritate habitis, ignorantia huius facti ex parte D. Catherinæ, & scientia ex parte Herculis.

Ad primum punctum conclusiuè loquendo dico, quod sufficit ignorantia D. Catherinæ, vt tamquam vxor putatiua acquirat donata per virum. Quinimmo & si matrimonium inter hos coniuges nullum fuisse appareat, saltim matrimonium putatiuum fuit, in quo
11 dos putatiua in beneficiũ vxoris habet omnia priuilegia veræ dotis, *l. si eum dotem, §. fin. vbi omnes ff. solut. matrim.* licet ex parte viri sit contrarium; nam stante statuto, quod
12 vir lucretur certam partem dotis, non habet locum in dote putatiua, *Bald. cæteriq; in l. 1. C. de cond. cau. data. Alex. & Paul in d. §. fin. & latè Suarez tit. de las ganantias, l. 1. in princ. post num. 6. fol. mihi 354.* & ibi latè, quod maritus in dote putatiua restituē-
13 da non gaudet priuilegio, quod non possit conueniri vltrà quam facere possit, nec ha-
14 bet dilationem, quæ datur à lege in dote restituenda: in tantum, quod vera, & communis est resolutio, quod priuilegia veræ dotis,
15 & veri matrimonij competunt matrimonio putatiuo, & putatiuæ doti in fauorem mulieris, sed non competãt in fauorem viri ad dãnum vxoris, *ita Suarez omnia recolligendo in allegato loco, & Camp. de Dot. q. 97.* & ratio diuersitatis colligitur, *ex l. 2. in fin. cum l. seq. de priuileg. credit.* ibi æquum est hanc ad priuilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum sit, interest enim Reipublicæ hanc solidum persequi, vt ætate permittente nubere possit; hæc enim commodi-
16 tas facilius nubendi fuit causa, vt matrimonium putatiuum in fauorem mulieris habeat omnia priuilegia veri matrimonij, quæ ratio cessat ex parte viri, *vt considerant prædicti DD. & maximè Alex. in d. §. fin. & Salic. in l. 1. §. fin autem, C. de rei vxor. act.* sub his enim generalibus posset quasi decidi casus de quo agitur. Quinimmo si dos vera, & verum matrimonium fuisset, antefatum, & cætera donata sine dubio fuissent lucrata: ergo idem in matrimonio putatiuo potest concludi, postquam omnia priuilegia veri matrimonij putatiuo matrimonio in beneficium mulieris tributa fuere. Sed magis in specie procedendo dico mulierem existentē
17 in iustissima ignorantia, & acerrimo errore, donata per virum acquirere, *tex. est apertus in l. qui contra, in ver. exceptis, C. de incest. nupt* ibi *in princ.* ponitur regula, quod coniugēs scienter contrahentes prohibitum
18 matrimonium, perdunt, vxor s. dotem, maritus donationem propter nuptias; & vterq; hic indè donata, & fisco applicantur. subdit *tex. in ver. (exceptis* tam fœmininis, quam
19 viris, qui aut errore acerrimo, non affectato insimulatoue, neq; ex vili causa decepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi, quos tamen ita demũ legis nostræ laqueis eximi placuit.) illa enim exceptio in *tex.* posita est necesse, vt in omnibus sit de regula, *per l. namq; liquidè, §. fin. vbi not. ff. de pæn. leg.* sed regula ponitur in principio, coniuges scienter contrahentes prohibitum matrimonium perdere dotem, donationem propter nuptias, & hinc indè donata, & Fisco applicari: exceptio quæ demum sequitur, exceptis fœminis, quæ in acerrimo errore fuerint, vt in omnibus sit de regula, & ad omne comprehensum in regula referatur; fas erit dicere, quod donata Fiscus non vendicet, sed mulier ignorans non per-
21 dat, sed acquirat, & hic est intellectus consonus illi legi, *ita approbatus per Bar in l. fin. post num. 4. ff. de condit. sine caus.* vbi more solito magistraliter loquens de pœna contra-
22 hentiũ prohibitas nuptias, inter alia distinguit de muliere sciente factum, & ignorante ius: inquit, quædam est pœna, quæ consistit in amittendo lucrum, & ignorantia iuris non excusat; debet enim esse iustissima ignorantia, quæ excuset *d. l. qui contra,* & ita clarissimè decidit *Bart. à contrario sensu,* mulierem ignorantem factum, & ius, ac in iustissima ignorantia existentem, donata à marito putatiuo acquirere; & ita debere intelligi *tex in d. qui contra, idem lucidius, & magis in specie decidit Paul. de Castr. in dicta l. fin. post num. 6. de condit. sine caus. qui videatur rogo,* loquens de lucro municipali dicit, *Bart.* tradit, quod illud est verum quantum ad lucra municipalia, quia nihil vxor potest lucrari ab altero coniuge, qui contraxit prohibitas nuptias, nisi ignorauerit ius, & factum, & allegat *d. l. qui contra* hanc opinionem, & hũc intellectum sequitur

Ang.

Ang. in d. l. fin. post num. 2. ver. si autem, *& ver. item ibi error est accerrimus*, *mulier non amictit lucrum*, *d. l. qui contra*, *& ibi Fulgos. & Ias. col. 2. ver. contra communem, idem sequuntur*. Punctuales equidem sunt
23 istæ decisiones, mulierem existentem in iustissima ignorantia, lucra nuptialia acquirere, *per d. l. qui contra*, quidquid aliter dixerit, *Bald. in d. l. qui contra*, *& Cass. in cons. 49.* qui voluerunt illam *legem in ver. exceptis*, in-
24 telligi ad euitandum pœnam, quod mulier ignorans non perdat dotem, sed donata sibi ad donantem reuertantur: quia vt dixi contrarium tenuerũt allegati *Doct.* numero maiores, nec *Cass.* vidit, nec allegauit præfatas claras decisiones; nec mirum quia consuluit, & consulendo, pecunia non finit discernere verum. immo idem *Cass. in consuet. Burgun. rub. 4. §. 2. col. 2. fol. mihi 132* sentiens veritatem, contrarium dixit, inquit limita
25 nisi alter coniugum ignoraset impedimentum; quia tunc lucra nuptialia vltra dotem acquirit; *allegando d. l. qui contra, in ver. exceptis*; sufficit enim ad quærendum titulus putatiuus, qui prodest si vxor iustam causam habuit extimandi se vxorem, *l. non solum*, *§. quod vulgo, ff. de vsucap. Socc. cons. 18. nu. 12. & seq. vol. 1.* Textus enim in *d. l. qui contra*, præsupponit coniuges scientes amictere donata: amictere non potest, quod non
26 quæsiuit, *l. post legatum*, *§. amictere, de his, quib. vt indig.* ergò cum sint scientes, perdũt donata; si sunt ignorantes donata iam quæsita non amittunt, sed retinent, & lucrantur.

Præterea in lucris similiter stante statuto, quod lucra quæsita constante matrimonio inter coniuges diuidantur; illud procedere
27 inter coniuges putatiuos, *Abb. post antiquos in cap. significauit, extra de donat. inter vir. vxor. & hanc opinionem esse communem nemine discrepante refert Tiraquell. de leg. connub. glo. 8. num. 10. & Couarr. in epito. 4. decreta. 2. part. cap. 7. num. 7. fol. mihi 118.* Videmus enim, quod si coniuges ignorantes fuerint, filij parentibus succedunt; & si alter coniugum ignorans fuerit, alter vero sciens,
28 respectu ignorantis succedunt, *t. ex tenore, qui fil. sint legit. not. glo. Bal. Salic. & omnes in d. l. qui contra*, *& in l. qui in prouintia, § diuus, ff. de rit. nupt.* idque non alia ratione procedit, nisi ratione ignorantiæ, cuius respectu filij successionẽ parentis igno
29 rantis acquirunt; quæ successio respectu filiorum lucrum est, *secundum glo. in l. si emãcipata, C. de iur. & fact. ignor. & l. in bonorum, ff. de bonor. possess.* fortius dicamus in vxor ignorante, vt ratione ignorantiæ donata à viro consequatur: maximè quia vt vxor cognita, & deflorata fuit, saltem in
30 recompensam amissi pudoris, mulier & antefatum, & omnia donata non perdere, sed consequi debet, *prout benè considerat Bald. nouell. de dot. vndec. part. 12. mem vers. vnde secundum prædictam.* Vnde vera sit cõclusio, quod data ignorantia vtriusq; coniugũ, vxor putatiua donata à viro in dubio acquirat.

Ad secundum punctum ex nouiter deductis, data ignorantia D. Catherinæ, quæ non potest negari, vt supra dixi, & scientia vera, vel præsumpta Herculis huius facti, probata ex tot, & tantis præsumptionibus desuper expressis; nullum posse oriri dubium quin
31 omnia donata à coniuge sciente factum mulieri ignoranti debeantur, *glo. in d. l. qui contra, in ver. Fisco*, *& l. ea quæ*, *C. de donat. ante nupt. & ibi in specie Salic. & hanc opinionem esse communem refert, & sequitur Gomes. in comment. legũ tauri, super l. si post num. 55. vers. si vnus contraxit scienter*, *& alter ignoranter fol. mihi 160.* & ratio est,
32 quia mulier isto casu decepta videtur à viro sciente, ob cuius dolum donata ratione interesse retinere potest, *tex. est apertus in l. à diuo Pio, ff. de rit. nupt. & l pan. §. fin. quod cum sal. tuto. & Bal. nouell. de dote 11. parte in 12. memb num. 13. vers. vnde prædicta.* Nec contrarium dicit *textus in l. cum hic status*, *§. fin. de donat. inter virum*, *& vxorem.* nam ibi ideo vxor donata non quærit, quia sciebat matrimonium non tenere, *vt ibi ex tex & glo. colligitur, ibi ab indignis*; *& ita ille tex. intelligitur per Salic Cyn. & alios in l. ea quæ*, *C. de donat. ante nupt.* & in
33 hoc sufficit, quod maritus sciat factum, licet ignoret ius, quia ignorantia iuris neminem excusat, *l. fin. & l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. Bal. nouell. latè in præcitato loco, mem. 9. n. 10. ver. in contrarium.* Quare si notorium est Herculem sciuisse consanguinitatẽ inter eum, & D. Ioannem primum virum D. Catherinæ existentem, ex qua nullitas matrimonij orta fuit, licet ignorasset ius, matrimonium non tenere; non excusatur, quin ad omnia interesse teneatur, quasi ex secundaria intentione propter factum suum, *cap. 1. vbi glo. & Doct. de eo, qui in vxor. duxit, quam pollu. per adult. l. illud. C. de libera. causa.*

Ad tertium punctum legati, nulla est difficultas, Hercules legauit ducatos quatuor mille D. Catherinæ, vltra antefatum: & quãuis legatum dicat pro antefato, non est sine maxima suspicione falsitatis, nã antefatum constitutum erat ducatorum decem mille; quomodo Hercules voluit legare ducatos

quatuormille pro antefato:sanus erat mente dum testamentum condidit, & bene sciebat paulo ante testamentum constituisse antefatum ducatorum decem mille; ideo quisque arbitrabitur voluisse legare ducatos quatuor mille vltra antefatum, & hæc est veri-
34 tas: legatum enim dum fit à marito vxori putatiuę ignoranti, indistinctè debetur, *l. fin. de leg. 1. l. 2. §. 1. de his quib. vt indig. per l. vxori maritus, de vsu. leg. & l. perfectus, ff. de rit. nupt. p quæ iura ita firmat Azo. in rub. C. de incest. nupt. num. 5.* & hoc procedit, siue legatum fiat à marito sciente, siue igno-
35 rante, dummodo vxor ignorans fuerit, *vt dicta iura præsupponũt, & latè sic tradit Bal. nouell. in alleg. loco 13. mem. ver. aut vterq; ignorauit.*

Nec huic conclusioni obstat regula *l. pater, cum concor. C. de hared. instit.* quod dispositio collata in filium, si non est filius, non
36 tenet; vt idem sit in dispositione collata in vxorem, quod si non est vxor, non valeat: nã contrarium dicit *tex. in d. l. fin de leg. 1.* & regula *l. si pater* nõ procedit in his personis,
37 quæ diligi possũt speciali affectione. ibi enim error filiationis, qui naturalis est error, facit cessare volũtatem patris, qui eatenus legauit, quatenus credidit eum filium: non sic in
38 vxore, quæ speciali affectione propter obsequia maritalia potest diligi, *l. affectionis, de donation. probat hoc sing. lex iusto errore, ff. de vsucap. faciunt collecta per Aym. consi. 229. in princip.* Vnde cum affectio eadem possit haberi ad vxorem putatiuam, quæ ad vxorem veram, non debet admitti dispositio *d. l. si pater*, cum contrarium sit dispositum *in d. l. fin. de leg. 1.* vbi legatum factum
39 vxori, vt vxori, licet vxor non sit, sed putatiua vxor; si ignorans, legatum consequitur: immo si maritus sciuisset hoc impedimentũ, & interrogatus fuisset, tãto magis fuisset le-
40 gaturus *ad glo. in l. tale pactum, §. fi. de pact.*

Vti vxor D. Catherina cum eius viro vsq; ad mortem habitauit, sotia fuit ipsius in administratione domus; saltim ratione societatis, & cohabitationis quodam modo hæc omnia habentur: vt vxor fuit cognita, & maculata, iniquissimum esset hæc omnia non lucrari; omnia iura id indulgent mulieri in recompensam amissi pudoris, omnis igitur rigor, & æquitas pro vxore elamãt. quapropter Ill. conuentum ad petitum antefatum, donatiuum, & legatum, vna cum interesse absque dubio condemnari sentio, salua semper correctione subtilius intuentium.

Camillus de Medicis.

NOuiter audio tres difficultates fieri per Aduocatos Dominæ Cassandræ de Capua, quæ in effectu nihil sunt. Prima est, quod non constat, Cassandram subscripsisse capitula, nisi ex eius confessione, in qua licet fateatur subscriptionem esse propriæ manus, dicit tamen non teneri, quia fuit decepta; & sic confessio est qualificata, quæ in ciuilibus non scinditur, & qui ea vult iuuari, oportet illam acceptare cum qualitatibus
41 suis, *ad Bart. cum simil. in l. Aurelius, §. idem quæsiuit, ff. de liberat. leg.* Miror equidem, quomodo hæc figurentur contra veritatem, quoniam matrimonium contractum in anno 56. inter D. Ioannem Gaetanum filium Cassandræ tunc annorum 18. & D. Catherinam de Cardines; fuit tractatum per dominam Cassandram, quæ vt mater liberè de filio disponebat: & verum est, quod D. Catherina nunquam contraxisset matrimonium cum D. Ioanne, nisi D. Cassandra antefatum promisisset; nimirum si capitula subscripsit. quomodo enim potest considerari Cassandrã fuisse deceptam, si non coacta subscripsit capitula. Immo si verum amamus, oportet dicere ipsam habuisse, & habere animum decipiendi mulierem: quo fit, & si confessio esset
42 qualificata, quando contra qualitatem vrget præsumptio, quod non sit vera, vt in præsenti; scinditur confessio, eaque acceptari potest reiecta qualitate, *ita sing. Abb. in cap. cum venissent, num. 7. extra de institu. not. in add. ad Bart. in d. l. si quidem, C. de accept.*
43 vltra quod quando sunt plura capitula, potest vnum acceptari, & aliud reprobari, *glo. & omnes in d. l. siquidem, & Bart. in d. §. idem quæsiuit*, sicut nunc occurrit: quoniam fateri subscriptionem esse propriæ manus, est vnum caput; & demum dicere quod fuit decepta, & non teneri, est aliud: ideirco vnum sine alio potest acceptari, & onus esset confitentis probare.

Secundo, dicitur Cassandram non esse
44 obligatam mediante publico instrumento à tribus testibus subsignato, *iuxta formam l. antiquè, §. ne autem, C. ad velleia.* Respondeo quod *tex. in d. §. ne autem*, procedit solum in illis casibus, in quibus Velleianum succurrit mulieribus; tunc enim si mulier obligatur citra instrumentum est tuta ipso iure, sed si obligatur mediante instrumento iuuatur ope exceptionis Velleiani. nihil enim
45 innouat ille *textus* in illis casibus, in quibus Velleianum mulieri non succurrit, ne de illo *tex.* ad principium illius legis, detur correctio, *hæc est opinio Bulg. contra Martinum, quam vt veriorẽ sequitur ibi glo. & vti communem sequitur ibi Alber. & Iacob. Butrig. Cyn. Salic. Bart. Bald. cæteriq;* vnde cum pos loquamur in donatione antefati, in qua Velle-

Velleianum non procedit; tum quia est donatio; & in donatione Velleianum non procedit, *l. sed si ego, ff. eod.* tum etiam quia in
47 antefato adinstar dotis Velleianum cessat *per l. fin. C. eod. prout alias fuit decisum*, sequitur *tex. in d. §. ne autem*, ad casum, de quo agitur, non adaptari, & ex sola promissione mulierem obligari, quia in donatione
48 etiam ex pacto quod agitur, *l. si quis argentum, C. de donat.* & ex pacto nudo, & simpli-
49 ci publicatione agitur pro dote contra fideiussorem, *d. l. fin. C. ad velleian. vbi expresse Bald. & Salyc.* ergo idem in antefato, maximè quia donatum, *d. l. si quis argentum C. de donat.*

Vlterius dico, Dominam Cassandram esse obligatam mediante publico instrumento. si quidem D. Ioannes filius in capitulis tam proprio nomine, quam vt procurator matris promisit antefatum: & licet non appareat mandatum in persona D. Ioannis, verum est Dominam Cassandram subscripsisse capitula, ex qua subscriptione oritur ratificatio, & consensus ipsius respectu omnium contentorum in capitulis; & sic promissionis antefati
50 factæ per D. Ioannem, vti procuratorem Cassandræ, eum in hoc constituendo procuratorem, *l. fideiussor, §. si pater, ff. de pignor. l. sicut, §. non videtur, ff. quibus mod. pign. Alex. in l. qua dotis, vbi Ias. num. 90. & 93. sol. matr.* & si ex hac subscriptione ratificatio sequitur; ratificatio mandato æquiparatur, quæ retrotrahitur ad tempus actus gesti, *l. fin. C. ad maced. & Bart. in l. obseruare, vbi not. num. 4. ff. de off. procons.* fingitur enim ex his D. Ioannem vti procuratorem verè constitutum ex ratihabitione sequuta, nomine Cassandræ promisisse antefatum, & vti procuratorem fuisse capitula stipulata, quæ stipulatio erat exequutio conuentionis perfectæ: & nulli dubium quod poterat D. Ioannes vti procurator Cassandræ, capitula
52 stipulari, quia si procurator fuerat constitutus ad promittendum antefatum, poterat illam promissionem facere publico instrumento; nam cui mandatur præcedens, censetur mandatum, & consequens, *l. qui procuratorem, & l. ad rem, ff. de procur.* & ad concessionem vnius, sequitur concessio alterius,
53 sine quo prima concessio esset inutilis, & nõ haberet effectum, *l. 2. vbi glo. caeteriq; ff. de iurisd. om. iud.* quare si D. Ioannes vti procurator Cassandræ iam per eam constitutus, ex eius ratihabitione, antefatum promisit publico capitulorum instrumento; fas erit dicere, Cassandram publico instrumento esse obligatam.

Vltimo, prætenditur in capitulis fuisse promissum constitui antefatum tempore solutæ, & consignatæ dotis, & quando cautelę fierent de dote consignanda: sed ante consignationem dotis D. Ioannem decessisse constat, ideoq; antefatum non deberi. Respondetur millies in Sacro Consilio hunc articulum fuisse decisum, quando enim promittitur constitui antefatum tempore solutæ dotis, ad quam soluendam maritus vxori dilationem indulsit, vel infra certum tempus, vel quandocunque; quod si pendente dilatione
54 ante consignationem dotis, maritus moritur, mulier integrum antefatum lucratur, quia ex quo maritus fidem habuit de dote, quoad eum soluta censetur, *§. vendita, instit. de rer. diuis. & l. quod tradidit, de contrab. empt. ita Guid. Pap. decis. 430. & 565. latius Boer. decis. 22.* & in spetie quando fuit promissum constitui antefatum tempore solutę dotis, si ante solutioẽ maritus moritur, q̃
55 mulier lucretur antefatum, *Gram. decis. 97. & Afflict. decis. 333.* & ita millies decisum, & me patrocinante in pluribus causis Dominæ Isabellæ de Castellis, cum alijs. Similiter cautelæ de dote consignanda fuerunt factæ, quia instrumentum capitulorum stipulatum, sollemnis erat cautela pro viro; maximè quia numquã mulier fuit interpellata, vnde mora potuisset causari: immo Cassandra, & D. Ioannes mater, & filius receperunt duc. 1800. pro interusurio dotis vigore capitulorum, expresse ea confirmando, & contenti remãserunt tali sollemni cautela, quasi quod alia eis non deseruiret. amplam dotem habuit hæc causa, quæ meo videre nullam habet difficultatem.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica edita Thori tuetur possessores inter alios habentes causam à Rege Federico, & num. 2. & 30.*

2 *Regis assertioni cum subscriptione Quaestoris, scilicet Cancellarij creditur, & nu. 9. non autem priuati hominis à Secretis Regis, num. 25. & 26.*

3 *Litera Regis non redacta in solitam formã Cancellariæ non probant.*

4 *Pragmatica Regis Federici anni 1496. irritat omnes prouisiones per Federicum factas non in solitam formam Cancellariæ, & ita decisum in causa Ducis Suessæ, & num. 5.*

6 *Clausula derogatoria ad futuras dispositio-*

nes operatur, vt futura non valeant, nisi contineant clausulas derogatorias derogatoriarum.

7 *Protestatio antecedens in dependentibus ex voluntate vnius operatur inualiditatem subsequentis actus.*

8 *Regis assertioni per verba enuntiatiua ad alium finem emissa non creditur.*

10 *Verba generalia etiam in actu tradēda possessionis non operantur.*

11 *Rex remittendo gratiosè seruitium Comiti, expressò in literis id facere etiam in gratiam subfeudatariorum, ipsis etiam censetur remissum seruitium, & num. 12. Et si non exprimat an censeatur remissum, distinguitur plenè, à n. 13. ad 25. & n. 27.*

25 *Vitus Pisanellus non fuit Quaestor, sed tantum à Secretis Regis Federici.*

28 *Priuilegia per rebellionem extinguuntur.*

29 *Rex Cattholicus non successit in hoc Regno ex iuribus Regis Federici, sed Alphonsi Primi.*

Pro Duce Ciuitatis Neritonis de familia Aquauiua cum dicta Ciuitate, super demanio.

ARGVMENTVM.

Regis assertioni quando credatur, ad declarationem doctrinæ, & distinctionis Isern. in §. sed nec & alia iustior, in addit. quæ sit prima causa beneficij amit. De clausula derogatoria, & de remissione seruitij facta vassallo, vtrum prosit subfeudatarijs.

CONSILIVM CXL.



FVNDATA est exceptio Regiæ pragmaticę in secūdo capite opposita per Ill. Ducem Neritonis contra Ciuitatē Neritonis petentē ad Regium Demanium admitti, siquidem Dux habet titulum Regis Federici sub die 16. Martij 1497. in quo Rex ille in excambium Comitatus Conuersani, & aliorum seruitiorum prestitorum tunc per Bellisarium Aquauiuum, eidem donauit dictā Ciuitatem liberam pro se, & hæredibus in perpetuum; cum clausulis derogantibus ex dominica potestate priuilegia demanij, & cum clausulis derogatorijs ad quamcunque dispositionem per ipsum, & successores suos faciendam: vigore eiusdem tituli Bellisarius habuit tunc liberam possessionem continuatam per successores. vsque nunc *Pragmatica*

1 *edita Thori* in anno 1505. tuetur possessores habentes causam inter alios à Rege Federico, vt nunquā molestari possint: ergo si Dux habet titulum Regis Federici, possedit Ciuitatem tam temporē pragmaticę, quam ante, & post: non erit dubium requisita exceptionis esse fundata. Replicat Ciuitas donationem prædictæ Ciuitatis factam à Federico Bellisario die 16. Martij 1497. non fuisse liberam, sed cum reseruatione illam reducendi ad demanium, quando sibi placuerit: idq; probare nititur, quia sic testatur idem Rex Federicus in literis per eum directis dictæ Ciuitati die 7. Maij 1497. in quibus narrando fuisse coactum concedere dictam Ciuitatem Bellisario, cum reseruatione illam reducendi ad demanium; illi iubet, quod liberè tradat possessionem Bellisario, quia sua intentio est citò illam ad eius coronam reducere.

Ex his literis Federici cum subscriptione Viti Pisanelli tamen elapsis fere duobus mēsibus post concessionem factam Bellisario, prætendit Ciuitas esse credendum assertioni Federici dicentis fecisse concessionem Bellisario cum reseruatione reducendi Ciuitatem

2 ad demanium; quia creditur [a] assertioni Re-

a gis cum subscriptione Quæstoris, .f. Cancellarij, *Andr. de contr. feud. apud par. termi. in fine, post num.* 13. & sic talis declaratio Federici insit concessioni factæ à Federico Bellisario, *ex regula iuris*, qui declarat nihil noui facit, sed quod erat declaratur, *l. hæredes palam, §. si quid post, ibi Paul. de test.* & si inesset concessioni factæ Bellisario, *pragmatica* non procederet. Respondetur pluribus modis.

Primo, nulla fides in iudicio adhibenda

3 est literis prædictis; postquam non fuerunt redactæ in formam solitam Cancellariæ: & iam pragmatica aderat eiusdem Regis Fe-

4 derici anni 1496. in qua disponitur quascūq; prouisiones per Federicum factas, non in solitam formam Cancellariæ: in iudicio esse nullas: prout sic alias decisum fuit, præser-

5 tim in causa Ducis Suessæ. Istæ literæ Federici fuerunt tamen cum subscriptione Viti Pisanelli, & non iuxta stilum Cancellariæ; ergo de illis nulla ratio habenda erit.

Secundo, vltra nullitatem prædictam, in dictis literis deficit voluntas Federici: nam idem Federicus de mense Martij 1497. concesserat Ciuitatem Bellisario in perpetuum

Digitized by Google

cum clausulis derogantibus quamcunque
dispositionem in futurum per ipsum facien-
dam; dum postea die 7. Maij 1497. idem Fe-
dericus asserit fecisse dictam concessionem
Bellisario cum reseruatione illam reducendi
ad demanium, deficit suus consensus, & illæ
literæ nihil sunt. quando enim in dispositio-
ne antecedente adest clausula derogatoria
6 ad futuras dispositiones, vt dispositiones fu-
turæ valeant, oportet quod ille continerent
clausulas derogatorias derogatoriarum po-
sitarum in actu antecedente, alias nullius
sunt vigoris: voluntas enim prima derogato-
ria debet reuocari specialiter per secũdam,
Bart. cæterique in l. si quis in principio testa-
menti, 2, not. num. 2. & post num. 8. ff. de
7 *leg. 3.* etenim in dependentibus ex volunta-
te vnius, protestatio antecedens annullans
actum facturum, operatur quod quando se-
quitur actus, sit nullus tamquam sine consen-
su, & reuocatus per actum antecedentem,
Bar. in l. non solum §. morte, num. 17. ff. de
no. oper. nun.

Tertio, in dictis literis non declaratur
principaliter per Federicum concessionem
prædictam fuisse cum reseruatione reducẽdi
Ciuitatem ad demanium; sed id enuntiatur
ad alium finem, vt libere traderetur posses-
sio, prout tradita fuit Bellisario; & sic verba
8 sunt enuntiatiue emissa, non principaliter,
sed ad alium finẽ: quo casu Regis assertioni
non creditur, *And. de contr. feud. apud par.*
termi. in fine, ibi de scientia certa, non enun-
9 *tiatiue*. & quando Rex ex certa scientia ali-
quid asseuerarer cum subscriptione Quæsto-
ris, adhuc dubitat ibi *Andr.* si ei credatur,
quando tractatur de eius commodo; quia
loquitur per verbum (forsitan.) & cõtrarium
expresse tenuit *in §. sed nec alia iustior. in*
add. quæ sit prima causa ben. amitt. quinim-
mo verba Federici non solum enuntiatiue
sunt emissa, sed potius sunt persuasiua, &
10 generalia, quod Ciuitas libere traderet pos-
sessionem; & verba generalia etiam in actu
tradendæ possessionis non operantur, *casus*
est videndus in cap. cum venissent, in vers. ipse
vero, extra de instit.

Vltimo, quod credatur assertioni Regis,
pro veritate huius articuli recurrimus ad
theoricam, *Andr. in §. sed nec alia iustior, in*
add. quæ sit prima causa ben. amitt. ibi *Andr.*
11 quærit si Rex Comiti gratiosè remisit serui-
tiũ, gratia illa prosit subfeudatarijs Comitis,
quod nec subfeudatarij Comiti seruiant; post
multa concludit *in vers. patet ex præmissis,*
quod si in literis Regis est expressum gratiã
fieri, non solum contemplatione Comitis,
12 sed etiam eius subfeudatariorum, illis pro-
desse: sed si in literis id non continetur, &
Rex testificatur, quod gratiam illam voluit
esse profuturam subfeudatarijs, an sufficiat;
13 arguit nõ videri *per ea, q̃ dicta sunt de contr.*
feud. apud par. termi. Demum arguit pro alia
parte quod ex quo non testificatur de suo
commodo, vbi præhabita deliberatione sui
14 consilij hoc diceret, præsumptio est quod
sic, donec constet de contrario; quasi non
solum ipse, sed & sui cõsiliarij hoc testificen-
15 tur. si sine consilio non, nam videtur testificari
suæ primæ voluntati. Demum subdit si Prin-
ceps diceret, hæc fuit mea intentio, nihil es-
16 set, quoniã debuit exprimere: sed si expressit
consilio suo, & hoc testificantur Consiliarij,
17 videtur sufficere quia inspicitur, quod actũ
est; vbi autem interesset alterius contrahen-
18 tis, tunc debuit exprimere illi, cum quo con-
traxit, alias non valeret. item si Princeps di-
19 ceret fuisse expressum in remissione, & lite-
ra non continet, nec potest aliter probari, cũ
suum commodum, vel damnum nõ vertatur,
& satis videtur stari rememorationi eius. hęc
Andr. ex cuius theorica hi casus colligun-
tur.

20 Primus, quando Rex testificatur in his,
quæ commodum suum tangunt, eius assertio-
ni non creditur.

Secundus, quando testificatur non de suo
21 commodo, si cum consilio diceret pręhabi-
ta deliberatione, præsumptiuè creditur eius
assertioni, donec prebetur contrarium; si
sine consilio non creditur.

Tertius casus, si Rex diceret, hæc fuit in-
tentio mea, nihil esset, quia propositum in
mente retentum nihil operatur, *l. si repe-*
tendi, C. de condict. ob causam.

Quartus, quando tractaretur de interesse
22 alterius contrahentis, tunc non creditur as-
sertioni Regis, quia debuit exprimere con-
trahenti, qui si talem assertionem Regis sci-
uisset, cum eo non contraxisset. Ad propo-
situm assertio Regis Federici, asserentis cõ-
cessionem factam Bellisario cum reseruatio-
ne reducendi ciuitatem ad demanium quan-
do voluerit, ad commodum Federici tendit:
nimirum si iuxta primum casum, eius asser-
tioni non statur.

Item talem assertionem Federicus non
fecit præhabita deliberatione cum suo con-
silio, etiam si de eius commodo non tracta-
24 retur: nimirum si suæ propriæ voluntati te-
stificatus est, eiusque assertioni non creditur,
iuxta secundum casum. nec subscriptio Viti
25 Pisanelli particularis secretarij Regis Fe-
derici operatur id, quod tradit *Andr. de con-*
tr. feud. apud par. termi. in fine. quoniam
26 *Andr.* ibi requirit subscriptionem Quæstoris
scili-

scilicet Cancellarij Vniuersalis Regni, & nō particularis:& *Andr.* vt dixi ibi per verbum, (forsitan) loquitur, & melius se declarauit *in d. §. sed nec alia iustior, in addit. vt supra.*

Item tractabatur,& tractatur de interesse Bellisarij, qui contraxerat cum Federico: postquam Federicus in excambium Comitatus Conuersani ei donauerat libere,& in perpetuum Ciuitatem Neritoni. Si enim Federicus expressisset Bellisario velle sibi concedere Ciuitatem cum reseruatione illā rehabendi, quando voluerit Bellisarius; non reddidisset Comitatū Conuersani,nec recepisset dictam Ciuitatem cum tali conditione: inde si Rex postea testificatus est in concessione Bellisario facta interuenisse talem

27 conditionem, non staretur eius assertioni, quia agitur de interesse contrahentis, cui debuit exprimere,iuxta quartum casum.

Amplius literæ Federici fuerunt directæ Ciuitati, cui ex illis nullum ius fuit quæsitū; & si forte quæsitum, amissum per eius notoriam rebellionem cōtinuatam in anno 1528. & 29. clarum est enim per rebellionem pri-

28 uilegia extingui, *Bal. de pac. constit. §. 1. nu. 14 in fin.* quinimmo literæ prædictæ quando essent validæ, prout nullæ sunt; Fiscus, qui numquam egit, posset prætendere quod Ciuitas reducereeur ad demaniū vigore dictæ reseruationis,quæ commodum Federici tangebat: & tunc fisco agente ei opponeretur, quod millies ipse visus est, Regem Catholicū

29 non succesisse in hoc Regno ex iuribus Federici, sed Alphonsi Primi ex persona Ioannis;& sic non posse vti reseruatione illa facta in beneficium Federici, cuius iuribus Fiscus non vtitur.

Denique non obstat, quod Fiscus, & pars aduertunt,Ducem remansisse contentum in anno 32. restituta sibi possessione Ciuitatis stare iuri respectu pacti de retrouendendo, quod tunc vane prætendebatur fuisse in concessione facta Bellisario: quasi quod Dux de hoc remansit contentus,& sic non sit tractādum de exceptione pragmaticæ.

Nam nec ciuitas tunc in anno 32.nec nūc in anno 83. prætendit, nec allegauit concessionem factam Bellisario fuisse cum pacto redimēdi: immo contrarium dixit, ꝙ nūquā talem prætensionem habuit: nec Fiscus vnquam,nec hanc,nec aliam prætensionem deduxit; sed tantum Ciuitas prætendit vigore eius priuilegiorum, ex certa scientia derogatorum, & vigore dictarum literarū Regis Federici nullius vigoris, vt supra, admitti ad demanium. ideoque dum vult venire contra titulum Regis Federici, cuius vigore Dux possedit, & possidet, ei absq; dubio obstabit

30 exceptio *pragmatica* opposita, prout alias Dux Seminariæ obtinuit contra Vniuersitatem Seminariæ idem petentem, & exclusam, obstante eadem exceptione pragmaticæ opposita.

Camillus de Medicis.

a ADDE. Creditur Principi quando à sua potestate dependet actus, *Clem. 1. de prob. Iser. in cap. 1. num. 17. qui succ. ten. Ruin. cons. 22. num. 8. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur quamuis per ipsum non stetit, quominus conductor re conducta vtatur.*

2 *Locator impediens conductorem ex facto iusto, vel iniusto, quomodo teneatur.*

3 *Conductor non est in damno, siue illud procedat vitio rei, siue illius occasione.*

4 *Conductori remissio competit ne dum quando fructus, sed etiam quando ea, quæ occasione rei perciperentur, non percipit.*

5 *Conductor ex casu contingenti in re ipsa remissionem petit.*

6 *Bellum & pestis quoad remissionem mercedis æquiparantur.*

7 *Remissio mercedis in conductione quando ex pestis, vel belli occasione competat.*

8 *Remissio mercedis ob pestem,vel bellum datur, licet quibuscunque exceptionibus renuntiatum fuerit.*

9 *Pestis existentia, & imminentia siue trepidatio coequantur.*

10 *Arrendatoris promissio de soluendo habet cōditionem annexam,pace in eo statu permanente.*

11 *Factum superioris casus fortuitus est.*

12 *Remissio mercedis fit, licet damnum facto superioris procedat, idque quando.*

13 *Pactum alicuius fauore initum,in odium illius retorqueri non debet.*

14 *Remissio mercedis ad hoc vt competat, quæ læsio requiratur, & num. 18.*

15 *Damnum enorme iudicis arbitrio consistit, vel secundum vulgi opinionem, num. 16. vel quando in sexta parte consistit, n. 20.*

17 *Sterilitas, & fertilitas ex vulgi opinione iudicatur.*

19 *Remissio mercedis, siue excomputum pro ea parte, quæ deficit, fit.*



Pro

Pro Petro Paulo Serragli.

ARGVMENTVM.

Conductori impedito facto locatoris iusto, siue iniusto, vel casu contingenti in re ipsa; remissio mercedis vtrum competat: idq; in arrendamentis quomodo, & quando locum obtineat.

CONSILIVM CXLI.



NTENTIO Magnifici Petri Pauli Arrendatoris adeo est ex serie facti, probationibus, & scripturis dilucide probata; vt iuris adminiculo minimè indigeret: eò maxime eum res agatur apud eruditissimos Dominos Regiæ Cameræ. sed vt clienti mortem geram facti seriem his iuridicis medijs fundare conabor.

Arrendamentum fit per Regiam Curiam in anno 78. decimoquinto Aprilis, quo tempore nec in Regno, nec extra aderat pestis, & præcipuè in prouincijs Calabriæ, vt est notorium, & in processu deductum. Item ad sunt plura capitula in arrendamento, de quibus in nota facti.

Item, quod præsens arrendamentum, virtualiter, & attenta solutionis qualitate locatio est, & successiuè omnis cadit excomputatio, & affictus remissio, *Bart. in 4. quæst. in princip. Publicanus per totum, Aret. comprobat cons. 139. quia consultatio per totum.*

Quibus veris existentibus dum Regia Curia per bannorum emanationem comercia impediuit, id damni manifestè prouenit Arrēdatori facto Regiæ Curiæ: ipsa locatrix etiam
1 ex natura contractus tenetur actione ex conducto, quamuis per ipsam non steterit; quominus re conducta vsus fuerim non solū ad damna, sed etiam ad lucrum. Est casus *in l. si fundus, ff. locati, & in l. si in l. §. colonus, eodem titulo, ibi & quantum per singulos annos compendij facturus erat consequetur*, conductor enim dum impeditur facto locatoris vti re locata, agit ad interesse, in quo venit etiam lucrum, *l. si de fundo, & ibi glo. 1. C. locati.*

Nec dicat Regia Curia talia emanasse banna ad futuram euitandam pestem, vt per hoc dicatur emanasse prohibitionem, & ipsa banna facto iusto, & rationabili, vt excludat Arrendatorem à prætensis excomputo, & emenda. Nam dum prouenit impedimentū
2 conductori facto locatoris, aut factum est iniustum, & tenetur ad damna, & lucrum; aut est iustum, & tunc ad totale tenebitur
3 excomputum; quia non debet conductor ex vsu rei locatæ percipere damnum, sine procedat vitio rei locatæ, *ex reg. l. sed addes, §. si quis dolia, ff. locati*. siue illius occasione: cum idem iudicetur de damno, quod percipitur ex re ipsa, quod de damno proueniente occasione rei; nec refert patiatur id damnum à locatore, vel ab alio, quem locator prohibere non potuit, ad finem vt conductor consequatur emendam. Idq; apertissimè firmat *Bart communiter approbatus distinguendo inter factum iniustum, & iustum in l. si vno, §. item cum quidam, 1. col. in 1. memb principali, ff. locati, quodque per plura comprobat Roman cons 178, pro decisione casus per totū, & nouissime cōmuniter ad id receptum Bart. testatur, Natta cons. 610. vtrum conductor, vol. 3. & clarius infra fundabitur.*

Vt per hæc non possit emendam euitare Fiscus prætextu, quod iusto facto, & rationabiliter fuerit Ill. Prorex motus ad comercia impediendum; quod aliter impedire non potuit. cum id non potuit conductori damnum afferre, ex clarissime modo deductis, & infra dicendis.

Nec similiter obstabit, si forte diceret Fiscus, quod iura loquentia de remissione mercedis omnia loquuntur, quando conductor est impeditus facto locatoris; vel casu contingenti in re conducta, ex reg. *d. l. sed addes, §. si quis cum in annum*. Et successiue cum Arrendator non fuerit impeditus facto locatoris, nec eius culpa, nec casu contingenti in re conducta, non posse remissionem præten-
4 dere, nam in casu nostro non procedit: quinimmo iura contrariū determinant, vt possit conductor remissionem petere, non solum quando fructus non percipit, sed etiam quādo non consequitur ea, quæ occasione rei locatæ perciperentur; vt si conducto fundo, in quo nulli nascerentur fructus, sed tantum aues & feræ caperentur, si impeditur conductor percipere hos fructus aucupationis, & venationis, iure merito remissio facienda est: sufficit enim quod contingerit in fructu rei conductæ impedimentum. sicue in fundo rustico dum contingit sterilitas in fructibus,
5 quæ non peruenit culpa locatoris, nec casu contingenti in re ipsa; & nihilominus remissio competit, *l. ex conducto, §. si vis tempestatis, ff. locati*. Et propterea si quis conducit domum pro retinendis hospitibus, & ob guerram superuenientem hospites non veneunt,

runt, vel pro ſcholaribus venturis ad ſtudiũ: his deficiẽtibus ex aduentu belli ſit remiſsio non ſolum ob nõ vſum reſpectu ſcholarium, ſed pro habitatione principalis aliter non conducturi, *& ita in facto refert Paul. de Caſtr. obtinuiſſe, & firmat poſt Bart. vterq; col. 1. & in l. cum plures, ff. locati*, vt omni iure ſit remiſſio Arrendatori facienda, etiam occaſione extractionis extra Regnum impeditæ, & ſi aliqua vſus fuerit comoditate infraſcripta Regnum Arrendamẽti prędicti, *& in proprijs terminis caſus noſtri eſt elegans conſilium Aretini videndum* 52. *viſa conſultatione, poſt Butr. in cap. propter ſterilitatem, col. 5. verſ. ſed ponè quidam Eugubinus, & alios quos allegat*, quæ deciſio *Aretini, Bart. Caſtr.* & cæterorum determinantium caſum licet loquantur in bello ſuperueniente pro obtinenda remiſſione. Idem
6 eſt in ſuperueniẽtia peſtis, *Firmian. in tract. gabellarum, in 2. part. fol. 3. vltima col. verſ. ſcias tamen, quodque Boſſius comprobat tit. de remiſs. merced. num.* 40. *verſ. pone enim, quod inquilinus.*

7 Et cum tempore arrendamenti nulla aderat peſtis, nec ipſius timor, ob illius ſuperuenientiam omnino remiſſio facienda eſt, *ex theorica Cyni communiter recepta in l. ex cõducto, in add. §. ſi vis tempeſtatis, quem ibi Bal. & cæteri comprobant, ff. locati*, idque locum ſibi vendicat, & ſi in contractu fuerit renuntiatum quibuſcunque exceptionibus, *vt fundat Bal. conſ* 247. *ſi propter guerras dictus frater Bernardus, vol. 3. in 3. impreſſ. Lugdun. Anan. conſ.* 74. & debet haberi ratio remiſſionis non ſolum dum verè durauit peſtis, ſed totius tẽporis, quo propter illius timorem mercatores dubij de tuto acceſſu
9 non contractarunt: reputatur enim id temporis trepidationis, ac ſi verè peſtis, vel guerra immineret, *Anchar. conſ.* 88. *per totum*, promiſſio enim per Arrendatoram de ſoluẽdo facta, debet intelligi ſecundum ſtatum temporis ipſius promiſſionis, ſi pax in eo ſta-
10 tu permanſerit, *Io. Andr. in add. Specul. in rub. de loc.* dum loquitur de milite, qui tempore guerræ cuſtodiam Caſtri recepit.

Et dum à commercio Regni huius ſpecialiter fuerint exempti Ianuenſes, tenetur Regia Curia ad intereſſe, ſeu ad id, quod conductor percipere potuiſſet ab iſtis, quos exemiſſe videtur à certa, & ſolita exactione, & comercio, *per plura comprobat Barb. conſ.* 47. *vol. 4. incip. clementiſſimum Deum, & quidem viſo puncto, & pactis per totum.*

Nec ſimiliter moueat Dominos Iudicantes, quod prohibitio commerciorum, & banna facta fuerunt ob publicam ſalutem, & commune bonum, & ſic facto probabili, & iuſtiſſimo cauſata fuere; vt per hoc nullam videatur commiſiſſe culpam, ſed fortuito, & inopinato caſu ſucceſſiſſe: & facta ſuperiorũ
11 inter fortuitos enumerantur caſus, *ex regulis vulgaribus l. Lucius, ff. de euiction. cum ſimilib.* nam ad id ſupra reſpondi, & particu-
12 lariter *Doctores* aduertentes concluſerunt in noſtris terminis, Arrendatori fiendam remiſſionem quolibet facto ſuperiorum procedente, publicam reſpiciente vtilitatem, *Anan. conſ. 74. vol. 3. poſt medium, latiſſimè doctus Aym. omnino videndus conſ. 90. per totum*; qui rationibus, & authoritatibus iſtud comprobauit: & obiectis more ſolito reſpondet, vt ſi adeſſet renuntiatio, iuramentum, & alia, & impedimentum ſuperioris caſu fortuito, vel vtilitate publica cauſatum eſſet, adhuc ſtatuit remiſſioni fore locum. hoc idem alijs medijs in Arrendatore ſalis determinat, nec tranſcribam *Ludouic. Gozad. conſ. 27. in cauſa conductorum per totum.* Et pro complemento, & viuo iure Arrendatoris reuideatur obſecro *Anchar. conſ. 402. incip. pluribus rationibus*, vbi concludit fiendam remiſſionem conductori gabellę vini propter diſceſſum à loco conductionis ſummi Pontificis. nam quælibet ſuperueniens occaſio iuſta, vel inopinata cauſa, & ſuperioris facto, aut caſu fortuito, cui remediare non poterat, quoad conductorem non afficit, quin remiſsio facienda ſit, *vt doctiſſimè aduertit per totum conſilium*, & nullam habet difficultatem. dum enim Regia Curia impediuit extractionem, & commercia, eo ipſo facta fuit obnoxia ad intereſſe Arrendatoris, & ſi ad extractiones illas ius aliquod non compereret, quod eſt ſingulariſſimũ *ſecundum Roman. Paul. & Rain. vt teſtatur Alex. in l. dedi, §. quanquam num. 5. verſ. item nota, ff de condict. cauſ. dat.*

Vltimo pro complemento nõ obſtat Fiſci prætendentia, dum videtur ſe fundare replicationi per eum factę Arrendatori, quod declarare debebat eius animum: volens implicite inferre, quod capitulum arrendamenti dabat tantum facultatem arrendatori in caſu peſtis, aut non vſus, renuntiare arrendamẽtum; debebat, ſi non fecit, præiudicauit, quaſi voluntarie videns impedimentum perſtetit. quia rectè intuenti id arrendatori minimè nocere poteſt: Nam cogi non poterat illud renunciare, ſed ſui fauore fuit pactum adiectum, vt in caſu peſtis, ſeu alterius impementi liceret; & quod ſui fauore fuit pactuitum, in odium non erat retorquendum, ſi ab affictu recedere noluit. Et virtute pacti huius orta fuit Arrendatori facultas, vel recedere,

dere, vel insistere, & remissionem à lege per-
13 missam petere, nec à locatore ad aliud co-
gi poterat, idque in indiuiduo determinat *Egid. Boss in tract. de remiss. mercedis nu. 41. vers. sed pone, quod sumus, fol. mihi 413. in parua impress.* & pactum hoc tollit motiuũ Fisci, cum erat in facultate Arrendatoris per antea deducta.

Vt stantibus pactis per superuenienciam pestis, & tot impedimentis superuenientibus, & decretis eiusdem Regiæ Cameræ in alijs Arrendatoribus, considerato, quod talia fuerunt impedimenta ipsa, quæ inutile, & sterile reddunt arrendamentum penes ipsam Regiam Curiam: vt sic quod ipsa non fuisset consequutura, nec ab Arrendatore petere debet. pront sic ad omnem emendam, & excõputum ipsum magnificum Arrendatorem omni carentem culpa admictendum, non sum anceps, suppleat cætera religio Dominorum Iudicantium. *Cam. de Medicis.*

Additiones in Iure.

IN primis allegationibus ex facti qualitate, & comitantia iuris, credo fundasse Arrendatoris intentum pro excomputo obtinẽdo, vt omni iure veniat absolutus à Fisci prætendentia.

Verum cum ipse Regius Fiscus noua præsupponendo iura, impugnet Arrendatoris prætendentiam.

Dicit primo capitulum 17. Arrendatori concessum iuncta declaratione capituli 25. vt non exigat Fiscus ab Arrendatore, nisi legitimè, & effectiuè exactum, quodque sit in Arrendatoris electione affictum relinquere: intelligi debere, si id de iure procedat, & casus euenerit, faciendum excomputum à lege stabilitum. & successiuè dicit Fiscus, fundare oportet euenisse casum, vt de iure competat mercedis remissio, & introituum emenda ad hoc, vt iuuetur Arrendator istis capitulationibus.

Fortificat, & secundo per partitas exactas ab ipso Arrendatore, quibus liquet non esse vltra dimidiam læsionem, & successiuè excomputum cessare.

Tertio, dicit promissionem in casu pestis restringendam respectu Regni huius, & per consequens non operari respectu Ianuensiũ, non obstantibus probationibus nostris ad id particulariter factis.

Vltimo, multum insistere conatur responsioni ipsius Regij Fisci factæ Arrendatori, vt animum eius declaret: inferre voluit, quod dum nõ declarauit, pertiterit in arrendamẽto videns imminentiam pestis. & si declarasset velle recedere Fiscus vsus fuisset exactissima diligentia ad custodiam extractionis.

Et ista sunt, quæ colligere potui ex respõsionibus Dominorum Commissarij, & aliorum Præsidentium.

Et antequam particulariter præcedentibus motiuis responsum dabo, obsecro reuideantur primæ allegationes à me confectæ, quia tolluntur dicta Fisci.

Et respondendo primo argumento Fiscali, dico, capitula concessa, & declaratio ipsorũ verificata sũt in casu pñti, in quo omni iure facienda erit remissio. Nam non est absolutè vera tenentium opinio, vt adesse de-
14 beat vltra dimidiam læsio pro excomputo obtinendo, *& tenuerunt aliqui, post Bal. in l. licet, §. quæst. C. locati.* Nam idem *Bald. in l. 1. in princ. vers. magno, C. si aduers. vẽ-*
15 *dit. pignor.* per illũ *tex.* determinat enorme damnum consistere in arbitrio iudicis; & in materia excomputi, & sterilitatis id particulariter expendit, *Barb. in cap. propter sterilitatem. col. 5. post num. 14. vers. propter quod mihi videtur dicendum, extra loc. & est glo. in terminis ab ipsis non allegata in §. pretium in vers. diffinierit, vbi Areti. nu. 6. not. dicit instit. de empt. & vendit. & latius Barbat. cõprobat in proprijs terminis consi. 21. col. pen. lib. 2. & in hoc residet modernissimus Iacob. Menoch. de arbitrio iudicis lib. 2. cent. 1. casu*
16 *77. fol. 125.* Et post triplicem distinctionem, quod magnum damnum indicetur secũdum vulgi opinionem, prout in casu præsenti, cõmunem dicit *Card. Zabar. eod. cap. propter sterilitatem, num. 2. & in lib. com. opin. magis communem nouissime hanc testatur Frãc. Zurzan. in add. ad viuium lib. 3. in vers. conductor, & communem dicit Salic. in d. lege licet, C. locati, Alex. cons. 3. lib. 1. num. 6. Bart. in l. si merces, §. vis maior, num. 4. & in l. si vno, §. vbicunq; loc. Alex. consi. 107. num. 18. lib. 3. versiculo itẽ, & alio casu debet concedi remissio, & Card. d. cap. propter sterilitatem,* ponit exemplũ, qñ ex vulgi opi-
17 nione iudicẽtur sterilitates, vel fertilitates, quod adaptatur adamussim ad casum nostrum. *& Imol. in d. cap. 2. col.* post relatas varias opiniones residet fiendam esse remissionem etiam pro ea parte, quæ deficit: & hanc opinionem, vt magis æquam afferendo aliorum tenentium contrarium multum rigidas comprobat *Egid. Boss. tit. de remiss. merced. conduc. num. 100.* & non habet difficultatem, itaut communi opinione prudentium non solum vulgi Arrendamẽtum istud pestis causa sterile, & infructuosum reputatum existit, & cum effectu fuit; & successiuè omnis competit emẽda, per superius adducta,

quæ

quæ omnem æquitatem, & rationem habent.

Fortius, & attenta facti qualitate, & quãtitate exactionis adhuc competit emenda prafato Arrendatori, nam ex partitis etiam à Regio Fisco productis licet non sit damnũ vltra dimidiam, quia tamen fuit impeditus Arrendator, vel fuerit facto locatoris, vel
19 tertij, vel aliquo casu; facienda est remissio pro qualibet rata parte *post Floria. & Bertraech de Gabell. sic firmat dicens ter obtinuisse Peritus Cattelia. Cotta in suis memor. in ver. conductor, vers. quarto adde*, quæ solæ decisiones sufficerent pro victoria causæ.

His confert, nam ex eadem exactione, & partitis productis clare liquet lęsionẽ adesse vltra quartam partem, vt ex bilancio nouiter producto: quo fit, vt etiam hac attenta lęsione in tertia, vel in quarta, iudicis arbitrio facienda sit omnino remissio, *sic tenet, & iudicatum fuisse per diffinitiuam sententiam doctus Couar. pract. quæst. cap. 30. post n. 3. ver. vidi tamen non semel in Granatensi pratorio*, idque conciliando tot Doctorum veritates asseuerat, adeo vt *Cotta* testatur ter obtinuisse in Prætorio Mediolanensi, *& Couar.* non semel iudicatum vidisse. habent Domini Iudicantes factum iustum, & non nouum in beneficium Arrendatoris.

20 Et non solum in tertia parte, sed in sexta dicetur magnum damnum quoad remissionem, vel propie restaurum, ita vt omnino faciẽda sit, *in terminis videatur Neuiz. conf. 90. nu 9 per plura nouissime comprobat Io. Cephal. conf. 257. pactum locationis, num. 16. cum seq vol 2. qui alios adducit*, ita vt quoquo se Fiscus vertat, damni, vel in quarta, vel in sexta tenetur ad restaurum.

His non obstant alia restantia motiua Regij Fisci, nam fundato ex computo faciendo etiam pro quarta, & qualibet rata, vt modo deduxi, purificata est declaratio capitulorum 17. & 25. quod si acciderit casus emẽdæ à iure consideratus, tunc Arrendator ad exactum tantum, & non vltra teneatur; quid igitur habet in oppositum Fiscus, qui sola hac capitulatione, & casus euentu omni caret actione per antea deducta.

Ad tertium respondetur capitulũ 25. per quod in spetie prouidetur de exteris, & dum prohibuit Ianuenses eximendo à solito commercio, tenetur ad emendam, vt fundatur in primis allegationibus.

Nec similiter obstat vltimum argumentũ, quod Arrendator non declarauit eius animum. nam similiter respondi in vltima resolutione primarum allegationum, & adduxi virtute pacti posse persistere in affictu, & emendam debitam petere, *ex dictis per Boss. tit. de remiss. merced. num. 47. vers sed pone quod sumus.*

Nec poterat alia exactissima diligentia vti Fiscus ad custodiendum Arrendamẽtum, qua fuit vsus pro custodia Regni ad pestem euitandam; & non sufficit, vt ex hoc appareat contrarium factum illud, quod hodie fecisse propoоit: & per consequens non debet à conductore petere illud, quod ipse percepturus non esset, vel quilibet alius diligentissimus pater familias, aut vectigalis custos. Cętera suppleant religio Dominorum Iudicantium.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Pater stipulans pro se, & filijs, dum stipulatio incipit in personam ipsius, & deducitur res transitoria ad haredes, censetur acquirere filijs, vt haredibus, & nu. 2.*

3 *Pater si principaliter stipulatur filio, non admissa ipsiusmet patris persona, censetur acquirere filio, non vt haredi.*

4 *Frater donãdo filijs fratris eorũ cõtẽplatione, nepotes donatarij acquirunt, non vt haredes eorum patris; & ratio redditur numero 5.*

6 *Donatio facta patri, & filijs in dubio si non apparet, quorum contemplatione fuit facta, recurritur ad coniecturas.*

7 *Donatio facta patri, & filijs iam natis, censetur facta filijs, non vt haredibus; maximè si ipsi filij aliqua donanti præstitissent seruitia, vel ex alijs eos diligeret.*

8 *Donatio huiusmodi, nullis existentibus coniecturis, semper filijs patris contemplatione facta censetur, & si nomine proprio filios vocasset, num. 9. idque in omnibus coniunctis donantibus, num. 11.*

10 *Memoria aliorum retinetur per medias personas.*

12 *Coniunctus donans magis præsumitur diligere patrem sibi proximiorem, quam filium.*

13 *Filij non nati tempore donationis omnino patris contemplatione nominati censentur, idemq; in filio anniculo, num. 14. & 21.*

15 *Causa finalis expressa in principio donationis, ex quo causa finalis colligi solet, est attendenda.*

16 *Causa matrimonij respiciens vtilitatem donatarij, & non donantis, vt impulsiua, non attenditur.*

17 *Votum commune parentum est, vt eorum bona*

Digitized by Google

bona sint ad liberos peruentura.
18 *Donatio facta patri, & filijs interdum ex coniecturata mente donantis censetur facta patri, durante eius vita tantum, & post mortem ipsius filijs.*
19 *Pater donatarius disponendo de bonis donatis, quando possit praeiudicare filijs, quibus fuit ius quaesitum.*
20 *Donatio facta Titio, & post eius mortem Ecclesiae, seu alteri personae, notario stipulante, non potest amplius reuocari per donantem, nec per donatarium.*

Pro creditoribus Fabij Bucini.

ARGVMENTVM.

Coniunctus donans cõiuncto, & eius filijs, quando censeatur voluisse donare filijs, patris contemplatione, & sic vt illius haeredibus; vel ipsorum dumtaxat contemplatione, itavt non veniant vt haeredes patris, sed ex propria persona: & quid si pater stipuletur pro filijs, non admissa ipsius persona. De donatione facta contemplatione matrimonij, an dicatur causa impulsiua, vel finalis. & tandem de donatione facta alicui, & post ipsius mortem alteri, notario stipulante, vtrum sit reuocabilis.

CONSILIVM CXLII.



DVBITATVR si in donatione facta per fratrem fratri, & eius filijs; illis vt filijs, an vt haeredibus patris, ius fuerit acquisitum. Et concl̃usiue loquẽdo dico, quod siue consideramus personam patris recipiẽtis donationem pro se, & filijs, siue personã donãtis; semper filijs, vt haeredibus patris ius acquiritur. Nam considerata persona patris stipulantis, dum stipulatio incipit in eius persona, pro se, & filijs, & in stipulatione deducitur res transitoria ad quoscumq; haeredes; quia stipulatio sumpsit originem in persona patris, & post eius mortem ordine suc-
1 cessiuo eius filijs; illis, vt haeredibus acquirere voluit: cum quilibet sibi, & haeredibus suis prospicere videatur, *vulg. l. si pactum, ff. de probatio. ita glo. in l. si tibi, §. si pactus, vbi Bar. Bal. in fin. ff. de pactis, ibi Alex. nu. 8. verb. potes concludere, & Iacob. num. 8. ver. aduertite, & Ias. in l. quod dicitur, num. 27. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 87. n. 13. lib. 6. & Loffr. in cons. 1. num. 66.* Et ex his non obstat *tex. in l. quodcunq. §. 1. ff. de verbor. obligat.* vbi si pater stipulatur filio, post eius mortem filius acquirit, licet non sit haeres. Nam secundum allegatos *Doctores* si stipulatio sumpsit originem in persona patris sti-
2 pulantis pro se, & filijs; filijs, vt haeredibus ius acquiritur: sed si principaliter pater stipulatur filio, non admissa persona patris, tunc fi-
3 lius licet non sit haeres, acquirit; & procedit *tex. in l. quodcunque, §. 1. de verb. obligat.* Adeo quod vera remanet cõclusio, quod cõsiderata persona patris stipulantis, & recipientis donationem pro se, & filijs; filijs vt haeredibus, & non vt filijs acquirere voluit.

Si vero consideramus personã fratris, qui donauit fratri, & eius filijs: & in hoc erit aduertẽdũ, q̃a aut constat, q̃ donatio fuit facta
4 etiã filijs eorum contẽplatione; & tunc eis vt filijs, & non vt haeredibus patris, ius acquiritur. aut constat donationem factam filijs fuisse factam contemplatione patris, & tunc vt haeredibus patris ius acquiritur; quia quod
5 sibi donatur contemplatione patris, patri videtur donatum, *l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupilla.* si vero donatio est facta patri, & filijs, & sumus in dubio, quia non apparet quorum contemplatione dona-
6 tio fuit facta filijs: & tunc recurrendum est ad *Andr. in cap. 1. post num. 13. vbi etiam Affl. num. 20. de alien. feud. pater.* qui ex personis, & causis coniecturas sumpserunt; interest enim magnopere an filij sint nati tẽpore donationis, vel nasciturі, *secundum Affl. ibidem post nu. 20.* si enim sunt nati, &
7 forte aliqua praestite int seruitia donanti; tunc ratione meritorum praesumeretur eisdem donatum eorum contemplatione, in recompensam seruitiorum, *l. si vero non remunerandi, §. idem pomponius, ff. mand.* vel filius fuerit notus amicus, consanguineus, seu socius donantis: his casibus praesumitur contemplata persona ipsius, *l. si forte, ff. de castr. pecul. l. procula, ff. de probat. & l. vtrum, ff. de donat. int. vir. & vxor.* At vbi nulla
8 ex his coniecturis apparet, semper quod donatio fit patri, & filijs; contemplatione patris donatio facta filijs censetur, *l. filio, ff. de cond. & demonstr. & l. annua, §. à titio, ff. de ann. leg.* Et adeo hoc est verum, *secundum Andr. ibi*, quod si nomen filij in donatione non fuit expressum, sed Titio fuisset facta donatio, & non expressum Titio filio Seij, & donatio esset facta non ab extraneo, sed à con-
9 iuncto; quod contemplatione patris, vt personae mediae, donatio facta videtur, *l. dedit*

dotem, ff. de collat bon. quia per medias per-
10 sonas memoriam aliorum retinemus, *l. liberorum, ff. de verb. signif.* Et licet *tex. in l. dedit dotem* loquatur in auo dotante neptem, quod contemplatione patris in dubio eam dotauerit; tamen idem erit in alijs con-
11 iunctis donantibus, quia sic donant præsumptione sanguinis, *ad l. proeula, ff. de probat.* hæc præsumptio prius extenditur ad patrẽ, quam ad filium; cum donans magis præsu-
12 matur diligere patrem sibi propinquiorem, quam filium: nimirum si dando filio, contẽplatione patris dare videtur, *vt bene considerat Andr. in d. cap. 1. num. 13, vers. si vero à coniunčto, & ibi Afflict. post nu. 20.* Sin autem filij non sunt nati tempore donatio-
13 nis, & tunc si de eis est facta mentio in donatione, contemplatione patris nominatẽ censentur; quia nulla coiectura in illis potest considerari, quod donans eorum personas contemplasset, *Afflict. in d. cap. 1. proprie ante nu. 21. ver. aut filij non sunt nati.* idem
44 esset si filius esset anniculus, *And. ibidem num. 14.* In præsenti donatio est facta à fratre fratri, & eius filiis, non natis, sed nascituris: & si essemus in dubio per prædicta fas erit dicere donationem factam filijs nascituris, factam contemplatione eorũ patris, qui magis dilectus, vt proximior erat donanti, non mirum si & considerata persona donantis, & considerata persona patris recipientis donationem, filijs vt hæredibus ius acquisitũ appareat. Sed quid opus est veritatem per coniecturas indagare, si sumus in claris: etenim verba donationis demonstrant, quod frater donauit fratri contemplata principaliter persona ipsius; dum dicitur illi donare ob amorem fraternum, quem gessit, & gerit:
15 adeo quod sanguinis præsumptione illi voluit donare, & hæc fuit causa finalis in principio expressa, *l. fin. vbi Bar. ff. de her. inst.* Et licet postea dixerit donare fratri contemplatione matrimonij pro securitate dotium eius vxoris: hæc fuit non causa finalis, sed impulsiua contemplatione matrimonij; quia
16 non respicit vtilitatem donantis, sed donatarij, *tradit Oldr. in cons. 5. & Aym. in cons. 114. num. 17.* Similiter si adijecit donare fratri, & eius filijs; noluit filijs donare, contemplando eorum personas, quia tunc non erant nati: sed demonstrauit potius id, quod verisimiliter futurum erat, quod talia bona
17 donata secundum communem votum parẽtum in eorum filios peruentura erant. *l. scripto, ff. vnd lib. & l. cum ratio, ff. de bon damnat. ita considerat Dec. in cons. 216. à n. 7.*

Nec obstat consilium *Decy 607. nu. 8.* vbi concludit per donationem factam patri, & eius filijs, filijs fuisse ius quæsitum à tempore donationis, sed post mortem patris ordine successiuo: adeoquod per dispositionem patris de bonis donatis nullum præiuditium illis inferatur. Nam secundum allegata oportet dicere *Decium* loqui illo casu, quo fuerunt contemplati filij; ita quod illis donans voluit principaliter acquirere: cum ipse ibi sentiat, dominium bonorum donatorum, durante vita tantum existere in persona patris, & demum post mortem in perso-
18 nis filiorum, quasi quod ita donans voluerit, *l. quoties. C. de donat quæ sub modo.* Vel dicamus (salua pace) *Decium* non bene consuluisse, nam vltra quod nihil boni allegat; dum vult probare, quod pater disponendo
19 de bonis donatis, non potuit præiudicare filijs, quibus ius fuit quæsitum, allegat *Bal. in l. eum à socero, C. de iure dot. & Aret. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff de verb. obligat.* qui loquuntur in donatione facta alicui, & post eius mortem Ecclesiæ, seu alteri, quibus ex stipulatione fuit ius quæsitum; quod ex sola voluntate donantis, seu donatarij illis nullum præiudicium potuit inferri; & bene loquuntur in casu suo. nam vera est, & com-
20 munis opinio *Scribentium,* quod si donatio fit alicui, & post eius mortem Ecclesiæ, seu alteri, & notarius pro illis est stipulatus, quia eis ex stipulatione fuit ius acquisitum; donatio in eorum præiudicium nec per donantẽ, nec per donatarium potest reuocari. & ita communiter limitatur opinio *Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ibi per Scrib. ff. de verb. oblig. & late per Couar. var. resolut. cap. 14. num. 11.* Sed nos non loquimur in donatione facta alicui, & post eius mortem Ecclesiæ: sed in donatione facta patri, & filijs nascituris. quo casu, quia filij non erant nati, & sic non contemplatæ personæ ipsorum, sed pa-
21 tris, & quia pater pro se, & filijs stipulatus est; tam considerata persona donantis, quam patris recipientis donationem, filijs non vt filijs, sed vt hæredibus patris ius in bonis donatis quæsitum fuerit, ita quod ad omnia onera patris astringantur, & sæpius secundũ hanc opinionem in Sacro Consilio fuisse iudicatum audio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *OFficiali in officio delinquenti ante litis contestationem administratio non interdicitur.*

2 *Tu-*

2 *Tutore suspecto postulato administratio interdicitur.*
3 *Litis contestatio in criminalibus quomodo fit.*
4 *Officiali quando lite pendente administratio interdicatur.*
5 *Priuatio alicuius iuris non inducitur, nisi expressè statutum sit.*
6 *Officialem remoueri ab officio dedecus est.*
7 *Officium titulo oneroso obtentum per delictū in eo commissum non perditur.*
8 *Feudum dicitur gratiosè concessum, quando pecunia soluta est modica.*
9 *Dominus in seruos sæuiens cogitur vendere recepto pretio.*
10 *Officialis in officio delinquens officio priuari debet iure communi attento.*
11 *Officialis in Regno delinquens in officio, pœna pecuniaria plectitur.*
12 *Officiales quomodo ex lege Regni puniantur pro extorsionibus.*
13 *Lex noua certam pœnam statuens quando impositam de iure communi aufert, & numero 15.*
14 *Officialium pœna pro extorsionibus de iure communi qua.*
16 *Tortura in delictis, quorum pœna non est vltra relegationem, in Regno non infertur.*
17 *Officiale de extorsionibus initiato, quomodo ex lege Regni purgatio fit.*
18 *Officialis corruptela vt probetur, quid requiratur.*
19 *Testis iudicis officio fungens non probat.*
20 *Testis in his quæ sensu corporeo non percipiuntur, vt suspectus repellitur.*
21 *Testium animositas ex quibus iudicetur.*
22 *Testis in vno falsus in omnibus sic redditur.*
23 *Delinquens principalis si conuinci nō potest, nec is, qui accessoriè dicitur deliquisse.*
24 *Testi dicenti ipsum dedisse pecuniam officiali non creditur, & quare.*
25 *Testis in causa propria deponere quatuor modis dicitur.*
26 *Officialis extorsio quomodo probari potest, & num. 29.*
27 *Officialis non tenetur de delicto eius, quem non proposuit.*
28 *Publicanus quomodo tenetur de delicto familiæ.*
30 *Inditium leue quando dicatur.*
31 *Testis deponens super negatiua etiam non interrogatus, debet rationem sui dicti reddere.*
32 *Probatio de necessitate debet concludere.*
33 *Familiarem voluntate domini deliquisse non præsumitur.*
34 *Mala fama difficilis probationis, & requisita vide remissiuè.*
35 *Delictum pro modico in diuite, & nobiliter nato non præsumitur.*
36 *Testes deponentes super negatiua vaga, præsumuntur falsi.*
37 *Iuramentum purgationis quid operatur.*

Pro Marchione Padulæ Regio Dohanerio Apuleæ, contra Fiscum.

ARGVMENTVM.

DE causis, & casibus in quibus Officiali sit interdicenda administratio officij ad tempus, pendente inquisitione, vel in perpetuum, in pœnam delicti commissi intuitu officij, tam de iure communi, quam de iure Regni. De probatione corruptelæ, & qui testes sint idonei; & declaratur cap. Regni vulgaris famæ proloquium.

CONSILIVM CXLIII.



MARCHIO Padulæ de anno 1592. delatus, quod in Officio Regię Dohanę Menepecudum, quod consequtus est ex titulo oneroso, deliquerit, non possit ab eo suspendi, minùsque eo priuari: sed sit in manifesto casu liberationis, & dimissionis, ex dicēdis clarum erit.

1 Etenim Officiali in officio delinquenti, q̄ non possit pendente iudicio ante litem contestatam interdici administratio, originalis est opinio *Ang. in l. quod si fortè, §. sunt quidam, vbi etiam Imol. sequitur, ff. de solut. Affl. decis. 357. in fin.* quam *Moderni Neapolitani addentes ad Bart. in d. §. sunt quidam, allegant, & sequuntur. idem tenet Syluestr. Aldobr. in §. si quis, post Aret. ibi sub num. 5. instit. de suspect. tutorib. qui profitetur Ang. opinionem esse veram, & receptam. idem quoque tenet ex eadem decis. Affl. Lancell. in suo sollemni tractatu de attentatis par. 2. cap. 5. seu in tit. de attentatis inquisitione, seu accusatione pendente, num. 19. tractatuum modernorum tom. 5. fol. 339. sequitur Antonius Piagg. in tractatu de tutor. & curat. quæst. fin. nu. 11. & de communi testatur Borgnin. Caualc. in tract. de tutor. &*
2 *curat. num. 19.* Qui *Doctores* licet loquantur

in tutore suspecto postulato; tamen multò
magis vendicabunt sibi locum in officiali,
qui officium adeptus est ex titulo oneroso:
postquam ex iuribus loquentibus de tutore
suspecto postulato, quod lite pendente inter-
dicitur administratio, *l. eum quem, C. de su-
spect. tutor. & d. l. qui si fortè; Doctores* in-
ferunt ad Officiales delinquentes intuitu of-
ficij, qui cum habeant maius, & fortius ius,
quam tutores, sicut illis non interdicitur ad-
ministratio, nisi lite contestata: ita fortius in
Officialibus nō est interdicenda administra-
tio, quando locus esset suspensioni, nisi lite
contestata.

3 In proposito autem lis non fuit contesta-
ta, accedente iudicis decreto super ea, iuxta
notoriā Praxim Regni, de qua testatur *Fol-
ler. in practica criminali, in verbo fiat litis
contestatio, num. 2. & 8.* Dicens, quod tunc
debet iudex pro tribunali sedere, & declara-
re litem esse contestatam, & statim reo dare
terminum ad faciendas defensiones: subdens
quod aliter facta contestatio non valeret.

Igitur ante litis contestationē nullo mo-
do de suspensione tractari potest: quicquid
aliter dixerit *Præsid. de Franch. in decis.* 8.
qui prædicta non allegauit.

4 Præterea vbi non potest cadere officij pri-
uatio per sententiam, ibi pendente lite non
potest cadere interdictio administrationis:
ne sit deterioris conditionis, qui est in casu
dubio, quam qui est in casu certo, *l ordina-
ta, C. de liber. caus. Bar. in d. §. sunt quidā
sub num. 5. & in l. si tutor, num. 3. ff. de su
spect. tutor. & est communis opinio, de qua
Borgnin. d. num. 19.*

In præsenti non potest tractari de priua-
tione officij: meritò, nec de suspensione. Mi-
nor propositio probatur ex multis.

5 Primò, quia priuatio alicuius iuris, vel rei
non potest imponi, nisi in casibus specialiter
à iure expressis, latè congerit *Tiraq. in repet.
l. si vnquam. in verb reuertatur, num. 249.
C. de reuocand. donat. & in decis. Pedam.
Osas. 147. num. 4.*

6 Et signanter in materia remotionis ab of-
ficio, in qua strictius proceditur; cum remo-
tio dedecus sit, *glo. in l. testamento Centurio,
in fin. ff de manumiss. testam.* Amouere enim
aliquem à loco est grauem iniuriam inferre,
*l. vltima, ibi qui dignus tali nota videbitur,
ff. vbi pup. educ. deb. l. 2. §. ignominia, ff de
his, qui notant. infam. & l. hac enim, ff. de
suspect. tut.*

7 Sed in officio empto, seu titulo oneroso
a acquisito, [a] nullo iure, etiam ob delictum
in eo commissum inducitur priuatio, immò
contrarium est sancitum: quod secus est in
officio habito ex gratia, *ità Crauet. cons. 6,
num. 109. in fin. quem ibi comprobat Stracc.
moder. addictionarius*; & eum sequitur in
officio principaliter, non ex gratia, sed pre-
tio æquiualenti concesso, *Rol. à Vall cons. 18.
sub num. 19. & melius sub nu. 21. lib. 3.* vbi
8 ideo dixit, quod feudum etiam pecunia
acquisitum dicatur gratiosè concessum,
quia pecunia, quæ fuit persoluta, erat modi-
ca respectu valoris ipsius feudi; cum feudū
esset ducatorum decem mille, & pretium
solutum in eo casu esset trium mille: cuius
contrarium est in casu nostro, in quo æqui-
ualens, & iustum pretium pro dicto officio
fuit persolutum; nimirum si officium nō fuit
concessum ex gratia, sed intuitu dicti pretij.

9 Quod comprobatur, *ex tex. in §. sed & ma-
ior, instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.*
vbi & si dominus malè tractando seruum,
videretur, quod eiusdem serui dominio pos-
set priuari: tamen mediam viam eligendo
Imperator, non iussit, quod priuaretur, sed
cogeretur vendere recepto pretio; ne id, quod
nostrum est, in totum absque voluntate no-
stra ad id destinata, à nobis auferatur, *l. id
quod nostrum, ff. de regul. iur. Aldobr. d. §.
num. 12.*

10 Secundo, quāuis de iure cōi Officialis de-
b linquens [b] in officio, illud perdat, *l. si aliquid
C. de suscept. lib. 11. & l. iudices, C. de di-
gnat. lib. 10. Bal in l. mancipia, sub num. 5.
C. de seru fugit Capic. decis. 121. num. 17.*
loquitur in officiali non exercente iurisdi-
11 ctionem. tamen secus est per iura Regni, si
quidem illa non imponunt pœnam priuatio-
nis officij, sed pecuniarum, licet sit crimen
publicum, *firmat Afflict. in constit. corrupte-
la, num. 1.* vbi dicit, quod Officialis corru-
ptus pecunia, licet possit à quocunq; deferri,
non patitur pœnam capitalem, sed pecunia-
rum: & nullum verbum de priuatione offi-
cij.

12 Item *capitulum Regni vulgaris fama pro-
loquium* pro extorsionibus Officialium pa-
riter imponit pœnam pecuniariam quadru-
pli, tripli, & dupli secundum distinctionem
casuū ibi positam; & nil dixit de priuatione
13 officij. vnde fit, quando lex posterior certam
pœnam imponit, siue maiorem, siue minorē;
quod pœna iuris communis sit sublata, *Clar.
in d. §. fin. quæst. 85. vbi multos congerit at-
testantes de magis communi, & quod ita ser-
uatur in practica.* Et licet inficiari non pos-
sit, quod ista non sit ita ardua quæstio, vt in-
digeret Cæsarea decisione, *vt post Alber. fir-
mat Iacob. Menoch. de recup. poss. remed. 9.
num. 386.* Attamen ipsemet fatetur *n. 393.*
quod quando statutum, vel lex posterior ali-
quid

quid addit, vel detrahit, vt in præsenti; censeatur anteriori legi derogatum, *argum. l. iur. ciuil. ff. de iust. & iur.* Constat enim per dictum capitulum fuisse detractum iuri cõmuni circa pęnam, & fuisse additum, quia dedit formam probandi extorsiones in casibus ibi notatis; propterea absque dubio à lege communi fuit recessum. Quamobrem, si pro extorsionibus non cadit priuatio officij, nequaquam dabitur pendente lite suspẽsio.

14 Tertio, licet de iure communi pro extorsionibus Officialium, *ex l. iulia repetund.* esset pęna extraordinaria exilij; vel durius, vt deliquerint, *l. 3. §. hodie. ff. ad l. iul. repet.* Tamen *ex d. cap. vulgaris fama proloquium*, fuit tantum imposita; pęna pecuniaria quadrupli, tripli, vel dupli, vt supra, & expresse fuit sublata pęna extraordinaria de iure imposita, sub illis verbis, ibi positis; & in hoc casu hæc pecuniaria cohertio, quæ ex faciliori exactione plus exemplum timoris ad-

15 ducit, loco cohertionis extraordinariæ. Accedat in tantum, quod clarè capitulum Regni pęnam pecuniariam loco pęnę corporalis iuris communis subrogauit, quo casu non tantum immutauit pęnam, sed etiam naturã iudicij, *Bart. in l. accusare, §. ad crimen, sub num. 14. ff. de accusat. Carau. rit. 109 n. 2. ad finem*, vbi & si in crimine capitali ob pęnã corporalem non possit reus se defendere per procuratorem ex natura iudicij; defendi tamen poterit si loco eiusdem pęnę corporalis per statutum, pæna pecuniaria fuerit subrogata, immutata iudicij natura. Ex his

16 infertur, quod postquam Fiscus nihil aliud habere potest, quam quod tunc habet ex processu informatiuo, cum non possit esse locus torturæ; tum quia attento iure communi, pęna non esset vltra relegationem, quo casu tortura non daretur *per cap. Regni tormenta*; tum etiam quia attento capitulo Regni, pęna pecuniaria fuit subrogata loco pęnæ corporalis: si ex processu informatiuo, Marchio non est conuictus per duos, vel per tres testes de visu, electę conditionis, & morum; ad pęnam pecuniariam non poterit cõ-

17 demnari: & si inditia contra ipsum fuerint probata, eius iuramento purgabitur, vt expresse in d. cap. traditur. & sic si Marchio nullo modo condemnari poterit, pariter illi lite pendente non erit interdicenda administratio.

Postremò, quod ex hoc processu contra Marchionem, nec probatio, nec inditia adsint; creditur ex lectura testium id apparere.

18 Nam de iure communi ad probandam corruptelam contra Officialem probationes debent esse luce meridiana clariores, & testes omni exceptione maiores, *Gram. cons. 35. num. 34. in fin. Amod. in tract. de findic. num. 168. Boss. in tit. de offic. corrupt. pec. num. 14. & Augustin. Dulcett. eod. tract. num. 24 & 31.* prout etiam ex dispositione dicti *cap. vulgaris*, quando agitur contra Officialem bonę conditionis, & famæ, testes debent esse conditionis electæ, & morum, vt ex illo clarè legitur: & si testes producti, plures patiuntur defectus, quia infames, inimici, & falsi, vt in nota facti est dictum, res erit in tuto, quod Marchio erit licentiandus.

Prætenditur enim adesse testes, qui contra Marchionem deponant de abusu officij, cum interesse Fisci, & de malo tractatu erga conductores publicorum pascuorum.

Item deponentes pro maiori parte contra Thomasinũ, quod extorserit à diuersis summam plurium ducatorum pro assignandis pascuis pro restauro animalium; & quod venalia officia exposuerit, & vendiderit: licet omnia gratis essent concedenda.

Insuper, quod loco Officialium demortuorum, absentium, priuatorum, & suspensorum subtituisset eius alumnos, familiares, licet actu non seruientes; & quod mercedes eorundem officiorum sibi Marchio indebitè vsurpasset.

19 Quoad primos testes dicitur, nullum indicium facere. Primo, quia non funguntur iudicio testis, sed iudicis; dum iudicant, & de futuro, quod euenire deberet ex eodem abusu, & malo tractatu, quod dictum officium ad nihilum redactum esset: & certi iuris sit, quod testis repellitur, tamquam suspectus, quando non deponit de his, quæ percipiuntur, sensu corporeo, sed iudicat, *Bart. in l. qui testamento, §. fin. num. 4 ff. de testam. Crau.*

20 *cons. 41. num. 4.* Testes enim debent discernere, & non decernere; *vt post Bald. tradit Crauet. vbi supra*. Secundo, quia eo casu quando iudicant, vel sic deponunt, redduntur se affectionatos, & consequenter suspectos, *ita Crauet. d. cons. 6. nu. 123. & cons. 134. num. 43. & sequitur Bursat. cons. 79. num.*

21 *110. lib. 1.* Tertio, quia dicuntur tunc deponere nimis animosè, & consequenter sunt repellendi, *Crauet. cons. 2. num. 6.* Et animositas colligitur quãdo dicunt, quod Marchio excoriabat locatos, & ex illis sanguinem extrahebat, loquentes hyperbolicè; quo casu testes nil probant, *Crauet. d. cons. 2. num. 6.* Denique facto ipso, de falso conuincuntur, vel redduntur suspecti; quia Marchio eius industria auxit introitus Dohanę, & locatos ita benè tractauit, vt annis etiam subsequenti-

bus maiores prouentus consequta esset eadem dohana, vt ostensum est ex facto. Et dum deposuerunt, quod quosdam mulos, & quosdam eoreos ab eis subiectis dono reecepisset Marchio: pariter falsum dixerunt, eum ex scripturis exhibitis contrarium liqueat, Vndè nedum repelluntur in eo, in quo falsum deposuerunt, sed etiam in omnibus alijs ca-
22 pitulis etiam separatis: quia testis falsus in vno, dicitur falsus in omnibus, propter indiuiduam qualitatem iuramenti, *Bal. in l. 1. C. si ex fals. instr. Crau. d. cons. 6. n. 14. & cons. 9. n. 10.* etiam quod vtens depositionibus testiũ protestaretur, quod vti intenderet in parte, & partibus, *vt hæc omnia amplè comprobat Seraf in tract. de priuil. iuram. priuil. 107. num. 45. vsque ad finem.*

Quoad alios testes deponentes de extorsione propter herbagia, & venditiones officiorum: similiter eorum assertiones ex pluribus non obstant. Primo, quia mortuus est Thomasinus principalis, qui afferitur deliquisse; & consequenter sicut ipse non posset conuinci eorum depositionibus, ita nec ipse
23 Marchio, qui videretur aceessoriè deliquisse, *Bart. in l. si is qui rem, §. si tu Titium, nu. 2. ff. de furt. sequitur Aneb. cons. 216. num. 5. Petr. Foller. in d. prax. in 1. parte, secunda par. nu. 56. Menoch. d. tract. casu 249. nu. 3. & Bursat. cons. 216. num. 60. vol. 2.* Secun-
24 do, quia plures ex dictis testibus sunt illi, qui dicunt dedisse pecuniam Thomasino, quibus non ereditur. *auth. sed nouo iure, C. de pen. iur.* quia faciũt se partieipes, & socios criminis, *Bald. videndus cons. 353. col. fin. lib. 5. quem refert, & sequitur August. in d. tract. de sindic. sub num. 31. Gramm. d. cons. 35. num. 25.* Tertio, quia dicuntur depone-
25 re in causa propria, postquam eo casu possent datum repetere, *Bald. in l. dictantibus, sub num. 3. C. de testam.* vbi *num. 4.* tradit, quod quatuor modis dicitur, quis deponere in causa propria, v3. rõne vtilitatis, iuris rei, iuris iustitiæ, & iuris officij, *sequitur Roland. à Vall. cons. 95. num. 14. lib. 4.* Quarto, quia
26 ad conuincendum officialem, vt supra, testes debent deponere saltem de mense, loco, & modo, *Bal. d. cons. 353. col. fin. lib. 5. quem simpliciter sequitur Crauet. d. cons. 9. nu. 18.*
27 *lib. 1.* Quinto, quia ex quo Thomasinus non fuit propositus dicto officio locationis, cum ad ea alij particulares officiales sint destinati; etiam quod idem Thomasinus esset conuictus de assertis extorsionibus, pro eo Marchio nullo modo teneretur, *Bart. in l. 1. §. familia, vbi est tex. expressus, ff. de publ. & idem Bart. in l. ne quid, num. 1. vbi pariter addentes, ff. de incend. ruin. & naufr. Rom. cons. 11. nu. 3. & cons. 338. nu. 7.* Et quamui-
28 uis Thomasinus fuisset propositus, Marchio non teneretur criminaliter, sed tantum ciuiliter, *Roman. cons. 11. & 15. nu. 2. quem simpliciter sequitur Felyn. in cap. 2. sub nu. 2. de consti.* & tunc exhibendo liberaretur, *l. si eum exhibuisset, ff. de publ.* Verum quando esset mortuus, & consequenter exhiberi non posset, etiam ciuiliter non teneretur, *l. 1. §. quod nouissimè, vbi Bar. ff. de public.*

Nec refragatur forsan extare testes de visu circa assignationẽ pecuniæ eidem Marchioni factam per Thomasinum, cui pariter fuit consignata à corrumpente.

Quia respondetur quod patiuntur defectus, de quibus supra: & quia nõ reddunt causam scientiæ concludentem, & etiam non
29 exprimunt mensem, & modum, vt erat opus *Bald. d. cons. 353. lib. 5. & alij vt supra, & Gram. d. cons. 35.* vbi consuluit ex pluribus pro iudice Siculo, contra quem aderat confessio in tormentis eius familiaris, qui confessus erat illi dedisse pecuniam; & concludit quod nec etiam inditium contra eum inferebatur, *legatur per totum, quia satis ad rem.*

Pariter non obstant quidam alij testes, qui affirmant, quod viderunt Thomasinum pluries cum pecunijs extortis ingredi partem palatij, seu ædis, vbi habitabat Marchio, & sine illis egredi: iudicantes ex hoc, quod illas Marchioni consignasset. nam repelluntur, tũ quia iudicant, vt supra, tum quia ex hoc remotum, & leue oritur inditium; ex quo in-
30 ditium leue dicitur, quod potest sic habere ad esse, & non esse: & in specie, sua inditia debent esse luce meridiana clariora, taliter, quod nõ possunt pluribus modis interpretari *Bald. cons. 259. num. 4. lib. 1. Crauett. cons. 6. num. 12.* & adeo debent esse verisimilia, quod iudex sit, quasi certus de delicto, *Bald. cons. 77. in princip. lib. 3.*

31 Amplius, quod Thomasinus exiuerit sine pecunijs, est deponere super negatiua: ad quam probandam, testis etiam non interrogatus, debet rationem reddere, *Angel. in l. pen. §. docere, ff. ne quis eum qui, Bald. in l. solam, in fin. C. de testam. Decius cons. 534. num. 10.* Inquit, quod testis debet dicere, quod actus, de quo agitur, fieri non potuisset, quin ipse testis vidisset, *sequitur Frãc. Hercul. in tract. de negat proband. nu. 142.* Tunc enim in proposito testes probassent dictam negatiuam; quando dixissent, quod pecunias seeũ ferre nõ potuisset Thomasinus, quin ipsi vidissent: & tũc cõcluderẽt cõtra Thomasinũ, & non contra Marchionẽ. nam Marchio degebat intus; & potuisset Thomasinus dimittere pecunias apud alium, vel in alio loco, & testes

Digitized by Google

32 testes videre non potuissent: & probatio debet de necessitate concludere, *l. non hoc, vbi Bart. in fin. C. vnde legit.* quod tanto magis procedit, quia testes habent iuris praesu-
33 ptionem contra se: quia in dubio non praesumitur, quod familiaris deliquerit de voluntate domini, sed eo inscio, & eo nolente, *Bald. in l. ad inuidiam, vbi Raf. C. quod met. caus. Felyn. in cap. Petrus, num. 2. de homic. per tex. in cap. cum ad sedem, iuncta gloss. & ibi Innoc. de restit. spoliat.*

Nec dicatur probationes leuiores admitti contra Officialem diffamatum, *per dictu c. vulgaris, vers. si delatus sit mala fama.*

34 Nam ad probandam malam famam, adeo plura requiri, vt *Gramm. cons. 42. sub nu. 8.* professus fuerit, se non vidisse processum, in quo potuisset reperiri, fuisse probatam malam famam, vt refert etiam *Strace. in addit. ad Crauett. cons. 41. num. 5.* & inter caetera creditur in hac inquisitione non deposuisse testes, à quibus audiuerint, & an ex legitima causa; & quod dici audiuerint à maiori parte populi; *vt ibi latè Gramm. sequitur Strace. vbi supra, & Clarus requisita ponit plura d. §. fin. 9. cum plurib. seq.* & sic cessat obiectum.

35 Immo non est credendum, quod vir in dignitate magna constitutus, & ex illustri familia oriundus motus fuerit ad delinquendum, pro tam modico commodo, respectu suarum diuitiarum, *Alex. cons. 74. col. 2. lib. 1. Crauett. cons. 75. n. 16. & Hieron. Gabriel. cons. 169. num. 11. lib. 1.*

Ad vltimum obiectum, quod ex depositionibus aliorum testium dicatur conuictus Marchio, de dicta vsurpatione mercedum debitarum officialibus, tunc morte, absentia, priuatione, & suspensione deficientibus, facta subrogatione, vt supra, famulorum actu non seruientium. Breuiter supponendum est pro huius capitis euacuatione, quod Marchioni subrogare licebat, vt in octuagesimo capite instructionum. Quod autem subrogati actu non seruiuissent, esset negatiua vaga, super qua testes deponentes, vltra quod nihil probent, *Ang. d. §. docere, Ias. in l. 1. num. 12. ff. si quis ius dicen. non obtemperau. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, sub num. 76 post Innoc. & alios de ca. possess. & propr. & Hercul. d. tract. nu. 127.* redduntur suspecti de falso, & possunt puniri saltem extra ordinem, *Ang. in l. plagij criminis accusatio, C. ad l. Fau. de plag. Ias. d. l. 1. n. 13. & Rip. distinguendo d. cap. cum Ecclesia sub num. 79. & Doct. passim.*

Restat ergo, quod cum non possit, etiam si extarent indicia, deueniri ad torturam, cessante pena vltra relegationem; & illa sublata ex capitulo Regni per pecuniariam loco corporalis subrogatam: quod Marchio ex remedio sibi assignato *in d. cap. vulgaris fama proloquium vers. vbicunq; autem* quod purget se, prout se purgauit per iurisiurandi reli-
37 gionem, quod iuramentum dicitur purgationis, solitum deferri reo; propter praesumtionem aliquam, quam haberet contra se, *cap. fin. vbi Ant. & Abb. de iur. iur. Curt. in repet. l. admonendi, sub num. 314. vers. quamuis; & Ias. sub num. 281. vers. 2. ego intelligo, ff. de iur. iurand.* Quibus adductis, quod nullo modo sit locus suspensioni officij, sed omni iure Marchio sit licentiandus indubitatum erit.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ob matrimonium, & traductionẽ ad locum viri, efficitur ciuis, & subdita illius loci.*

2 *Statutum domicilij viri in dotis repetitione est attendendum, & num. 8. & 41.*

3 *Statutum domicilij viri, disponens maritũ lucrari dotem vxoris decedentis sine filijs attenditur, quamuis in loco domicilij vxoris aliud diuersum statutum vigeret, & de communi num. 4.*

5 *Statutum loci viri attẽditur, etiam si vxor forensis illud ignorasset, nec de eo fuisset certiorata, & ratio num. 6.*

7 *Consuetudo loci viri attenditur, quamuis contractus dotis esset celebratus in domicilio vxoris, ibique solutio dotis esset promissa, & refertur decisio tempore Regis Ferdinandi primi.*

9 *Statutum, siue consuetudo loci viri est attẽdenda in decisione causa, etiam si lis agatur circa repetitionem, vel lucrum dotis in domicilio vxoris.*

10 *Maritus lucrabitur partem dotis sibi à statuto, vel consuetudine delatam, quamuis promisisset restituere simpliciter dotem vxori, eiusq; haeredibus, & nu. 43. & 44. & etiam si fuerit promissa dotis restitutio more magnatum num. 11.*

12 *Antefatum est medietas, vel tertia pars dotis, secundum vsum Regni.*

13 *Statutum potest disponere, quod vir lucretur totam dotem vxoris forensis, etiam in praiudicium liberorum primi matrimonij, & num. 17.*

14 *Statutum potest, quod per pactum affirmatiuum fieri potest, & num. 16.*

15 *Pactum de lucranda dote in contractu matrimonij per mortem vxoris sine liberis valet,*

valet, & numero 16.

18 *Legitima tam parentibus, quam etiam filijs primi matrimonij debita, censetur sublata per statutum disponentem maritum lucrari totam dotem sine aliquo onere, & nu. 19. 25. & 30.*

20 *Legitima debetur tempore mortis deducto ære alieno.*

21 *Pater potest in vita bona fide vendere omnia eius bona, & promittere post mortem illa tradere, ita vt filijs super dictis bonis legitima non debeatur.*

22 *Mater exclusa à successione per statutum, censetur etiam exclusa à legitima.*

23 *Legitima est quarta, vel tertia eius, in quo volens succedere esset successurus ab intestato.*

24 *Legitima non debetur ei, qui nullam partem est habiturus ab intestato.*

26 *Legitima parentibus, & filijs primi matrimonij censetur adempta ex verbis statuti generalibus, ex quibus colligi possit velle ipsis præiudicare, quamuis expresse de legitima, non loquantur, & num. 27.*

28 *Legitima non debetur ita matri, sicut filijs, & num. 31.*

29 *Dictio (sine aliquo) vniuersalis omnia comprehendit, etiam ea, in quibus requireretur specialis mentio.*

32 *Mater excluditur à legitima ob statutum disponens, quod maritus lucretur totam dotem sine aliquo onere; sicut ob verba testatoris disponentis, quod perueniat hæreditas ad aliquem sine onere.*

33 *Argumentum valet ab vltimis voluntatibus ad statutum.*

33 *Legitima nihil aliud est, nisi onus; eum vt æs alienum debeatur.*

35 *Maritus admittitur ad lucrū dotis ex prouisione statuti, sine vllo onere, vel grauamine; vxore, vel alijs quibuscunque inuitis.*

36 *Lucrum, quod defertur marito à statuto non dicitur de hæreditate vxoris, sed tamquam æs alienum deducitur, de quo vxor disponere non potest, & num. 37.*

38 *Lucrum prædictum quamuis non sit agnitum per virum, ad hæredes tamen transmittitur.*

39 *Legitima parētum potest per statutum tolli, licet in totum legitima descendentium tolli non possit, secundum communem, & veriorem.*

40 *Consilium sapientis reseruatum in cōtractu non se extendit, vt possit sapiens addere in facto, sed tantum in iure, vt cautior reddatur contractus.*

42 *Statutum circa lucrum dotis procedit quoad alium, cui est promissa dotis restitutio.*

45 *Matrimonium ex quibus verbis censeatur contractum more magnatum, & ex quibus non, num. 46.*

47 *Bona feudalia non comprehenduntur in statuto loci viri de lucro dotis.*

Pro Comite Manfredo Torniello.

ARGVMENTVM.

DE statuto, siue consuetudine loci viri, vbi vxor ciuis efficitur, in repetitione dotis acquirendis. Validitate etiam statuti, & pacti deferentium lucrum dotis marito, & nunquid excludant parentes, & filios primi matrimonij à legitima: & ex quibus verbis censeatur legitima sublata, & quę possit in totum tolli. An lucrum dotis deducatur ab vxoris hæreditate tamquam æs alienum, & transmittatur licet non agnitum: & quid operetur clausula reseruationis consilij sapientis in contractu.

CONSILIVM CXLIV.



IN anno 1550. Comes Manfredus Tornellus Nouariēsis contraxit matrimonium cum quondam D. Portia Toralda, cuius matrimonij contemplatione mater ipsius promisit pro dotibus duc. decem mille, de quibus tempore contracti matrimonij vir recepit, ducatos septem mille, reliquos verò promisit soluere infra annos duos: versa vice vir non constituit antefatum, sed in augmētum dotis donauit duc. duos mille. ex quo colligitur matrimonium fuisse contractum secundum vsum Ciuitatis Nouariæ, non huius Regni; in quo antefatum constitui solet pro tertia parte dotis, secundum morem magnatum, vel pro medietate, iuxta morem Nobilium Capuanæ, & Nidi.

Promissio dotis fuit firmata Mediolani, stipulata in terra Molę huius Regni, & instrumentum dotale cōfectum Nouariæ. reliquos verò duc. tresmille idem vir recuperauit ex bonis matris intercedentis pro dote.

Mortua vxore certiorata de statuto Nouariensi, de quo infra, vt se conformem red-

derec

deret dispositioni statuti, confirmati per Senatum Mediolanensem attestantem esse in viridi obseruantia Nouariæ, prout omnes Magistratus fatentur, virum instituit hæredem.

Petit nunc mater ipsa à genero legitimam dotium prædicto genero solutarum.

Non posse Dominam Briapnã Carrafam eiusque hæredes in dotibus ducatorum decem mille quond. D. Portiæ Toralde eius filiæ prætendere legitimam: sed dotes prædictas Ill. Comitem Manfredi eius virum, ac hæredem ex testamento fuisse vigore statuti Ciuitatis Nouariæ lucratum, lucidissime ex dicendis constabit.

Ad cuius decisionem tria erunt tantum discutienda. Primum, si attendendum sit circa lucrum dotis statutum Ciuitatis Nouariæ dictans his verbis, moriente vxore extera sine liberis, maritum lucrari totam dotem sine aliquo onere. Secundum si statutum prædictum postquam expresse de legitima non loquatur ad illam trahatur, & matrem ab ea excludat. Tertium, si statutum à legitima matrem excludere possit.

Ad primum conclusiue loquendo, dico, quod postquam D. Portia contraxit matrimonium cum Ill. Comite ciue Ciuitatis Nouariæ, vbi domicilium habet, & vbi traducta fuit, eiusdẽ
1 Ciuitatis ob matrimonium fit ciuis, & subdita effecta, *glo. in l. origine, C. de munic. & origin. lib.* 10. *Bart. & alij in l. cum quædam puella, ff. de iur. omn. iudic. in l. fin. §. idem, rescripserunt, ff. ad municipales, & Soce. cons.* 81. *si non est dubium. vol.* 3 Inde fit illius Ciuitatis in repetenda dote statutum esse attẽdendum, *l. exigere dotem, ff. de iudic. & ibi Bar. Bal. Paul. Ang. Iacobin. cæteriq;* communiter concludunt, quod si in loco domicilij viri viget statutum, maritum lucrari dotẽ vxoris decedentis sine liberis; & in loco do-
3 micilij vxoris aliud vigeret statutum, seu cõsuetudo: statutum loci viri esse attendendũ, *Bart. in l. cunctos populo, num* 19 *vbi Ias. & alij communiter C. de sum. Trinit. & fide Cathol. sequitur insignis Dec. in cons.* 19. *Alex. in cons.* 100. *post num.* 13. *vers. & sic patet vol.* 3. *vbi hanc esse communem opinionem asserit, latè Soce. Iunior cons.* 14. *lib.* 1. *Ruin.* 58. *lib.* 3. *Crat.* 113. *lib.* 2. *Afflict. decis.* 226. *num.* 9. & ab omnibus hanc opinio-
4 nem esse approbatam. in statuto Ciuitatis Nouariæ, de quo nunc tractamus, in terminis consuluit *Curt. iunior in cons.* 129. vbi decidit pro Dño Thomasio ciue Nouariæ, qui in vxorem duxerat dominam Catherinã exteram, quæ cum fuisset traducta, recessit ab humanis, nullis relictis filijs; quod maritus vigore statuti prędicti integram dotem lucratur.

Quæ communis, & iuridica *Doctorum* conclusio ampliatur etiam si vxor forensis
5 ignorasset statuta loci mariti, & de eis non fuisset certiorata, quia in omnem casum statutum loci viri est attendendum circa totale lucrum dotis; ex regula iuris, qui cum
6 alio contrahit, scit, vel scire debuit conditionem eius, cum quo contrahit, *l. qui cum alio, de reg. iur. Dec. cons. prædicto* 19. *&* 283. *Tiraq. de leg. connub. l.* 18. *num.* 50. *Curt. iunior. dicto cons.* 129. *num.* 5. *cum seq. vbi attestatur de communi, Moder. in repet. d. l. cunctos populos, maximè Purpuratus num.* 147. *Cagnol. in l. qui eum alio, num.* 14. *de reg. iur. & in d. l. exigere dotem, nu.* 20. *Soec. iun. d. cons.* 14. *lib.* 1. *vbi hanc esse communem, & receptiorem opinionem, & hæreticum est ab ista opinione discedere Campeg. de dot. quæst. vltima, Marsil. l. fin. n.* 60. *ff. de iuri. omn. Iudic. Affl. decis.* 226. *per totam maximè. num.* 9. vbi quod attendenda est consuetudo loci viri, & non consuetudo domicilij vxoris; dato etiam quod contractus dotis esset cele-
7 bratus in loco domicilij vxoris, & ibidem solutio dotis fuerit permissa: & ita fuit consultus Rex. Ferdinandus Primus in illo casu in quo Illustris. Dux. Mediolani contraxerat matrimonium cũ filia Illustrissimi Ducis Calabriæ per verba de præsenti, in ciuitate Neapolis, & ibidem fuerat promissa solutio dotis: & tantum fuit cõsultum, quod stipulatio Capitulorum fieret non secundum Consuetudinem huius Regni, sed secundum vsum Ciuitatis Mediolani, vbi viget simile statutũ
8 circa lucrum dotis, illa ratione, quia consuetudo, siue statutum loci viri in repetenda dote attenditur, *Paris.* 34. *num.* 19. *num.* 19. *lib.* 3. *vbi hanc esse opinionem communem dixit*, & alibi sæpe per Doctores in indiuiduo præfatam communem conclusionem tenentes, quos recensere non expedit, quia opus esset latissimo folio.

Et in tantum communis ista cõclusio statutum loci viri Ciuitatis Nouariæ esse attendendum est vera, quod si lis agitaretur non in domicilio viri, sed in domicilio vxoris, prout nunc accidit, quia lis agitur in Ciuitate Neapol. nihilominus in decisione causæ ser-
9 uari, & attendi debet omnino statutum Nouariæ: *vt per Moder. maxime Cur. & Cagnol. in d. l. exigere dotem, & per not. in l.* 1. *C. de sum. trinit. & fid. Catho. Curt. Iun. in terminis in præstato cons.* 129. *num.* 5. *eũ cons.* 72. *Bal.* 471. *lib.* 1. Imò si maritus promisisset
10 simpliciter restituere dotem vxori, eiusq; hæredibus, poterit non obstante hac promissione

ne retinere illam partem dotis, quæ à ſtatu-
to ſibi conceditur, *Bal. in l. fin. verſ. & eſt*
argumentum, C. ad leg. falc. Ang. Imol. &
Roma. in l. damni. infecti, l. vltima, §. cum
parietem, ff. de damn. infect. fortius ſi mari-
11 tus promiſiſſet reſtituere dotem, ſecundum
morem, & vſum procerum, & magnatum
huius Regni Siciliæ; adhuc maritus ſequuta
morte vxoris poteſt retinere dotem vigore
ſtatuti lucratam: quia dum promittit reſti-
tuere dotem ſecundum conſuetudinem
Regni intelligitur, ſi maritus præmoriatur;
ſin autem vxor pdecedit, non videtur renun-
tiaſſe maritus lucro dotis, quod à ſtatuto ſibi
defertur, *in ſpecie in cauſa Domini Plumbi-*
ni cum Principiſſa Salerni, conſuluit Deci.
qui rogo uideatur in conſ. 402. Si enim in
caſibus premiſſis ſtatutum loci viri atten-
ditur, quando dos eſt promiſſa reſtitui vxo-
ri, & hæredibus, etiam ſeeundum morem
magnatum huius Regni; quanto magis in
in præſenti ſtatutum Ciuitatis Nouariæ at-
tendi debet: cum per Comitem non ſit fa-
cta promiſſio reſtitnendi dotem ſecundum
vſum procerum, & magnatum huius Regni,
ſed ſimpliciter; quo caſu voluit omnino cō-
ſeruare ſibi lucrum dotis, quod à ſtatuto ſi-
bi deferebatur: maxime quia expreſſe ex ca-
pitulis patet matrimonium contractum, nō
ſecundum vſum huius Regni, ſed ſecundum
vſum Ciuitatis Nouariæ, quia Comes non
conſtituit antefatum, quod eſt medietas, ſeu
12 tertiaria dotium ad vſum Regni, ſed donat
ducatos duos mille in augmentum dotium,
ſecundum morem Ciuitatis Nouariæ. quo
fit clare ex his coniuges voluiſſe contrahe-
re ſecundum illum vſum; cum capitula ma-
trimonialia fuerint in Ciuitate Mediolani
firmata.

Hoc enim ſtatutum Nouariæ in ſpecie di-
ſponit maritū lucrari totam dotem vxoris
forenſis: quod diſponere potuiſſe ſtatuentes
13 eſt concludendum, vel illa ratione, quod dū
mulier extera eſt traducta ad domicilium
viri, ciuis illius loci, & ſubdita ſit effecta, &
ſic illius loci ſtatuto debere ligari per ſupe-
14 rius allegata: vel illa ratione, quæ ſe habet
id fieri poſſe per ſtatutum, quod per pactum
affirmatiuum fieri poteſt, *ſecundum Bar. in*
l. nec ex pratorio, num. 10. *de reg. iur.* quod
valeat argumentum affirmatiue cōceptum,
ſi poteſt fieri per pactum, ergo per ſtatutū,
Alex. 50. *lib.* 1. *&* 129. *lib.* 6. *Doct. in l. non*
impoſſibile, ff. de pact. & alibi paſſim, ſed con-
ſtat valere pactum per maritum cum vxore
in contractu matrimonij initum de lucran-
15 da dote per mortem vxoris, ſi moriatur ſi-
ne liberis, *iuxta tradita per gloſ. & Bart. in*
l. 1. *de dot. praleg. in principio, Angel.* 158.
Boer. deciſ. 208. *&* 244. *in ſpetie Bal.* 467.
lib. 4. *Curt. ſenior poſt Bal. quem refert, &*
ſequitur in conſ. 78. vbi quod pacta, & ſtatu-
16 ta circa dotium lucra diſponentia à pari
procedunt, & quod fieri poteſt per pactum,
poteſt fieri per ſtatutum; & de validitate hu-
iuſmodi ſtatuti de lucro dotis, neminē ſanæ
mētis exitaturum exiſtimo. porrò videmus
talia ſtatuta, & conſuetudines valere, & te-
17 nere etiam in præiuditium liberorum primi
matrimonij, & aliorum, *ad not. per Scriben.*
in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. in d. l.
exigere dotem, ff. de iudi. & alibi vbiq; per
Doct. Cremen. ſing. 154. *Alex. conſ.* 17. *lib.* 1.
Dec. d. conſ. 19. Ex quibus clariſſime con-
ſtat Ill. Comitem vigore ſtatuti Ciuitatis
Nouariæ, abſq; dubio integram dotem vxo-
ris fuiſſe lucratam.

Ad ſecundum ſimiliter dico, quod poſt-
quam ſtatutum dictat maritum lucrari to-
tam dotem ſine aliquo onere; demptam
eſſe legitimam parentibus, *Dec. in fortiori-*
bus terminis in conſ. 19. *num.* 5. tradit ſi
ſtatutum loquitur, quod vir lucretur totam
dotem, quamuis non faciat mentionem ex-
18 preſſe de legitima; tamen etiam filij primi
matrimonij, quod eſt fortius, ab ea excludū-
tur, *Paul. in l.* 1. *vbi Bald. C. de inoff. dotib.*
Dec. in authen. præterea, num. 7. *C. vnde*
vir. & vxor. Iaſ. l. ſoluto matrimonio, num.
7. *ff. ſol. matrim. Alex.* 249. *nu.* 2. *verſ. ſimi-*
liter inquit, ſi ſtatuto diſponitur vxore præ-
19 mortua ſine filijs eius dotem deuolui ad vi-
rum, ſine aliqua diminutione virum lucrari
totam dotem, excluſis matre, & ſororibus;
& ratio eſt, quia legitima debetur tempore
20 mortis, & deducto prius ære alieno, *l. Papi-*
nianus, §. quarta, ff. de inoff. teſt. ſed vbi æs
alienum totam hæreditatem abſorbet, de
legitima non eſt tractandum, vt in præſenti:
ſiquidem maritus vigore ſtatuti ſequuta
morte vxoris, totam dotem conſequitur,
eaque tamquam æs alienum deducitur; ni-
mirum ſi de legitima, quam æs alienum ab-
ſorbet, tractari non poteſt, *Dec. d. conſ.* 19.
poſt num. 6. *verſ. comprobatur, & ante eum*
Bal. conſ. 75. *lib.* 4. *& Fulgoſ. in conſ.* 60.
ad Bar. in l. hæreditarium de bon. auth. iud.
poſſiden. vbi de patre in vita bona fide ven-
21 dente omnia eius bona, & qui promiſit poſt
mortem illa tradere; filios non poſſe in illis
bonis petere legitimam, ſed illa, vt æs alie-
num ſine deductione creditoribus aſſignan-
da. ſic in caſu de quo agitur, quia mulier cō-
traxit matrimonium cum ciue Nouariæ, vbi
traducta fuit; videtur cum ipſo contraxiſſe,
vt poſt eius mortem ſine liberis tota dos ad
virum an-

virum deueniat, qui vt ęs alienum totam dotem detrahit vigore statuti: & simili ca-
22 su quando mater est exclusa à successione per statutum, censeatur etiam exclusa à legitima, quamuis de ea statutum non loquatur, *Alex.* 168. *vol.* 7. *& conf.* 3. *num.* 10. *&* 11. ea ratione, quia legitima est quarta,
23 vel tertia eius, in quo volens succedere esset successurus ab intestato, *l. parentibus, C. de inoff. test.* sed mater non potest succedere in dote, cum dos sit viri vigore statuti: Ergo neq; in legitima, cum nulla datur successio ab intestato. immo cum sit portio,
24 quę cõpetit ab intestato, neq; est ei locus, cum numquam mulier stante tali statuto possit remanere intestata, *in simili Bald. in l. maximum vitium, num.* 20. *vers.* 8. *quia C. de liber. praeter. Alex. d. conf.* 168. *Cum. conf.* 204. *Ias. l. si quando, §. generaliter, nu.* 10. *&* 11. *in fin. C. de inoff. test. vbi hanc esse oium cõem opinionẽ asserit, & Rom. in cõs.* 32.
Iuuant illa verba statuti, quod maritus lucratur totam dotem, nam per dicta verba excluduntur filij primi matrimonij à legiti-
25 ma; cum illud verbum (totũ) non possit operari aliud effectum: ergo fortius mater à legitima erit exclusa, *in specie Paul. de Castr. in conf.* 192. *lib.* 1. semper enim, quod apparere potest ex verbis statuti generalibus, qđ statuentes voluerint praeiudicare paren-
26 tibus, & filijs primi matrimonij in legitima, statutũ est attẽdẽdũ; quãuis expresse de legitima non loquatur, *not. in l. hac edictali, vbi Salic. quaest.* 6. *ad fin. C. de secundis nuptijs, Roman.* 44. *Paulus in conf.* 192. *vol.* 2. *Dec.* 283. *num.* 2. 294. *num.* 3. *& conf.* 471. *nu.* 2. *Philipp. Port. conf.* 283. *nu.* 2. *Boer. decis.* 113. *& de cõmuni opinione attestatur Paris. conf.* 91. *lib.* 1. dicens, quod si statutum expresse non deroget *l. hac edictali*, tamen si
27 vtatur verbis generalibus, ex quibus appareat mentem statuẽtium voluisse dictae *legi* derogare, maritus consequitur lucrum dotis ad formam statuti, non obstantibus filijs primi matrimonij. *idem dixit Socc. in conf.* 52. *num.* 4. *vol.* 3. si modo statutum de lucro dotis potest disponere, quod maritus lucratur totam dotẽ, et in praeiudicium filiorum primi matrimonij, ac eis de legitima praeiudicare, non solum si expresse statutum hoc dicat, verum etiam si vtatur verbis generalibus, vt ex aduerso differri non potest: fortius sequitur, quod etiam si statutum vtatur verbis generalibus, praeiudicabit
28 matri in legitima, cui non sic est debita legitima naturaliter, sicut filijs, vt patet ad sensum naturalem, quem pro lege sufficit allegari, *l. cum ratio, de bon. damna*, quamobrem statutum Ciuitatis Nouariae voluit à dispositione iuris communis discedere, eiq; derogare, ac filijs primi matrimonij, atque matri in legitima praeiudicare; licet de legitima expresse mentionem non faciat, quia statuentes verbis generalibus vsi fuerunt, illis nempe verbis, maritus lucratur totam
29 dotem, absq; aliquo onere; propter dictionem illam (aliquo) quae vniuersalis omnia comprehendit, etiam ea in quibus requireretur specialis mentio, *Socc. conf.* 3. *num.* 22. *cum seq. vol* 3. & propter illa verba (totam
30 dotẽ.) nam per illud verbum (totum) excluduntur filij primi matrimonij à legitima,
31 ergo fortius mater, cui non sic naturaliter est debita legitimam, sicut filijs, *Paul. in d. conf.* 192. *num.* 1. & propter illa verba (sine aliquo onere maritus lucretur totam
32 dotem) dignoscitur matrem omnino esse exclusam à legitima, *Bart decidit in l. centurio, num.* 27. *de vulg. & pupill.* quod si testator dicat perueniat hęreditas ad talem, sine aliqua diminutione, & onere; mater excluditur etiam à legitima, *Alex in conf.* 149. *num.* 2. *& post num.* 5. *vol.* 6. ergo idem in praesenti statuto dicamus; cũ verba illius sint, maritum lucrari totam dotem sine
33 aliquo onere: & validum est argumentum ab vltimis voluntatibus ad statutum, *l. non impossibile, vbi not. ff. de pact.* & si verum amamus in sole cecutientes non vident illa verba statuti sine aliquo onere, virtualiter comprehendere exclusionem legitimę, quae
34 nihil aliud est, nisi onus, cum vt ęs alienum debeatur, *Bal. in l. scimus, num.* 10 *C. de inoff. testam. Ias. in l. Marcellus, § fin. num.* 16. *ff ad Tertull. Bart in l. suus quoq; in fin. ff. de hered. instit. Alex in l. si debitor, num.* 4. *ff. ad leg. falcid. & conf.* 83. *lib.* 4. *num.* 20. *& est tex. in l. Papinianus, §.* 4. *vbi not. C. de inoff. test.* & quod in hoc lucro
35 dotis maritus nullum sentiat onus, vel grauamen, quia ad illud maritus admittitur ex prouisione statuti; & sic vxore, & alijs quibuscunq; inuitis, *vide Paul. de Castr. in l. si cum dotem, prope finem solut matri. Fulgos. conf.* 73. *Ias* 113. *num.* 1. *Ruin. conf.* 8. *vol.* 2. *cum conf.* 48 *Bal. in l. pro hereditarijs, C. de her. actio.* Porro huiusmodi lucrum nõ dicitur, de haereditate mulieris mortuę,
36 sed tamquam ęs alienum, de quo vxor nec testari, nec aliter disponere potest, *not. per glo. in d. l. pro hereditarijs, Alex in l. si arrogator, quem ibidem sequitur Ias. ff de adopt. Corn.* 178. *lib.* 4. *Alexand. in conf.* 150. *lib.* 1. vbi quod tale lucrum dicitur effici
37 patrimonium, nõ autem haereditas vxoris; ideoq; illud maritus non consequitur iure haere-

hæreditario, sed ex prouisione statuti; &
38 quæ uis non sit agnitum per virum, tamen ad hæredes transmittitur, *Ruin. 26. num. 14. lib. 1. & Capic. decis. 176. num. 27.*

Ad tertium concludo posse per statutum tolli legitimã parẽtũ, licet in totũ legitima
39 descendentiũ tolli nõ possit, *oẽs cõiter sic te- n et Rip. in respons. 118. super præmisso dubio Alex. in cons. 168. in princ. lib. 7. Rom. 32. in fin. post num. 10. vbi dicit hanc opinionem non habere contradictionem, & de communi opinione attestatur Imol. in l. quod de bonis, §. fin. ff. ad l. falc. Angel. 115. Dec. 372. 567. & 693. late Gozad. in cons. 93. num. 21. latius Paris. cons. 13. lib. 2. vbi hanc esse communem, & veriorem opinionem affirmat, & alibi passim Doctor. in locis vulgar.*

Audio fieri dubium, quod in capitulis matrimonialibus fuit dictum fieri instrumentũ dotale ad consilium Sapientis Ill. Marchionissæ Pulignani, & quod Sapiens Marchionissę, si interuenisset in confectione instrumenti dotalis, forte consuluisset restitutionem dotium debere fieri secundum morem Nobilium Capuanæ, & Nidi, vel secundum vsum, & morem magnatum huius Regni: qua consuetudine attenta, si sic fuisset stipulatũ legitima matri deberetur. Sed admodum miror quomodo hoc motiuum non habens saporem in medium afferatur; nam instrumentum dotale fuit stipulatum, & celebratum cum omnibus clausulis necessarijs ad cautelam vxoris, in Ciuitate Nouariæ: & non fuit dictum fieri restitutionem dotium secundum morem Nobilium Capuanæ, & Nidi, seu secundum vsum huius Regni, quia in capitulis non fuerat dictum, nec Sapiẽs poterat id addere. Quoties enim
40 contractus est celebrandus ad consilium Sapientis, Sapiens non addit in facto à partibus non conuenta, nec expressa; sed tantũ addit in iure, vt cautior contractus reddatur, *glo. singul. in l. si mandato Titij, §. fin. ff. manda. Anton. de Butr. in cap. ex literis, post num. 6. de fide instrum. Oldra. cons. 139. in fin. late Ias. in l. ex ea parte, num. 3. de verb. oblig.* cum ergo expresse à contrahentibus non fuerit expressum, secundum quam consuetudinem Ciuitatis Neapolis matrimoniũ cõtrahebatur; intellectu iuris subintelligitur in dote restituenda esse contractũ secundum consuetudinem, & statutum Ci-
41 uitatis Nouariæ loci viri, quod omnino esse seruandum, *omnes affirmant in d. l. exigere dotem, ff. de iud. vt latius tradit Roland. à Valle de lucro dotis, qui citat concor. q. 37.* vbi in principio tractatus latissimè concludit attendendum esse statutum loci viri, & quod excludatur nedum mater à legitima, sed etiam filij primi matrimonij, *& ibi omnia.* Quare intrepide ex allegatis affirmo statutum Ciuitatis Nouariæ circa totale lucrum dotis esse attendendum, illudque matrem à legitima exclusisse, & potuisse excludere: & propterea Ill. Comitem virum Dominæ Portiæ totam dotem fuisse lucratã sine aliquo onere, & à prætensa legitima per matrem petita, absque dubio absoluendum fore iuridice sentio.

Camillus de Medicis.

NON obstante, quæ nouissimè audio ex aduerso allegari, quod statutum viri circa lucrum dotis attẽditur, procedere quoad
42 vxorem tantum, sed non quoad alium, seu quoad matrem fortè dotantem, cui dos est promissa restitui, *per ea, quæ Bal. voluit in rub. C. de priuil. dot. Ias. in l. cunctos populos, num. 63. C. de summ. Trinit. & Fid. Cathol.*

Nam ex notula facti apparet, Marchionissam Pulignani matrem Donnæ Portiæ Toraldæ non dotasse, seu ei donasse de suo aliquam pecuniarum quantitatem: sed tantum, vt tutrix Donnę Annæ Toraldæ promisit pro dotibus D. Portiæ ducatos decemille, de quibus tunc fuerunt soluti ducati septem mille, restantes verò ducatos tres mille, promisit soluere infra certum tempus, ad quorum solutionem præfata Marchionissa proprio nomine se obligauit; adeoquod pro dicta summa intercessit. ideoque si de suo non donauit, sed intercessit, præfata limitatio non procedit: postquam duc. decemille debebantur D. Portiæ, vj. duc. 8000. vigore legati paterni, duc. 1000. vigore legati D. Alphonsi, & duc. 1000. donati per Vniuersitatem Pulignani.

Secundo non obstat, dum dicitur Ill. Comitem promisisse restituere dotem D. Portiæ eius vxori, & eius hæredibus; ita quod per hanc promissionem factam vxori, eiusq; hæredibus, videatur renunciatum statuto: quia illa verba (*eiusque hæredibus*) intelliguntur præmoriente vxore.

Nam non obstante, quod dos per virum fuisset promissa restitui vxori, eiusq; hæredi-
43 bus; quod nihilominus præmoriente vxore maritus lucrabitur dotem à statuto sibi delatam, *videatur in specie Dec. in d. cons. 402. post num. 1.* qui referens verba capitulorum, quod in eis dos erat promissa vxori, eiusque hæredibus: & hoc non obstante concludit, præmoriente vxore maritum lucrari dotem

è sta-

Digitized by Google

è statuto delatam, *magis in specie Ang. in l. damni infecti, la seconda, §. eum parentem, ff. de damn. infect.* vbi quærit si maritus promisit restituere dotem hæredibus vxoris, quod non obstante hac promissione dotis retinebit dotem è statuto lucratam, *Ang. sequitur ibi Imol. & Rom. & magis in specie Ias. in l. post dotem num. 34. solut. matr. & latè Rolan. de lucro dot. quæst. 19.* Et ra-
44 tio est, quia licet maritus promiserit restituere dotem vxori, eiusque hæredibus; hæc generalis promissio limitatur secundum statutum loci viri, cui maritus per hanc generalem promissionem non videtur derogare, *Bald. in d. l. exigere dotem, in fine, & Rolan. in alleg. loco q. 19.*

Tertio non obstat, dũ prætenditur matrimonium hoc fuisse contractum secundum morem magnatum, quo attento mater non esset exclusa à legitima. quia nullo modo matrimonium fuit contractũ more magnatum, cum non fuerit per maritum promissa dos restitui secundum morem magnatum,
45 nec data potestas vxori disponẽdi sm̃ morẽ magnatum; quibus casibus matrimonium censetur contractum secundum hunc vsum: sed in præsenti Marchionissa Pulignani mater in capitulis asseruit esse viduam, & iure francorum, seu more magnatum viuere;
46 non enim ex hac assertione matris matrimonium inter donnam Portiam, & Comitẽ more magnatum censetur contractum, cum superius allegata non interuenerint.

Vltimò non obstat, dum falsò allegatur statutum loci viri non esse attendendum,
47 quoad bona fæudalia, *iuxta cap. 1. §. fin. vbi Bald. de inue. de re alie. fac.* Nam nos non loquimur, quod dos consignata Comiti cõsistat in bonis fæudalibus, sed integram dotẽ Comes exegit in pecunia, de qua dote in pecunia soluta Marchionissa mater nunc legitimam prætendit: adeoquod sole clarius est non tractari nunc de dote consignata in bonis fæudalibus. quare si omnes difficultates cessant, remanent opiniones communes clamantes in beneficium Comitis, quas omnino circumspecti Iudicantes pro eorũ religione, & conscientia insectari debent.

Camillus de Medicis

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus debet concludenter probare territorium fuisse ab ipso concessum.*
2 *Emphyteuta alium emphyteutam facere potest, sicut faudatarius alium faudatarium.*
3 *Laudemium ad directum dominum mediatum spectat, non ad immediatum ex opinione glosa.*
4 *Ratio aliqua differentiæ, an considerari possit inter deuolutionem emphyteusis ob delictum, & ob alienationem.*
5 *Emphyteuta alienans reseruando sibi aliquod ius, concedendo partem, siuè totam rem ipsam sub maiori censu, differt ab eo, qui subconcedit, nihil sibi reseruando.*
6 *Alienationem quæ fit per faudatarium, non superiorem, & mediatum dominum laudare, & approbare debere iudicauit S.C.*
7 *Releuium, & iura inuestituræ ad immediatum dominum spectant, & num. 9.*
8 *Rex huius Regni respectu vniuersalis dominij dicitur vtilis dominus, quo verò ad particulares Ciuitates, & Castra dicitur directus.*
10 *Emphyteuta, & faudatarij vsufructuarijs comparantur.*
11 *Fructus omnes ex re prouenientes, obuentiones, laudemia, & similia ad fructuariũ pertinent.*
12 *Sententia Sac. Conf. lata cum causa cognitione facit ius, quoad omnes.*

Pro Sacro Regali Hospitali Sancti Iacobi Hyspanorum.

ARGVMENTVM.

Laudemia, & iura domicilia pro alienationibus factis per subemphyteutas, an spectent ad emphyteutam immediatum, an verò ad directum dominum superiorem mediatum.

CONSILIVM CXLV.



PETIT Sacrum Monasterium directus dominus infrascripti Territorij in emphyteusim olim concessi Ioanni Muscettulæ, & hodie possessi per Sacrũ Regium Hospitale S. Iacobi Hyspanorum mediantibus legitimis titulis (de quibus non dubitatur) declarari laudemia, ex alienationibus factis per non nullos qui ab eodẽ Sacro Regio Hospitali in emphyteusim sub

eius natura, & pactis receperunt, vel ab alijs subemphyteutis debita; ad ipsum monasterium spectare, stante prædicto iure directi Dominij.

Pro parte Sacri Regij Hospitalis replicatur, & dicitur, quod ad ipsum directum dominum quoad emphyteutas secundos spectant laudemia, & ei debent solui de alienationibus prædictis, ex infrascriptis rationibus, & iuribus.

Primo, in facto dicitur qualiter in ipsum Hospitale deuenit, ne dũ territorium, quod fuit dicti Monasterij, sed etiam alia pars, quæ fuit Aloysiæ Cafaræ venditæ magnifico D. Antonio Capiecio in anno 1530. iuxta, seu à latere eiusdem territorij, & eum eo iũcti; pro pretio duc. 100. & ita in instrumento venditionis describitur fol. 184. & illud sic vnitum per eundem Dominũ Capiecium venditum in anno 1539. Reuerendo Comẽdatori Scribæ; & idem sic vnitum per medias personas ad Sacrum Regium Hospitale deuentum.

Non probat Monasterium domorũ alienationes, & territorij concessiones, fuisse,
1 & esse territorij, quod fuit Monasterij, specificè, & de necessitate, vt illud lex astringit, *l. neq; natales, cum simil. C. de probat.*

Secundo, ex iuris dispositione ad ipsum Hospitale pertinere laudemia, ex inferius proponendis iuribus, & rationibus probat.

2 Primo, verissimum est in iure emphiteutam alium emphiteutam facere posse; sicut vassallus alium vassallum, seu fæudatarium, *cap. 1. §. similiter, de leg. Corrad. cap. 1. §. præterea, de cap. Corrad. cap. imperialem, §. illud, de probib. fæud. per Feder. cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestit. tradit Io. Faber. instit. loca. §. adeo, in princ. & glo. & Doct. in l. fin. C. de iur. emphit.* Et licet *glo. in d.*
3 *§. illud,* voluerit laudemium ad directum dominum spectare, & eundem debere consentire, *vt per glo. in d icta l. fin. in ver. alijs vendere, Ias. & aly hoc tenent:* hoc tamen non esse verum demonstrabitur iuribus, & rationibus. Et primo non est vera
4 ratio *glo. in d. §. illud,* dum facit differentiam in casu alienationis, & delicti; cum bona differentiæ ratio reddi non possit: & hanc rationem differentiæ, *And. ibi, & alij* passim damnant, & est contra *tex.* contra quem durum est calcitrare, *dixit ibi Andr.*

Ratio *glo. in d. l. fin.* cessat, quandoqui-
5 dem verum est, quod emphyteuta si alienet in ipsum, desinit esse dominus, & possessor: sin autem reseruat sibi ius emphiteuticum, & sub maiori censu, seu canone concedit partem, siue etiam totam rem ipsam; dominus remanet, vel vtilis, vel directus respectu secundi emphiteutæ, *magistraliter declarauit Io. Fabr. in d. §. adeo, col. 2. Soc. conf. 156. lib. 2. Camer. in d. cap. imperialem, fol. 75. col. 2. Andr. in d. cap 1. §. præterea, de cap. Corrad. Bal. in d. §. illud, in cap. 1. §. fin. de contro. inuest. & ibi Aluarot. glo —— §. 1. glo. 6. nu 4.* Et comprobatur hæc distinctio ex latè traditis per *Vasquium cõtrouers. Illustr. lib. 2. cap. 64. num. 9. vers. ratio differentia,* vbi bene deducit, quod illud, quod est aliquid facile recipit suppletionem, sed non id, quod nihil est. Insuper venditionem,
6 quę fit per fæudatarium, non superiorem, & mediatum dominum laudare, & approbare debere iudicauit S. C. *vt per Afflict. in decis.*
7 243. Et ad eum spectant commoda releuij, & inuestituræ, *declarauit idem glos. —— in §. 35. num. 17. in consuet. Paris. & conferunt quæ scripsit Bald. in l. 1. in fin. C. vnde legi. Alex. conf. 1. num. 4. lib. 6. Deci. in conf. 517. vbi dixit dictum Bald. communiter approbari, & idem glo. —— in d. consuet. Paris. §. 1. glo. 6. num. 6.* inferentes ad Re-
8 gem huius Regni, qui respectu vniuersalis Regni dominij dicitur vtilis dominus, & respectu particularium Ciuitatum, & Castrorum directus, *Bar in l. 1. §. fin. ff. de reiuend. Andr. in d. c. imperialem, col. 3. in fin. nu. 3. Capie. in inuest. fæudo. in ver. fæud. dominia fol. 159 Et in proprijs terminis his consideratis licet non expressis in consuet. Paris. tit. 2. §. 55. num. 185. Ruin. conf. 168. lib. 1. Feder Scot. respons. 26. lib. 4.* Declarauit
9 *idem glo.* concludens & laudemia, & inuestituras ad emphyteotam, non autem ad directum dominum spectare, *& in eadem consuet. §. 1. glo. 6. num. 11. Io. Faber in d. §. adeo, col. 3. in princ.* dixit emphyteutæ deberi suam pensionẽ, eiq; res in commissum cadit, & omnia iura, quæ quis habet in re emphyteutica, inter quæ quidem, & ius cõsentiendi, & percipiendi laudemium est, & *secundum opinionem glos. —— & in eius terminis consuluit Ruyn. conf. 168. cap. 1.* inquit eo modo, *vt glo.* & quod assentit primus emphyteuta non directus dominus.

Opinio hęc iuribus, & rationibus fulcita
10 confirmatur: quandoquidem emphyteutæ, & fæudatarij vsufructuarijs comparantur, *vt per eamdem glo. —— §. 1. glo. 8. nu. 4.* ad
11 vsufructuarium autem spectant, eiq; debentur fructus, redditus, emolumenta, & obuentiones, laudemia, ac similia iura, *Alber. in l. vsufructu legato, per illum tex. ff. de vsufru. leg. & in rub. C. eod. consuluit Olãra. conf. 24. Gulielm. de Bened. in cap. Raynuntius,*

tius, in ver. cætera bona, de testa. Guid. Pap. quæst. 477. in princip. Afflict. in d. §. illud, num. 16. glo. in consuet. Bituricen. sub rub. de feud. §. 9. glo. —— §. 30. num. 177. Tiraq. latè de retra. conuen. num. 107.

His, & alijs ponderatis, discussis, & maturè consideratis per Sac. Conf. relatore doctissimo viro Domino Cæsare Vitello, Sacr. Reg. Conf. in causa Ecclesiæ S. Ioannis maioris, cum Magnificis de Pisanellis, iudicauit laudemium spectare ad ipsos emphyteutas in emphyteusim concedentes: non autẽ ad Ecclesiam prædictam directam dominã, reseruando laudemij iura, quoad suum ca-
a nonem tantum. a Et cum hæc sententia
12 diffinitiua, quia causæ cognitione plena præcedente, faciat ius quoad omnes, & legẽ generalem, *vt dixit Bal. in l. fin. C. de leg. Afflict. in decis. 96. num. 11. Ias. in l. cum prolatis, ff. de re iud. Felin. in cap. in causis, de re iud. vbi Io. Andr. Hostie. Abb. & alij, Alex. cons. 160. col. fin. lib. 6.*

Ex his petitur cum iuris sit, prædicta declarari laudemia spectare ad Sacrum Regium Hospitale emphyteutam primum, repulso prædicto Sacro Monasterio S. Petri ad Aram directo domino territorij in actis deducti, & ad eorum, quæ exegit, restitutionem condemnari.

Camillus de Medicis.

a ADDE. Contrarium refert decisum in hoc articulo in simili casu *D. de Franchis decis. 437.*

SVMMARIVM.

1 *Refrenatio numeri animaliũ in pascuis, an, & quando fieri debeat, opiniones referuntur, & de communi opinione, num. 2. 3. & 4.*
5 *Obligatio ex post facto non debet augeri.*
6 *Indefinitus sermo futura non comprehẽdit in rebus magni praiuditij.*
7 *Obligatus procurare fratres alicuius domus, obligatur ad omnes, licet creuerint; sed si grauatur iudicis officio sibi prouidebitur.*
8 *Sententia in Sac. Conf. feruntur nomine Regio, & iudicantur etiam ex æquitate, & ex manu Regia.*
9 *Restrictio omnino iudicis officio facienda est, quando concessio, seu obligatio oritur ex causa lucratiua.*
10 *Donatori pinguius succurritur, quam debitori.*
11 *Refrenatio iudicis arbitrio relinquitur, qualis sit facienda.*
12 *Iudex in refrenatione facienda duo obseruare debet. & num. 13.*

Pro Ill. Marchione Campaniæ, contra Altamuranos.

ARGVMENTVM.

DE refrenatione numeri animalium circà vsum sumendi pascua, an, & quando sit facienda, & quomodo iudicis arbitrium in ea versari debeat.

CONSILIVM CXLVI.



IN anno 1463. mensis Decembris deuoluto ad Regiam Curiam Statu Principis Tarenti, Rex Ferdinandus Primus facit infrascriptam concessionem hominibus Altamuræ supplicantibus, per hæc verba, videlicet. *Item supplicano vostra Maestà, che li Cittadini d'Altamura possano pascolare con loro animali nel territorio del Garignone senza pagamento, come haueuano costumato in tempo del Principe di Taranto.* Placet Regiæ Maiestati.

Postea idem Castrum Garignoni per eũdem Regem fuit concessum Duci Grauinensium, & tandem Marchioni Campaneæ Honorato Grimaldo, ex cuius persona possidet præsens Marchio Hercules Grimaldus.

Verum inter prædictam Vniuersitatem Altamuræ cum prædicto Duce, & subsequẽter cum prædicto Marchione diù est disceptatum circa hoc ius pascendi: siquidem Dux prædictus ex multis prætendebat hoc territorium liberum ab ista seruitute. Et circa hoc non nulla acta facta fuerunt cum ipso Duce, & subsequenter cum prædicto Marchione, qui in anno 1553. duo formiter petijt. Primo, illud idem, quod prætendebat Dux Grauinensium, nempè hoc territorium Garignoni pœnitus liberum esse ab ista seruitute, & hominibus Altamuræ nullum ius competere. Secundo (& hoc fuit caput nouum) quod quatenus fortè hominibus Altamuræ competeret hoc ius pascendi, tunc & eo casu gradatim conditionaliter, & successiuè petit declarari, & prouideri, quod modestè vtantur refrenando quantitate animalium; ne per indirectum ipse supplicans

Digitized by Google

territorij dominus, eius feudi commoditate priuetur.

Nunc de cæteris, quæ in hoc negotio discussa sunt, vel in futurum discuti oportet verba non facimus: solum verò tractamus decisionem huius secundi articuli propositi circa refrenationem; nam in sententia lata per idem Sacrum Consiliũ die 8. Iulij 1579. inter alia dicitur. *Salua prouisione facienda circa petitam refrenationem vsus prædicti, quatenus de iure facienda esset, super quæ partibus auditis prouidebitur.*

Apparet summa æquitas, quod non debēt homines Altamurę tantopere hoc territorium occupare, tum ne domino reddatur inutile, prout inferius de iure demonstrabitur: tum etiam quia homines Altamurę vltra proprium territorium ipsius Vniuersitatis habent quamplura alia territoria nonnullarum Terrarum illinc circa existentiũ, in quibus similiter depascere possunt, sicut in territorio Garignoni.

Etenim huius generis quæstio à *Doctoribus* discutitur in nemoribus, molendinis, furnis,& similibus; & illorum aliqui quęstionem tangunt, nec determinant: aliqui negant refrenationem fieri debere; aliqui, & tertio refrenationem omnino faciendam esse affirmant.

1 Primi, qui articulum simpliciter proponunt, & examinant, neque illum decidunt, sunt *Boer. in decis. 213. ferè per totam, Hippol. in singul. 134. tu scis, &c. Afflict. in cap. 1. §. si quis de manso, col. pen. de contro. inuest. Felin. in cap. fin. col. final. de const. Tiraq. de retract. lignag. §. 34 glo. 1. num. 5.*

2 Qui vero aut clare, aut sub dubio refrenationem negant, sunt *Innoc. per verbum fortè, in cap. quanto, extra de censibus, Bal. per verbum videtur, in l. non modus, num. 2. C. de seruitutibus, Alber. in auth. hoc ius porrectum, num. 14. C. de sac. sanct. Eccl. & in l. in lege, nu. 4. ff. de contr. empt. & in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, & in l. si seruus, §. 1. num. 30. ff. si quis cautionibus, Abb. in d. cap. quanto, circa fin. extra de censib.* Et similes quæstiones quando ex tempore, vel ex alijs accidentibus crescere, aut decrescere debet obligatio; tractant *Doctores* alij quamplures, allegati etiam per eosdem, quos nos retulimus: non tamen alios inueni hunc nostrum articulum in specie perstringentes, qui refrenationem negent.

3 Tertij vero, & ij quidem multo plures, refrenationē hoc casu faciendam esse omnino affirmant, *ita Vgo. in suis annotationibus, quem refert, & sequitur Bartol. Brix. in quæst. 50. alibi 51. qua incipit quidam pater familias, Pil. in quæst. 48. qua similiter incipit, quidam pater familias, Petr. quem referunt, & sequuntur Cyn. & Salic. in l. non modus, C. de seruit. & aqua. Angel. in l. si seruitus, col. fin. vers. tertio fallit, ff. de seruit. vrbanor. prædior. Host. pluries, & plures Ioan. Andr. prout illos referunt, & sequuntur Alex. in cons. 78. in occurrenti, nu. 7. vol. 2. & Afflict. licet alibi non decidat, hic tamen decidit, & firmat in cap. omnes filij, in fin. si de feud. fuer. controu. Iacob. Butr. in l. fi. in fi. C. de sac. san. Eccl. Azzo. (quem tamen hoc dicentem in meo volumine non inueni) sed illum refert, & sequitur Alber. nunc sibi ipsi contrarius, in l. cui fundus, circa fin. ff. de condit. & demonst. Imola in clem. literas, col. 15. de rescript Ias. in l. quo minus, num. 140. ff. de fluminibus, & in hac etiam opinione residet Capol. in tract. de seruit. sub tit. de furn. in 4. memb. eius distinct.* vbi loquitur de obligatione per verba indefinita, qualis est casus noster, *& illum refert ad verbum, & sequitur Iacob. in tract. de feud. in verbo & cum molendinis.*

Ex his patet eos, qui refrenationem negant, & paucos esse, & dubitanter loqui, & eorum aliquem sibi ipsi contradicere: qui vero refrenationem fieri debere affirmant, & authoritate, & numero summopere antecellunt;

4 & hanc opinionem veriorem esse, & communem præter eos, quos supra retulimus, *firmat latè Dec. in cons. 335. viso consilio, nu. 2. 3. & eam omnino tenendam esse in iudicando firmat Ias. in l quo minus, nu. 141. ff de fluminibus.* Et vere habet hæc opinio *textus* satis claros, præsertim *textum in cap. suggestum, extra de decim. quem tex. Tiraq. in loco superius allegato de retract. lignag. §. 34. glo. 1. num. 4. satis expendit, vt vel hinc intelligamus Tiraq. etiam in hanc partem inclinare,* & sunt iura consimilia *in l. non modus, C. de seruit. & aqua, & in l. fin. §. idem quæritur, ff. de liber. legat. cum alijs quampluribus adductis per Doctores, quos supra retulimus.*

Fouetur etiam hæc opinio summa æquitate, ne promissor, vel cōcedens aliquid postmodum inopinato grauamine oneretur, cōtra *tex.* alioquin vulgatum.

Sed ad hoc satis egregium *in cap. quanto extra de cens. iuncto dicto cap. suggestum,* & hoc idem summis rationibus comprobatur,

5 quia non debet obligatio ex post facto augeri, *l. damni, §. si is qui, ff. de damno infecto, l. fin. §. idem quæritur, ff. de liber. lega.* Item quia infinitas est vitanda, *l. fin. C. de sacro san. Eccl.* nec est verisimile voluisse quemquam se in infinitum obligare, *in l. 4 in si ff*

ac

de peric. & comod. rei vendita, l. fideicom-
missa, §. si quis decem, ff. de leg. 3. Item quia
6 in rebus magni prejudicij sermo indefinitus
futura non comprehendit, *prout docet Bart.*
in l. fin. C. quæ res pignori obligari possunt,
aliatque ad hoc pulchras rationes habemus
apud *Doctores* prædictos, præsertim *per Af-*
flict. in cap. omnes filij. si de feud. fuer. con-
trou. & per Ias. in d. l. quo minus, de flumi-
minibus. Ex quibus patet, quod aut iura,
aut rationes, aut æquitatem, aut Doctorum
sententias inspiciamus; pro hac opinione,
absq; dubio iudicandum est.

Sed cum superius dixerim casum nostrũ
controuersiam penitus non habere, nec hu-
ius rei oblitus videar; considero, quod & pauci
illi *Doctores* supra relati, qui cõtra sentiunt,
loquuntur solummodo inspectis verbis illis
generalibus huiuscemodi obligationum,
quæ generalia de rigore latiorem recipere
possunt interpretationem, *iux. legem si quis*
domum, ff. locati, l. penult. vbi glos. ff. de
fundo instructo. & instrumento legato, l. si
seruitus, cum simil. ff. de serut. vrban. præd.
Secus autem inspecta præsumptiua mente
promittentis, vel concedentis: secus inspe-
cta æquitate, & inconuenientibus, quę nisi
refrenatio fieret, lex considerat. vt sic quan-
tumuis inspecto verborum rigore cessaret
directa actio, non tamen inspecta æquitate,
atque opportunis legum remedijs cessaret
officium Iudicis, ex cuius officio talis refre-
natio fieret. Ad quod reuideamus rogo su-
pradictum *textum in cap. quanto, de censi-*
bus, quem ex communiori lectura in eodem
volumine sic summatum reperio, vz. qui
7 tenetur procurare fratres alicuius domus,
obligatur ad omnes, licet creuerint; sed per
Iudicis officium, si ex hoc grauatur, sibi
prouidebitur: *& Abb. ibid. num.* 11. firmat
refrenationem omninò fieri debere, nam
quantumuis cessaret directa actio, non ta-
men cessaret officium Iudicis, quod etiam
dicebat *Petr. de Suzza, prout illum refert,*
& sequitur Boer. in decis. 213. nu. 9. Vnde
aut nostra opinio sicut est longe cõmunior,
ita etiam est verior, & habemus intentum:
aut de stricto iure est disputabilis, & adhuc
in iudicijs pro refrenatione est iudicandum,
aut ex actione directa, aut saltim ex officio
iudicis, prout modo diximus, *& pulchrè*
comprobat Ias. in d. l. quo minus num. 141.
8 quod tãto fortius procedit in Sacro Consi-
lio, vbi sententiæ feruntur nomine Regio,
& iudicatur non solum ex lege scripta, sed
etiam ex æquitate, & etiam ex manu Regia;
prout dicebat *Afflict. in decis.* 120. *& pul-*
chrè Alber. Bologn. in rubr. de verb. oblig.
cap. 8. in princip. & cap. 12 per totum.

Vlterius aduerto, quod ex alio etiam no-
stra opinio non habet contradictorem: nam
Doctores omnes, quorum meminimus, lo-
quuntur in obligationibus ex causa onerosa,
prout quando pecunia data, vel censu con-
stituto facta est promissio; in quo casu etiam
verior, & longe communior opinio est, quod
refrenatio fieri debet, vt supra diximus. Ve-
rum (& fortius) in casu nostro ius istud pa-
scendi prouenit vniuersitati ex causa lucra-
tiua, nempè ex supradicta gratuita conces-
sione Regis Ferdinandi: & quando conces-
sio, vel obligatio huiusmodi rerum, quæ po-
stea crescentes augent præiudicium, orta
est ex liberalitate; tunc secundum omnes, &
si cessaret directa actio ad restringendum
9 generalitatem obligationis, restrictio tamẽ
officio iudicis omnino facienda est, etiam
secundum paucos illos *Doctores*, quos in
contrarium retulimus, *ita pulchrè ipse idem*
Innoc in d. cap. quanto, de censibus, & ibi
Ant. de Butr. Imol. & Anchar. & hanc li-
mitationem commendat sun mopere, & se-
quitur *Abb. ibid. num* 11. *& Iser.* dum in
obligationibus ex causa onerosa pro vtraq;
parte arguens vix concludit *in cap. omnes*
filij, col. fin. si de feud. fuer. controu. tandem
in finalibus verbis, circa obligationes ex
causa lucratiua indubitanter pertransit, cũ
10 *Innoc.* Pinguius enim donatori, quam de-
bitori succurritur, *l. exhæredatum, in fin.*
ff. de re iudic. prout ex supradictis etiam
tradunt nonnulli, præsertim *Ias. in d. l. quo*
minus, de flumin num. 137.

Hactenus (ni fallor) refrenationem omni
iure, & ęquitate ex omnium Doctorum sen-
tentia faciendam esse demonstrauimus: nũc
cuiusmodi & qualis refrenatio hęc esse de-
beat, inuestigemus. & licet nonnulli ex su-
pradictis velint rem penitùs in pristinum
reduci, prout sunt *Petr. Dyn. Azzo. & Pil.*
quos referunt, & sequuntur Alber. in l. cui
fundus, ff. de condit. & demonstr. & Ias. in
l. quo minus, de flumin n. 138. vers. si facit,
& hanc esse veritatem firmat Afflict. in d. c.
omnes filij, num. 65. & Boer. in decis. 213.
num. 15. circa medium, & faciunt notata
per Doctores vna cum dispositione illorum
iurium in l. non modus, C. de serut. in d. c.
quanto de cens. tamen quod nemo neget,
quodq; vrbanius fortè Sacro Consilio vide-
bitur, illud est: vt hæc refrenatio omnino iu-
11 dicis arbitrio relinquenda sit, *vt in l. videa-*
mus. §. penult. & l. in action. ff. de in litem
iurando, l. arbitrium, in princ. ff de dolo &
l. 3. §. præterea, ff ad exhibendum.
12 Iudex autem in hac refrenatione faciẽda

duo potissimum præ oculis prudenter habebit. Primum, vt modus vtendi sit pro qualitate rei iuxta consuetudinem regionis, ac destinationem patrisfamilias, *prout in similisatis doctè tradebat glo. —— in tit. de feud. §. 1. glo. 8. num. 53.*

13 Secundum, vt his adhibeatur animalium numerus, qui partem tantummodo territorij nō magna cum domini iactura occupet, *prout latè dicebat Steph. Bertran. in cons. 37. lib. 1. & in cons. 75. circa fin. lib. 2. cum cæteris relatis per Couar pract. qq. sub rubr. de pascuis, c. 37.* itaut non deueniamus ad inæqualitatem illam, quam in simili casu, licet per diuersos terminos considerat *Afflict. in constit. cum per partes Apuleæ, in 4. quæst.* sed præfatum ius, aut mensura, aut temporibus diuidatur, *l. arbor in fin. ff. communi diuidundo.*

Igitur cum refrenationem faciēdam esse Sacrum Consilium decernet, quod nam tēpus, aut quam mensuram (ne vlterius controuersiæ progrediantur) constituet. & quidem circa tempus inspicitur regionis consuetudo, & cætera, quæ superius diximus, super quibus non insisto: quia non in pascuis, sicut in nemoribus, viridarijs, & similibus fructuum colligendorum controuersię oriri possunt; mensura autem ad certum numerū restringi debet. qua in re si (vt spero) pro nobis sententiam ferre Sacro Consilio videbitur, Illustres Iudices exoratos velim, ne iterum hunc articulum discutiendum relinquant: quod proculdubio eueniret, si absq; alia specificatione refrenationem simpliciter faciendam esse iudicarent, sed aliquid certius, hac in re exprimant; constat enim, quod territorium est mēsuræ curruum 330. à quo deducendo currus 80. in circa, qui seminātur, remanēt currus 250. in quo territorio ad plus depascere possūt oues 12500. Quare pro ea quota ad quam refrenationē deducere Sacro Consilio videbitur, pro eadē poterit animalium numerum exprimere, vt cum tot ouibus depascere liceat, & non vltra. Ipsam vero quotam v3, vt attenta territorij capacitate remaneat ciuibus Altamuræ ius pascendi pro tertia, vel quarta parte, vel alias exprimere ego non audeo, quia (vt sępe diximus) iudicis arbitrio relinquitur: ipsos tamen Iudices prudentissimos vnum tantummodò animaduertant rogo; quod dum attenta huius territorij capacitate, vna pars consideranda est, in qua Ciues Altamurani cum eorum animalibus depascere possint ratione iuris in hoc territorio pascendi: altera pars consideranda est in beneficium Marchionis eius territorij domini, *prout in simili docebat Alberic. in l. testatrix. ff. si seruitus vendicetur* inspiciēdum est, quod licet iudicium communi diuidundo ex ęqualitate rationis partes etiā faciat æquales, *vt in tribus illis titulis communi diuidundo familiæ herciscendæ, & finium regundorum*: tamen inæqualitas partium semper fit, vbi aliquo iure plus sibi deberi aliquis ostenderit, *l. Imperatores, vbi etiam Alberic. ff. de seruit. rust. præd.* Quare & in hoc casu valdè maior debet esse pars, quæ Marchioni domino libera remaneat; quoniam ius ipsum dominij, quolibet aliud ius aut seruitutis, aut vsus, aut vsufructus summopere antecellit; vt interim iterum commemorē, quod in facto diximus, quodq; ad hoc satis est ponderandum nempè homines Altamuranos semper sibi optimum indicasse, si aliqua tantū huius territorij pars ipsis relinqueretur, in qua eorum animalia depascerent.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 IVs minime transfertur ex locatione ad modicum tempus facta.
2 Feudi locatio ad modicum tempus, etiam absq; assensu iuridicè fit.
3 Iurisdictio connumeratur inter regalia.
4 Iurisdictio à Principe fluit, sicut aqua à fonte.
5 Princeps quamuis alteri iurisdictionem concedat, tamen semper in ipso remanet suprema, & ius superioritatis.
6 Princeps concedens iurisdictionē non adeò transfert totam, quin maiorem in se retineat.
7 Iurisdictio illa, quæ consistit in magistratibus, de iure publico est.
8 Iurisdictio, nec in commercio, nec in patrimonio nostro esse potest.
9 Iurisdictio non potest vendi, neq; alio quouis modo obligari absque assensu.
10 Vasalli alteri, quam vero domino subijci nequeunt.
11 Libertus inuitus alteri non cogitur delegari.
12 Contractus omnes super iurisdictione sine assensu inter priuatos initi, nullius sunt roboris.
13 Regalia quæcunque per quoscunque contractus priuatis personis concessa etiam in allodium, sine Principis assensu, minime in eos transferuntur.

14 Emo-

14 *Emolumenta, quæ proueniunt ex iurisdictione, iurisdictionis fructus dicuntur, & ad vsumfructuarium pertinent, & possunt vendi.*
15 *Magistratus creare, & iurisdictionem exercere non sunt in fructu, & ideo spectant ad proprietarium, & sicut cæteri fructus vendi nequeunt.*
16 *Iurisdictio quoad commoditatem fructus iure locatur.*
17 *Vsuarius alium vsuarium facere prohibetur.*
18 *Proprietarius quamuis serui non habeat vsumfructum, eius tamen habet plenissimam certionem.*
19 *Ius regale adhoc vt transferatur in conductorem, licet ad modicum tempus, Principem oportet assentire.*
20 *Glos. dictum in consilit. diuæ memoria, in fine, scilicet posse locari feudum ad modicum tempus sine assensu, intelligendum est de feudo sine vassallis.*
21 *Dominium, & ius quandoque ex locatione transferuntur.*
22 *Iurisdictio, quando indiuidua est, inter illā habentes insolidum, non nisi quoad exercitium congruam recipit diuisionem.*
23 *Iurisdictio penes vnum, & in Regno in primogenito esse debet.*
24 *Vassallorum interest pro vno feudo, & pro vnica iurisdictione vnicum habere dominum.*
25 *Vassallorum interest nō nisi vni deseruire.*
26 *Conductor ad hoc vt possit alteri sublocare necesse est subconductorem esse æque idoneum, etiam respectu nobilitatis.*
27 *Vassallagium, & iurisdictio non iure conceditur ignobili in præiudicium vassallorum.*

Pro Principe Squillacij, contra Franciscum Pitera.

ARGVMENTVM.

IN locatione Comitatus, vel Castri cum iurisdictione ad non longum tempus, an requiratur Regius assensus. in iurisdictione, quæ præcipue considerentur, quæque transeant in conductorem ipsius. & an sit indiuidua.

CONSILIVM CXLVII.



DVM ordine S. C. Affictus Comitatus Belcastri fuisset licitatus, Nicolaus Antoni' Garganus Ciuis Belcastri ex primatibus institit nō admitti Ioannem Franciscum Pitaram ad conductionem dicti Comitatus, stante inimicitia, & litibus, quas ipse, & fratres cum eo, & Vniuersitate habent.

Huic comparitioni adhesit D. Victoria Ruffa balia, & tutrix eius filiæ, vtilis dominæ dicti Comitatus; adeoquod liquet voluntatem tutricis fuisse, vt in hoc affictu Ioa. Franciscus non admitteretur.

Remansit affictus Principi Squillacij pro annis quinque, super quo fuit impetratus assensus.

Demum Princeps aggregauit in socium dictum Ioannem Franciscum, & fuit inita conuentio per eos, quod alternis annis fieret electio Officialiū; verum quando electio spectabat ad Ioānem Franciscum, facta per ipsum nominatione Princeps teneretur facere cōmissiones: & circa compositiones, gratias, & prouentus, per vtrumq; fierent.

Postea, quia Ioannes Franciscus, & fratres abutebantur iurisdictione, malè tractādo vassallos, Princeps ne illi grauarentur reuocauit dictam conuentionem, quia super ea non fuit impetratus assensus: & tam Princeps, quam D. Victoria tutrix, & vassalli petierunt reuocari Ioannem Franciscum ab ista participatione affictus.

Quæritur nunc an in affictu huius Comitatus, in quo iurisdictio adest, seu in hac aggregatione affictus, quam fecit Princeps in
1 personam dicti Ioannis Francisci, cum non sit ad longum tempus, assensus requiratur. Et prima facie videtur dicendum, non requiri, quia locatio fuit ad modicum tempus, & sic ius non transtulit, *l. 1. ff. si ager. vect.* ideoq;
2 absq; assensu locationem feudi ad modicum tempus posse fieri, *glo. concludit in consilit. diuæ mem. in fin.*

Tamen contrarium est verius, etenim iurisdictio est de regalibus, *cap. 1. quæ sint*
3 *reg.* illaque fluit, & refluit à Rege, sicut à fonte, *Bald. in cap. 1. num. 11. de allod.* &
4 cum à Rege conceditur, semper in ipso remanet suprema iurisdictio, & ius superiori-
5 tatis, *Angel. in l. 1. §. qui mandatum. ff de off. eius. glo. —— §. 1. glo. 5 num. 49. Capi. in sua inuest, in verb. feudum dant, vers.*
6 *prima erit declaratio,* nec tantam transfert, quin maiorem in se retineat, *cap. dudum, de prebend. in 6. Pernus in suis notab, de Principe num. 85.*

Item

Item iurisdictio est de iure publico, quæ
7 consistit in magistratibus, *l. 1. §. huius autem studij, ff. de iust. & iur. glo. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* non est in commercio, nec in patrimonio nostro, nec potest tractari sicut bona patrimonialia, à quibus tantum
8 distat, quantum sacra à profanis, & quantum publica à priuatis, *glo.* —— *§. 1. glo. 5. num. 64.*

Inde iurisdictionem non posse vendi, non
9 obligari, non locari, nec vllo modo tractari sine Regis assensu, clarum erit.

Quod non possit vendi sine assensu, *Bart. in l. cotē, §. qui maximos, num. 4. in fin. ff. de publ.* & in iure colligendi pedagium, *idem Bart. in l. in diem. in fin. ff. de aq. plu. arc. Ripa resp. 24. num. 7. de rescr. Bal de allod. in cap. 1. num. 3. in fin. Capic. in sua inuest. fol. 114. in fine.*

Quod non possit pignorari quando respi-
10 cit personas vassallorum, qui non possunt alteri, quam vero domino subijci, *Bart. in l. si is, qui, §. iura prædiorum, num. 2. ff. de pign. ex iuribus per eum allegatis, cum quibus concordat l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. ind.* vbi libertus inuitus alteri dele-
11 gari non potest: & si id procedit in pignore non posse fieri propter interesse vassallorū; idem erit in locatione, cum eadem sit ratio. Pariter, quod nec venditio, nec obligatio, nec vllus contractus super iurisdictione in-
12 ter priuatos fieri posset sine assensu, & sic sub his verbis generalibus contractus locationis prohibeatur, *Capic. legatur in sua inuest. fol. 214. in verb. commertia.* Et genera-
13 liter in omnibus regalibus concessis priuatis personis, siue magna, siue parua, siue in allodium, siue in feudum; quod per quemcunq; contractum non possint in alium trāsferri sine Regis licentia, *Afflict. in constitu. Regni scire volumus, per illum tex. in 4. notab.*

Insuper in iurisdictione duo principaliter consideurantur, vnum consistit in pœnis, mul-
14 ctis, prouentibus, & emolumentis, qui, & quæ tanquam ex iurisdictione prouenientes illius fructus appellantur, *Bar. in l. fin. solut. matr. Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. exp.* & isti fructus pertinent ad vsufructuarium, *l. vsufructu legato, ff. de vsufru.* & possunt
a vendi, *cap. fin. ne præl. vic. suas.* 2 Aliud est ipsum exercere iurisdictionem, vt creare magistratus, & alia: quæ cum non sint in
15 fructu, quinimmo potius onus, & labor; ad proprietarium, & non ad vsufructuarium spectant, *ex mente Innoc. in c. cum dilectus, de relig. dom. Belluca satis doctè tradit, sic fuisse iudicatum, in speculo prin. rubr. 23. vers. sed pone in princ.* Si enim hoc ius exercendi iurisdictionem esset in fructu, posset vendi, sicut cæteri fructus, *d. cap. fin. ne præl. vic. suas,* & tamen videmus, quod ipsa iurisdictio, quæ consistit in magistratibus creandis, non potest vendi: de ecclesiastica est *tex. in cap. 1. & 2. ne præl. vic. suas,* & de sæculari supra est fundatum.

16 Quare nunc ex his quando locatur iurisdictio quid venit in hac locatione: si intelligimus, quod veniunt fructus, & certum est iurisdictionem posse lucrari, quoad commoditatem, *sentit Bal. in l. vsufru. solu. matr.* si vero intelligimus, quod venit ipsum ius exercendi iurisdictionē, hoc opus, hic labor est; locatio enim ad modicum tempus ex sui natura non transfert dominium, nec ius aliquod, *l. non solet, ff. locati, & l. 1. ff. si ager. vectig.* igitur conductor iurisdictionis tamquam non dominus, nec habens ius aliquod in ea, non habebit ipsum ius exercendi iurisdictionem, quod ad proprietarium spectat, vt superius dictum est.

Si dicimus, quod locatio transfert vsum iurisdictionis, vtique non posset conductor tāquam simplex vsuarius creare magistratum, *vt habetur ex Alciato lib. 2. parad. cap. 6. in fin.* vbi defendens opinionem *Lotarij*
17 *contra Azzonem,* inquit, vsuarium alium vsuarium facere non posse.

Sin autem dicimus, quod locatio iurisdictionis transfert ius in fructibus, itaquod conductor sit ad instar vsufructuarij; & nequaquam potest exercere iurisdictionem creando magistratus, cum istud ius non ad vsufructuarium, sed ad proprietarium spectat, *l. locum, §. ex ea, ff. de vsufr.* ibi enim proprietarius plenissimam habet coertionē
18 in seruum, cuius vsufructus est alienus, *& vltra Bellucam desuper allegatum glo.* —— *§. 1. glo. 5. num. 57. in fin. & num. 58.*

Si vero volumus tenere, quod in conductorem transeat ius exercendi iurisdictionē, & posset creare magistratus, sequitur, quod haberet ius quæsitum in ipso iure exercendi iurisdictionem, argumento sumpto ab effectu: nam alias non posset iurisdictionem alij mandare, *auth. vt nulli iud. & auth. de collatoribus, §. ad hæc sancimus.* & si id tene-
19 mus, ius est fateri in hoc iure translato in conductorem, licet ad modicum tempus; requiri Regis assensum, tamquam translatio iuris Regalis, *vt traditur in d. const. scire volumus, vbi Afflict. 4. notab.* adeo quod à sufficienti partium enumeratione, quocumq; aduersarius se vertat in laqueum incidit.

20 Non obstat fæudum posse locari ad modicum

dicum tempus sine assensu, *secundum glo. 1. d. constit. diuæ mem. in fin.* nam *glo.* non loquitur specificè de fæudo cum vassallis, in quo adest iurisdictio, sed genericè loquitur de re fæudali: & ego intelligo de feudo sine vassallis, & iurisdictione, cuius locatio non potest referri, nisi ad fructus. at quando loquimur in fæudis cũ vassallis, & iurisdictione, vt in præsenti, aliud est; quia non solum consideratur in iurisdictione fructus ipsius, sed etiam consideratur illud ius dominicale exercendi iurisdictionem, quę ad proprietarium spectat: & si illud non transit in conductorem, vt verius credo, non poterit crea-
21 re magistratus; sin autem transit, quia trãsfert ius, & assensus requiritur, cum quandoque contingat in locatione dominium, & ius transferri, *l. 1. naue fæufelij, & l item si pretio, §. 1. ff loc.*
22 Præterea si iurisdictio ex natura sua est indiuisibilis, & non potest diuidi inter illam habentes in solidum, nisi quoad exercitium, *Bart. in l. inter tutores, in fin. ff. de adm. tut. Alex. cons. 23. vol. 5.* si iurisdictio ex volun-
23 tate Regis debet esse pænes vnum, vt in pręsenti, quæ semper residet in primogenito; ponitur in posse duorum, qui illam exerceant: hoc est prohibitum, quia interest vassallorum pro vno fæudo, & pro vna iuris-
24 dictione non habere duos dominos, *casus est apertus in §. præterea ducatus, de prohib. faud. alien. per Feder.* & huc tendit *l. plures, ff. de exerc.* quem allegat *Andr. in cap. 1. §. ex eadem lege, n. 10. de leg corr.* Satis enim
25 interest vassallorum ne duobus seruiant, *Andr. in cap. Imperialem, vers nec dominus, post n. 47 & in c. oẽs filij. si de faud. fuer. cont.* Denique licet conductor possit aliis sublocare, *l. nemo, C locati*, dicit *ibi glo.* quod
26 oportet subconductorem esse æque idoneũ, idq; cõsideratur etiam respectu nobilitatis, vel minoris nobilitatis, *ex his, quæ dixit Andr. in cap. 1. §. ex eadem lege, num. 9. de leg. corr.* vbi vult vassallagium, vel iurisdi-
27 ctionem non posse cõcedi ignobili, vel minus nobili, in prędiudicium vassallorum: quod facit ad propositum, cum Princeps fuerit primus conductor, & adiunctus per eum in affictu sit priuata persona.

Quare cum quia in affictu iurisdictionis assensus requiritur, & duo non possunt illam exercere in damnum vassallorum: cum etiã quia adiunctus per Principem non sit æque idoneus, Ioannem Franciscum Pitaram esse remouendum ab hoc affictu, ne etiam vassalli vexentur iuridicè sentio, sicq; alias per S. C. in causa Herculis Mormilis, cum Ioanne Antonio Naue fuit iudicatum.

Camillus de Medicis.

2 ADDE Fæudatarius potest in testamento dare potestatem percipiendi alicui fructus ex fæudo pro aliqua quantitate annua in pecunia, *Cons. de Anna cons. 46. n. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Vris sui conseruandi causa potest cogi ad declarationem ante tempus.*
2 *Iudicium super iure de futuro, quod habet contingentiam cum iure de præsenti validum est.*
3 *Agere ex debito conditionali licet non permictatur, agitur tamen si ex dolo aduersarij ius conditionale extinctum est.*
4 *Actio datur pro iure de futuro, causa iusta subsistente de præsenti.*
5 *Reus dissipans rem fideicom. suppositam ante diem cogitur restituere.*
6 *Fiscus vbi expresse non reperitur priuilegiatus, vtitur iure priuati.*
7 *Negligentia, quod amictitur, maximo cum labore recuperatur.*
8 *Creditor conditionalis agit subsistente causa, vt adueniente tempore quantitas debita sibi soluatur.*
9 *Petitio procedit ante diem, vt adueniente die soluatur, & hoc in fideicommisso vniuersali, & particulari procedit, & n. 10.*
11 *Fiscus semper idoneus existit.*
12 *Cautio si peti potest ante tempus, multo magis actio competit; quibus enim à lege remictitur satisdatio, ij astringi possunt ad cauendum, & num. 13.*
14 *Hæres, cui à testatore remictitur onus cautionis, dissipans cogitur ante diem restituere.*
15 *Legatum factum post mortem hæredis, solui potest hærede adhuc viuente.*
16 *Malus euentus, scilicet monasterij destrui, non est habendus in consideratione.*
17 *Filij nati ex eo, qui statum indeteriorem causam mutauit, ex alio homine geniti finguntur.*
18 *Creditori conditionali ante conditionis euẽtum nec obligatio, nec actio competit.*
19 *Iudicium non potest super futuro fundari.*
20 *Sententia conditionaliter aliquando ferri potest, petitio vero conditionalis non procedit, quia fundari debet petitio super iure de præsenti, & num. 21.*
22 *Iudicium procedit super iure de præsenti, quod secum trahit ius futurum.*
23 *Fideicommissarius agit ante diem, cum dolus adest hæredis fideicom. cancellare volentis.*

24 *Fideicommissarius licet non habeat actionem in fideicom conditionali, habet tamen ius formatum, quod quidem est res aliqua super qua iudicium fundari potest.*
25 *Libellus procedit, in quo petitur declarari ius, vel actionem actori competere.*
26 *Fideicommissarius propter solam spem agere potest.*
27 *Dubius euentus fideicom pretio æstimatur, & terribilis est, & num. 28.*
29 *Petitio, per quam declaratur exceptionem competere aduersus illum, qui actionem adhuc non mouit, procedit de iure.*
30 *Comitatum possidens potest petere se declarari Comitem.*
31 *Alienatio bonorum fideicom. suppositorum potens est ad agendum pro restitutione fideicom.*
32 *Fiscus licet releuetur ab onere satisdandi, non tamen releuantur alij possessores.*
33 *Contractus causa subsistente cautionem exigunt, vltima vero voluntates etiam sine causa.*

Pro Monasterio Sanctorum Seuerini, & Sosij, cum Regio Fisco.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius an possit agere viuente herede, vt declaretur ius conditionale de futuro, saltim subsistente aliqua iusta causa de præsenti; quid in maioratu. Et generaliter quando liceat agere, vel cautionem petere ante tempus, vt adueniente tempore aliquid fiat: vel declarari actionem, vel exceptionem sibi competere.

CONSILIVM CXLVIII.

ROBERTVS Bonifatius Marchio Oyræ testamento suo cauit, vt si Ioannes Berardinus filius, absque liberis decessisset, de eius bonis construeretur Monasterium Ordinis Sancti Benedicti per Abbatem Sancti Seuerini; Qui Ioannes Berardinus eum post mortem patris Roberti, à fide Catholica defecisset; Regia Curia illius bonis omnibus occupatis, maximam partẽ distraxit; tamquam liberam à fideicommisso: quo circa Abbas insurrexit petendo declarari vniuersa bona Roberti restitutioni subiecta, ita quod post mortem naturalem damnatæ memoriæ Ioannis Berardini hæredis, ad Monasterium, eiusq; Abbatem pertinere noscantur, vt testatoris voluntas eõpleatur. Quod quidem iudicium Regius Fiscus dicit non procedere viuente hærede, super iure conditionali, & de futuro, *l. non quemadmodum, ff. de iudic.* nam posset aliquo pacto inane fieri, si Ioannes Berardinus ad se reuersus liberos procreasset. Attamen contrariam sententiam veriorem esse arbitror, vt ad vlteriora [a] ad instantiam Monasterij procedendum sit, licet Ioannes Be-
1 rardinus viuat, potest quis agere ad declarationem iuris sui conseruandi, *glo in l. si duo patroni, in verbo alteri, in fine, in §. 1. ff. de iur. iuran.* quod dictum commendatur *ibidem à Bal. & Paul. Castr. Bart. post tex. in l. vti frui, §. vtrum, ff. si vsufr. pet.* & declarari poterit etiam ius de futuro, *l. malè agitur, C. de præscript. trigint vel quatrag. annor. in finalibus verb. cum glo. fin. imperatur etiam in l. 1. C. de fideicomm.* vbi voluit, quod ius de futuro comprehendatur vnica sententia eum iure de præsenti, *ad tex. in l. si finita, §. eleganter, ff. de damn infect. vbi Bart. sub nu. 5. in fin.* ius conditionale conuenit pariter ante adimpletam conditionem, declarari. *signanter probat tex. in l. in lege Aquilia, §. si deletum chirographũ, iuncta glo. verbo debeat, ff. ad l. Aquil.* vbi Iuteconsultus tradit, vt si chirographum debiti conditionalis deleatur, potest declarari creditor adueniente conditione; per quem *tex. dicit Bal. in l. 1. C. de sent. quæ sin. cert. quant. sub num. 14. vers. fallit, post Bart. ead. l. 1. (ad declarationem tex. in d. l. quemadmodũ)*
2 quod procedit iudicium, & potest ferri sententia super iure de futuro, quod habet ordinem contingentiæ ex conditione propter culpam aduersarij. subdit enim ipse ea ratione, nam non ago, nec fundo me in illa spe conditionali, sed in facto, & culpa aduersæ partis, quæ est de præsenti: aliud enim est agere ex debito conditionali, quod non per-
3 mittitur; aliud per debitum conditionale ex alicuius culpa, *verba sunt notabilissima Paul. Castr. in d. l. non quemadmodum, ff. de iudic. sub num. 6. ad glo. fin. vers. vnde non ago, nec fundo,* quandoquidem subest
4 iusta causa de præsenti, potest agi, vt declaretur ius conditionale de futuro, *notatur ex dicto § eleganter, vbi Bart.* Vndè doctissime consuluit *Rodoric. Suarez Hyspan. sua alleg. 4. à nu. 3.* vt filio (viuente patre) liceat agere ad declarationem bonorum

ma-

maioratus, vt post mortem naturalem parentis possessoris, ad eum deueniãt; ex causis vero id permittitur, & ea præcipua, quoniam per patrem bona, vti libera alienabantur. Sed cur dubitandum sin autem sit admittẽdum iudicium pro declaratione fidei-
5 commissi conditionalis, cum intercessit dissipatio; postquam eo casu fideicommissarius posset ante diem, & conditionem fideicommissi; ad eius restitutionem hæredem compellere, *tex. in l. Imperator, ff. ad trebell. & in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. ita singulariter Arius Pinell. relatam allegationem Suarez in l. 1. C. de bon. mater part. 3. sub nu. 78. vers. nisi ex iusta causa. fol. mihi 508. ater. in paruis*, quam quidem conclusionem præsupposita alienatione bonorum fideicommissi conditionalis, seu maioratus, amplexatur etiam *Molin.* quamuis regulariter contrarium determinet, *de primogen. Hyspan. lib. 3. cap. 14. in vltimis verbis.* Nec dicatur id non procedere cum Regio Fisco alienante, quoniam huiusmodi priuilegium non comperio de iure Fisco dari, & consequens est, vt iuris communis dispositioni subiiciatur: in quibus priuilegium non
6 non habet, *vulg. iur.* Succedit ergo ex his concludendum, litem intentatam rectè institutam, postquam alienationes à Regia Curia factas penè omnium bonorũ Roberti Bonifatij produximus.

Alia quoque considerari potest huiusmodi causa, qua accenditur Monasterium, ad obtinendam hanc ipsam declarationem; namque si non ageret ex negligentia, commodo fideicommissi priuari posset à summo Pontifice: quemadmodum iam fuerat spoliatum occasione negligentiæ per Pium
7 Quartum felicis recordationis, & fabricæ Basilicæ Sancti Petri applicatum. quod maximo labore, maximaq; disputatione ab hodierno optimo Pontifice reuocatum extitit.

Præterea non video quo pacto sit dubitãdum circa validitatem præsentis iudicij a Monasterio intentati ob vitam Ioannis Bernardini hæredis: postquam ex causa nedum potest quis agere ante tempus, sed etiam cautionem petere à debitore, vt adueniente tempore, seu conditione soluatur debita
8 quantitas, vel quod deductum fuit in stipulationem adimpleatur, *Iureconsul. in l. in omnibus, ff. de iudic.* & causa iudicis arbitrio committitur, *per glo. ibi verbo causa, ad hoc idem Andr. de Isern. in cap. Imperialem, §. insuper, vers. quamuis, & Napod. in conditionalibus, hic in consuet. viro mortuo, ver. hæredes, ver. dari, & solui, Affl. decis. 279.*
9 affirmant peti posse, ante diem, vt ad diem soluatur. sed quid impedit, vt non idem censeatur in fideicommissis, cum liceat arguere de contractibus ad dependentia ab vltimis voluntatibus, *l. seruus filij, §. cum qui, ff. de leg. 1.* Sed non indigemus authoritate argumenti, cum in specie habeamus, posse fideicommissarium viuente hærede, antequam cedat, & veniat dies, absque alia legitima causa agere, vt hæres caueat de restituendo suo tempore, *tot tit. ff. & C. vt legat. nom. caueat.* vel si particularis rei fideicommissum intercedat, vel si vniuersæ hæredi-
10 tatis, vel si in diem certum, vel sub conditione rogatus sit hæres restituere, *l. hac stipulatio, §. 1. ff. eod.* Itaquod si hæres ipse differat cautionem præstare, possit legatarius, vel fideicommissarius statim in possessionem mitti, quod sequenti titulo habetur, *vt in possessionem legat.* quod ideo fit, vt fideicommissarius, seu legatarius cautus reddatur, quod indiminutę res ad eum perueniant: nec refert, quod Fiscus possideat, & cum eo agamus, & sic non teneatur cauere de restituẽdo; cum semper idoneus dicatur, *l. 1. §. ad Fiscum, ff. vt legat. nom. caueat. & tex. melior in l. 2. ff. de fundo dotali*, quia
11 non petimus cautionem à Regia Curia, sed volumus declarationem, quam non tollit Fisci facultas restituẽdi; nam ea desideratur, vt cum mors Io. Berardini grauati sequitur, non sit denuò inchoanda lis, sed statim bona ex præcedenti sententia ad Monasteriũ deueniant, vt inde Monasterium ædificandũ curemus, obseruata Roberti voluntate.

Præterea si in casu legati, & fideicõmissi licet cautionem ab hærede petere, quanto magis agere, *ita tenet Napod. d. loc.* vt pro-
12 nuntietur sequuta morte Io. Berardini Regius Fiscus teneatur restituere, *iuxta dispositionem text. in l. Statius Florus, §. Cornelio feliei, ff. de iur. fisc. & in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2.* & in hoc non offenditur Fisci Regij authoritas, & priuilegium, cum ab eo non petatur. Vlterius attenta dissipatione facta per Regiam Curiam bonorum subiectorum restitutioni, dicemus posse Monasterium cogere Regium Fiscum ad cauendum absque fideiussorum interuentu; namque quibus à lege remittitur satisdatio, tamen à legatario, vel fideicõmissario possunt adstringi ad cauẽdum propria
13 obligatione, *text. est notabilis in l. filio, ff. eo. vt legat. nom. caueat. vbi glo. notabilia adicit.*

Posset nedum declarari in præsentiarum post mortem Io. Berardini, illa ad Monasterium spectare, vel peti simplicem cautionẽ: sed

ſed etiam non expectata morte, nunc con-
demnari ad reſtitutionem: namq; ex *Paul.
Caſtr.* ſententia *in d. l. Imperator, ſub num.*
6. infertur, quod ſi hæredi remittitur à teſta-
14 tore onus cautionis, bona alienando, & diſſi-
pando; tenebitur ad reſtitutionem ante diẽ,
*Accurſ. in l. fin. ff. vt legat. nomin. cauea. in
glo. fin. vbi videtur tex. expreſſus in d. l. fin.*
Sed quid amplius, cum huiuſmodi reſtitu-
tio non eſt aliquo pacto iudicanda condi-
tionalis ex parte Monaſterij; eius enim re-
ſpectu non intercidet fideicommiſſum: vnde
fit, vt relictũ factum Monaſterio, poſt mortẽ
hęredis, vel alterius poſſet eidẽ Monaſterio
15 reſtitui, ẽt inuito, quia non eſt periculũ ca-
ducitatis, *Bal. eſt ſent. in l. poſt mortẽ, C. de fi-
deic. n. 9. per l. quod Principi, ff. de leg.* 2. ſu-
bijcit, quod turpè eſt ſperare, quod Mona-
ſterium deſtruatur, *l. inter ſtipulantem, §.
ſacram, ff. de verb. obligat.* ex parte vero hę-
16 redis Ioannis Berardini neque dubium ori-
tur, quod deficiat fideicõmiſſum ob ſuſcep-
tionem liberorum; cum abſque vxore viuat,
& ſit ſenio iam cõfectus: & quod magis ſi in
præſenti ſtatu damnationis, & diabolicæ
ſeruitutis liberos procreaſſet, non tamen
facerent deficere conditionem fideicõmiſſi,
cum ex alio homine ſuſcepti videntur, *text.
expreſſus in l. ex facto, §. ex facto. ff. ad Tre-
17 bell.* tum etiam quia matrimonium legiti-
mum conſiſtere non poſſet, & Robertus vo-
luit bona deuenire ad filios legitimos, & na-
turales Ioannis Berardini. conſequens ergo
eſt ex prædictis, vt ad vlteriora procedatur,
& declaretur bona vniuerſa poſt mortem
Io. Berardini ad Monaſterium ſpectare, pro
conſtructione conſimilis Monaſterij, iuxta
Roberti præceptum, & voluntatem.

Camillus de Medicis.

VT pateat præſens iudicium pro parte
Venerabilis Monaſterij Sanctorum Seue-
rini, & Soſſij, intentatum contra Regium
Fiſcum, ac alios detentores bonorum quõ-
dam Roberti Bonifacj Marchionis Oyrę, re-
ctè proceſſiſſe, & procedere; & proinde ter-
minum datum per Doctiſſimum cauſæ Cõ-
miſſarium ritè fuiſſe impartitum. Eſt ani-
maduertendum, quod in libello ipſo non pe-
titur prædictos nunc condemnari ad reſti-
tuendum bona prædicta fideicommiſſo con-
ditionali ſubiecta: hæc enim inepta eſſet pe-
titio, & abſq; dubio procedere non poſſet,
cum ante conditionis euentum nulla fidei-
18 commiſſario obligatio, nec actio competat
*l. cedere diem, ff. de verb. obligat. l. pen. ff.
quan. die. vſ. leg. ced. per glo. & Doct. in l*
*item quia, ff. de pact. & in l. vnica, §. cum
igitur,* C. *de cad. toll. & late per Bar. in l. ita
ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* ſic etiam nec Mo-
naſterium petit ipſos nunc condemnari, q
adueniente conditione reſtituant, hæc etiã
petitio quamuis ex dictis, & authoritate
Neap. in conſ. viro mortuo, forſan ſuſtineri
poſſet: tamen quia caſus noſter, de quo nunc
agitur, extra dictas dubietates reperitur; di-
co, quod nec ipſa petitio rectè procederet:
19 iudicium enim non poteſt ſuper futuro fun-
dari, *vulg. l. non quemadmodum, ff. de iud.*
etiam quod adeſſet cauſa de pręſenti, *dixit
ibi Paul. Caſtren.* exemplum ponens, vt quia
promiſerat per inſtrumentum ſoluere, ad-
ueniente cõditione. Et ratio prima eſt, quod
iudicium non debet eſſe eluſorium, prout
vtique redderetur, ſi conditio poſtea non
eueniret: ſicut etiam ex prædicta ratione,
nec bona petitio eſſet, ſi illa conditionali-
ter conciperetur, vt quia diceret, peto con-
20 demnari ſub conditione; nam quamuis ſen-
tentia poſſit aliquando conditionaliter for-
mari, & ferri, *vt per Bar. in l. ſi conditiona-
lis, ff. de auth. tut. & per Doct. in l. à diuo Pio,
§. in venditione, ff. de re iud.* ſecus tamen
eſt in libello, *ita per Ang. in d. l. non quem-
admodum.* Secunda ratio eſt ſupradictæ con-
cluſionis, quia in iudicio debet deduci ius
de præſenti competens, ſuper quo iudicium
ipſum firmari poſſit, *ita per Bal. in ea l.* tra-
21 ctus enim futuri temporis ad iudicem non
ſpectat, *l. 1. §. 1. ff. de vſur. l. non poteſt, ff.
de iud. & latiſſimè diſtinguitur per Angel. in
l. 1. C. de pact. & per Aret. in §. præiuditiales,
inſt. de act.* & ſic prædicta concluſio veriſſi-
ma erit, non obſtantibus iuribus ſolitis ex
aduerſo allegari, *videlicet tex. in l. 1. C. de
fideicom. tex. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine cert.
quant. tex. in l. lege aquilia, §. ſi deletum
chirographum, ff. ad l. aquil.* Nam in primis
duobus iuribus iudicium ſuper futuro ad-
mittitur, quia tunc etiam de præſenti ius
tale competebat, quod ſecum in conſequẽ-
22 tiam ius futurum trahebat; annua enim ibi
erant debita, & legata, & ſatis vtique ini-
quum fuiſſet, ſi ſuper cuiuslibet anni debito
iuditium nouum fundandum eſſet; *ita per
Cyn. & Alber. in d. l. 1. C. de fideicommiſſ.*
In tertia autem *lege* permittitur debitum
cõditionale in iudicium deduci propter do-
lum aduerſarij, qui chirographum, in quo
23 debitum conditionale exiſtebat, deleuerat
*ita per Bart. in d. l. non quemadmodum, &
latè per Doct. in d. l. 1. C. de ſent. quæ ſin. cert.
quant. & in d. l. 1. C. de fideic.* & late de om-
nibus circa deciſionem prædictæ quęſtionis
remitto mę *ad Molin.* qui ſic concludit con-

tre

tra eum, qui ante mortem possessoris maioratus, de eius successione volebat actionem proponere, *ita per eum in c. 14. & per Arium Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. in 3. parte num.* 78.

At iudicium per Monasterium propositū, non per tramites, nec conclusiones prædictas procedit; & propterea omnes prædictæ difficultates cessant. non enim petimus Fiscum, & possessores nunc condemnari ad relaxandum; non sub conditione condemnari, nec etiam quod adueniente conditione restituant: sed quia Regius Fiscus, & alij bona prædicta esse eorum libera prætendunt, & nullæ obligationi, nec restitutioni subiecta; & sic illa vendendo, alienando, & emendo pluries asseruerunt esse; & per consequens ex eorum diffamatione dubium reddebatur ius fideicommissi super eisdem bonis Monasterio competens; petiit propterea Monasterium nunc declarari ipsum esse super ipsis bonis fideicommissarium; & propterea bona ipsa fuisse, & esse vigore testamenti prædicti quon. Ill. Robetti, subiecta restitutioni ipsi Monasterio faciendæ, in casu mortis Io. Berardini Bonifacij sine liberis, & ab intestato. Hæc petitio extra omnes difficultates, de quibus supra procedit, & in ipsa omnes rationes *tex. in l. non quemadmodum* cessāt: sed antequam hoc demonstrem, vt clarius, & magis ordinatè procedam, duas maximas de iure clarissimas in medium affero, & fundare censeo. Prima erit, quod quis potest petere per iudicem declarari aliquod ius sibi competere, & libellus ille erit ritè cōceptus. Secunda est, quod fideicommissarius conditionalis, quamuis antequā conditio eueniat nullam actionem habeat super bonis fideicommisso subiectis; tamen habet, & habere dicitur super ipsis ius tale formatum, & de
24 præsenti existens, quod est res aliqua, & potest in iudicium deduci. Pro fundamento primæ adducitur communis opinio omnium *Doctorum in l si finita, §. eleganter, ff. de dam. inf.* ibi enim *per Bar. Ang. Paul. Castr. Alex. & Ias.* concluditur libellum rectè pro-
25 cedere, per quem petatur declarari actionem aliquam actori competere. Et quamuis dici possit illud esse, ideo quia præsupponitur tunc actionem de præsenti competere: Respondetur idem, quod de actione dicitur, de iure esse dicendum; dummodo fundetur ius illud tale esse, quod de præsenti etiam competere dicatur: & sic decisio puncti in secundo tantum assumpto residet, qui quidem clarissimè ex omnibus infrascriptis rationibus, & authoritatibus probatur. Prima ratio, quæ hoc suadet, illa est; nam talis fidei-
26 commissarius propter istam spem solam potest petere bonorum possessionem secundum tabulas, *l. 2. § si sub conditione, ff. de bon. poss. secundum tab.* si ergo hoc potest, ius vtique habet de præsenti competens. Itē fideicommissarius prædictus potest compellere hæredem ad cauendum de restituendo fideicommissum, adueniente conditione, *toto tit. ff. & C. vt leg. & fid. no. cau.* ergo ius habet de præsenti competens. Item dubius euentus conditionis prædictæ adeo attenditur, & eius ius in consideratione existit, quod pretio æstimatur, *l. si seruus, ff. de cond. fur. per Alex. in l. 1. § si hæres, ff. ad trebellian. & melius per eundem cons. 67. 3. volum. & in cons. 63. 5. vol.* si venditur, ergo est ius de præsenti existens. Item ius prædictum, quod habet fideicommissarius conditionalis, dicitur esse ius consistens in spe probabili ex causa de præsenti, stante testamen-
28 to; & per cōsequens cedi potest, *ita per Bar. in l. fin. ff. de admin. tut. l. Ispem, C. de donat. per Bar. in l qui Romæ, §. duo fratres, in 5. quæst ff. de verb. oblig. sequitur Ruinus cons. 98. num. 15. vol* 1. si ergo ceditur, sequitur quod est res aliqua de præsenti existens. sed ne vltra rationes, authoritates deficiant: dico, quod prædictam opinionem ex prædictis omnibus fundatam sequuti fuerūt *Bar. & Aret. in l. is potest, ff. de acquiren. hæred. & latius per Alex. qui omnino videatur cons. 5. vol. 7. in principio.*

Si ergo ius prædictum conditionalis fideicommissi est res aliqua, quod de præsenti competere dicitur; nullum dubium remanet quin possit, peti per iudicem declarari, quod competat: sicut in actione est dictum. & vltra prædicta hoc clarius ex omnibus infrascriptis argumentis comprobatur. Primo adducitur bonus *tex. cum glo. & ibi Paul Castr. & Bal. in l. si duo patroni, ff. de iureiur.* dicitur namque ibi, quod quis potest agere ad declarationem sui iuris. Item adducitur *tex. in l. si contendat, ff. de fideicom.* dicitur enim ibi, quod potest quis petere declarari exceptionem ipsi competere contra aliquem, qui
29 nec adhuc actionem proposuerat. Item conferunt termini, *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* Item facit, quod ait *Bal. in l. 1. C. com. de leg.* vbi concludit, quod si legatarius possidet, & hæres neget; potest legatarius adire iudicem, & petere se declarari dominum. Item facit quod dixit *Bal. in l. vti frui, §. vtrum, ff. si vsufr. pet.* vbi dicit, quod pos-
30 sidens Comitatum potest petere se declarari Comitem. Item faciunt notata *per Bart. Bal. & Ang. in l. si pater, C. qui bon. ced. poss.* vbi aiunt, quod debitor potest petere per iu-

Tt dicem

dicem declarari nihil debere creditori. Et finaliter prædictis stantibus demonstratur, quod in casu nostro cessant omnes rationes, de quibus *in l. non quemadmodum*. Primo enim in hoc iudicio non ius futurum, sed ius præsens eo modo, prout est competens, deducitur; & sic extat ius, super quo iuditium fundetur. Immo omnes leges, vt supra in contrarium notatæ, quæ concedunt posse iudicium de futuro procedere, dummodo aliquod ius de præsenti competat; possũt ad casum nostrum applicari. Secundo, præsens iudicium quando etiã Ioannes faceret filios, & sic conditio cessaret, non ideo à principio & in totum vanum redderetur; cum per ipsum decisæ reperirentur omnes difficultates, & obiectiones, quas Fiscus nunc producit, vel producere posset, tam contra validitatem testamenti, quam circa verba testatoris, pro eius voluntate interpretanda, & alia, ex quibus fideicommissum prædictum annullare nititur. Et vltra prædicta resultat aliud maioris considerationis, nam si ad præsens per sententiam declarabitur Monasterium prædictum esse verè fideicommissarium prædictorum bonorum; posset forsan super dicto iure de præsenti competenti, ac dubio euentu conditionis prædictæ cum Regio Fisco transigere, *per iura supra allegata*: & sic quando etiam conditio non eueniret, Monasterium aliquid ex dicto iudicio obtineret, & per consequens elusorium non esset. Sed relinquendo rationes, & considerationes, & argumenta prædicta; accedendo ad authoritates dico finaliter, quod hanc opinionem in specie per rationes, & argumẽta prædicta, & alia fuerunt sequuti, *Ruin. conf. 139. 5. vol. Couar. var. resol. lib. 1. c. 18. Roder. Suarez alleg. 4. & idem Molin. in d. cap. 14. in fine ipsius cap.*

Accedant etiam alienationes bonorum ipsorum, per Fiscum sic indifferenter factæ, ex quibus solis heres posset de iure compelli ad restituendum bona etiam ante conditio-
31 nis euentum, *per tex. in l. Imperator, ff. ad Trebell. & per eundem Molin. lib. 1. cap. 16.* & in eum casum *Arius Pinell.* indistinctè tenet posse iudicium de quo supra, procedere, *per eum in l. 1. in 3. parte, num. 78. de bon. mat.*

Sed quando prædicta Dominis Iudicantibus non satisfacerent (prout vtique tanquã fundata super validissimis rationibus, & authoritatibus satisfacere debent) quid dubij remanet quin Monasterium omnino obtinere non debeat, saltim pro secundo capite in comparitione proposito? petit namque condemnari possessores bonorum dicto fideicommisso subiectorum ad præstandam cautionem de bonis illis restituendis cõditione adueniente; hæc petitio quamuis contra Fiscum non posset procedere, nec quo ad cau-
32 tionem, nec quo ad simplicem obligationẽ, cum ipse semper dicatur diues, *per tex. in l. 1. §. si ad Fiscum, & ibi per Bar. ff. vt leg. nom. cau.* tamen contra alios possessores, & singulares successores bonorum prædictorum, etiam quod de facto possiderent, nulli dubium quin bene procedit *per tex. in l inter omnes, & ibi glo. in ver. possidentem ff. qui satisda. cogan. dixit etiam tex. in d. l. 1. §. non solum, ff. vt leg. nom. cau. & melius per Ang. in d. l. inter omnes, & in l. in omnibus, ff. de iud.* Nec obstabit, si diceretur illud procedere, quando aliqua iusta causa subsisteret, *per tex. in d. l. in omnibus, ff. de iud* nam dispo-
33 sitio dicti *tex.* in contractibus tantummodo procedit; sed in vltimis voluntatibus indistinctè, etiam nulla subsistente causa præstari debet, *ita per Paul. Castr. in rub. C. vt in poss. leg. & per Bar. Bal. Ang Iacob. de Aret. Alex. & Ias. in d. l. inter oẽs, & in d. l. in oĩbus, refert Molin. lib. 1. cap. 15. num. 7.* vt enim conuenti ad dictam cautionem præstandam condemnarentur, necesse est declarari ius fideicommissi prædicti ad Monasterium spectare: & sic illud, quod præsentialiter non posset obtinere, quando supra allegata in primo capite non militarent; per necessariã præcedentiam obtinebitur, & hanc viam tamquam veriorem consuluit idem *Neapod. in d. cons. viro mortuo, in fine*. Concludo ergo terminum in præsenti causa, quæ ambo prædicta duo capita continet, ritè, & rectè fuisse datum; & proinde per Regiam Camerã prouidendum, quod ad vlteriora procedatur. Supplicat reliqua maxima doctrina Dominorum Iudicantium.

Camillus de Medicis.

a Vide in simili quæ scripsit *D. Conf. Fabius de Anna pro Marchione Clusani cõtra Marcum Antonium Galiotam, & decisiones S. C. ab eo relatas in cons. 126. 2. libro.*

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ generales, & solitæ opponi de stylo in assensu, an includant casus graues speciali expressione, & dispensatione indigentes, & num. 2. 3.*

4 *Clausula generalis, quantum ad comprehẽsa sub ipsa, sic singula complectitur, ac si essent*

4 *essent specialiter enumerata.*
5 *Dictum doctoris debet intelligi secundum legem quam allegat.*
6 *Castro, vel casali concesso nullum venit territorium, nisi specialiter concedatur.*
7 *Castrum, siue casale terminatur, quatenus murotenus cingitur, & nullum ius in territorio vniuersali competit ex ipsius concessione, & num. 9.*
8 *Assensus operatur in connexis, non in diuersis, & alienis.*
10 *Dominus territorij habet cognitionẽ ex particulari prouisione legis*
11 *Iurisdictio non accedit feudo, sed stat de per se, tanquam qualitas separata.*
12 *Iurisdictio inhæret territorio, sicut nebula supra paludem in territorio vniuersali, secus in concessione certæ rei.*
13 *Iurisdictione concessa non venit ius meri imperij, nisi expresse dicatur.*
14 *Relatio assensus ad instrumentum tunc operatur, quando non agitur de præiudicio tertij, at solius concedentis.*
15 *Feudum dicitur homo mutus, & homini assimilatur.*
16 *Clausula (quoad expressa tantum) cur introducta.*
17 *Clausula generales non comprehendunt pacta insolita, & erronea.*
18 *Relatio generalis assensus ad instrumentum includit etiam casus, qui specialiter erant mentionandi, & num. 21. 22.*
19 *Clausula generalis non sufficit, vt includantur etiam specialiter mentionanda, & nu. 29. & 30.*
23 *Relatio ad instrumentum quando includit omnia particularia castri.*
24 *Dispositio generalis comprehendit omnia particularia contenta sub illo vniuersali disposito, secus in diuersis speciebus, & num. 25.*
26 *Dispositio de iumentis non trahitur ad boues.*
27 *Relationes cum clausulis (quorum tenorem pro expresso) & alijs quibuscumq; nil operatur, nisi adsit scientia.*
28 *Relationes ad instrumenta duplicem habent restrictionem.*
31 *Clausula generales non operantur in præiuditium tertij.*
32 *Verba (semper, & in proprium) non habẽt temporis præfinitionem.*
33 *Clausula (iuribus nostris, & alienis) quid operatur.*
34 *Vassalli Turris Octaua, vulgo* del Greco, *obtinent eadem priuilegia quæ Ciues Neapolitani, quia remanserunt Ciues Neapolitani.*
35 *Vassalli primi status non desinunt esse vassalli d. status, licet fiat separatio.*
36 *Iurisdictionem separare à feudo vniuersali spectat ad Imperatorem, vel Regem, & num. 37.*
38 *Separatio numquam inducitur, nisi in assensu adsit clausula (separantes.)*
39 *Clausulæ relatiua, quantumuis amplissima non comprehendunt casus particulares, & reseruatos Regi.*
40 *Generalis dispensatio non includit, neq; tollit particularem prouisionem.*
41 *Feudo deuoluto ad Regem, onera statim euanescunt.*
42 *Assensus tacitus nil operatur, nec per testes probatur.*
43 *Clausulæ generales, quorum tenorem (pro expresso, & ac si de verbo ad verbum) quãdo, & quid operentur.*
44 *Rex dum donat, videtur tacitè assentire omnibus, quæ ius permittit.*
45 *Assensus tacitus in feudis rusticis operatur, secus in quaternatis.*
46 *Assensus corruit, si adest difformitas inter assensum, & instrumentum.*
47 *Iurisdictio territorialis non dicitur restricta, licet sit restricta iurisdictio criminalis.*

Pro Duce Nuceriæ domino S. Seuerini.

ARGVMENTVM.

CLausula (cuius tenor habeatur pro expresso, ac si de verbo ad verbum) & aliæ similes clausulæ generales solitæ apponi in assensibus, an in omnibus obtineant vim, & robur specificæ, & indiuiduæ expressionis, etiam in casibus speciali expressione dignis; distinctione declaratur. Concesso castro, vel casali, an veniant territoriũ, & iurisdictio; & an iurisdictio consideretur de per se, tamquam quid separatum. Casalia separata à Ciuitate quoad iurisdictionem, remanent in alijs Ciuitati subdita. Ad solum Principem spectat separare iurisdictionem à feudo vniuersali, & quomodo fieri debeat separatio. Feudo ad Regem deuoluto, an onera, & seruitutes per vassallum impositæ extinguantur. Et

an in Regno sufficiat assensus tacitus in alienatione fœudi quaternati.

CONSILIVM CXLIX.

Vt euidenter pateat notoria iustitia Ill. Ducis Nuceriæ Paganorum, deducã instrumenti, & Regij assensus tenorem, In instrumento venditur iurisdictio criminalis in homines Sirignani, & Baronissæ; itaquod committentes delicta non possint cognosci, nisi à mag. Thoma Villano, & suis hæredibus, non autem ab officialibus Principis, etiam si in quauis parte territorij Sancti Seuerini deliquerint. Et etiam legitur, separantes dicta Casalia quoad iurisdictionem criminalem tantum. Subdens ita quod iurisdictio criminalis tantum transeat in vtile dominium dicti Thomæ Villani.

In assensu denique asseritur, Principem Salerni vendidisse iurisdictionem criminalem, merum, & mixtum imperium, gladij potestatem, quatuor literas arbitrarias; nec non ducatos quinquaginta super gabella pannorum &c. Et alia verba nulla leguntur abdicatiua, aut separatiua à fæudo vniuersali Comitatus Sancti Seuerini. Itaquod assertio fit super venditione iurisdictionis criminalis, & verbum nullũ de clausulis priuatis. Et quod vassallis Sirignani non possint à nullo, nisi à Thoma Villano recognosci in quacunque parte territorij vniuersalis fęudi deliquerint, Vt sic remaneat discutiendum, num clausulæ

2 generales, & de ordinario stilu in assensu descriptæ includant casus tam grauissimos, nociuos, & particulari, ac specifica indigente dispensatione: dum assensus simpliciter refertur ad instrumentum an casus particulares per istam relationem genericam includãtur. Et successiuè videtur authoritas *Freccia lib. 2. quæst. 15. fol. 199.* dum iusta credulitate ductus asseuerat, verius sibi videri

2 sufficere assensum se referre ad instrumentũ; etiam, quod est peius, ad ea, quæ specificam merebantur mentionem.

Et quamuis deferendum est tanto viro, tamen zelus veritatis, & iustitiæ Ill. Ducis coegit me enodare, & articulum dispungere. Pro cuius resolutione deducam triplici modo, dicta per *Marinum* non afficere causam.

Primo, ex his, quæ ipsemet author asseuerat.

Secundo, ex his, quæ allegat, quæ ex diametro contradicunt eius opinioni.

Tertio, quod articulus per ipsum fundatus alia & iuridica indigebat distinctione.

Particulures casus sunt separatio Casalis, abdicatio iurisdictionis in toto territorio, priuatio cognitionis delinquentium in proprio territorio Sancti Seuerini, & quod solus Thomas Villanus priuatiuè recognoscat.

Et prosequendo propositum ordinem ex traditis per *Marinum*, attẽta hac facti qualitate summam fauemus rationem. *Marinus* enim licet faciat regulam, quod clausula ge-

3 neralis ad contractum comprehendat etiam casus non expressos, & qui particulari indigebant mentione: se declarat in illis particularibus habere locum, quæ complectũtur, & virtualiter comprehenduntur sub ipsa clausula generali; nõ quæ ab ea essent extrinseca, & penitus distincta, sic dicit sub *nu. 2. vers. quia generalis clausula quantum ad cõprehensa sub ea, sic singula complectitur, ac si essent specialiter enumerata.* & sic expresse dicit venire sub illa generali clausula illa singula, quæ possunt comprehendi sub ea; & nõ alia extrinseca. Et idem subnectit *nu. 3.* dum de constituto, & præcario verba facit, vt non expressa veniant, quia solita apponi veniunt ex natura, & vi contractus, *& Oldrad. cons. 117. quem ipse citat sub num. 2.*

4 dicit formalia verba. *Quia clausula generalis quantum ad comprehensa sub ipsa sic singula complectitur, ac si essent specialiter enumerata.* vterq; ad hoc allegat *l. si chorus, in princ. de leg. 3.* ait formaliter Iureconsultus. Si chorus, aut familia legetur, perinde est quasi singuli homines legati sint. Et sic euidentissimè patet intellexisse operari hanc clausulam generalem in suis singulis in ea cõprehensis, quia chorus, & familia est quid vniuersale; ea legata complectuntur singuli serui: nam appellatione chori, & familiæ

5 comprehenduntur: & *Doctores* debent intelligi secundum legem quã allegant, *ita Bart. in l. non solum, ff. de liber. legat.*

An nostra difficultas diuersissima sapit, cũ alienata simplici iurisdictione non venit exẽptio vassallorum, nõ priuatiua iurisdictio ad fæudum vniuersale; non denique concessio vniuersalis territorij ipsi Casali: hæc penitus à iurisdictione, & à Casali distincta, & specifi-

6 cam concessionem merebantur, Concesso, aut alienato Casali, vel Castro, nullum venit territorium, nisi specialiter fuerit cõcessum, *Ita Innoc. in cap. cum ad sedem, num. 2. vers. castro autem, de restit. spoliato.* Terminatur

7 enim Casale, seu Castrum quatenus murotenus cingitur, & nullum ius in territorio vniuersali cõpetit, *vt ex professo dispungit Bal. in cap. 1. col. 3. post num. 7. vers. sed in contra-*

trarium arguit, de capit. qui cur vend. vt ex his cogamur perneceſſe conſentire, conceſſa iuriſdictione criminali in caſale Sirignani non potuiſſe per clauſulas quantumuis generaliſſimas, & relatiuas comprehendi territorium, quod eſt alienatum, & ſeparatum à iuriſdictione, & ipſo caſali: & per conſequẽs aſſenſus cum his clauſulis non operabuntur, nec tribuẽt facultatem in territorio vniuer-
8 ſali hominibus Sirignani; operabitur in ſuis connexis, & comprehenſis, non in diuerſis, & alienis. Vnde *Bal.* ait *præcit. c. 1. n. 11.* exẽplificãdo diuerſitatem caſtri à territorio,
9 ita ſe haberi diuerſa, quod quantumuis ſit caſale intus vniuerſale territorium ſituatum; tamen de territorio nullathenus participabit. nam ſe habent ſicut ſaccus, & farina, quæ licet ſit intus ſaccum, non continetur nomine ſacci, nec è contra. Ex his fatebimur, *Marinum* non loqutum in caſu noſtro, qui complecti non poterat facta ſimplici aſſertione in aſſenſu venditionis tantum iuriſdictionis criminalis, & annuorum ducatorum quinquaginta, vt clauſula generalis relatiua ad inſtrumentum non operetur diuerſa, & aliena ab expreſſa iuriſdictione: quod eſt concedere integrum territorium hominibus caſalis Sirignani delinquendi, & priuare dominũ
11 territorij ſua cognitione, particulari prouiſione, & lege ſpecifica tributa *à l. 1. & auth. qua in prouintia, C. vbi, de crim. agi. oport.*

Et ſpecificè ad caſum, quod dum quis habet caſtrum in fæudum certis adiacentibus munitum; ſi deinde iuriſdictionem accumu-
11 let huic fæudo, talis iuriſdictio non accedit fæudo: ſed abſolutè ſtat per ſe, ſalua ſui ſubſtantia à caſtro. Nam ſtat caſtrum ſine iuriſdictione, & iuriſdictio ſine territorio, quia eſt qualitas ſeparata; in tantum quod licet ſit addita fæudo, erit augmentum extrinſecum, & alterius naturę, & qualitatis, *fundat pertiſſima glo. —— §. 1. glo. 5. q. 1. num. 44.*
12 Et dum dicitur inhęrere territorio ſicut nebula ſupra paludem; procedit in territorio vniuerſali, non autem in conceſſione certæ rei, vt in caſali, vel poſſeſſione aliqua, *Bal. in l. imperium, col. 2. num. 1. verſ. ſed aduerte, de iuriſd. omni. iudic.*
13 Et vendita, aut conceſſa iuriſdictio non ſolum territorio caret, quinimmo nullum ius parit meri imperij in homines, niſi expreſſe dicatur, quia nuda eſt conceſſio, *Couarr. pract. quaſt. cap. 1. poſt num. 10. verſ. qua ratione.*

Si igitur iuriſdictio, & territorium ſunt diuerſa, & pœnitus ſeparata: ſequitur *Marinum* non opitulari aduerſarijs, vt prætendãt cognitionem vaſſallorum delinquentium in toto territorio, & ſi non fuerit hæc priuatiua notificata Regi, ſed complecti per relationem ad inſtrumentũ venditionis, ex clauſula illa generali (cuius tenor &c.) nam *Marinus* intelligit operari in annexis, & comprehenſis; non in diuerſis, vt amodo deduxi. & ſic nos, non aduerſarios tuetur *Marinus*; vt tamquam non comprehenſi caſus iſti ſic præiuditiales fæudo vniuerſali quod ſeruiret caſali, & perderet iuriſdictionem delinquentium in ſuo ipſius territorio tributam legeparticulari, *auth. qua in prouintia*, carent in hoc aſſenſu. Igitur nullo iure operabuntur conceſſiones in inſtrumento enarratę, per ſuperius non obſcure deducta.

Secundam declarationem ponit *Marinus*
14 ita demum operari relationem generalem aſſenſus ad inſtrumentum, dummodo non tractetur de præiudicio tertij, ſed ſolius Regis concedentis, *vt legitur d. q. 15. ſub num. 3. verſ. præſertim*, vbi non tractatur de præiudicio tertij, &c. In caſu noſtro maximum præiudicium tertij, & fæudi vniuerſalis agitur. Tertij ipſius Ill. Ducis domini totius fæudi Sancti Seuerini, & fæudi met vniuerſalis; dum priuaretur cognitione delinquentium in eius territorio. Et conſideratur fæudum ipſum, vt tertius; nam homo licet mu-
15 tus appellatur fæudum, & homini eſt ſimile, & vtitur loquela, & miniſterio illius apud quem reſidet, vt vice ſui tanquam pica, & organum petat: & ſic habens fæudum dicatur eſſe intra fæudum, & fæudum intra dominum, & ſic dicitur, fæudum gerere perſonæ vicẽ; reuendicat membra malè alienata, & alia, vt homo gerit per medium hominis, *vt elegantiſſimè docet glo. conſtitutionis Regni conſuetudinem prauam, in ver. cum his, verſ. nam eſt ſimile homini fæudum.*

Et per conſequens ſtante pręiudicio tertij ipſius Ill. Ducis, & fęudi vniuerſalis, dum priuaretur iuriſdictione territoriali propria, & natiua ipſorum; *Marinus* negat operari relationem generalem ad inſtrumentum, dum de tertij agitur præiudicio, & ſic non tuetur aduerſarios, ſed noſmetipſos adiuuat.

Tertiam ponit *ante num. 3. verſ. ſed quia partes*, ſubnectit ideo fuiſſe introductã clau-
16 ſulam (quoad expreſſa tantum.) Nam contrahentes ſub ſimplici aſſertione inſerebant in inſtrumentis aliqua pacta extranea vinculationes fæudorum, aut inſolita; quæ ſi fuiſſent narrata, eſſet aſſenſus denegatus: adeò vt fateatur *Marinus* has relationes, & clau-
17 ſulas generales non comprahendere pacta extranea, & inſolita. proh ò Dij boni, quæ magis inſolita, & extranea, quam ſubmittere fæudum vniuerſale certo caſali, ſeparari iu-

risdictionem, & abdicare à fœudo, & domino,
vt delinquentes in eius fœudo homines bur-
genses Sirignani sint exempti. Videat qui vi-
det, & iudicent qui rectè iudicant, sint hæc
solita, an pęnitus extranea à venditione iu-
risdictionis, in qua nullum ius territorij per-
transit, nulla abdicatiua cognitio, *vt antea*
ex glo. —— *specificè deduxi*; vt per hæc sit
saluum ius Ill. Ducis, etiā ex his, quæ *Frecç*.
perpendit.

Superest & secundum assumptum, vt & si
Marinus non sic, vt demonstraui, se decla-
rasset, quod simpliciter loquendo, salua pace
tanti viri, malè loqutus esset. dum asseue-
rat relationem generalem cū omnibus clau-
sulis contentis in instrumento includere etiā
illos casus, qui particulari fulgent nomina-
tione, & specificè Regi exprimenda forent,
Nam bonus senex sentiendo difficultatem
affirmauit, se loqutū in illis particularibus,
quę sub clausula generali expressa continen-
tur; non autem in alienis à clausula, vel ex-
traneis: prout in casu currenti, luce clarius,
vt crediderim, ostendimus. Ad oculos fun-
dabo allegatos per *Marinum*, ex diametro
eius opinionem simpliciter intellectam im-
pugnare. Proinde per ipsum *Doctores* rela-
tos ordine subscribam.

18 Ad fundandum sufficere relationem ge-
neralem fieri per assensum ad instrumentum
cum omnibus clausulis, &c. includere etiam
casus qui specialiter mentionandi erant. Ad-
ducit primo loco, *l. omnes, cum Bal. & Ang.*
C. de præscript. Oldrad. cons. 117. *Anania*
cons. 56. *Ioan. Andr. in cap.* 1. *de schisma.*
Bal. licet non ad hunc finem in cap. cum di-
lecti, de rescrip. Mayn. cons. 121. *vol.* 4. *Sande.*
in cap. accedentes, de præscriptio. Angel. in
l. sed & si quis, Calders. cons. 11. *Sande. in*
cap. nonnulli. Loffred. cons. 12. *& Dec. cons.*
165. *&* 373.

Omnes isti *Doctores* à *Marino* congesti
exceptis *Decio, & Loffredo* sunt relati per *d.*
Mayn. in citato cons. per Marinū 121. 4. *vol.*
Maynus ipse tenet partem *Marini in prin-*
cipio, & in rationibus dubitandi, Sed in 2. *col.*
vers. sed præmissis non obstantibus, tenet op-
19 positum, talem clausulam generalem non
sufficere, quantumuis adesset alia clausula;
etiam si essent talia, de quibus esset facienda
mentio specialis: sed requiruntur specificæ,
& particulares nominationes, vt apertius
apud *Maynum* legere est. Et inibi resoluit
alios per *Marinum* allegatos, incipiendo à
d. l. omnes, & prosequendo alios vsque ad fi-
20 nem consilij: adeo vt *Marinus* ipse adducit
rationes dubitandi congestas per *Maynum*,
pro rationibus decidendi. & sic ex allega-
tis cadit eius intentum. qui mihi non cre-
dit, credat operibus, & scriptis per *Maynum*
à *Marino* pro se citatum.

Allegat *consilium Loffredi* 12. quod simi-
liter repugnat. Nam adductis regulis gene-
ralibus ad id, quæ *Marinus* scribit: resoluen-
do tamen propriè *nu.* 11. dicit illa iura pro-
21 cedere per relationem, quando concedens,
seu disponens erat certus de his, quæ conti-
nebantur in scriptura, ad quam fit relatio, &
sic habebat scientiam. In casu nostro nec
fuit, nec potuit esse certus Rex de separatio-
ne casalis, de iurisdictione priuatiua, de ser-
uitute, & diminutione fæudi vniuersalis dum
priuatur cognitione delinquentium in eius
proprio territorio, & per consequens relatio
etiam cum clausula (ac si de verbo ad ver-
bum) asseuerat *Loffred.* non data scientia
concedentis, nihil operatur, Contradicit igi-
tur expresse *Marino*, dum credit simpliciter
relationem sufficere, cum illis clausulis non
data scientia concedentis, quæ in casu cur-
renti nullam habuit, vt etiam ex aridi rela-
tione in assensu perspicitur. Et dum allegat
consilium Decij 164. *&* 373. expressius con-
trarium tenet, videantur.

Et quamuis præcedentia coaceruata pa-
tefecerint iustitiam Ill. Ducis. Attamen pol-
licita seruando, articulum currentem alia
renouabimus arte. Dum quæritur num re-
22 latio generalis facta per assensum ad instru-
mentum venditionis, cum clausulis ordina-
rijs. (Quorum tenorem haberi volumus pro
expresso, ac si de verbo ad verbum, &c. Ad-
dito cum omnibus illis pactis, capitulis con-
ditionibus in eo insertis, &c.) Tali fœdere di-
stinctionis vtimur, aut exprimitur Regi quid
nouum, factum vniuersale continens sub se
particularia, puta, *Si supplica V. M. assenti-*
sca alla vendita del castello; tunc relatio ad
instrumentum includit omnia particularia
23 castri, vt sunt molendina, aquæ, defensæ, &
alia quæ sub castro continentur. Id deduci-
tur *ex tex. l. si chorus, de leg.* 3. *in principio*,
chorū, aut familia legatis veniūt omnes ser-
ui, qui sub nomine familiæ continebantur &
hunc; *tex*, ad id *Oldrad. & Marin.* expen-
23 dunt, vt dispositio generalis comprehendat
omnia particularia contēta sub illo vniuer-
sali disposito, & enarrato superiori, vt antea
25 deduxi. Quod secus esset in diuersis specie-
bus; nam disposito de iumentis non trahitur
talis dispositio ad boues, quamuis possint iu-
mentorum vocabulo contineri, *l. legatis*, *§.*
iumentis, *de leg.* 3. sic dispositum de seruis
non venit agaso, qui equos ducit; nec mulio
licet comprehendatur sub vocabulo seruo-
rum, Nam diuersum, & distinctum habent

exer-

exercitium, *l. cum quæreretur, eo. tit.* & sic assentiendo Rex venditioni iurisdictionis simpliciter, non includitur separatio casalis, & iurisdictionis; non venit seruitutis constitutio in territorio vniuersali, non expropriatio iurisdictionis territorialis vniuersi, non priuatiua iurisdictio, non præiudicium domini vniuersalis status, non denique ipsius feudi vniuersi, & dominantis. Et per consequens relatio assensus ad instrumentum venditionis, cum omnibus capitulis, & pactis non operabitur circa diuersa; quinimmo contraria venditioni, & assertioni iurisdictionis simplicis, sub cuius venditione non territorium, non denique proxima narrata continentur: immo diuersissima, & contraria existunt, vt superius fundatum reliqui.

Aut & secundo exprimitur Regi quid noui relatiuum ad veterem dispositionem, de qua Princeps habet veram, vel præsumptam scientiam; vt si fecisset aliquod statutum, vel sanctionem multis adiectis particularibus, & inde per aliud statutum dispẽsaret Rex simpliciter referendo suam dispositionem per relationem ad statutum vetus, puta (non obstãte tali statuto: cui derogamus per præsens, & afficere, ac reuocatum volumus cum omnibus conditionibus, & particularibus in eo expressis, ac si de verbo ad verbum, &c.)

26 Tunc quia aderat certum antecedens, cuius poterat, aut præsumebatur Regem habuisse notitiam, operabitur relatio isthæc generalis ad actum certum præcedentẽ. Et *Oldrad. d. cons. 117. à Marino citatus* in his terminis statuti præcedentis fuit locutus: & *Anania cons. 17.* loquitur in testamento præcedenti eiusdemmet testatoris, vbi dabatur scientia eiusdem personæ disponentis; cum scientia

27 non data tales relationes cũ clausulis (quorum tenorem pro expresso) & alijs quibuscũq; nihil operabuntur, *sic specificè Loffred. cons. 12. num. 11.* huiusmodi namque rela-

28 tiones ad instrumẽta, seu quasuis alias scripturas duplicem habent restrictionem: primã limitatiuè ad relatum, quatenus de eo ad quẽ fertur appareat; & si non apparet etiam in dispositiuis stat merè causatiuè, dummodo habeatur certitudo de substantia actus, & voluntate disponentis: aliàs non operabitur relatio, sic formaliter declarat *glo. —— in §. 5. num. 75. & 76. Bar. ad reprimen. in ver. prout, circa medium, & in l. adita, col. penul. vbi Deci. num. 95. C. de aden. & in cons. 374. col. 2, num. 4. & alij per d. glo. coaceruati.* & in casu nostro non solum demonstratur scientia Viceregis dicti instrumenti, & contentorum in eo, prout ad partem spectabat demonstrare; dum habet iuris dispositionem contra se, vt non operetur relatio superioris, nisi de voluntate, & certitudine substantialis actus constiterit, vt deduxi: quin immo constat de ipsa ignorantia, dum in assensu dicit assentire super tenore instrumentorum celebratorum, seu celebrandorum; & sic non erat certum antecedens, nec indicat scientiam, dum nescit factum, vel insectũ instrumentum venditionis, postquam assentit scripturis celebratis, vel celebrãdis. Idq; non habet responsionem in contrarium, cum in facto consistat; & per consequens cadunt omnia motiua ex aduerso, postquam ex hoc relatio vaga, & nullius redditur momenti, vt amodo deduxi.

Et ita debet distingui articulus iste relatiuus per assensum ad instrumenta, & non simpliciter, prout *Marinus* locutus extitit. Nam vltra distinctionem omissam habet cõ-

29 munem contra ipsum, vt clausulæ istæ generales per quęcunque verba non includant casus particulares, sed specificam requirunt mentionem, *de communi sic testatur, & late scribit Io. de Sylua in tract. de benefic par. 3. q. 14. Albert. Brun. cons. 12. num. 174. Bal. in cap. super literis, col 3. vers. quid si Papa,*

30 subdit tales clausulas esse captiosas, proinde non operari: nec operantur clausulæ istæ in actu petito à partibus, sed in his, quæ motu proprio Rex concedit, *Angel. Fulgos. & Ias. in l. sed & si quis, §. quæsitum, col. 1. vers. limitat cum Angel. ff. si quis cautio, Dec. cons. 541. col. fin. vers. non obstat clausula, Rip. in cap. 1. num. 80. vers. secundus casus, de re-*

31 *script.* Nec tales clausulæ operantur in actu concernenti præiudicium tertij, *Gozad cons. 14. col. 3. vers. duodecimo considera, iuncta col. fina. vers. non obstat decimum*, & in assensu dicitur expresse iuribus nostris, & alienis semper saluis. Notanda sunt illa verba (sem-

32 per, prout in perpetuum) quia non habẽt tẽporis præfinitionem, *Parisi. cons. 74. nu. 86. vol. 3. Decian. cons. 3. nu. 40. vol. 2.* Et vir-

33 tus huius clausulæ (iuribus nostris, & alienis semper saluis) operatur conseruationem iurium pro quolibet casu futuro, & in beneficium cuiusuis futuri domini, *l. si debitor, §. 1. ibi salua causa pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hyp. solua. per quem id adnotarunt Ang. cons. 27. pro decisione in fine, Corsetus de excellent. & potest. Regis, quæst. 37. col. 7. & latius in eius singulari, verbo saluo iure, vbi congerit.*

Insuper adest alia clausula in instrumento prælibato (separantes dictum casale, quoad iurisdictionem criminalem tãtũ.) Quæ clausula quando esset in assensu comprehensa, non ex hoc homines Suignanenses, & Baronia

nissæ desinerent esse vassalli Ill. Dncis,& San-
cti Seuerini, à quo fuissent separati. quoad
alia fundant *Bart. in l. 1. vbi Angel. in 1. ad-
ditione, de metropol. Boer lib. 11. Sylua nupt.
verb. est nubendum, col. 12. vers. & si habent
vxores pragnantes.* Quod adeò verũ existit, vt
homines Turris Octauæ vulgo *del Greco*, cũ
fuerit dicta turris casale Neapolis l3 separa-
tum, dum existunt in M. Curia non procedi-
34 tur contra ipsos nisi præuia dispensatione
Viceregis; sicuti fit cum Neapolitanis: nam
remanserunt Ciues Neapolitani, quia sepa-
ratione facta non desinunt esse vassalli primæ
35 Ciuitatis, & primi status, *& sic pluries deci-
sum testatur D. de Franch. decis. 316. in 2.
vol.*

Et separare iurisdictionem à fæudo vni-
36 uersali spectat ad Imperatorem, vel Princi-
pem supremum, vt nostrum Regem, & est de
reseruatis Principi, vel Papæ de vna Ciuitate
duas facere, vel è contra, *glo. in verb. castel-
la, C. de offic. præfec. affri.* Item separatio
iurisdictionis ad solum Principem pertinet,
37 & de plenitudine potestatis separat, quia
omnis iurisdictio residet in eo, & ab eo præ-
cario retinetur; proinde suum est reuocare,
& separare, *fundat Natta cons. 512. fuit alias
dictum col. 1. vol. 3. fusius decisio Delphinat.
Fran. Marci q. 1122. fol. mihi 369.* & sic
repugnat *pragmatica* nouem capitum.

Et specificè debet in assensu apponi clau-
38 sula (separantes) vt inducatur separatio, pro
vt apponi consueuit in assensibus, & priuile-
gijs; & tunc fæudum est separatum, alias se-
cus *post Iser. Camer. in cap. Imperialem,
car. 70. litera S, vers. aut & tertio, de probib.
feud. alien. per Feder.* In assensu Thomæ Vil-
lani, nec in assertione verbum aliquod de
separatione casalis, & iurisdictionis, prout
39 in instrumento venditionis conceditur. Igi-
tur vt casus particularis, & reseruatus Regi
non comprehenditur sub clausulis relatiuis,
quantumuis amplissimis, *deducit multa Fe-
lyn. in cap. nonnulli, col. 5. de rescript. conge-
rit Gram. decis. 20. maxime num. 3.* & par-
40 ticularis prouisio nõ tollitur, aut includitur
per generalem dispensationem, *glo. in l. si
grauius, C. de dignit. lib. 12. Belluga in ru-
bric. 38. vers. sed videtur obstare fol. 172.*

Addebam, & fortius, quod deuoluto fæudo
Sancti Seuerini ad Regem ex necessitate ob
rebellionem sequtam, omnia onera, & serui-
tutes omnes fuerunt sublatæ, saltem respectu
fæudi vniuersalis Sancti Seuerini; etiam si ad-
esset verus assensus, quod est fortius, & in
casu nostro deficit. Nam dum Ferdinandus
Sanseuerinus submisit territorium vniuersa-
le hominibus Strignani, & separauit iurisdi-
41 ctionem, & alia onera statim fæudo deuoluto
euanuerunt: in tantum quod in noua recon-
cessione si non reimponuntur, non veniunt,
*l. si quis ades, ff. de seruit. vrban. prædio. spe-
cificè Iser. in cap. 1. §. huius autem generis,
num. 12. à vers. sed non videtur onus rei, cla-
rius Freccia lib. 2. authorit. 3. num. 27. vers.
quarto.* Et *Dominus de Franch.* particulari-
ter de statu Sancti Seuerini ob rebellionem
Ferdinandi, quod sint onera extincta, fæudo
ad Regem deuoluto, *decis. 192. in princ. qui-
bus addo glo. —— multa deducentem, §. 41.
num. 21.* Ad Regem enim libera fit deuolu-
tio. Igitur quid quærit Baro, si in concessio-
ne non fuerunt repetita onera huic fæudo
vniuersali, non video legitimam, nec vix co-
loratam responsionem.

Vltimo, & obmutescant aduersarij, in Re-
gno adest lex particularis *constitutionem di-
uæ memoria*, quæ prohibet expressè aliena-
tionem, diminutionem, aut commutationẽ
rei fæudalis, sine expressa licentia suæ celsitu-
42 dinis; in tantum quod assensus tacitus nihil
operatur, nec per testes probari potest: & in
hoc omnes Regnicolæ concurrunt, *vt notat
Vincen. Ann. in constit. prælibata num. 49.*
Et dum certa lex, aut certa constitutio pro-
uidet casum particularem, vt fæuda minui
non possint sine speciali licentia, tunc illæ
43 clausulæ generales (pro expressis, quorum
tenorem, & ac si de verbo ad verbum, &c.)
non operantur aliquid; nisi specificè de-
rogetur illi legi prohibenti specificam
alienationem, vel diminutionem, *Deci. cons.
142. col. final. vers. præterea, Ioan. Lopez in
cap. per vestras, fol. mihi 76. col. 1. in fin. &
sequen. vers. cogita, nam si potuisset saluari
de donat. int. vir. & vxo. Felyn. in cap. non
nulli, col. 10. in 13. declarat. de rescript.* dum
de regulis requirentibus formalem expres-
sionem, & prohibentibus expressionem ge-
neralem loqutus extitit: igitur dum fuit di-
minutum fæudum Sancti Seuerini perdendo
cognitionem territorij, dũ casale est separa-
tum, & alia; non operabitur iste assensus sic
relatiuus per clausulas generales, sed specifi-
cã derogationem requirebat. Et propterea
dicebat *Afflict. in cap. 1. qualiter vassalli
iura. deb. fidelit. post num. 14. à vers. prate-
44 rea,* quod dum Rex donat videtur tacitè as-
sentire omnibus, quæ ius permittit; subdit,
licet in Regno secus, *& allegat dictam con-
stitut. diuæ memoria*, & sic aperit in Regno
non operari istas relatiuas clausulas obstãte
constitutione prælibata; magis enim aduer-
teret superior ad expresse narrata, quam in
genere celata, *cap. aduersus, de baret. idem
Afflict. ibidem num. 20.*

Et

Et pro complemento deducam, tacitum
45 assensum nihil operari in feudis quaternatis licet secus in rusticis, *post Frece. deducit V in cen. Anna in cap. 1. de vassall. decrep. atat. in verb. qui feud. num. 108. cum sequen.* Igitur grauando feudum quaternatum Sancti Seuerini, talis assensus relatiuus non operabitur, quia quaternatum.

46 Adest insuper difformitas inter assensum, & instrumentum, cum vterq; voluerit ab ipso immediatè, & in capite retineri. Quo casu corruit actus, assensus nullius est momenti, *Camer. in c. Imperialem, fol. 56. lit. R. Frece. lib. 2. auth. 1. q. 34.*

Et pro cardine quæstionis, licet fuerit restricta iurisdictio vassallorum Sirignani, respectu iurisdictionis criminalis, quę fuit dicta in assensu; non est restricta iurisdictio
47 territorialis, quin Dux Illustrissimus cognoscere non possit: cum in assensu de territorio verbum nullum, & clausulę non operantur, vt dixi, *ita est decisio Camerar. in cap. Imperialem, car. 71. lit. D. & E. de prohib. feud. alien. per Federic.*

Quibus obtentę remissiones non obstant, per ea, quæ deducit specificè *Decia. consil. 118. num. 23. vol. 3.* quod est elegans in causa ista.

Et ex his iunctis prioribus scriptis, nulla superest difficultas, dictum assensum nullatenus operari priuatiuam iurisdictionem ad Ducem Illustrissimum.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Officiales siue publici, siue priuati tribus ex causis contrahere prohibentur, numero 7. & 9.*

2 *Contractus initi inter subditos, & officiales lex præsumit, quod sint facti per impressionem, ideoq; eos annullat, & pœnam imponit, & quid de iure Regni, num. 3.*

4 *Impressionis præsumptio tollitur quando fit ex necessitate, & consequenter in officialibus perpetuis.*

5 *Impressionis præsumptio cessat quando contractus non fit cum subditis.*

6 *Contractus probata impressione, non valet, etiam in officiali perpetuo.*

8 *Officialis vnusquisque siue publicus, siue priuatus potest bona fide emere.*

10 *Officiales duo, quando vnus possit vendere alteri, & num. 11. 12.*

13 *Thesaurarij persona non est administrator rerum fiscalium, & qui?*

14 *Quæstoris officium quid? & num. 16.*

15 *Regia Camera hodie gubernat Regium Patrimonium.*

17 *Officiales, quibus non est decreta administratio habentur, vt extranei, ita vt emere valeant.*

18 *Thesaurarius in Regno Franciæ habet iurisdictionem, & est administrator.*

19 *Contractus dicitur factus palam, publice, & bonafide, mediantibus gridis, & proclamationibus, & num. 22.*

20 *Bonafides oritur ex iusto pretio.*

21 *Administrator potest rem venditam retinere pro eodem pretio, absque alia sollemnitate, si prima venditio effectum non habuit.*

23 *Homines honestiores non faciunt eorum nomina inscribi in instrumentis, sicut persona dignitate excelsæ non solent esse præsentes.*

24 *Qui per se potest, potest etiam per alium, & è contra.*

25 *Præsumptio inducitur ex consuetudine Patris familias.*

26 *Contractus confecti præsumuntur secundum consuetudinem.*

27 *Præsumptio vna tollit alteram, quando est efficacior.*

28 *Contractus factus à Principe pro lege obseruandus.*

29 *Sollemnitates in vendendis rebus fiscalibus, quæ, & quid si venditio fit ab Imperatore, & num. 30.*

31 *Confirmatio Imperatoris operatur, quod contractus censeatur ab eo factus.*

32 *Clausula (ex certa scientia, de plenitudine potestatis, &c.) quid operetur.*

33 *Imperator faciens aliquem actum ex certa scientia tollit omnes iuris sollemnitates.*

34 *Sollemnitas adhibita minus legitimè, vbi nō est necessaria, actum non vitiat.*

35 *Tempus præfixum in subhastationibus tripliciter consideratur.*

36 *Termini extraiudiciales intelliguntur peremptorij.*

37 *Pragmatica de officio procuratoris Cæsaris, num comprehendat Thesaurarium.*

38 *Contractus dolo factus valet ex parte eius, qui passus est dolum, si vult.*

39 *Ad tex. in l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de actio. empt.*

40 *Declaratio non facta intelligitur illa prout deterius in damnum non declarantis, & prout melius in fauorem illius, cui fieri debebat.*

41 *Fiscus ex taciturnitate facti declarare videtur.*

42 *In alternatiuis rei est electio.*

43 Con-

43 *Consentire videtur, qui tenetur consentire, & requisitus non consentit, & idem in materia assensus, num.* 44.

45 *Dominus utrum compellatur consentire distinctione declaratur.*

46 *Exceptio rei iudicatæ, ut possit opponi, tria requiruntur.*

47 *Rex si procedat contra aliquem ultra amissionem officij, ad aliquam pœnam corporalem, seu pecuniariam, id iuris ordine servato faciendum.*

48 *Actio quando dicatur mere ciuilis.*

49 *Sententia absolutoria in criminali quando pariat exceptionem in ciuili? & num.* 50. *&* 51.

52 *Exceptio rei iudicatæ quando obest? & nu.* 53. 54. 55. *&* 56.

57 *Clausula (nostris, & alienis iuribus semper saluis) intelligitur præterquam in expressis.*

58 *Reseruatio in sententia facta intellligitur circa non decisa.*

59 *Exceptio rei iudicatæ dupliciter opponi potest.*

60 *Renunciatio enormissimæ læsionis quid operetur.*

Pro Ill. Marchione Grottulæ.

ARGVMENTVM.

Thesaurarius numquid tamquam Officialis prohibitus sit contrahere. Causæ propter quas Officiales,& Administratores, siue publici,siue priuati contrahere prohibentur, quot sint? & quæ? De sollemnitatibus in vendẽdis rebus fiscalibus, & an sint necessariẽ si venditio fiat ab Imperatore, vel ab alio mandatum ab eo habente speciali? Cautela l. Iuliauus, §.si qui, ff. de actio. empt. ponderatur. De exceptione rei iudicatæ latè. Sententia absolutoria in criminali, quando obest in ciuili. Clausula denique (nostris, & alienis iuribus semper saluis) quid operetur.

CONSILIVM CL.

1 TRES sunt (Iudices) causæ quæ prohibent Officiales, cæterosque Administratores, siue publicos, siue priuatos, ne contractus facere possint. Prima, impressionis. Secunda, fraudis, vel doli. Tertia, ne eadem persona sit venditor, & emptor, vel quæ in sui fauorem authoritatem præstet. Prima, & secunda à Legumlatoribus inuentæ fuere, ne vel subditi impressione lædantur, vel gubernati damnum patiantur. De prima causa impressionis loquuntur iura prohibentia Officiales iurisdictionem habentes, ut cõtrahere non possint, *ad tex. in l. principalibus ff. si cert. petat. cum lege seq. l. eos*, C. *eod. &*
2 *in l.* 1. *C. de contract. iud.* præsumit enim lex, contractus initos inter subditos, & Officiales, factos per impressionem; & ideo non solum contractum annullat, *ex regul. tex. in l. si per impressionem, C. de his, quæ met. cau. gesta sunt*, sed pœnam imponit, *ad tex. in l. aufertur, vers. quod à Præside ff. de iur. fisc.* quod etiam militibus prohibitum est in prouincijs, in quibus militant, *ad tex. in l. milites, ff. de re milit.* & aucta fuit pœna per *Iureconsul. in l. non licet ff. de contrah. emptio.* qui tex. adaptari potest, etiam ad secundam causam, secundum aliquorum intelligentiã, & hæc pœna per *Iureconsul.* & Imperatoris statuta, per ius nostrum municipale Regni aucta est; postquam ultra pœnam amissionis vult, ut teneatur pœna publicationis omniũ
3 bonorum, & amissionis officij, cum infamia, *ita dictat constitut. Regni incip. communiter tam Iustitiarij, sub rubr. de prohib. cur. commerc.*
4 Et quia impressionis præsumptio tollitur quando actus fit ex necessitate, propterea regula hęc non procedit in Officialibus perpetuis, *ad tex. in l. præsides, ff. si cert. pet.* eis enim omnino commercium tolleretur, si in hac lege prohibitiua comprehensi essent, *ita communiter Doct. omnes limitant regul. alleg. tex. in d. l. principalibus, post glo. ibi Bar. Ang. in ead. l. num. mihi* 1. *Alber. Paul. de Cast. Franc. Aret. num.* 2. *Ias. num,* 2. *in* 2. *limit. Bal in l quisquis, C. eod. in prima oppo. Salic. in ead. l. prima oppo. & alij, quos recen-*
5 *sere non curo*, similiter limitatur quando cõtractus non fit cum subditis, *per glo. & Doct. omnes ibi*, & alias limitationes cumulant *post Soc. in regul.* 278. *Ias. & Dec. ibi*, quæ omnes tẽdunt ad hoc, quod tollatur impressionis præsumptio: & propterea voluere *Doct. prout Cyn. Salic. & alij*, quod quando
6 probaretur impressio, tunc contractus non valeret, etiam in Officiali perpetuo; quia præ-

præsumptio cedit veritati: & hæc causa non pôt adaptari ad hūc casū, tū quia thesaurarius est perpetuus Officiali; tū quia cū subdito nō contraxit, & ideo impressio nec præsumpta, nec vera dari potest,

Secunda causa est doli, & fraudis, quæ cōsideratur in administratore, *ex reg. tex. in l. si in emptione, §. fina. ff. de contrahen. emptio. & l. pupillus, §. fina. ff de auth. tuto. & in l. eum ipse, C. de contrah. emptio.* Ex quibus
8 primi nostrarum legū interpretes hanc cōmunem, & indubitatam receperunt distinctionem, quod omnis Officialis, siue publicus, siue priuatus potest bona fide emere; & iura, quæ prohibent contractus facere non posse, intelliguntur quando non adest bona fides; sed vel dolus præsumptus, vel præsumpta fraus, *ita glo. in alleg. si in emptione, § fin. in vers. non potest, ff de contrab. empt. & in alleg l pupillus, §. fin in vers. nec vsucapere ff. de auth. tut. & in l. cū ipse, in vers. prohibetur, C. de contrab. empt, & in l. quoties. §. non tm̄, in vers. sibi creditā, ff. de adm. tut. quas sequuti fuere Cyn. post Petr. in alleg l. si per impressionē, & in solutione prima oppos. C. de his, qua vi met cau. gest. sunt, Bar. in d. l. si in emptione, §. fin. & in l. tutor rerū, ff. de adm. tut. in final. verb. & pluries in distinctione sua in d. l. pupillus, §. fin, ff de autho. tuto. Bald, in alleg. l. cum ipse, num. 1, Ias. & Dec. in alleg. l. principalibus, ff. si cert. peta. Iser. noster 1. c. 1. in vers. si vero Castaldi, de feud, Guard.* & in hoc nullus est ex *Doct.* qui contradicat; ratio enim est, quia quando bona fides interuenit, nullum dicitur pati damnū ille, cuius bona administrantur, *vt præalleg. DD. voluere, & notat Alex. in l. 1. § fuit quæsitum, ff. ad trebell. n. 2. in fin. vers. item quia,*

Tertia causa est, si eadē persona, quæ emit,
9 vult sibi authorare, vel repræsentat personā venditoris; & in hoc inter Docto. controuersia adest: nam *glo. in l. 1. de contract. iud.* ponit quæstionē, quando duo sunt in magistratu, & vnus vult emere ab altero magistratu vendente, vel authorante; & disputando articulum distinguit, quod quando inuenitur media persona, vt puta pupillus, tunc tutor potest emere bona fide, authorante alio tutore; & ita intelligit *tex. in d. l. pupillus, §. fina. ff. de auth. tuto.* sed quando non adest persona media, vt in vniuersitate; tenet, quod non valeat contractus; & quamuis contra hanc *glo.* videantur contrariæ *glo. in allegat. l. cum ipse,* quæ dicit, quod habet locum *d. §. fin.* tam in Officiali priuato, quam publico; *& in alleg. l. si in emptione, §. fin.* quæ vult, quod palam, & bona fide hoc fieri possit, & procedit in omni Officiali publico, & priuato, tamen *Docto.* aliqui sequuti fuere *glo. in l. 1. C. de contract. iud. ex regul. tex. in auth. quibuscunq; C. de sacros. Eccl.* vt *Bald, in alleg. l. quisquis,* qui distinguendo dicit, ꝙ vnus Officialis non potest ab altero emere palam, & iusto pretio; quia non daretur distinctio personarum inter vendentē, & ementem: eandem opinionem videtur sequi idem *Bal. in alleg. l. eum ipse, C. de contrab, empt. quem sequitur Salic. ibi propter rationē Bal,* quando non adest distinctio personarum: & istam opinionem sequutus fuit, *Roma. in d. l. principalibus, num. mihi tertio. Imol. dubitanter tamen, in l. 3, §. fuit quæsitum, post num. 3. in vers. sed auerte, quem ibi sequitur & defendit Ias, num. 19. cum seq; ff. ad trebell.* Sed contrariam opinionem tenuit *Bart. in alleg. l. pupillus, §. sanē, ff. de autho. tuto, & in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. quem sequitur Alber. in l. 1. C. de contr. iud. nu. 1, in vers. dicit, aut iudex, Ang. in alleg. l. principalibus, ante numerum secundum, in vers. item fallit,* dicendo, quod qui contrarium tenuit, malè tenuit: & hanc opinionem communem vocat, *Alex. in alleg. l. 1. §. fuit quæsitum, ad Trebell. quam etiam defendit Ripa ibi, num. mihi 9. in fin. & similiter tanquam communem, & veram sequitur Socc. cōs. 169. incip. in præsenti consultatione, in 7. col. in ver. ad istud argumentum respondent, num. mihi 15. vol. 2. à qua dicit non esse recedendum in iudicando.* idem voluit *Luc. de pen. in l. 2. de lucr. aduo. & coneus. offi. in princ.* faciens differētiam si emit bona fide, vel mala fide, prout in primo articulo dictum est. *Franc. Aret. autē in alleg. l. principalibus, & ante eum Salic. in alleg. l. si in emptione, §. final. ff. de contrab. empt. num. mihi 6.* has
10 opiniones concordat: nam dicit, quod si Officiales habent administrationem insolidum, vnus potest vendere alteri; sin autem in solidum non haberent, non possent: & sic videtur, quod & si hæc conclusio à *Doct.* in dubium ponatur, tamen communis refertur ea, quæ vult vt vnus alteri vēdere possit; & ratio est ea, quæ per *Cyn.* allegatur *in alleg. l. eum ipse, post num.* 2. vbi vult, quod quando duo iura concurrunt in vna persona, perindè iudicandum est, ac si in personis duorum concurrerent, *ex regul. tex. in l. tutorem, ibi discreta enim sunt iura, quamuis plura in eandem personam deuenerint, ff de his, quib.*
11 *vt indig.* Sed opinio etiam contrariorum, qui voluere, vnum alteri ex collegis vendere non posse; limitatur nō procedere qn̄ aliquis haberet administrationē, sine iurisdictione: tūc .n. validam esse venditionem voluit *Bar. in alleg. l. aufertur, vers. quod à Præside,*

quem

Digitized by Google

quem sequitur Alex. in alleg. l. principalibus nu. 4. in fine, hoc modo saluando glo. in alleg. l. si in emptione, ff. de contrab. empt. & ita voluit Luc. in alleg. l. 2. de lucro aduoc. & conсuf. offi. sequitur Iaf. in alleg l. principalibus, in 9. limit. illud autem, etiam secundum omnium opinionem distinguitur, quod aut ad-
12 ministrator succedit administratori, & tunc concurrit *Doct.* varietas; si vero cognoscunt dominum, tunc nulli dubium contractum esse validum, *ita Cyn. in alleg. auth. quibuscunq; hoc dicens notabile, ibi breuiter ratio, quem sequitur ibi Bal. post Petr.* quod similiter dicit esse notandum *Io. Fab. ibi* dicens, quod aliud est quãdo succedit dominus, aliud est quando alius administrator; & illud est, quod, more solito, voluit *Isern noster in alleg. cap.* 1. *§. si vero Castaldi,* dum facit distinctionem, si erat Officialis, seu minister multorum, vel vnius: nam qui est minister vnius, prout est omne Tribunal respectu Maiestatis Catholicæ Domini nostri Regis; vt ũ potest alteri authoritatem præstare, & vendere palam, bonaq; fide; & in hoc nulla adest *Doct.* controuersia: & si ipse postea, more solito, vt dixi, idem teneat, quando bona fide, & publicè, & si est minister multorum, *ibi alij sunt, qui dicunt, num. mihi* 10.

Ex quibus conclusionibus, si casum hunc perquirere volumus, nullam rationabilem
13 inuenimus dubietatem: nam persona Thesaurarij non põt dici, quod sit administrator rerum Fiscalium; hoc .n. attinet ad officium procuratoris Cæsaris, *ad tex. in l.* 1. *ff. de offic. proc. Cæs.* quod expressit Inuictissimus Rex noster *in pragm.* 5. *sub rub. de offic. procur Cæsaris, incip. cum Regia Camera,* Quæ-
14 stor autem nihil aliud facere potest, nisi pecuniam conseruare, *vt notabat Pirr. in lib.* 1. *de quæsto. magister. in* 3. *col. verf. quæstor ergo.* & ideo *Dominus Frecc. in lib.* 1. *de off. mag. Camer. in ver. quartum officium*
15 *num.* 13. dicit, quod Regia Camera hodie est illa, quę gubernat Regium Patrimonium, *idem dicit Mazze. de Afflict. in const. Regni, officiorum periculosa, sub rubr. de off mag. Camer. in* 3. *not post num.* 3. vbi particulariter tractat, quod Regia Camera solita est facere, quod introitus Regiæ Curiæ exigan-
16 tur ad credentiam, vel locentur. Quæstor autem nihil aliud facere potest, nisi pecuniã recipere, & erogare, cum interuentu Scribæ portionis, *vt notat idem D. Frecc. in* 2. *lib. in differentijs fæudorum regalium, in* 7. *differentia fol. mihi* 248. Nec huic conclusioni obstare potest, *pragmatica Imperatoris in anno* 1520. *sub rubr. de off. quasi pragm.* 7. quæ dicit, quod in locationibus Dohanarum debet interuenire Thesaurarius; quia ex hoc non efficitur administrator, imo ostendit, quod in reliquis non interuenit, prout in alienationibus, vt per scripturas præsentatas per Marchionem liquidissime constat. si ergo, ipse non est administrator, etiam, quod sit Officialis, non compræhenditur in lege prohibitiua, quod administratores non possunt contractus facere, *ad tex. in l. tutores, de author. tuto.* ex quo *tex.* colligitur regula,
17 quod officiales, quibus non est decreta administratio, habentur tamquam extranei, & emere possunt. idem dicebat *Iser.* quod Prælatus, vel Clerici, Ecclesiæ non administratores, non prohibentur, *in c.* 1. *qui succ. tene. in* 5. *col. nu.* 12. *in ver. Prælato.* Nec potest sumi argumentum, *ex §. œconomus, in auth. de alien. & empbi* nam dicebat *Andr.* quod iste §. est correptus, & quod non consideratur, ꝙ sit œconomus, sed sufficit, quod palam, & in vtilitatem Ecclesiæ; & sic declarat opinionem suam, *de qua supra in d. §. si vero Castaldi, de feud. Guard.*

Sed dato, quod esset administrator, & iu-
18 risdictionem haberet, prout est in Regno Franciæ, *vt dicebat Guliel. de Ben. in c. Raynutius, in verf. vxorem, nomine Adelasiam, in* 2. *decis. num.* 215. *fol. mihi* 87. *de quo loquitur idem in ead repet. in verf. duas habens filias, num.* 49 *fol.* 18. *ater.* vel quilibet alius administrator, qui per statutum, aut legem esset prohibitus; adhuc posset rem Regię Curiæ emere, si sine dolo, & fraude, sed palam, & bonafide faceret: nam ex regula supra assumpta, administrator potest rem, quam administrat en ere, si hoc palam, & bonafide facit; prout fecit Thesaurarius, qui rem Curiæ venalẽ, legitimis subhastationibus emit, factis prius proclamationibus, *vt notat Salic. in allegata l. cum ipse, in ver. vel tertio,* vbi
19 dicit, contractum fuisse factum palam, publicè, & bonafide, mediantibus gridis, & proclamationibus *post nu.* 1. *de contraben. emptio. & Dec. in conf.* 410. Secundo dicitur, palam factum, & bonam fidem interuenisse, quia venditio fuit facta iusto pretio, imo maiori; siue enim consideremus pretium ex appretio facto per Regiam Cameram, ex fructibus, *secundum regulam tex. in l. fundum per fideicommissum, ff. de leg. primo,* non ascendebat ad duc. 10. m. siue pretium conuentum cum Michaele Ioanne Gomez non ascendebat ad duc. 11. m. & ipse emit
20 pretio duc. 11800. Ex quo iusto pretio resultat bonafides, vt not. *Cyn. Bald. & Salic. in d. l. cum ipse, per tex. à contrario sensu, in l.* 1. *C. si vend. pignor. aga. quos sequitur Iaf. in l.* 1. *§. fuit quæsitum, nu. mihi* 20. *ff. ad Trebell.*

bell. post Alex. ibi num. 2. in fin. non enim inueniebat Regia Curia meliorem emptorē; quo casu. *secundum Salic. in d. l. cum ipse*, posset pro se retinere propria authoritate, etiam quod alius non interueniret in venditione. Tertio, nulla potest in causa hac considerari difficultas, postquam res alteri erat vendita, & conclusa venditio ex causa Thesaurarij effectum non habuit; quo casu posset retinere pro se ipso, absq; interuentu alterius solemnitatis, *secundum tex. singularem in l. tutor rerum, ff. de administr & pericul. tuto.* per quem *tex.* ita dicebat *Bar. ibi in d. l. pupillus, §. item ipse*, quod etiam si emit propria authoritate rem alij venditam, valet emptio, *quem sequitur Dec in cons. 558 in tertia col in vers sed alia insurgit difficultas,*
21 *post num.* 8. vbi dicit, quod si prima venditio non habuit effectum, administrator potest rem venditam retinere pro eodem pretio, absque alia sollemnitate. Et hoc est, quod voluit *Isern. in alleg. §. si vero Castalat, num. mihi* 11. dum dicit, quod certa est bona fi-
22 des, quando emit pro tanto pretio, quan ũ alius offerebat, vel quia fuit publicè subhastata.

Nec in hoc considerari potest personæ interpositio; ex hoc enim fraudis præsumptio tantum colligitur, *vt Bar. notabat in d. l pupillus, §. fin.* quæ præsumptio tollitur quando constat contractum factum palam, & bonafide: *tex.* enim describit ibi, quod hoc mul-
23 toties fieri solet simpliciter; nam honestiores homines non solent pati eorum nomina in instrumentis inscribi, sicut personæ dignitate excelsæ non solent esse præsentes, *ad tex. in l optimam, C. de contrah & commit. stipul.* & hæc interpositio personæ est præsumptio adeo leuis fraudis, vel doli, quod dicebat *Lupus in rubr de donat. int. vir & vxo. §. 9. num.* 11. quod cessat in persona nobili; adeo, quod si tutor nobilis emat palam per interpositam personam, eo authorizante rem pupilli, non præsumitur fraus: quod secus est in tutore ignobili, regulariter enim, quod alicui non licet nomine suo, non licet nomine alieno, *ex regul. quod alicui non li-*
24 *cet, de regul. iur. in 6.* & è contra, quod potest per se ipsum, potest per alium, *ex regul. potest, eod. tit. de reg. iur. in 6.* nec hic est de casibus, quod quis possit per se. & non per alium, *vt notabat glo in l. 2. vers. quod quis, ff. de adm. rer. ad ciui pertin.* maximè, cum in facto probatum sit, solitum esse Thesaurarium per interpositam personam facere cōtractus; quod tollit omnem fraudis suspicionem, *ad tex in l qui semisses, §. quæsitum, ff. de vsur. l. vel vniuersorum*, vbi glo. quæ
25 dicit, quod præsumptio inducitur ex consuetudine patrisfamilias, *ff. de pigno actio. facit vulg regul. tex. l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de ædili. edict.* Vnde dicebat *Bar. in l. magistratus, ff de municip.* quod contra-
26 ctus confecti præsumuntur secundum consuetudinem, *quem sequitur Dec. in cons. 7. in principio secunda col. in vers. & est regula communis.* ex hac enim consuetudine circumspecti Thesaurarij tollitur præsumptio
27 fraudis ex personæ interpositione; nam vna præsumptio tollit alteram, quando est efficacior, vt puta, quando nascitur ex consuetudine ordinaria, *ad tex. vulg. in l. Diuus Antoninus, iuncta glo in ver. extimari, ff. de restit. in integr. & l si qui adulterij, C. ad l. iul de adul.* & propterea sublata fraudis præsumptione, ex his, quæ supra dicta sunt, nihil refert an per se, an per alium emerit.

Nec in hoc vltima causa aliquam facere difficultatem poterit, quando vnus collega venderet alteri: tum quia non emit à collega, nec à procuratore Cæsaris, vel Fisci, sed a Prorege, virtute mandati, vt infra dicemus; & si emptio facta fuisset à Cæsaris, vel Fisci procuratore, quia tota iurisdictio insolidum est penès Regiam Cameram, dempta persona Thesaurarij, *ex supra allegatis, & præcipuè ex Salic. & Francis. de Areti. distinctione*, validus esset contractus, quia personarũ distinctio daretur; vltra quod ex supra allegatis apparet hanc differentiam non esse communem; sufficit enim bonafides, vt supra conclusum fuit. quod fortius procedit, quia representant personam vnius, & tunc omnes communiter concludunt, quod etiam à collega emptio fieri potest, maximè cum fuerit confirmatus contractus, quo casu etiam, quod ab initio aliquam haberet difficultatem, prout non est, in casu isto vim, & robur acciperet, *ad tex. pluries allegatum in l. 1. C. de contract. iud. ibi ratam habuerit, quod voluit glo. in alleg. l. aufertur. vers quod a Præside, in ver. vendicatur, in finalib. verb.* Sed hæc omnia (vt supra diximus) in casu, de quo agimus, nullius sunt considerationis. Fuit enim contractus factus à Prorege, virtute mandati, quo casu intelligitur factus à Principe supremo, habente omnem potestatem,
28 qui pro lege obseruari debet, *ad tex. in l penult. C. de donat. int. vir. & vxor.* Nec in eo potest allegari defectus potestatis; crimen enim esset sacrilegij disputare de potestate Principis: & ideo in hoc contractu postquam probatum est adesse bonamfidem, nihil re-
29 quirimus. nam solemnitates, quæ requiruntur in vendendis rebus Fiscalibus, *secundum glo. in l. 1. in vers. omni ordine, de fide in.*

& iur. hasta fiscal. lib. 10. quæ ponit solemnitates necessarias, quam sequuntur ibi Io. de Plat. & alij. & Bal. in l. 1. C. de hæred. vel actio. vend. post numerum septimum, in vers. item non potest alienare.

30 Non procedūt, quando fit venditio ab ipso Imperatore, vel ab alio habente mandatum: quo casu efficaciter obligatur, ac si esset priuatus, *ex regul. vulg. tex. in cap. 1. de probat. vbi Abb. & alij; & l. digna vox, C. de leg.* vbi *Cyn.* & particulariter *Paul. de Cast.* dicebat, quod huic contractui Princeps non potest contrauenire; alias Princeps esset deterioris conditionis, *vt dicebat Bald in l. Princeps, C. de leg idem voluit Ludo. Roma. in cons. 352. num. mihi 24. circa fin. Dec. in cons. 287. 14. col. num. mihi 5. Iacob. in inuest. sua feud. in vers. Princeps, nu. mihi 4.* & ita dicit obseruari, & obseruatum fuisse *Minad. in consl. Regni, in aliquibus, in 5. not. num. mihi 7. fol. 133.* maximè stante ratihabitione, seu confirmatione Imperatoris; quo
31 casu ab ipso Imperatore intelligitur contractus factus, *ex regul. tex. in l. in ædibus, §. quod si filius, ff. de donat. per quem tex. hoc particulariter consuluit Ludo. Roma. in cons. 98. in princ.* & in contractu adsunt clausulæ (ex certa scientia: de plenitudine potestatis:
32 supplentes omnes defectus) quæ clausulæ, seu quęlibet ipsarum facit, vt nihil opponi possit contra contractum Principis, maximè in his, quæ iuris sunt, *vt voluere Bal. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. Oldrad, latè in cons. 217. incip. factum tale est, num. mihi 12. & 13. cum seq. cumulat Ioan. Iacob. de Leo. in cons. 117. num. 230. cum seq. inter cons. Al-*
33 *ber. Brun.* faciendo enim actum Imperator tollit omnes iuris solemnitates, quando facit ex certa scientia, *glo. & Bart. in l. fin. C. si cont. ius, vel vtil. publ.* quia quando scit, dispensat, *dicit tex. in l. quidam consulebant; ff. de re iud.* Et propterea erroneum esset tractare de defectu solemnitatis in contractu Principis, vel à Principe confirmato: & quando solemnitas non requiritur, quia non ne-
34 cessaria; si adhibita fuit minus legitimè, non vitiat actum, *ad tex. plures allegatum in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad trebell. vbi hoc not. Doct. & præcipuè Ripa in vlt. not. num. mihi 13. est tex. in l. 1. C. de rei vxor. actio. in vers. eodemq; modo.*

Et tempus præfixum in subhastationibus, tripliciter consideratur, aut à lege, & est viginti dierum, *ex regul auth. hoc ius porre-*
35 *ctum, C. de sacros. Eccles.* Et ex hoc *glo. in l. 1. C. de fide instr. & iur. hast. fiscal.* dum ponit solemnitates necessarias in venditione rerum fiscalium, dicit, quod subhastationes debent fieri viginti diebus, *per d. auth. & ibi hoc voluit Io. de Plate.* Aut consideratur arbitrio iudicis decernendum, *prout ponit glo. in l. si tempora, in principio, eod. tit. de fide instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. vbi hoc notat Pirrhus.* Aut in contractu emptori dicēdum; nam in extraiudiciali negotio etiam vna monitio sufficit, *glo. in d. l. si tempora in ver. profitearis, Innoc. in cap. cum nobis, num. mihi 5. de elect.* Potest dum vult, comparare monitiones, quæ fiunt circa electionem, denunciationibus, quæ fiunt venditoribus: dicit, quod non sunt necessariæ solemnitates peremptorij, & sic trium citationū, sicut in iudicijs; sed statim possunt procede-
36 re facta vna, quia termini extraiudiciales intelliguntur peremptorij, *vt notat Bart. in d. l. si tempora, nu. mihi 5. & 6. glosa tamen in authen. hoc ius porrectum, de sacros. Eccles.* voluit, quod si consuetudo est in contrarium, quod nō seruantur illæ solemnitates: & quatenus *Bar. ibi ante num. 18.* dicat, quod consuetudo, quæ est contra libertatem Ecclesię, non valet, tamen respectu Fisci consuetudo valeret; & cum notorium sit in venditione fiscalium non obseruari hanc necessitatem subhastationis per viginti dies, nulli dubium hanc nullitatem non obstare. *Bald. tamen in d. auth. num. 4. in ver. aut omissio formæ,* dicit, quod valet consuetudo; nam multa sunt de forma, quæ non sunt approbata de consuetudine: & propterea dicebat *Alber. in d. auth: hoc ius porrectum, in vlt. glo.* quod consuetudo tollit, vel tollere potest aliqua leuia, vt subhastationem, vel minus tempus viginti dierum, *ante num. 21. alleg. tex. in l. 1. §. fin. ff. de ventr. inspic. ibi mos regionis inspiciendus est.*

Nec potest hęsitari, quod hoc sit prohibitum Thesaurario *per l. municipalem*; nam
37 aut consideramus *pragmaticam*, seu instructionem Regis Federici positam *in pragmatica 17. sub titulo de offic. procur. Cæsar.* quę prohibet Officiales Regiæ Cameræ posse participare in partitis Regiæ Curiæ, directè, vel indirectè, cum ministris pecuniarijs; & in ea non compræhenditur Thesaurarius, nam non est officialis; sed minister pecuniarius, & semper quando tractatur de ministris pecuniarijs, de eo præcipuè loquitur, vt in omnibus *pragmaticis* videri potest. Et sic facit actum contrarium; nam *pragmatica* disponit ministros pecuniarios tractare posse cū Regia Curia in partitis, sed non posse participare Officiales Cameræ; & iam eam videmus situatam sub *rubr. de offic. Cæs. procur.* & non sub *rubr. de offic. quæsto.* Et propterea peritissimi Iudices declarauerunt, non

adesse

adesse *pragmaticas*, quæ hoc prohibent. Hinc Maiestas Cæsarea in anno 36. post contractum hunc, nouam sanctionem statuit; prohibēdo Officiales pecuniarios per se, vel per interpositam personam posse participare in cambijs, partitis, vel alijs contractibus faciendis cum Regia Curia: & ne hesitetur, Thesaurarium esse inclusum, vel non esse; per aliam sanctionem statuit, dictam *pragmaticam* debere obseruari per Thesaurariū, & alios Officiales pecuniarios, in anno 39. *vt constat per pragmaticam sub rubr. de offic. quæst.* 11. ex quibus liquidissimè cōstat Thesaurarium non esse prohibitum ante dictam pragmaticam.

Nec omittendum vnum est, quod ex facto insurgit alia vera iuris cōclusio, vt si contractus rescissibilis, vel nullus potuisset prætendi ex dolo, aut fraude imaginaria; tamen
38 postquā vsus fuit Thesaurarius cautela *text. in l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de actio. empt.* vel declaretur contractus validus, vel Fiscus restituat pretium, & hoc obtulit, & hoc probauit; qui Fiscus declarare tenebatur, ne in perpetuum contractus claudicet, & dominium sit in incerto; & propterea certum tempus præfiniuit, *vt voluere Ioan. de Imola in l. si stipuler. in ver. si in locando, ff. de verbo. oblig. & Alex. ibidem in glo in ver. consentit, num. mihi* 4. Et loquitur ille tex. *in §. si quis colludente*, in minore. & ibi *Bart.* latè hoc idem tradens in contractu doloso, vbi æquiparat eundem operare effectum declarationem, quod vult stare contractui, vel quod oriatur de hoc sententia; adeò, quod non potest amplius tractari nullitas, vel rescissio illius, *secundum Bart. ibi*: cum fuerit in arbitrio venditoris, seu emptoris à contractu recedere; itaquod fuit ex oblatione restitutus ad pristina sua iura.

Hinc *Paul. de Castr. sequendo Bart.* dicit
39 *ibi*, nota mirabilem modū agendi, vt possit quis agere, vt certificetur de iure sibi competente. *idemq; tradidit ibi Fulgos. sequendo in omnibus theoricam Bar. post Bal. in l. dolum, C. de peric. & commodo rei vend. ibiq; Salic.* & non solum in minore *Doct.* hoc tradiderunt, sed etiam in Ecclesia, & in qualibet alia persona priuilegiata. Cum igitur probauerit Thesaurarius absuisse dolum, & fraudem, exuberasse bonam fidem, ac venditionem fuisse in maximum beneficium Regij Fisci. Propterea dolo cessante, & vtili existēte, Fiscus noluit acceptare oblationem, sed elegit stare contractui; ob quod sic Iudices votauerunt, declarando fuisse effectam conditionē Regiæ Curiæ meliorem per emptionem factam ab ipso Thesaurario, & ob id prolatam sententiam absolutoriam: igitur ex oblatione præfata remanet pœnitus exclusa actio Regij Fisci.

Et postquam de iure, Fiscus tenebatur eligere, vel stare contractui, vel restituere pretium; & Thesaurarius dedit dilationem triū mensium ad declarandum, & per eum stetit non adimplere, cum ad finem rescindendi contractum pretium soluere tenebatur; habetur declaratio pro facta, quod contractui stare intendebat, *iuxta nota. in l. in iure ciuili, de reg. iur. cum vulga.* & electionem, quam habebat, amisit non declarando, & translata fuit in Thesaurarium, qui elegit rē retinendo, & Fiscus consentijt, illum non molestando, *ad tex. in l.* 1. *C. de solutio. cum*
40 *concord.* & semper ex declaratione nō facta, intelligitur illa, prout deterius, in damnum non declarantis; & prout melius erit in fauorem illius, cui declaratio fieri debebat, *tex. est notab. in l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de*
41 *interrog. actio.* & ex taciturnitate facti Fiscus declarauit, *ex reg. tex. in l. Paulus, ff. rē rat. haber.* sicut dicimus in alternatiuis, vt ele-
52 ctio sit rei, *ex reg. tex. in l. plerumq; ff. de iure dot.* vt id a imitatur stante mora debitoris, *glo. in reg. in alternatiuis, de reg. iur.*
43 *in* 6. & in eo qui tenetur consentire, vt si requisitus non consentiat, habetur pro assentiente, *iuxta communem Scholam Doctorum in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. sol.*
44 *matr.* & in materia assēsus *Doct. nostri F audisti tradiderunt, quos refert, & sequitur Camer. in repet. cap. imperialem, fol. mihi* 30. *in litera H. in quæstione illa, An Dominus compellatur consentire*, & generaliter vera est, & indubitata iuris conclusio, quod
45 quotiescunque per legem, aut per hominem datur electio; si is, qui eligere debet, est in mora, tunc illam amittit, & transfertur in interesse prætendentem, imo habetur pro facta, prout personæ interessatæ magis expediens erit, *ex regula sumpta à textu, in l. cum quidam ita, de leg.* 2. *vbi Doct. in l. cum optio, ff. de optio. legat.*

Concludendo igitur dico, quod cum de iure Fiscus declarare tenebatur, si intendebat stare contractui, stante oblatione facta; & aliter non declarauit, dato, quod nunquā fuisset lata aliqua sententia, postquam tandiu tacuit, habetur declaratio pro facta, quod non intendebat à cōtractu recedere, ex præallegatis. & in specie in eo, qui vendere alicui tenebatur, si ille requisitus emere negligit, q remaneat ab obligatione absolutus promissor, quia habetur ille pro recusante, *ex tex. vbi Doct. communiter in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig.* Nec dicat Fiscus

sa: & distinctio est, quod aut vtraq; tendit ad vindictam, & sententia lata in vna, parit exceptionẽ rei iudicatæ in alia: aut criminalis ad vindictam, & ciuilis ad prosecutionem rei familiaris; & tunc, aut criminalis lata fuit, quia probatum est non adesse delictum, & sic super facto, vt in casu de quo agimus, in quo fuit lata, quia non adest dolus, non fraus, non interesse Regiæ Curiæ, quia fecit illius conditionem meliorem; & tali casu sententia absolutoria in criminali parit exceptionem rei iudicatæ in ciuili, etiam, quod nõ tendat ad vindictam, sed ad prosecutionem ciuilis interesse, seu ad rem ipsam: aut vero absolutoria in criminali lata fuit, quia non probatum, & tunc non parit exceptionem rei iudicatæ in ciuili. Hæc est distinctio, vt dixi, communis omnium *Doct.* quam ponit *Bar. in l. 2. §. hoc adicto, num. 3. ff. vi bono, rapto, & antè eum solemniter Cyn. in l. 1. C. quando ciuil. actio. crimin. praiud num. 7. vbi Iacob. Butr. in fin. Alber. latissimè secunda col. Salic. num. 10. Angel. nu. 2. peroptimè, qui post Cyn. & alios,* tangit articulum,

50 quid in dubio; & dicit recurrendum esse ad acta, vt si ex defensionibus factis appareat reum voluisse excludere delictum, ex illis, inquam intelligatur latam sententiam absolutoriam, & consequenter latam super facto, ex quo semper obstabit exceptio rei iudicatę in causa ciuili, licet tractetur ad rem, & non ad vindictam, & hanc eandem distinctionem ante omnes posuit *Dyn. in l. in prouinciali, §. 1. ff. de oper. no nunc. & satis eleganter Bal. in l. ex morte, ff. ad l. aquil. qui pariter in dubio se conformem reddit cum distinctione Angel. post Cyn. & alios.*

Ratio viua, & irrefragabilis tradita per Doctores in locis allegatis, illa est, quia quando sententia est lata super facto, quia non adest delictum; tunc si posset ciuiliter ad rem agi, fundando actionem ex eodem facto, & non ex alio, veniret in hoc secundo iudicio controuertendum id, quod fuit discussum, & decisum in primo iudicio, & propterea licet sit

52 ad rem diuersam, obstat e debet exceptio rei iudicatæ, quia dependet ex eodem fonte, *ex regul. l. si quis cum totum, §. si ancillam in ver. toties, §. planè, vers. vel alio genere iudicij, l. si duo patroni, §. item Iulianus, l. duobus, §. colonus, de iureiurand. ita Cyn. & sequaces vbi supra, & ita Bar. in d. l. 2.* Et quãdo in secundo iudicio inter easdem personas venit controuertendum id, quod fuit discussum, & decisum in primo iudicio; licet res sit diuersa, & diuersus modus agendi, nihilominus inquam obstet exceptio rei iudicatæ, conclusio est *Doctorum* indubitata. Nec obstat *tex. in l. cum quæritur, & seq. ff. de except. rei iud.* quia sufficit concursus illorum trium, *de quibus in l. cum quæritur,* verè, vel interpretatiuè, *ita glo. in l. & an eadem, in ver. concurrunt, eod. tit. Eadem glo. in ver. personarum,* dicit, quod largè verba illa *tex. in l. cum quæritur,* accipiuntur. Hinc idem *tex. in §. 1,* dum tractat de eodem corpore, dicit, quod non requiritur, quod prorsus sit idem, sed pinguius pro communi vtilitate accipietur; & reddit rationem *glo. ibi in ver. vtilitate,* vt litium sit finis, & exponendo verbum

53 (pinguius) dicit, latius, quam verba patiantur. & propterea semper, quod ex eadem causa quid petatur, licet res sit diuersa, interpretatiuè est idem, quia idem venit discutiendum, & causa, & origo attenditur, & lex non est imposita verbis, *glo. est not. in d. l. si quis cum totum, §. si ancilla, verbo eiusdem, vbi glo. in ver. id quæritur; & sic reassumit articulum, & conclusionem Paul. de Cast. in ead. l. ad intellectum, tex. in l. cum quæritur,* Hinc *Socc. in l. fundũ, ff. de except. declarando eandem regulam, l. cum quæritur, in se-*

54 *cunda col, in princ. vers. ex hoc infero,* tradit notabile, quod quando causæ, & res, licet, diuersæ, quæ deducuntur in secundo iudicio habent dependentiam ex alijs causis, & rebus in primo iudicio deductis, discussis, & decisis; tunc obstabit exceptio, quia omnia depẽdent ex eodẽ fonte, discusso, & deciso: itaq; non consideratur diuersitas rerum, sed an eadem quæstio inter easdem partes reuocetur, licet res sint diuersæ, *vt eleganter dixit Iurisconsul. in l. Iulianus, ff. de exceptio rei iud. quem tex. not. ibi Socc. ad intellectum prædicta l. cum quæritur, & melior text. in l. fund. iuncta glo. ff. de exceptio.* quia eandẽ causam, eandem rem, idemq; ius facit origo petitionis, *dicit tex. in l. si mater, §. eandem causam, ff. de except. rei iud.* Hinc ergo origo petitionis est; quia Thesaurarius; quia clam; quia in fraudem; quia per interpositam personam; quia in damnum Regię Curiæ. Cum ergo hæc omnia sint discussa, & decisa in primo iudicio: igitur ne discutiatur iterum de hoc discusso, & deciso; iustè *Doct.* omnes dixerunt obstare rei iudicatæ exceptionem, non obstante, quod secundum iudicium tendat ad rem diuersam, *secundum quod consuluit Corne. in cons. 126. 4. vol. penult. col. num. 4. vol. 5.* immo vnum plus dixerunt

56 *Doct.* quod si accessorium, & incidens opponitur; si tamen illud incidens discutitur, obstat exceptio rei iudicatę, *l. 2. C. ad l. Cornel. de fals. l. si iudex. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. 2. C. de ord. iud. l. duobus, de except. rei iudica. nota per omnes in dictis locis.*

Vu 2 Nec

hoc assumpto notaui.

Dicitur etiam, quod ante hanc sententiã datam à Iudicibus, & promulgatam à Cæsarea Maiestate, adest oblatio facta per Thesaurarium, restituendi tertiarias solutis ducatis 11800. exbursatis: vnde nonne in potestate Regis fuisset tertiarias cõsequi? nullo vero pacto potest reseruatio applicari ad tertiarias; si enim potuit tunc illas consequi, & noluit, inane fuisset in hoc capite iura reseruari: & ista responsio tam dulcis auribus, & intellectui est, vt bene agnita, replicationem non habeat: & ea fuit ratio, vt sua Cæsarea Maiestas non acceptaret oblationem; nam cum ex illis temporibus tertiariæ non valerent, deductis oneribus, nisi ann. duc. 700. idcirco non valebant duc. 11800. solutis, & sic non acceptauit supradictam oblationem Cæsarea Maiestas, nec reseruatio ad tertiarias potest referri.

Ex his igitur hæc causa debet recipere determinationem, siue ex iustitia ipsius, siue ex præfata oblatione, siue ex prædicta rei iudicatæ exceptione, quæ reseruatur ad merita causæ, & dicitur non teneri ad restitutionem tertiariarum, quia alias fuit absolutus, quæ practica sumitur ex *textu in cap. sicut nobis, vbi Imol. not. de re iud.* & hoc est, quod di-
59 citur, posse opponi dupliciter de exceptione rei iudicatæ, vel in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ, *de quo in cap. 1. de lit. contest. in 6. vbi Philipp. Franc. Bar. in l. fin. ff. pro suo cum concord.* & sic dicere possumus, quamlibet ex tribus exeeptionibus esse peremptoriã de per se; iustitia causę est peremptoria, oblatio non acceptata est perẽptoria, & exceptio rei iudicatæ de per se est perẽptoria.

Circa caput læsionis, fateor, quod sicut primum caput nulliter fuit propositum, sic istud secundum non inuidet primo. Aut enim Fiscus prætendit læsionem inspecta emptione quam fecit ipse; præsupponendo se esse lęsum, eo quod emit pro ducatis quindecim mille, & vendidit pro duc. 11800. & hoc ex qualibet ex duabus rationibus non procedit.

Prima est, quia Fiscus non emit pro duc. quindecim mille; nam cum debitor non haberet aliud in bonis, idem est quod emisset pro ista summa, vel pro maiori, aut minori.

Secunda est, nam dato, quod emisset nedum pro ducatis quindecim mille, sed pro ducatis 30. m. hoc de iure nil facit ad læsionem, *vulg. l. 3. §. duo fratres, de iure fisc. l. si ad rescindendum, C. de rescind. vend.* & sic ex regula dictorum iurium, hoc argumentũ primum Fisci non est pro ista causa.

Aut vero Fiscus vult læsionem ex eo, quod valebant tertiariæ tempore venditionis: & in hoc veritas negotij est contra ipsum; nam per ea, quæ in facto notaui, tunc temporis tertiarię non erant redditus duc. 770. & sic ad rationem octo pro centenario, prout fuerunt appretiatę per Regiam Cameram, non valebant duc 10. m. vnde læsio est pro parte emptoris: & in tantum est verum hoc, quod ex hac causa in anno 1537. obtulit illas restituere, & quia Fiscus fuisset in damno si acceptabat oblationem, non acceptauit, nec ea vsus fuit.

Aut vero vult lęsionem Fiscus, quod in anno 42. cæperunt esse alicuius redditus, & sic in dies creuerint, & hęc est tam magna prętensio, vt dicam, hoc Fiscum non dicere: esset enim tam inconueniens hoc tentare, & contra omnes regulas, vt sine responsione, posset ad alia recurri. & pro Fisco, qui litem mouit, noto vnum, quod in corpore instru-
60 menti dicitur, dum enormissimæ læsioni in specie renuntiatur; in eo, quod non est clausula notarij, tunc habent locum notata per omnes *in l. 2.* & plenè discussa in Sacr. Cons. decis. 220.

Sed ad quid mota fuit hęc actio, quando res fuit vendita vltra id, quod Carolus Quintus, immortalis memoriæ, mandauit, & vltra id, pro quo fuerunt appretiatę? sed melius dicam, ad quid est processus totus fabricatus, post sic benè discussum, & iudicatum omne, quod nunc discutitur?

Et nunc agnoscitur vna ratio, cur Fiscus hucusq; noluit expeditionem causę: ea enim notoria est iustitia huius causę, vt fateri valeam, quod optima ratione dormiuit in Regia Camera; ibi enim, quæ inutilia sunt pro Fisco quiescunt.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Solitum antiquissimum est seruandum.*
2 *Ius idem est de toto quoad totum, quod de parte quoad partem.*
3 *Iurisdictio est exercenda in loco digniori Baroniæ, & quando num. 28.*
4 *Dignioribus semper est deferendum.*
5 *Officialis dignior in digniori loco est constituendus.*
6 *Dignior dicitur qui possidet caput Baroniæ, & Baro nuncupatur.*
7 *Caput est honorabilius cæteris membris.*
8 *Vicus subest Oppido.*
9 *Iurisdictio principaliter attenditur, vbi venit*

dicit, refert Felyn. in cap. cum non liceat, de praescriptionibus, in principio, & Longobardum sit casale ipsius oppidi, vt clare ex probationibus in facto ostensum est; & Vicus
8 subsit oppido, *iuxta legem qui ex vico, ff. ad municipalem*. Iustissime fuit per causae Commissarium prouisum, quod Capitaneus resideat in terra Fluminis Frigidi.

Nec me mouet, quod praedicta procedant in primo Iudice, & sic prouisio loquatur de Capitaneo primarum causarũ, & quaestio nostra sit de Iudice appellationis: nam effectus dictae prouisionis porrigit etiã vires suas ad Iudicem secundarum causarũ, pro qua re est considerandum, quod lis inter oppidum, & pagum, & eorum principalis intentio, non est in quo loco debeant residere primus, & secundus Iudex, vt priuatae personae, sed vt ius dicentes; hoc est in quo loco debeat haberi tribunal, & Baronalis iurisdictio exerceri, vt ex deductis in processu satis
9 liquet: iurisdictio namque ipsa est, quae principaliter attenditur, vbi veniat ordinariè, & pro tribunali exercenda, & non personae iudicantium, *vt in simili considerat Dominus de Franch. in d. decis. 166. sub nu. 9.* & cum eadem ratio militet in vtraque causa, tam principali, quam appellationis, idem ius in vtraq; pariter statuendum est, *l. illud, ff. ad l.*
10 *aquiliam*, & vbi non inducitur diuersitas rationis non debet induci diuersitas iuris, *l. petendae, C. de temp. in integr. rest. & ibi Doct.* Attendenda est ergo huiusmodi intentio, quae se habet ad omnem, vt ita dicam, iurisdictionem, siue primarum, siue secundarum causarum; ad quam intentionem respicit etiam decretum, vt sit conforme libello, *l. vt fundus, ff. comm. diuid. & facit ad hoc tex. in l. 1. §. rectissime, vers. ibi autem, ff. de vi, & vi arma.* vbi dicitur quod interdictum de vi, & vi armata non sit ad angulum, vel ad locum tantum, vnde vi quis deiectus est, referẽdum; sed ad omnem partem possessionis, qua quis caruit, cum fuit deiectus, *refert Andr. Gail. pract. obseru. lib. de pignorat. obser. 9. in fin.*
11 Plus dico, quod iudicium appellationis est accessorium ad iudicium principale, & eius naturam sequitur *Dominus de Franch. decis. 370. nu. 18.* & nominato principali videtur nominatum, & accessorium, *idem Dominus de Franch. decis. 254. num. 8.* & iudicium
13 appellationis est eiusdem naturae, cuius est iudicium principale *per eundem de Franch,*
14 *decis. 520.* nec est absurdum, quod accessorium sit dignius principali, *vt per Andream Gail. in tractatu de pace publica, lib. 1. cap. 5. num. 19.* nec debet vnum, & idem priuile-
15 gium diuerso iure censeri, cum vna determinatio respiciens plura determinabilia debeat ea pariter determinare, *idem de Frãch.*
16 *eadem decis. 370. nu. 18.* immo de iure communi officium Capitaneatus, & officium Iudicis secundarum causarum est vnum, & idem, *vt per eundem D. de Franch. in decis.*
17 *479.* & licet sententia sit stricti iuris, & eius verba non sint extendenda, à iure tamen cõmuni recipit interpretationem, *l. miles, §. decem. ff. de re iudicata, Dec. cons. 65. num. 2.*
18 *Anchar. cons. 6. num. 7.* & de iure communi Officiales, & tribunalia debent in locis dignioribus residere, nulla habita ratione an sit primus, vel secundus Iudex; sed attenta tantummodo iurisdictione, quae ex eodem priuilegio oritur, & est eadem ipsa in prima, quae & in secunda instantia, *dicta decis. 370. num. 13. & 14.* Praeterea hoc non est extendere, postquam venit ex mente, & ratione legis; immo dicitur in sententia expressum *per ea, quae idem D. de Franch. adducit in decis. 403. num. 10.* alias sententia esset elusoria, & victori non esset satis prospectum, si eadem iurisdictio respectu primi Iudicis exerceretur in oppido, & respectu secundi in casali, *Andr. Gail. praedictos consulentes refert, & sequitur pract. obseru. lib. 1. obseru.*
19 *116.* Verba enim rebus, & non res verbis deseruire debent, *l. labeo, §. sed de his, ff. de supell. leg.* & alias sequeretur, quod locus inferior esset dignior suo superiori; quod est absurdum, & proinde vitandum, *l. in fundo, ff. de rei vend.* & inter locum, & locatum nulla esset proportio, *contra tex. in l. 2. ff. de albo scrib. Cass. in cathalogo gloria mundi, 12. par. 8. consider at. in princip.*

Insuper aduertendum est, quod quamuis tam primus, quam secundus Iudex sint am-
20 bo in dignitate; cum omnis, qui praesit cognitioni alicuius castri, vel villae dicatur esse in dignitate, *vt per Socc. in cons. 67. num. 5. vol. 1.* attamen maior est secundus, quam primus, *vt not. glo. in cap. 2. de consuet. in 6. in vers. officiali, D. de Franch. decis. 511. num. 4.* modo si in isto casali denegatur tum ex dispositione iuris communis, tum virtute decreti praedicti, residentia Iudicis tribunalis minoris (vnius enim inclusio, est alterius exclusio, *l. cum praetor, ff. de iud.*) ergo & multo magis debet denegari residentia maioris *auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. in arg. est tex. in l. 2. de fructu ésport.* vbi, quod ei,
21 cui non licet frui minoribus, non debet licere frui maioribus, quod est rationi satis consentaneum, *vt not. per Azo. in summa, C. si seru. exp. ven. in princ.* & cum in eo sic directe prohibitum iurisdictionis exercitiũ non

Digitized by Google

non debet per obliquum concedi; quod esset si Iudex appellationis constituerit ibidē tribunal secundarum causarum; cautū est enim
21 in iure, quod vna via prohibetur, altera non permitti, *cap. cum quid vna, de reg. iur in 6.*
23 Quinimmo vno prohibito censentur prohibita omnia alia, per quæ peruenitur ad illud, *glo. in l. oratio, ff. de sponsf.* & eo magis ne derogetur decreto prædicto, & iterum fiat fraus legi, quod non est concedendum, *l. si filiusfam. §. his autem, ff. ad Senatus consul. Mac.* Nam prætextu cuiuslibet, etiam friuolæ appellationis causæ callidè (cum reuer.) potius detraherentur, quam deuoluerentur ad Curiā secundarum causarum in dicto casali, *prout pulchrè in simili considerat Andr. Gail. pract. obseru. lib. de pignorat. obseru. 3.*
24 *in fin.* subdens, quod iurisdictiones non debent confundi, *per tex. in cap peruenit, 11. q. 1. & in l. nemo, C. de iurisdict. omn. iud. in glo. in verbo auxilium*, & malitijs hominum est obuiandum, & sic prædictum decretum iterum fieret elusorium, *dicta l. si prator, ff. de iud.* & eius exequutio redderetur inanis, *contra tex. in l. Imperatores, §. fin ff. de appell. vbi glo. in verbo apud sequestrum.*
25 Accedat prædictis, quod iurisdictio debet constitui in loco tuto, *Clem. pastoralis, §. notorium, de sent. & re iud & ibi glos. in verbo notorio, cap. accepimus, de fide instrum. & ibi*
26 *glos. in verbo securo*, at oppidum est tutum, cum sit munitum muris, portis, castro, & carceribus; quibus omnibus caret casale; & mœnia Ciuitatum securitatem, tutelam, custodiam, & defensionem habitantibus in eis conferunt, *ita Lucas de Penna in l. vnica, C. de expens. iud. lib. 11. refert Cassaneus in loco prædicto, cons. 69. vers. de muris.*

Non omittam, quod non modo in prouintia Calabriæ, sed etiam in toto Regno, Barones, qui tenent in terris suis Iudices appellationis, illos tenent cum tribunali in locis, & terris dignioribus; quod satis est no-
27 torium, & pro notorio allegatur, quod sufficit, *Andr. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 31. allegat Iason. in l. de quibus, ff. de leg.*

Nec quicquam prædictis obstat id, quod ex aduerso posset prætendi ex dispositione *Regiæ pragmaticæ querula*, quod quando Baro habet plures terras in Prouincia, potest in vna ex eis tenere iudicem secundarum causarum; nam illud procedit in casu suo, quando habet plures terras in Prouincia: secus vero quando vult illum tenere in Baronia, in qua non habet nisi vnam terram, prout in casu nostro; tali namque casu in illa vna debet tribunal appellationis constituere, non autem in eius casali, prout per rationes superius adductas satis liquet.

Nec ex hoc videtur arctari potestas Baronis, nam si vult illum tenere in Prouincia ad
28 sui libitum, si vero in Baronia, & ibi adsunt plures terræ, similiter ad sui libitum: sed si in Baronia non est nisi vna terra, prout hic, in ea debet illum tenere, ei namque ius non deficit, nec arctatur, sed seipsum arctat, cum non adsunt alia oppida, *argum. tex. duo sunt Titij, ff. de test tut.* & in vna re non cadit electio, *toto titulo, ff. de optio. leg.* Facit etiam, pro oppido Fluminis Frigidi, quod & si dispositio prędictę *Regiæ pragmaticæ* dictaret, quod Baro habens plures terras in Prouincia, posset in vna ex eis Auditorem prędictum tenere, generaliter loquendo; nihilominus dum vult illum tenere in Baronia, in qua non adest nisi vna terra, & duo casalia, deberet dispositio illa restringi ad id, quod est rationis, ne ex ipsius generalitate sequatur læsio iuris tertij, quod esset detrahendo honori capitis ipsius Baronię, *per superius adducta, & per ea, quæ notat D. Vincentius, de Franch. decis. 138. in fine* & ne sequantur
29 absurda prędicta; nam statuta generaliter loquentia debent à iure communi interpretationem recipere, *l. 2. C. de noxal. act. vbi Doct. Iason in l. non dubium, C. de leg. num. 37. Doctores in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure.* Tanto magis quod oppidum Fluminis Frigidi est situatum inter duo casalia, quasi ęquè distans ab vtrisque, & sic commodius in ipso constituetur prędictum tribunal, respectu vtriusq; casalis; quod si constitueretur in casali Longobardorum nimis longe abesset ab altero casali Falconarię, ad quod iura satis prospiciunt, *l. post sententiā, C. de appell, Decius in cap. cum te, de officio deleg.* Ex quibus omnibus clare (ni fallor) ostensum est, decretum causę Commissarij respectu primi Iudicis, vti ritè, & rectè probatum confirmari, ac debitæ exequutioni demandari debere; nec non idem obseruandum in Iudice secundarum si in Baronia fuerit constituendus.

Camillus de Medicis

ADDITIO.

SVmpta occasione ex hic allegatis pro Vniuersitate Fluminis Frigidi, libuit hic subnectere varias decisiones, quas percepi factas in diuersis causis in eo articulo: Vtrum Ba-
30 roni liceat diuidere exercitium iurisdictionis, & creare duos Capitaneos in eadem Terra, vel vnum in Terra, alium in Casalibus. Et quidem in causa Vniuersitatis Vallis, & Pla-

& Plani Terræ Gifoni, cum Vniuersitate, & hominibus, seu Casalibus eiusdem die 17. Martij 1565. referente Consiliario Iulio Gerardio, fuit datus terminus iuris, & interim prouisum, quod Capitaneus dictorum Casalium Vallis, & Plani Terræ Gifoni exerceat eius iurisdictionem officij, tam in dictis Casalibus Vallis, & Plani, quam in sex Casalibus prædictis dictæ Terræ Gifoni, & Capitaneus nouiter creatus lite pendente abstineat, donec aliter; Et deinde in petitorio fuit declaratum, licere Domino Marchioni Piscariæ in Terris prædictis destinare duos Officiales pro administratione institiæ, referente Consiliario Vitello 25. Iunij 1574. in Banca de Caro.

In causa verò Vniuersitatis Nuceriæ cum D. Duce, fuit decisum contrarium, videlicet, non licere D. Duci deputare duos Capitaneos, sed vnum tantum, iuxta antiquum solitum, & proinde Vniuersitatem prædictam absoluendam esse, referente Consiliario Lanario 14. Ianuarij 1581. in Banca Figliolæ.

Et diuersitatis ratio ex processibus colligi potest. Cum autem D. Princeps Auellini nouum creasset Officialem in Terra S. Senerini super cognitione, & exercitio damnorũ datorum; Vniuersitate prædicta contradicẽte die 15. Iunij 611. per Regiam Cameram referente D. Præside Salutio, fuit datus terminus in causa, & interim lite pendente iurisdictio damnorum datorum exerceatur per Capitaneum dictæ Terræ, iuxta solitum, in Banca Claudij de Maio.

Et demum cum Dominus Dux Suessæ vtilis Dominus Baiulationis, & aliorum corporum Baronalium Terræ Summæ, de nouo deputasset Iudicem appellationis à decretis in Curia Baiuli, à quibus pro præterito solitum fuerat appellari ad Capitaneum, fuit interim lite pendente domi decretum, quod manuteneretur dictus Index in exercitio, & cognitione prædicta de anno 611. in Banca Bolini, sed pendet relatio verbi faciendi in aula Regiæ Cameræ pro parte Vniuersitatis. in quo illud non est omittendum, quod à decretis Baiuli debet appellari ad Baronem, & non ad alium, adeo vt neque ad Regem debeat haberi recursus, sed ad ipsum Baronem, nec dicitur Baiuli, & Baronis idem Tribunal, vt est Episcopi, & Vicarij, *vt per Isern. & alios in constit. officiorum, & in constit. Capitaneorum: quidquid aliter comminiscatur Afflict. in constit. iustitiarij, per prouincias, nu. 11. quod ampliat D. Freccia in 16. author. fol.* 349. procedere etiam si Baro non habeat in specie causas appellationum, quia adhuc dicetur Baro procedere in dictis causis, vt Index delegatus per Regem, quamuis absolutum fit concessa iurisdictione nõ censeri concessas causas appellationum, nisi nominatim fit id expressum, *vt ex Angelo in l. 1. §. qui mandata, ff. de officio eius, tradit idem D. Freccia in 13, author. num 6. fol.* 346. & in materia de diuisione iurisdictionis, vsus, & exercitij ipsius, videnda sunt latè tradita per *Felin. & Dec. in cap. prudentiam, de offic. deleg.* Et de duobus Dominis eiusdem castri, qui in regimine conuenire nõ possunt, quod compellendi sunt ad concordiam, vel diuidendo vsum iurisdictionis per tempora, puta alternis vicibus; velut constituant vnum Iudicem communiter ab ipsis electum, *de quo Rom. sing. 766. sunt sub Regina, & latè Borrius decis. 5. à quo plura mutuatus est tacito Authore Ludou. Peguera decis. 10. crim. Catalun. apud quos multa.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium non reperitur deberi ex alienationibus faudorum, sed tantum releuium ex successione, & adoha.*

2 *Laudemium de consuetudine particulari soluitur in Curijs Baronum pro assensu præstando alienationibus faudorum.*

3 *Militia legata liberto, hares tenetur soluere etiam introitum pro ipsa militia acquirenda.*

4 *Scholaris soluit aliquid pro introitu matricula.*

5 *Consuetudo seu mos regionis attenditur in istis prastationibus.*

6 *Consuetudo, & mores vicinarum prouinciarum attenditur vbi prastatio facienda non est à iure taxata.*

7 *Laudemium de iure ciuili debetur ex alienatione bonorum emphyteuticorum, taxatum in certa summa, & non vltra num. 9.*

8 *Laudemium ex pacto potest taxari in tertia, quarta parte, vel alia quotitatiua.*

10 *Bona reddititia faudo ex quibus soluuntur functiones fiscales non sunt faudalia, ex comm. Doct. sententia.*

11 *Territorium concessum à Barone sub annuo redditu, efficitur burgensaticum, & ipsius loco subrogatur redditus, qui remanet faudalis.*

12 *Territorium concessum à Barone sub annuo redditu, licet efficiatur burgensaticum, assumit*

assumit tamen naturam emphyteusis, & ideo non potest alienari sine assensu Baronis.

13 *Territorium concessum à Barone sub annuo redditu iusta contit. Regni si quando subijcitur disposit. l. fin C. de iure emph. & ideo laudemium debetur ex ipsius alienatione.*

14 *Census in Gallia non sunt proprii census, sed concessiones honorum retento directo dominio.*

15 *Bona omnia præsumuntur libera, non autem feudalia num 17. sed censualia simpliciter, & num. 18.*

16 *Seruitus non præsumitur nisi probetur.*

19 *Bona non feudalia habentia naturã discretam à bonis emphyteuticis, quæ sint?*

20 *Dominium vtile in feudo consistente in re soli transfertur penes vassallum.*

21 *Dominij vtilis translatio est de substantia feudi.*

22 *Feudum aliquod dicitur corporale, aliud incorporale, & discrimen inter vtrumque, & num 24.*

23 *Dominium describitur circa corporalia tantum.*

25 *Feudatarius non potest concedere, vel transferre, quæ non habet.*

26 *Bona reddititia feudo non præsumuntur in dubio concessa à domino feudi, & num. 32. in fine, & 36.*

27 *Mulier non habet quartam in bonis mariti feudalibus. & similibus.*

28 *Vxor habere debet quartam in prædio mariti reddititio Ecclesiæ, quia ex præstatione redditus non præsumitur prædium fuisse concessum ab Ecclesia.*

29 *Census præstatio est equiuoca.*

30 *Probatio ab equiuocis non concluditur per necesse, & aliter facta nec rem dubiam facit, & num. 32.*

31 *Dominium probari debet per media vniuoca, siue concludentia non equiuoca*

33 *Bona propria submissa Regi, vel Baroni alienantur ad libitum, sine assensu saluo readitu.*

34 *Bona concessa à Rege ad annuum redditum nõ in feudum possunt alienari sine assensu.*

35 *Bona feudo deuoluta tanquam vacantia, vel ob delictũ incorporata, quæ solent vniri baiulationibus possunt alienari sine assensu.*

37 *Solutio Caronis vniformiter facta per longum tempus, quando præsumi faciat concessionẽ in emphyteusim præcessisse, ad declar. decis. Afflict. 129.*

38 *Titulus qualis sit declaratur, & probatur per actus postea factos, & quando hoc procedat, num. 39.*

40 *Præscriptio in actibus discontinuis, qui sine facto hominis non fiunt, requirit tempus cuius initij memoria non extet in contrarium, & num. 61.*

41 *Temporis cursus de per se non est modus inducendi obligationem.*

42 *Præsumptio declarationis tituli cessat vbi tractatur de magno præiuditio, vt est præscriptio directi dominij.*

43 *Verba illa (tenere de feudo) an probent quod bona sint feudalia. & num 47. & 48.*

44 *Verba ciuilis modo sunt intelligenda.*

45 *Dictionis (de) varia significationes ex subiecta materia.*

46 *Feudum est quodam vniuersum.*

49 *Redditu certo puta. 20. constituto ex certo fundo, nihil vltra debetur ei cui redditus est constitutus.*

50 *Redditu certo concesso ex certis bonis, non debentur concessionario laudemia ex venditione dictorum bonorum, quia censetur taxatiuè census constitutus.*

51 *Concedens in ipsa concessione non expressit, ergo non concessit.*

52 *Laudemia non sunt sequela necessaria annui redditus, quia causa laudemij est diuersa à causa ex qua debetur annuus reditus, & num. 53.*

54 *Inuestitura noua cõtra tenorem antiquæ inuestitus sibi formare non potest, nec introduci ex consuetudine, num. 87.*

55 *Titulus vbi procedit iniustus, præscriptio cessat.*

56 *Titulus iniustus inducit malam fidem, quæ non excusatur ab errore iuris.*

57 *Mala fides auctoris præsumitur continuata in successore.*

58 *Successor quilibet præsumitur, quod inuestituram petierit, & quod sciuerit ipsius tenorem, num. 59.*

60 *Mala fides superueniens interrũpit præscriptionem.*

62 *Præscriptio immemorabilis, vt probetur necesse est, vt vnusquisq; ex testibus deponat omnia requisita, & quæ sint ista requisita & num. 63.*

64 *Præscriptio immemorabilis habet vim tituli.*

65 *Exactio à personibus potentioribus facta præsumitur per impressionem, & præscriptio non currit.*

66 *Domini exigentes seruitia ab eorum subditis præsumuntur facere per impressionem.*

67 *Præscriptio qualibet sine possessione vniformi non procedit & num 68.*

69 *Actus vnus interdum occultatur, & quando id procedat in donatione num. 71.*

70 *Testi deponenti de his, quæ sunt iuris non*

cre.

Digitized by Google

creditur, quod tamen declaratur.
72 Donatio requirit præsentiam donatarij.
73 Donari possunt aliena, & propria; & verbū (donare) est æquiuocum, & stat propriè, & impropriè. num. 74. & 75.
76 Clausula (cum iuribus suis) non importat nisi ea, quæ sunt à iure determinata, ex Innoc.
77 Laudemia non sunt certa, nec annua.
78 Clausula (cum pertinentijs suis) quid operetur, & quod ea non obstante debet probari dominium authoris, & num. 79.
80 Clausulæ (cum iuribus suis, & integro statu) efficacia.
81 Clausula prædicta non operatur cum refertur ad præcedentem titulum, de quo cōstat.
82 Clausulæ (dummodo ritè, rectèq; processerit, natura feudi, & c.) quid operentur.
83 Clausulæ adiectæ ad supplicationem partiū, quando præsumantur erronea.
84 Consuetudo legum, & priuilegiorū interpres in dubijs, non in claris.
85 Laudemij præstatio est exorbitans à iure, & odiosa.
86 Consuetudo interpretatiua debet esse præscripta. & num 89.
88 Consuetudo debet esse vniuersalis, alias non est consuetudo, sed præscriptio. & num. 91.
91 Testes quomodo debeant deponere super consuetudine.
92 Redditus annui à tempore Romanorum alienabantur ad rationem duc. quinque pro centum.
93 Modicitas pretij multa arguit.
94 Iudex condemnando ad aliqua, à cæteris videtur absoluere.

Pro particularibus Ayelli Sancti Seuerini contra Metellum de Roggerio.

ARGVMENTVM.

DE laudemio, & ipsius taxatione, an soluatur etiam ex bonis fæudalibus ad instar releuij, & adohæ, saltim de consuetudine in Curijs Baronum. De bonis reddititijs fæudo quomodo efficiantur burgēsatica assumpta qualitate emphyteutica, & redditus subrogetur fæudalis, ad declarationem constit. si quando. Et an ex eo quod sint bona redditia fæudo necesse inferatur fuisse cōcessa à domino fæudi, ita vt is valeat etiam exigere laudemium. An translatio vtilis dominij sit necessaria in fæudis, etiam incorporalibus. De præscriptione in actibus discontinuis, & declaratione tituli. Et necessarijs requisitis in præscriptione immemorabili, & quomodo interrumpatur ex mala fide; & efficacia clausularum, quæ solent apponi in inuestituris, & priuilegijs.

CONSILIVM CLII.



DOMINVS METELLVS de Rogerio, vtilis dominus feudi nominati de Ayello, in territorio S. Seuerini consistentis in certis annuis redditibus super certis possessionibus, & domibus; prætendit, quod quando dicta bona alienantur, sibi debeatur quartaria, & quod debeant petere assensum.

Producitur inuestitura prædicti feudi in personam quond. D. Nicolai Villani in anno 1400. vbi dictus Nicolaus emit prædictum feudum consistens in prædicta Startia, cum certis annuis redditibus, & omnibus, & singulis iuribus ad dictum feudum spectantibus à quon. Nobili Petro de Porta, & prout ipse Petrus, & eius pater tenuerūt, & possederunt pro duc. 800. Nec non in eadem inuestitura cōtinetur quod emit à Nardello Celentano alium redditum duc. quinque, cum omnibus suis redditibus ad dictum feudum spectantibus; & prædictis emptionibus assensum præstitit D. Comes S. Seuerini.

Dictum feudū in anno 1507. cum esset in posse q. D. Iacobi Villani, eidem Iacobo Princeps Salerni concessit in prædicto anno 1507 iurisdictionē ciuilē in homines casalis Ayelli prædictæ Terræ; In anno 1528. prædictus Princeps concessit iurisdictionem criminalem D. Antonio de Rogerio in prædictos homines Ayelli, in quos prędictus Iacobus eius socer habet iurisdictionem ciuilem; in anno 1529. prædictus Iacobus legauit prædicta feuda D. Antonio de Rogerio.

In anno 32. dictis iurisdictionibus cum prædicto fæudo consiente in annuis redditibus, & prædicta Startia peruenctis ad prædictum Antonium asserentem habere feudum dictum (li Ayelli) consistens in annuis redditibus possessionum, & domorum cum baiulatione, capistragijs, quartarijs, & alijs iuribus; impetrauit à prædicto Principe Salerni virtute suorum priuilegiorum reintegrari, &

Digitized by Google

inuentariari; ita q̃ de omnibus fieret inuentarium apertè, vt veritas appareat: & emanatis Bannis cum inserto tenore rescripti possessores bonorum redditiitiorum in eorum cedulis dixerunt, tenere de prædicto feudo, & reddere anno quolibet certam quantitatem pecuniæ taxatam: quæ omnes quantitates, in vnum redaptæ faciunt summam duc. 42. quibus confessionibus factis, instante Procuratore Antonij in anno 1535. prædictus Commissarius præcepit omnibus, vt quisq; annuatim solueret annuum redditum iuxta suam iuratam confessionem.

Dictæ iurisdictiones, & prædictum feudū peruenerunt ad D. Metellum de Rogerio prætendentem dictam quartariam, & producit qualiter ipse Antonius, & Iacobus exegerūt dictum ius gradantis, *à dui, tre, quattro, sei, otto, & dece per cento*; & quatuor sui testes deponunt, quod Dominus dicti feudi inter alia iura, quæ habet, habet ius exigendi quartam partem pretij, quando dicta bona alienantur; non quod ipsi vidissent vnquam integram quartariam exigi, non quod non haberent illud ius illam exigendi; sed quia sic placuit in donum relaxare.

Producit qualiter Domino Terræ prædictæ S. Seuerini aliquando pro bonis feudalibus fuit soluta quartaria pro assensu, & qđ in priuilegio Ill. D. Ferdinandi Gonsaghæ fuit concessa quartaria.

Particulares probant prætensam exactionem iuris quatrantis difformiter non posse prætendi probatam, nisi postquam iurisdictio peruenit ad eosdem feudatarios.

Producūt quod in Terra S. Seuerini Startiæ, & alia bona feudalia adohant, & non soluunt functiones fiscales, sed de prædictis bonis reddititijs à tēpore cuius initij semp fuerunt alienata in pleno dominio, sine aliquo assensu, vti franca & libera exempta ab omni onere, & specie seruitutis, præter ab annuo redditu tam inter viuos, quam in vltima voluntate inter ipsos laicos, Ecclesijs, & personis, ecclesiasticis: & quod per testes eiusdem Actoris, & per acta per ipsum producta probatur, quod prædictæ exactiones fuerunt per carcerationem, & probatur per testes particularium; & quod semper fuit publica fama in Terra S. Seuerini, quod prætensæ exactiones erant indebitæ, & iniustæ; & propterea non probatur aliqua vniformis præstatio.

Est aduertendum, quod corpus Terræ S. Seuerini formatur ex tantis Casalibus, inter quæ est Casale Ayelli; & Casale prædictum differt à prædicto feudo Ayelli consistentis in annuis redditibus possessionū, & domorū, q̃ sunt sita in varijs Casalibus prædictæ Terræ, & possidētur à particularibus prædictę Terræ, & aliorum locorū, & particulares Ayelli, non omnes, sed aliqui possident bona reddititia; nec omnia bona dicti Casalis sunt reddititia, sed aliqua contenta sunt allodiala; sicut reliquum prædictæ Terræ.

Pro elucidatione præsētis quæstionis, duo sunt principaliter consideranda. Primò, ex quibus bonis alienandis debeatur laudemiū.

Secundò, an prædicta bona reddititia probentur, vel saltim præsumantur esse ex illis bonis, ex quibus alienandis debeatur laudemium.

Quoad primum licet de iure consuetudinario feudorum nō reperiatur ex alienationibus deberi laudemium, sed tantum releuium
1 ex successione, & adoha; *vt latè per Isern. in tit. per quos fiat inuestit. nu. 7.* vnde ex hoc in Curia Regia non soluitur laudemium pro assensu præstādo in alienationibus inter viuos; tamen in Curia Baronum ex quadam particulari cōsuetudine pro assensu præstando in
2 alienationibus rerum feudalium, soluitur laudemium, *vt sentit Andr. in §. si mulier post nu. 14. de cap. cor. glo. in const. regni post mortem, in verb. recepto, dum allegat tex. in l. his verbis ff. de leg. 3.* vbi legata militia liberto,
3 hæres tenetur etiam soluere introitum pro ipsa militia acquirenda, *vt per glo. in verb. danda;* qui introitus *secundum Iacob. de Aret.* ex consuetudine debebatur: vt ēt *Bar. ibid.*
4 exemplificat in scholare soluente aliquid in introitu matriculæ. & cum ex prædicta particulari consuetudine laudemium debeatur, & non reperiatur determinata quantitas laudemij; hac ratione *idem Andr. in §. illud quoq; lo primo, in cap. Imperialem, post nu. 63.*
5 dixit, quod hæ præstationes secundum mores prouinciarum, *& in const. regni post mortem vers. & in istis,* dicit quod spectatur cōsuetudo prouinciarum: nam vbi quantitas esset taxata, nō esset recurrēdum ad vicinos, *idem Isern. in §. præterea ducatus, post nu. 37. in addit. in illis verbis,* vbi illæ præstationes sūt de iure, nec apparebat de quantitate præstatio-
6 num, in quantitate stabitur vicinis prouincijs, *per tex. in cap. super eo, & cap. sopita, & in cap. ex parte, extra de censib.*

Debetur etiam laudemium *ex dispositione iuris ciuilis,* quando alienantur bona, quæ
7 sunt sub natura iuris emphiteutici, *l. fi. C. de iure emphi.* & in isto casu non habet locum *doctr. Isern.* ex quo per idem ius ciuile est taxata quantitas in quinquagesima pretij *d. l. fi.* Fatemur tamen quod si in concessione rei emphiteuticę, ex pacto expresso fuisset dictū,
8 quod solueretur alia quantitas, puta tertia, quar-

quarta, vel alia pars quotatiua; quod tunc illa quantitas promissa deberetur, & non quin quagesima, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. si conuenit ff depos.* & rei suæ quisque ponit legem, quam vult, *l.in re mandata, C. mand* sed vbi tale pactum non demonstratur, in dubio vltra quinquagesimam peti non potest; quoniam ad refrenãdam auaritiam Dominorum qui magnam molem pecuniarum in assensu efflagitabant, Imperator Iustinianus conditor *d. l. fi.* statuit
9 quod vltra quinquagesimam petere non possit, *d. l. fi. §. et ne auaritia tenti, C. de iur. emph.*

Et cum ex alia causa laudemium solui, vel deberi non reperiatur; videndum erit secundo loco, & principaliter an ista bona reddititia censeantur sub natura bonorum fæudalium, an emphyteuticorum, vel censualium: Et quia cum ex prædictis bonis reddititijs soluantur functiones fiscales, & ex alijs rationibus, communis sententia *DD.* est quod
10 non censentur sub natura feudalium, *vt latè per Affl. dec. 129. Capyc. dec. 103. 196. Alb. Brun. consf. 127. in 16. consid. ibi, & ita fuit iudicatum in parlamento Neapolitano, & vers. nec obstat, quod quindecima pars col. 28. & 29. fol. mihi 17. vol. 2.* & quod prædicta bona non sint feudalia non discrepatur, vltra non insisto, *vltra tradita à Gram. dec. 77.*

Sed difficultas est, an dicta bona sint sub natura iuris emphy. & licet ipse feudatarius in secundo articulo posuerit, quod prætensa quartaria gradans, seu quadrās soluatur pro entratura, & assēsu; quia dicta bona, quę reddant à principio fuerint prædicti feudi, & concessa fuerunt cum hac lege, conditione, & pacto, quod solueretur dictum gradās, seu quartaria: tantò magis, quia redditus est modicus, habito respectu ad fructus, qui percipiuntur ex illis fundis. & cum prætendat dicta tenimenta fuisse de corpore prædicti feudi, & ea fuisse concessa ab ipso Domino prædicti fæudi ad annuum redditum; ille annuus
11 redditus subrogatus loco feudi, remāsit fæudum; & tenimenta, quæ prius habebant naturam fæudalem, transierunt in naturam bonorum burgensaticorum, *§. profectò, vbi Andr. Bal & Affl. in tit. quid iuris sit,* sed quia dicta tenimenta ad annuum redditū concessa virtute *constit. regni, si quando contingerit, secundum intellectum glo. in verb qualitercunque*
12 *& ibi Andr.* non possunt alienari sine assensu ipsius Domini, qui illa concessit; ex ista causa illa tenimenta licet transierunt in naturam burgensaticam, acceperunt naturam
a bonorū emphyteuticorum: [a] & in hoc *decis. Affl. 129.* est concordis *cum decis. Capy. dec. 103. 196.* qua propter *Camer. in alleg. capit. Imperialem fol. mihi 40 lit. E.* dixit quod di-
13 sposita per ius ciuile *in d. l. fi.* per prædictam *const. si quando,* fuerunt ampliata in istis bonis fæudalibus cōcessis à Barone cum Regio assensu ad annuum redditum. & certè si sic probatum fuisset, quod dicta bona fuissent concessa, seu saltim in dubio præsumerentur concessa; non negaretur ex dictis bonis laudemium deberi: & ita procedunt, quæ dicunt
14 Doctores Galli, quia illi census in Gallia nō sunt census propriè, *de quibus loquitur cap. constitutus,* sed sunt contractus concessionis bonorum, in quibus Domini concedentes retinent directum dominium, *vt sentit Ioa. Fab. in §, adeo inst. loc. post n. 12. & 13. Tiraq. de præscript. glo. 13. Cassan. in consuetud. Burgund rubr. 11. verb. leux, verb Stefanus Bertrandi, & in verb. signeurie. ver. aduerte quod dominus,* sed quia, vt nunquam dicta bona fuerunt fęudalia, neque concessa; nec in dubio præsumuntur fuisse concessa: & quatenus prætenditur probata quædam exactio difformis, illa fuit per impressionem, & sine causa, sed ex mera vsurpatione, vt infra clarissimè per veras, & iuridicas rationes demonstrabitur. pium erit, prædictos bonorum possessores à prædicta indebita exactione liberare, & dominum prædicti fæudi diutius in prędicto peccato, & mala fide nō detineri. Et quia quod dicta bona fuissent fæudalia, & postea à Domino feudi, vel ab aliquo concessa ad annuum redditum, nihil probatur; in hoc non immorabor: sed tantum videndum erit, an sic de iure præsumantur.

Et primò, quod non fuerint fæudalia, nec sint concessa in emphit. vel ad libellum, extat regula, quod omnia præsumuntur libera,
15 prout à natura libera creata fuerunt, *particulariter dixit Bal. in §. inter filiam nu. 2. si de feud. defunct. mil.* ibi prædiū præsumi potius allodium, quam feudale, vel libellarium, *l. cum res C. de probat & Andr. in § si mulier post nu. 16. verb. curia incūbit onus probandi, de cap. corrad. l. manifestè & l. altius C. de seruit. & idem Iser. in §. illud quoq; post num. 66. in allegat cap. Imperialem,* ibi seruitus nō
16 probetur, nisi constituta probetur. qui ergo vult dicere contra istam regulam, debet il-
17 lud probare scilicet, quod fuissent feudalia; deinde cum Regio assensu concessa, & annuū redditum, *vt latè per Camer. in allegat. cap. Imperialem. fol. mihi 40. lit L. M.* seu prædicta non probantur. ergo, & consequenter in
18 dubio sunt censeoda censualia simpliciter tanquam naturæ, & iuri proximiora, *argum. nota. per Petr. Coruef. in addit. ad Dec in l. semper in obscuris, in verb. obscurum, de reg.*

Digitized by Google

iur. ibi, quia conueniunt ista magis quam quæ sunt illis expo. *l.fauorabiliores,ff. de reg. iur.cùm alijs,quæ allegari possunt.* Et hoc est, quod dicit *Isern. inc.* 1. *§. nam & illud,post*
19 *nu,*3. ibi, quod ista bona quæ non sunt feudalia habent naturam discretam à iure emphyteutico,& sic fuit decisum in Sacr. Cons. *vt refert Capyc.dec.*103.196 Nec in hoc obstat *decis.Affl.*129. quia in alio casu loquitur vt infra dicetur, & declarat *Capyc. in allegat decis.* 103.*in princ.*quia illa domus in casu *Affl.*constabat quod fuerat Curiæ.

Secundò, hoc demonstratur apertè ex tenore inuestituræ in anno 1400.& vbique demonstratur, & actor non negat, quod dictum feudum consistit in certis annuis redditibus: ex quibus verbis apparet lucè clarius, quod prædicta tenimenta, seu possessiones nõ fuerunt concessa in feudum,sed tantum iura, & actiones ad illos redditus taxatos,& determinatos; nam feudum quando constituitur
20 super re soli,tunc vtile dominium illius rei corporalis transfertur in personam infeudatam,& directum remanet penès personam infeudantem, *Bal.in prælud. feud. nu.*19. vbi etiam concludit *per tex.in §. fi.in quib. cau.*
21 *feud ami.* quod dominium est de essentia,& substantia contractus feudalis; si verò feudũ constituitur super rebus cohærentibus solo, aut super annuis redditibus ppetuis,qui inter immobilia connumerantur,*vt dicit idem Bal.in dictis prælud.nu.*20. Primo casu quãdo super re soli, dicitur feudum corporale. Secundo verò casu dicitur feudum incorpo-
22 rale super iuribus consistens, *Bal. de consue. recti feudi,§.sacramentum,post nu.*16. *Ias.in rubr.in vsib.feud nu.*124. *Alber. Brun.cons.* 157.*col.*1.*vol.*2. *& hæc omnia probantur in § sciendum*, vbi *Andr. Bal. & alij de feud.*
23 *cogn.*Et quia dominium describitur circa corporalia tantum, *vt per Paul.de Castr.in l si quis vi,§.differẽtia n.*3.*ff.de acqui. poss.*ex hac causa ,*idem Bal. in dictis pralu. nu.* 20. quærit quomodo describetur dominium in feudo consistente super annuis præstationibus,quę sunt iura incorporalia:& ipse respõdet, quod licet dominium non describatur,
24 describitur tamen actio loco dominij; nam directa actio habetur loco directi dominij, quæ actio directa loco directi dominij remanet penès infeudantem,& vtilis actio contra debitores census transfertur in personam infeudati:sequitur ex prædictis,quod tenimẽta prædicta corporalia non fuerunt concessa in feudum,quæ erant penès eos particulares debitores,contra quos illa actio vtilis infeudata exercenda erat:cum ergo illa bona non fuerunt concessa feudatario, non potuit ipse
25 feudatarius concedere, quæ non habebat, *§. profectò de lege corra. vbi Andr.l. traditio, ff. de acqui.rer.dom. l.nemo plus iur.de reg.iur.* alias si diceretur, quod ipsa bona fuissent sibi concessa, sequeretur destructio ipsius feudi constituti super iuribus incorporalibus,& esset feudum corporale:& hoc esse nõ potest, quia est contra tenorem inuestituræ ipsius feudi consistentis in annuis redditibus.& sic etiam ex hoc solo habemus probatam intentionem, quod dicta bona non fuerunt concessa.

Nec est verum dicere, bona funt redditia feudo, ergò fuerunt illa concessa à Domino
26 feudi: quia in dubio bona reddititia nõ præsumuntur concessa; hoc in particulari determinat *Neapod. in consuetu. Neapol. incip. in bonis quondam Mariti*, *in glo. in verb. libellario,vers. quod si non constat,nu.*17. *in tit.in*
27 *quib.reb.m.ul.hab.quartam*,vbi *consuet.* dicit quod mulier nõ habet quartam in bonis mariti feudalibus emphyteuticarijs, & libellarijs,& ipse *Neap.* quærit quid si maritus per ãnos 40.soluerit ex aliquo prædio redditum alicui Ecclesiæ, an mulier in illo prædio habet quartam, & determinat quod sic, quia non per hoc quod ex aliquo prædio fuerit solutus redditus per annos 40.præsumitur ꝙ illud prædium fuit concessum ab ecclesia, vel ab eo, cui redditus soluitur; ex quo ille redditus potuit deberi ex alia causa: & hoc idem *ante Neapod. dixit Andr. in tit.de contro.inter.masc.& fam.§.quidam tamen, n.* 9. dum dicit,quod per hanc annuam præstationem annorum 40. non probatur contractus emphyteuticus verè neque censualis; iura
28 tamen præsumunt contractum præcessisse; & non determinant qualitatem contractus, qui præsumitur: ratio est,quam considerauit *Abb. in cap. fin. extra de caus. poss. & propr. vbi Anto. de Butr. nu.*7.11. 31. vbi dixerunt
29 quod præstatio census est æquiuoca, cum ex pluribus causis possit præstari; & propterea ex præstatione annua non potest inferri, neque concludi aliquid determinatè, & specificè,sed indeterminatè sic:quoniam ab ęquiuocis non concluditur per necessè, sed con-
30 cluditur per possibile; & probatio, & argumentum debet concludere per necessè, non autem per possibile, *Bal in l ad probationem la seconda,C.de prob & Alex.cons.*4. *volu* 4.
31 dicit quod dominia rerum sunt probanda per media de necessitate concludentia, & vniuoca, & non per æquiuoca: qua propter *Bal.in l.* 2.*C.de bon.poss. secundum tab.* con-
32 cludit quod probatio per possibile non solũ non probat, imò nec rem dubiam facit: & propterea *Andr.*dicit quod ex annua præsta-

tione

tione non probatur contractus emphyteuticus verè, neque censualis, quia tunc ex æquiuoca præpositione esset inferre, & concludere determinatè: quod non potest fieri per supradicta, sed benè infertur indeterminatè, & æquiuocè; & propterea dicit, quod iura præsumunt contractum indeterminatum. vnde ex prædictis concludendum erit, quod bona redditiția; & in dubio nõ possumus inferre, & concludere, sunt redditiția domino fæudi, ergo fuerunt concessa à domino fæudi: quia ista conclusio infertur per possibile, quæ, vt dictũ fuit, non solum non probat, immo nec rem dubiam facit.

Et quod ista bona redditiția fæudo, possũt esse ex alia causa. Primo dixit *Andr. in princ. vers. secus si de bonis, in constitut. Regni hac edictali, Par. de reintegr. fæud. §. si Baro concedat, num. 9. fol. 112. Camer. in alleg. cap. Imperialem, fol. mihi 40. litera G. vers. deinde, & hoc aliud vos scire volo*, vbi con-
33 cludunt, quod si propria bona fuerint submissa Regi, vel Baroni, puta pro decem; tunc ipsa bona alienantur ad libitum sine assensu, saluo redditu: & ita est communis forma alienationum prædictorum bonorum redditițiorũ in pleno dominio, saluo redditu probata per scripturas antiquissimas, & per testes cum immemorabili.

Secundo *Lucas de Penn. in l. quicunque, 3. in prin. C. de omni agr. deser. quem allegat Cap. dec.* 103. & 196. vbi dicit, quod si à Rege
34 fuerint concessa bona ad annuum redditum, non in fæudum, illa bona possunt alienari sine assensu, saluo redditu, *per tex. in cap. constitutus, extra de relig. dom.* & dicta bona parificat cum alijs concessis à priuata persona.

Tertio, *Par. de Put. de reintegr. fæud. §. & aduertendum, num. 12. fol. 14. vers. adde*
35 quod ista bona fæudorum, quæ deuenerunt ad curiam, vt bona vacantia, vel ob delicta; quod tunc possunt alienari sine assensu, saluo redditu, & ista solent vniri baiulationibus: & sic ex prædictis demonstratur, quod ista bona possunt reddere fæudo pluribus modis; si ista iura concederent in fæudum, non posset fæudatarius prætendere, quod non possent alienari sine assensu, nec posset petere laudemium.

36 Et stante prædicta conclusione vera de intentione *Andr. & Neapod.* quod in dubio, redditiția non præsumuntur concessa; idem *Neapod. & in d. consuet. in prædicta glo. libellario*, declarat quomodo procedunt *not. per glo. mag. in fin. in l. 11. C. de iur. emph.* & dicit, quod illa *glo.* allegat duo iura, *l. ius emphyteo & l. fin. C. de fund. patrimo.* in
37 quibus iuribus nõ dubitabatur illud prædiũ pro quo fuerat solutus annuus census, quod non fuisset illius, cui census solutus fuit: & propterea cum dominus volebat deijcere illum, qui annis 40. renuerat, & vniformiter soluerat redditum; quod ad finem, ne deijceretur, ius recipiendo sensum in benigniorẽ partem, ne ille expelleretur, præsumit dictũ prędium fuisse concessum in emphyteusim: & ita procedit *decis. Afflict. 129 prout idem Afflict. in principio decis.* ponit casum, quod in illa domo fuerat furnus Curiæ, & propterea Sacrum Consilium declarauit illam domum emphyteuticam; & sic dictam *decis.* idem Sacrum Consilium declarauit, & tenuit *vt refert Cap. decis. 103. in princip. & decis.* 196. & ita etiam procedunt iura, quæ allegãtur *per Rom. cons. 127. Bal. Iacob. de Aren. in l. inditia, C. de reiuend Bald in l. cum falsa, post num. 5. C. de iur. & fact. ignor. vbi allegat textus in l. litibus, C. de agr. & cens.* qui tex. similiter loquitur in re, quæ non inficiebatur esse domini; & procedunt dicta *per Dec. cons. 146. & Abb cons. 74. cum alijs.* Sed cum in præsenti casu dicta bona non probentur aliquando fuisse fæudalia, nec aliquo modo fuisse prædicti domini, prędicti infæudati, nec infæũdantis; sequitur, vt nullo modo possint præsumi concessa, & consequẽter nec emphyteutica, *toto tit. C. de iur. emph.*

Nec obstat, quod *Bal. in §. profecto in tit. quid iuris sit, num. 3.* dicat talem præsumi licentiam; qua de re possessionem declarat futurus euentus: *& l. cum de in rem verso, ff. de vsu, vbi Bar.* quod *& alij* notant, quod
38 titulus potest probari p actus postea factos; ita quod potest allegari titulus concessionis, & per diutinam pręstationem laudemiorum, dictus titulus declarari: quoniam vt *idem Bal. in d. §. profecto* dicit, quod hoc procedit in actu indifferenti, & sic in licentia, & titulo concesso ab eo, qui habebat rem, & poterat rem illam pluribus modis concedere, quia intelligitur tunc concessa secundum actum, qui postea sequutus fuit; quia ea, quę in continenti fiunt, videntur inesse: sed casus noster longè ab illis differt, quod ista bona fuerunt illius domini infæudati, vel infæudantis, itaquod concessisset indifferenter nullo specificato titulo; quia tunc est verum, quod
39 titulus declaratur per euentus, & actus in futurum factos: & sic prædicta *in d. l. cum de in rem verso* procedunt, vbi existit aliquis titulus præcedens inhabilis, *vt per Bart. ibidem, post num. 1. vers. verumtamen, vsque ad nu. 4. & eum sequitur Alex. in l. si certis annis, C. de post.* quia intelligitur de titulo, qui si fuisset solemniter explicatus sine illis

actis subsequutis de se importaret, quod prędicta annua præstatio deberetur; *hoc* perpulchre declarauerunt *Philipp. Fran. & Felyn. in cons. 2. eum add. inter cons. Felyn.* sed hic titulus de fæudo consistente in annuis redditibus, nullo modo hoc infert, quod sit titulus concessionis bonorum: quia si hoc importaret, non esset præscriptione; quia iam legitimus, & solemnis est. igitur.

Secundo, tunc procedit prædicta conclusio, quod titulus indifferens, vel inhabilis declaratur per præstationes postea factas, quādo illæ præstationes essent vniformes, *ita particulariter declarat Dec. in d. l. si certis annis, post num. 29. ibi requiritur, quod præstatio sit vniformis*, sed cum hic nulla probetur vniformitas. igitur.

Tertio est aduertendum, quia prædicta non merentur allegari in casu nostro, ex quo nullus probatur titulus inhabilis, q peractus prędictos postea subsequutos declararetur: & sumus in prestatione laudemiorum causata ex alienationibus, quæ sine facto hominis non fiunt; & sic sumus in actis discontinuis, *vt per Bart. in l. foramen, ff. de seruit. vrb prædi. & in l. si aquam, vers. qualiter autem cognoscemus, num. 3. C. de seruit. & aqua, Innoc.* & *Felyn. in cap. de quarta, nu. 77 vers. modus autem cognoscendi, extra de præscrip.* & tunc requiritur tempus, cuius initij
40 non extat memoria hominum in contrariū, *l. fi. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. ductus aqua, ff. de aqua quotid. & exti. Bar. in l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu. arcend. & hoc idem tenet Bar. in d. l. eum de in rem verso.* Sed hic nullus
41 titulus inhabilis demonstratur, sed fundatur solum in cursu temporis, qui cum non sit modus inducendi obligationem, non producit obligationem, nisi illud probet per tempus immemorabile, *vt latè per Filipp. Franc & Felyn. in allega. cons. eum addit. eorumdem.*

Præterea cū hoc tractatur de magno prę‐
42 iudicio, quia tractatur de præscribendo directum dominium, quod est magni momenti, secundum eundem *Bar. in d. l. cum de in rem verso, & in l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arcen.* cessat prædicta præsumptio, vt inducatur prædicta declaratio tituli, qui non est.

Non obstat, quod prædicti particulares in cedulis dixerunt tenere de fæudo: quia cum
43 ipse actor fateatur, quod dicta bona nō sunt fæudalia; quod dicta verba (tenere de fæudo,) non importanr, quod dixerint esse fæudalia.
44 Secundo, quia verba ciuili modo sunt intelligenda, *l. si cui, ff. de seruit.* sed cum hęc dictio (de) nihil intelligit, nisi secun-
45 dum naturam subiecti, super quo interponitur, *Dec. in rub. ff. si cert. petat.* vbi dixit, quod si super aliquo corpore ponitur, corpus significat, vt cultellus de ferro; si origini originem significat; si iuri ius significat: sed quia
46 fæudum cum sit quoddam vniuersum, *vt per Andr. in cap. 1. in fin. & §. traditionibus, quid sit inuestitura*, & vniuersalia sunt in intellectu: vel si capitur fæudum, quod est ius incorporale, vt supra dictum fuit; tunc opor-
47 tet dicta verba (tenere de fęudo) intelligi, pro vt intelligit *Camer. declarando constit. si quādo contingerit*, dum dicit in his, quæ tenet de fæudo, quod non intelliguntur, quod sint fęudalia; sed quod sunt subiecta fæudo, *vt per Camer. in cap. imperialem, fol. mihi 40. littera D*, dum dicit, quod illa verba (in his, quæ tenet de fæudo) verificātur in omni re subiecta fæudo, *& Par. de reintegr. feud. §. & aduertendum num 12. fol. 14.* dum loquitur de illis bonis redditītijs fæudo, non concessis, quę alienantur sine assensu, saluo redditu,
48 ea vocat bona fæudorum: quæ oratio idem importat, ac si diceret de fæudis. & propterea in prędictis verbis non est facienda aliqua vis.

Non obstat, quod pretendatur ex pretensa prestatione, præsumi titulum concessionis ipsorum bonorum in emph. Primo, quia prędicti annui redditus, super quibus est constitutum illud fæudum, sunt certi, & determinati ex possessionibus determinatis; quapropter laudemia prætensa sunt vltra prædictos annuos certos, & taxatos redditus, vt
49 ex hoc solo patet, quod ipsa non debentur, *vt per And. in §. illud quoq; pratium, post num. 71. ibi eum dixi, do tibi annua decem debenda ex eanneua, vel xx. super gabella*,
b sunt enim verba taxationis, *l.* D *cum certus, ff. de trit. & oleo lega.* & tunc vltra peti non potest, *& dicit glo. in verbo fundos tradere in fin. in l. si quis argentum, §. 1. C. de donat. Andr. Bal. & Afflict. in cap. 1. in princ. de notis fæudorum, Bar. in l. inter stipulantem, §. sacram, nu. 6. 7. ff de verb. oblig.* & propterea non est dicendum, ꝙ laudemia vltra prædi-
50 ctos annuos redditus fuissent concessa; quia non fuit dictum, *l. labeo, ff. de supp. lega.* pro ut arguit *Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, num. 9. ex quib. cau. feu. amitt.* vbi ad probandum, quod aliquid non comprehēdatur in concessione; ipse arguit, non dixit, ergo non concessit *d. l. labeo.* & si quis dice-
51 ret, quod hoc fuit in mente concedentis, sibi incumbit hoc onus probandi, *l. qui eum tutoribus, §. fin. ff. de transf.* ibi satis iniquum est pacto perimi, quod cogitatum non docetur. Nec laudemium dependet ab annuis
52 redditibus, quia sequeretur, ꝙ vbi deberētur annui

annui redditus, deberentur laudemia: & hoc est falsū, *per not. in c constitutus, ext. de relig. dom. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de public. & vectiga.*
53 tāto magis, qa causa, ex qua debentur annui redditus, est diuersa à causa, ex qua debentur laudemia; ita quod laudemia non dependent ab annuis redditibus: annui enim redditus in reb. emph. debentur in recognitionem directi domiuij, *Bart. in l. 1. & ibi Ias. num. 17. C. de iur. emph.* laudemia verò debentur ex causa assensus præstiti, quia si emphyteuticarius alienaret sine assensu, dominus egeret reiuendicare rem suam, & probare de dominio suo, & in hoc grauaretur, *vt per Bart. in d. l. fi. C. de iur. emph. & hoc idem sentit Andr. in d. §. illud quoq; post nu. 63. ibi, non enim cogitur, qui mecum non contraxit*; & sic verum est, laudemia non dependere à redditibus.

Secundo, quia cum constat de titulo ex quo apparet nullum laudemium deberi; quia (vt dictum fuit) postquam fœudum fuit super iuribus incorporalibus, demonstratur illa tenimenta, ex quibus illi annui redditus debentur, nullo modo fuisse concessa in fœndum; quia tunc non esset fœudum incorporale super iuribus, sed corporale super tenimētis: & sic esset destructa natura fœudi, quæ apparet ex tenore priuilegiorū actoris, quæ est incorporalis super iuribus consistens:
54 esset enim formare aliam inuestituram contra tenorem veræ inuestiturę, & hoc esse non potest, *glo. in cap. nullus pluribus, vers. nec credas, de reg. iur. glo. & Doct. in cap. veniens, extra de præscript.* vnde cum appareat quod ex dicto titulo nullū laudemiū debea-
55 tur, non est amplius tractandū de præscriptione, *glo. in verbo iustus titulus, in cap. si diligenti, extra de præscrip*, ratio est, quia cum de titulo appareat, ex quo laudemium non debetur, primus author, qui exigit fuit in
56 mala fide constitutus, nec eū excusat error iuris; quia quisq; iura scire præsumitur, & tenetur, *l. ignorantiam, C. qui admi. l emancipata, C. de iur. & fact. ignoran.* quia exigendo fuit constitutus in mala fide, *glo. in verbo bona fide, in fin. extra de præscript.* &
57 mala fides authoris præsumitur continuata in successores, maximè in causa ardua, *Abb. cons. 3. Fely. in cap. si diligenti post num. 4. vers. si dicas, Alb. brun. cons. 118. in fin. col. lib. 2. vers. cæterum potuisset, fol. mihi 42. col.*
58 3. & eo fortius, cum quisq; successor præsumendus est inuestituram petijsse, *cap. 1. quæ sit prima causa benef. amict.* oportet dici, q̄ quisq; successor sciuerit tenorem inuestitu-
59 ræ, sicut dicitur de hærede extraneo, qui præsumitur scire contenta in testamēto, *Bar. in l. eius qui, num. 3. ff. si cert. pet. & in l. cum hæres, ff. de lib. leg.* & sic quisq; succes-
60 sor fuit in sua mala fide constitutus; & mala fides quocunque tempore succedens interrumpit præscriptionē, *Bart in l. naturaliter, vers. quæro vtrum, num. 8. ff. de vsucap. & cap. fin. de præscript. & reg. peccatum, de reg. iur. in 6.*

Tertio, ista præstatio laudemiorum cum sit facto hominum alienantium, est quædam
61 seruitus discontinua; & in ea præscribenda sine aliquo titulo, requiritur tempus immemorabile, *l. si aliena, §. hoc iure, iuncta glo. in verbo seruitutes, de vsucap. cum alijs supra alleg.* sed vt probetur hæc immemorabi-
62 lis, est necesse, quod quisq; testis deponens super ea deponeat omnia requisita; ad hoc vt demonstret, quod ipse testis sciuerit illam immemorabilem, v3 primo quod testis sit annorū ad minus quinquaginta quatuor, alias eius depositio de visu non probaret per annos 40. *vt per Lap. & Lanfran. in cap. 1. vers. quærit hic lapus, de præscri. in 6. Aymon. Crauett. in tract. de antiqui. temp. §. absolutis differentijs, num. 3. fol. mihi 216.* & sic primo debet deponere de visu per annos 40. de auditu à suis prędecessoribus, & de eorum auditu auditus, & de cōi opinione, & fama, semper, *glo. in verbo centum, in cap. cum nobis, de præscrip. glo. in verb. memoria, in c. 1. de præscrip. in 6.* & ita decidit S. C. vt refert *Cap. decis. 193.* Et ex hoc redditur falsum, quod prętendit Actor cōiungere testes,
63 quod aliquis deposuerit de auditu auditus, alius de auditu, alius de visu, alius de communi opinione, & fama: quia hoc fieri non potest, cum non sumus in actibus legitime probatis, quę forsan sufficerent ad probandū aliquid in genere; cum hic in specie tractatur de probāda immemorabili prę[s]tatione: vndè cum actor non fundat aliquem titulum inhabilem, quo casu sufficeret quadragenaria
64 præscriptio, nec fundat aliquam immemorabilem, quæ habetur loco prēsumpti tituli, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quoti. & æsti. Aymo. Crau. de antiqui. tempo. dicto §. absolutis, num. 9. fol. mihi 217.* & hoc est, quod dixit *Afflict. decis. 388. num. 6.* quod in prescribendis iuribus incorporalibus, requiritur titulus; & isto casu cum non sit probata immemorabilis, sequitur, quod de prescripe. non sit tractandum.

Quarto, prętensa exactio non prętenditur probata, nisi tempore domini Iacobi Villani, post annum 1507. quo tempore fuit concessa iurisdictio eidem Iacobo in homines Ayelli à Principe Salerni, & successiuè tempore Antonij de Rogerio eius gene-

generi : & isto casu pretensa exactio facta
à personis potentioribus presumitur per im-
65 pressionem, & prescriptio non currit, *glo.*
vnica, in l. 1. C. de salga. mili. non prastan.
prout dictam glo. allegat Alber. Bru. contra
66 *dominos exigentes seruitia ab eorum subdi-*
tis, cons. 182. 2. vol. col. 3. Ioan. Andr. in cap.
si diligenti, de praescrip. Bald. in §. pactiones,
de pace constan. Affl. in constitut. Regni pro-
sequentes, num. 4. multo fortius in casu no-
stro, vbi per acta producta per actorē, & eius
testes probatum sit, quòd qui nolebant soluere,
carcerabantur; & propterea non est tractan-
dum de prescriptione.

Preterea testes, qui deponunt de pretensa
centenaria, sunt subditi actoris, domestici,
periuri, & idiote. Ex quibus iam clarum est
in iure, quod nulla sit eis adhibenda fides: &
arbitror, quia clarum, non oportere aliquid
ad hoc allegare, cum de iure sit notorium.

Preterea non est tractandum de aliqua
prescriptione centenaria, immemoriali, qua-
dragenaria, decemnali, nec vnius diei, vel
67 alicuius momenti: quia ad probandum quā-
libet prescriptionem requiritur, quod pro-
betur de possessione, seu quasi, *l. 3. l. sine*
possessione. ff. de vsucap. cap. sine possessione
68 *de reg. iur. in 6.* & debet esse certa, & vni-
formis alias non est possessio, *l. 3. §. in cer-*
tam, l. locus, l. si quis fundum, ff. de acquir.
possess. l. si fur. §. incertam, ff de vsucap. Par.
de reintegr. feud. §. an si, pre num. 4. fol.
mihi 84. Dec. in l. si certis annis, num. 19. ibi
requiritur, quod prestatio sit vniformis, *Bar.*
in l. si sic, §. si mihi, de leg. 1. Bero. in cap. 1.
de restit. in integr. num. 72. & in hoc nullus
discrepat. sed hic non probatur aliqua vni-
formitas prestationis, sequitur vt cum nulla
probetur quasi possessio, nulla potest pretēdi
prescriptio.

Nec obstat, quod predicti quatuor testes
deponant, quod inter alia emolumenta, que
habet dominus feudi Ayelli, habet ius exigē-
di quartam partem pretij; & licet non vidis-
sent eam vnquam fuisse exactam, id dicunt
non processisse, quia non habeat ius exigen-
di eam, sed quia sic ei domino reliquum in
donum relaxare placebat: vndè cum depo-
nant de donatione, quæ habet duos actus oc-
cultos in se, scilicet quod ipsi videbantur in-
tegram quartam partem soluere, deindè do-
69 minus restituebat illud reliquum, *l. 3. §. fin.*
ff. de donat. vbi ob celeritatem actionum vnus
actus occultatur.

Tamen hoc nihil est. Primo, quia testi
70 deponenti de iure non creditur, nisi rationē
per sensus corporis perceptam reddiderit,
etiam non interrogatus, *Bar. in l. qui testa-*
mento, §. tutores, ff. de test. & in auth. de
test. §. & licet, num. 6. vndè vltra alia præ-
dicta his testibus non est adhibēda fides, quia
deponunt super eo, quod est iuris, quod spe-
ctat ad Iudicem: nec ratio per eos reddita
aliquid probat de solutione quartariæ. Primo
71 quia tunc per donationem probantur actus
occultati, *vt dicit prædictus text. in d. l. 3.*
§. fin. quando probatur vera donatio; sed ad
hoc, vt probetur vera donatio, est necesse,
72 quod ipsa donatio fuerit facta parti præsen-
ti, & ab ea acceptata in donū; *vt hoc perpul-*
chre dixit, & probat Paul. de Cast. in l. ab-
senti, ff. de donat. sed quòd partes fuerint præ-
sentes, & illud acceptauerint in donū, nullus
testis deponit. igitur.

Secundo, hoc verbum (donare) est æquiuo-
73 cum: quoniam donari possunt aliena, &
propria. aliena, *probatur in l. si vir vxori, ff.*
pro dona. de proprijs quæ donantur nullo co-
gente, probatur *in l. donari, ff. de donat.* Et
proindè *Andr. in §. donari, num. 9. qualiter*
olim feu. alie. poterat, dicit, quod est vulga-
ris pronunciatio, quando frequenter homi-
nes donant, quæ ex debito relaxare tenentur:
& propterea hoc verbū (donare) stat propriè,
74 & impropriè; propriè si donantur res propriæ,
nullo cogente; impropriè quando donantur
ea, quæ relaxare tenentur, *l. si vno. §. papi-*
nianus, iuncta l. ex conducto, ff. loc. vbi *Iu-*
reconsult. vocat donari, quod locator relaxat
colono ob sterilitatem; & tamen relaxare
tenebatur: & propterea ad cognoscendum,
an propriè, vel impropriè stet hoc verbum
donare; ipse dicit, quod debemus recurrere
75 ad ius, hoc est videre an ille, qui donat, ha-
beat hoc ius donādi: & propterea cum per pre-
dictas depositiones non appareat, quod pre-
dictus dominus habuerit ius donandi; sequi-
tur, quod nihil probet: immo dicere possu-
mus, quod cum prætendat ex dicta donatio-
ne acquirere ius per præscriptionem, opor-
tet, vt dicatur eos hoc ius non habuisse. vndè
remanet firma conclusio, quod ex illa diffor-
mitate præstationum nulla probatur pos-
sessio, & consequenter nulla præscriptio
etiam si titulum inhabilem habuisset, *vt per*
Dec. in d. l. si certis annis, num. 19.

Vnde cum ex prædictis verum sit, quod ex
dicta perceptione certorum annuorum red-
dituum ex certis possessionibus, nullus pro-
batur titulus, per quem possit prætendi præ-
dicta bona fuisse concessa; ex prædicto titu-
lo non potest nasci obligatio, & actio ad lau-
demium: quæ non nascuntur, nisi vbi bona
concessa in emphyteosim, vel feudalia in
Curia Baronali alienantur, vt supra dictum
fuit in principio.

Et ex

Digitized by Google

Et ex hoc infertur aliud, quia illa clausula (cum iuribus suis) nihil ad hoc operatur: qa
76 cum dicta clausula non importet nisi ea, quę sunt determinata à iure, *vt per Innoc. in cap. cum dilectus, de capp. monaco, & eum refert, & latè sequitur Alber. Brun. conf.* 127. *col.* 17. in dicta clausula dicta laudemia nullo modo possunt comprehendi.

Secundo, non comprehenduntur dicta laudemia, quoniam cum prædicta clausula (cum omnibus, & singulis iuribus ad dictum feudū pertinentibus) sit relatiua ad dictum feudum, quod fuit taxatum in certis quantitatibus facientibus summam ducatorum 42. vt ex inuentario; non possunt intelligi fuisse concessa
77 laudemia, quæ non sunt certa; nec annua, quia contingenter, *vt per Par in §. & quia, num. 2. de reinteg. feud. fol. mihi* 55, cum tantum sit in relato, quātū in referente, *l. asse toto, ff. de hære. instit. Bald. in l. si prior, ff. solut. matr.*

Est aduertendum, quia in illo contractu
78 emptionis prædicti feudi in anno 1400. non est clausula (cum pertinentijs suis) quæ clausula importat ea, quæ essent acquisita feudo per pactum, præscriptionem, vel consuetudinem, *vt latè per eundem Alber. Brun. conf. prædicto* 127. & propterea dici posset, quod etiam si prædictus author habuisset, non ven-
79 didisset. tamen etiam si dicta clausula extaret, nihil esset; quia oporteret probare de iure prædicti authoris, cum dicta clausula stet conditionaliter, *Bar. in l. si sic, §. si mibi num. 4. ff. de leg. 1. Par. de reintegr. feud. §. iuxta prædicta, num. 26. fol. 44. Salyc. in l. cum hæreditas, ff. de hære. instituen. Alber. Brun. alleg. conf.* 127. *verf. item non obstat, col. 16. 2. vol. fol. mibi* 14. & propterea cum de iure prædicti authoris probatum non sit, sequitur vt prædicta clausula nihil operetur.

Nec obstat, quod per alias inuestituras in verbis narratiuis, dicatur (cum iuribus, &
80 pertinentijs suis, & eorum integro statu) de quibus loquitur *tex. in l. si quando, C. de bon. vacant. lib.* 11. Immo etiam si essent in ver-
81 bis dispositiuis, cum semper referant se ad prædictam emptionem, de qua apparet; tantum disponunt, quantum in prædicta prima inuestitura apparet, *cap. Abbate sanè, extra de verb. signific. iuncta glo. in verb. fiat fides,* quia cū de antiquiori inuestitura appareat, in alijs verbis stant conditionaliter, & non causatiuè: sicut etiam aliæ clausulæ (dum
82 modo ritè, rectèq; processerint natura feudi in aliquo non mutata) per quæ apparet nihil noui esse in secundis inuestituris, cum de prædictis appareat per prędicta: tanto magis quia quæ sunt in alijs inuestituris, quę non reperiuntur in inuestitura tempore prædictę
83 emptionis, cum sint ad supplicationem partium, prę sumuntur per errorem, *vt per eundem Alber. Brun. alleg. conf.* 127. *verf. item prout dixi, vsq; ad fin. col.* 15. *fol.* 14.

84 Nec meretur ad hoc allegari prætensa consuetudo interpretatiua legum, & priuilegiorum interpres, *l. si de interpretatione, ff. de leg. cap. cum dilectus, extra de consue.* quia vt dicit *glo. in d. cap. in ver. nec iuri, & ibi Abb. num.* 8. tunc habet locum, quando essemus in verbis, vel contractibus indifferentibus, qui possent haberi ad diuersos sensus; sed cum prædictus cōtractus sit de se clarus, quod laudemia non comprahendit, cessat prædicta consuetudo interpretatiua, vt & supra dictum fuit.

Secundo, quia cū tractatur de laudemio-
85 rū præstatione, quę de se est odiosa, & exorbitans à iure, *vt per Andr. de Iser. in alleg. §. si mulier, post num. 16. de cap. cor. & per*
86 *quos fiat inuestit. num.* 10. tunc consuetudo interpretatiua debet esse prę scripta, *vt per glo. in d. ver. nec iuri, in princ. & Anto. de Butr. num. 18. & nu.* 21. *eo. cap.* Sed vt supra dictum fuit, prę scriptio non potest esse sine possessione; & hic nulla fuit probata quasi possessio ex difformitate prę stationum, & ex alijs, vt supra dictum fuit: cessat propterea prędicta prętensa consuetudo interpretatiua.

Nec in prę senti casu meretur allegari prę-
87 tensa consuetudo inductiua; quę cum sit cōtra tenorem prędictę inuestiturę, ex qua non competit actio ad laudemium, vt supra dictū fuit, non potest fieri fundamentum, *per notata per glo. in cap. nullus pluribus, verf. nec credas, extra de reg. iur. cap. veniens, & ibi glo. & Doct. extra de præscrip.* quia esset formare aliam diuersam inuestituram contra tenorem primę.

Secundo, quia cum tractatur de commodo particulari ipsius feudatarij, & non vni-
88 uersaliter; illa non potest dici consuetudo, sed mera prę scriptio, *glo. fin. in cap. fin. extra de consuet. vbi Anton. de Butr. & cæteri Doctores.*

Tertio, consuetudo oporteret, quod esset
89 præscripta, alias ex ea nō oriretur ius agendi, vel excipiendi, *cap cumana, extra de electio. cap. cum de beneficio, extra de præben. in 6. glo. in cap. fin. de consue. Alex. conf.* 127. *2. vol. Roech. de Cur. in tract. de consue. 3. sectio. num.* 2. Nec quicquam facit, quod *Abb.* dixerit, quod de iure ciuili non requiratur, quod sit prę scripta: quia non loquitur de cōsuetudine formata, ex qua inducitur ius agēdi; sed de vsu, & more, siue de consuetudine

noudum

nondum inducta, *vt latè per eund. Roceb. in d. tract. 3. sect. num. 2. vbi dicit hanc esse op. Bar. & communem.*

Quarto, vt consuetudo probetur inducta,
90 oportet probari per testes deponentes de frequẽtia actorum per sensum corporis perceptorum. *l. 1. C. quæ sit longa consue.* & quod processerit ex libera voluntate eorum, qui laudemia præstiterunt, vt consuetudo inducatur, *vt per Dec. cons. 215. per notata per glo. in cap. consuetudo, prima distinct. cap frustra, 8. distin.* sed hic non solum non probatur, quod soluissent ex eorum libera voluntate volentium consuetudinem inducere; immo probatum fuit totum contrarium, quod per impressionem, & carcerationem igitur.

Præterea *idem Dec. alleg. cons. post num. 5.* concludit, quod ad probandum consuetudinem oportet probari, quod illa consuetudo
91 fuit in esse deducta, & formata, itaquod omnes rendentes soluissent laudemia; & tunc in esse deducta posset præscribi: & cum ille presbyter nõ probasset suos omnes subditos soluisse, non potest probari consuetudo præscripta; sed cum actor nõ probet omnes reddentes dictam quartariam soluisse, neq; laudemia prædicta, consuetudo cessat, & fundari non potest. Et ad demonstrandum hoc, quod venditor dicti feudi in anno 1400. non habebat hoc ius percipiendi laudemia, præsupposito, quod dixit *Socc in l. 3. §. item si res pub. num. 13. & sequitur Tiraquell. in tract. de retract. ligna. §. 1. glo. 6.* quod annui redditus
92 à tempore Romanorũ alienabãtur ad rationem quinque pro centenario. Vnde cum prædicti annui redditus faciant summam ducatorum 42. dicti annui redditus valebant dicto tempore duc. 800. & tamen pro duc. octingentũ dicti annui redditus fuerunt venditi; cum prædicta Startia, quę vnquam valuit minus ducatorum 600. etiam vt principalis deponit nunc valere duc. tria millia. Et stantibus prædictis, arguendo à modicitate pre-
93 tij, quod in iure validum est, *vt per Imol. in l. 3. ff. de acquir. possess. quem refert, & argu. Alber. Brun. cons. 127. col. 18.* non erit verisimile, quod si prędictus venditor hoc ius exigendi quartariam habuisset ex prędictis pretijs valoris ducatorum triginta millia, quod sic per modicum pretium vendidisset.

Et stantibus prędictis licet Dominus Antonius supplicauerit habere quartariam, & alia iura, de quibus Princeps mandauit fieri inuentarium, quod non inuentariauit: immo
94 præcipiendo solui tantum annuos redditus, à prędictis quartarijs tacitè liberauit, & absoluit *arg. nota. in l. paulus. ff. de re iud. & in l. terminata. ff. de fruct. & lit. expens.* & ità arbitror de iure prędictos particulares ab impetitione prætensorum laudemiorum esse absoluendos, Illustrium Dominorum Iudicãtium rectiori iudicio semper saluo.

Camillus de Medicis

ADDITIO.

a Quæ tamen sunt sanè intelligenda, modo cõcurrant termini habiles, vt si terra prædicta per Baronem concessa, sub annuo redditu in pecunia sit cum assensu Regis: vel terræ steriles patum vtiles concessę ad certam partẽ fructuum, non in pecunia, *vt declarant Doct. allegati per hunc authorem*, vt ipse etiam *Author* mox subdit. excadentialia enim esse non possunt, nisi prima vice legitimè fuerint alienata cum assensu Regis, *vt per Afflict in const. diuæ memoriæ, num. 59. & 64. & decis. 305. 2. dub. num. 11. & 12. post Alex. cons. 1. lib. 3.* non enim res effici potest alienabilis, nisi prima vice validè sit alienata, *l. pater, §. quindecim, de lega 3. cum alijs per D. Capy. in ver. prælati Ecclesiarum, vers. quarta conclusio. & in verbo feudorum excadentiæ.* cui conclusioni non obest si dicatur, quod assensus Regis fæudum quaternat. *vt per Isern. in constit. si quis Baro*, & sic non darentur in iure exeadentiæ, si ad earum productionem exigeretur assensus: cũ certum sit non posse quid simul esse fæudum quaternatum, & excadentias; dicimus enim, q̃ non oĩs assensus fæudum quaternat, sed ita demum si constet de voluntate Regis, q̃ describatur in quinternionibus olim Dohanæ, & Siclæ, nunc Regię Camerę, *vt colligitur ex verbis Isern. in d. constit. si quis Baro, & per Camer. in l. imperialem, fol. 69. litera E. G. & col 3. lit. M. in fine, & declarat D. Regens de Curte in 2. parte sui diuer. cap. 5. nu. 120. fol. 233.*

b *ad l. cũ certus. vide Dec. cons. 326. col. 4. vers. vlterius.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 DIctio (*de*) *denotat causam materialem.*
2 *Census solutio arguit subiectionem.*
3 *Solutio census arguit contractum præcessisse, sed non probatur contractus emphyteuticus, neque censualis, num. 20. nisi consuetudo sit in loco concedendi in emphyteusim num. 21.*

Solu-

4 *Solutio canonis arguit contractum emphyteuticum.*
5 *Dominium directum necessario remanet penes concedentem, in emphyteusi, & feudo.*
6 *Bona concessa à domino feudi non alienantur sine ipsius licentia per consuet. si quando.*
7 *Iudex in Regno non debet recedere ab opin. glo in consu. & Iser. quorum magna est authoritas.*
8 *Laudemium de consuetudine debetur domino ex approbatione alienationis, & assensu, & num. 24. & non probatur iure n. 35.*
9 *Consuet. Regni si quando contingerint, loquitur quando bona concessa fuerunt de tenimento feudi, & concessa tenentibus ipsa bona reddititia.*
10 *Feudum est uniuersitas facti, iuris, & quid particulare, comprehendens etiam feudum in annuis introitibus, & num. 11.*
11 *Feudum comprehendit bona burgensatica reddititia, & alia.*
13 *Verba illa (tenere de feudo) quomodo intelligantur, & num. 1.*
14 *Feudum est ad instar hominis muti.*
15 *Domini duo insolidum esse non possunt.*
16 *Redditus annui an debeantur ex concessione bonorum facta à domino feudi, vel potius ex submissione bonorum facta à redditentibus. Et hoc secundo casu licet bona alienare saluo redditu, num. 17.*
18 *Res reddititia feudo quamuis non sit feudalis, erit tamen emphyteutica, dummodo cōstet illam fuisse domini feudi, & ita concordantur decis. Affl. & Capyc. contraria, & consilia Decij, & Rom. num. 22.*
19 *Census præstatio non probata causa certa soluendi est aequiuoca.*
23 *Laudemium soluitur ex alienatione bonorū feudo redditiorum de consuetudine Gallia.*
25 *Consuetudo quando inducatur, & quod sit stricti iuris, num. 26. & 44.*
27 *Consuet. Regni si quando, loquens in casu vero non debet extendi ad casum fictum.*
28 *Feudum consistens in annuis introitibus cōnumeratur inter immobilia, & est onus reale, num, 29.*
30 *Possessio necessaria est in præscriptione, & vsucapione, & num. 41.*
31 *Præscriptio in actibus discontinuis requirit tempus immemorabile, & quo pacto inducatur, num. 31.*
33 *Consuetudo inducitur ex frequentia actuū, ex quibus creatur vsus sonans in factum, & ex dicto vsu creatur consuetudo, quæ sonat in ius, & num. 34.*
35 *Sed ... ut inducatur in actibus discontinuis requiritur probatio tituli, saltim præsumpti.*
37 *Consuetudo particularis differt à consuetudine vniuersali, in qua minus tempus exigitur.*
38 *Quasi possessio nō inducitur per actus difformes, & indeterminatos.*
39 *Testes deponere debent super facto quod percipitur sensu corporis.*
40 *Argumentum à consequenti destructo in iure validissimum.*
41 *Solutio difformis non producit quasi possessionem.*
42 *Testes ad probandam præscriptionem immemorabilem, debent esse ad minus annorum 54. Et de alijs requisitis d. præscriptionis, & num. 43. & 44.*

In eadem causa pro particularibus de Aiello, cum Metello de Roggerio.

Argumentum sumitur à præcedenti Consilio, quia in eadem causa, & materia.

CONSILIVM CLIII.



RO resolutione, & præsentis quæstionis elucidatione, duo sunt principaliter discutiēda, Primum, an in alienationibus huiusmodi rerum redditiarum feudo Ayelli requiratur assensus.

Secundò, an Dominus feudatarius probauerit consuetudinem soluendi quartariam, aut aliam quotam.

Quoad primum inspiciendum est, an feudatarius probauerit suam intētionem, quod ista bona à principio fuerunt concessa à Domino feudi, sub illo onere soluendi censum; & videtur dicendum, quod sic, nam in inuentario rerū redditiarū facto in anno 1535. quisq; tenens de bonis redditicijs cōfessus est tenere de feudo rem talem iuxta suos fines in Casali Antesani; alij in Casali Fusariæ, alij in diuersis alijs locis in Terra S. Seuerini, & reddere anno quolibet grana, vel earlenum, aut aliam quātitatem; dum dicunt tenere de
1 feudo, cum dicto (de) designat causam materialem, *cap causamq; extra de elect. Dec. in repet. rubr. ff si cert peta*, non videtur dubitandum, quod postquam sunt de materia feudi, vt aliter esse non possint nisi concessa à Domino feudi.
2 Secundò, solutio census arguit subiectionem,

nem, *c. 2. extra de censib.* adeò quod dixit
Andr. in c. 1. §. quidam tamen, in addit. nu. 9.
quod licet ex solutione non probetur verus
contractus emphyteuticarius, aut censualis;
3 tamen ex solutione census ius arguit contra-
ctum præcessisse, *iuxta notat. per glo. mag. in
l. 2. C. de iur emph.* vbi *glo.* notat, quod ex so-
4 lutione canonis, præsumitur contractus em-
phyteuticus; *hoc idem videtur sensisse expres
sè Affl. dec. 129. Rom. cons. 127. Dec. cons. 146.
post nu. 2. vbi allegat Bar. in l. litibus C. de
agri. & cens.* Si præsumitur cōtractus emphy-
5 teuticus, necessè est, vt directum dominium
sit penès concedentem, & sic feudatarium,
l. fi. & toto tit. C. de iur. emph. & vtile dominiū
penès concessionarios reddentes. itaq; ex ne
cessitate antecedentis dominij directi penès
Dominum, & vtilis penès concessionarios,
sequitur necessaria conclusio, vt ipsa bona à
dicto Domino feudi intelligantur concessa,

Etsi à Domino feudi dicuntur concessa,
habemus legem Regni clarissimā, vt ipsa si-
6 ne licentia Domini non alienentur, *Const. re-
gni incip si quando contingerit, vbi glo in ver.
qualitercunque, de hom. Baro possid. terr. hom.
dema.* vbi dicit quod vasallus, & villanus
qualitercunq; non alienat sine licentia dñi, à
quo tenet tenutam, seu feudum, *& eandem
glo. ibi sequitur Isern. in princ. & Affl. nu. 2.
in verb. dicit gl. & Camer. in cap. Imperialem
fol. mihi 39. lit. T. V.* vbi dixit, quod licet ali-
quibus intellectus, *glo. & Andr. ad illam
Const.* videatur durus: tamen in iudicando
7 non est recedendum ab opin. *glo. & Andr.*
quoniam eorum authoritas magna est. &
propterea cum virtute prędictæ constitutio-
nis sit necessarius assensus, non est inconue-
niens consuetudo, vt in alienationibus, dum
Dominus assentit, laudat, & comprobat ven-
8 ditiones, & alienationes; quod pro dicto as-
sensu recipiat laudemium, *Argum. text. in l.
his verbis § fi. ff de leg. 3. glo. in verb. recepto
in const. post mortem, de mor. Bar. Impera. nū-
tian. & l. fi. C. de iur. emph.*

Quibus & alijs, quæ adduci possent non
obstant circumscriptis in casu nostro omni-
bus depositionibus testium, per quos proba-
tum est in facto, quod sine aliquo assensu, &
recognitione alicuius superioris bona præ-
dicta venduntur liberè à Dominis eorundem
bonorum, vt Dominis veris, & patronis asse-
rentibus ea bona franca, & libera, & exemp-
ta ab omni specie seruitutis, angariæ, & præ-
ter, & excepto ab ãnuo reddito debito feudo
Ayelli: prędicta *Constitutio* cum intellectu
9 *glo. Andr. Affl. & Camer.* nullo modo proce-
dunt in casu nostro, cum loquantur in eo ca-
su, si bona illa fuissent de tenimento feudi
concessa prædictis dominis bonorū redditi-
tiorum: vndè cum hoc fundamentum deficit
illa constiticio ad præsentem casum non me-
retur allegari; nam cum hoc sit fundamen-
tum intentionis feudatarij, vt probet, quod à
Domino feudi sint concessa, hoc sibi probare
incūbit, *l. ei incūbit, ff. de prob. cum vulgarib.*
ipse hoc non probat. igitur.

Non obstat, quod confessi fuerunt tenere
de feudo, quia verum dixerunt: quoniam ad-
10 uertendum est, quod feudum est vniuersitas
facti, plura comprehendens etiam feudum
in annuis redditibus consistens, *hoc pulchrè
dixit Andr. in c. 1. §. traditionibus, ibi, feu-
dū habet redditus, qui in facto sunt,* quæ ver-
ba clarius explicauit C*am allegat. cap. Impe-
rialem, lit. H. I. fol. mihi* 38. vbi dicit, quod
intentio *Andr.* per illa verba, fuit probare,
11 quod feudum est vniuersitas facti, iuris, &
quid particulare: dum dicit, quod licet verū
sit, quod feudum annui redditus sit iuris; hoc
tamen consistit in facto, scilicet vt probetur
illud feudum in annuis redditibus consistere:
quod si non probetur, considerando feudum
in abstracto; illi non intelliguntur, nisi fuerint
probati. vnde concludit, quod feudum com-
12 prehendit bona burgensatica, redditi tia, &
alia. & declarando verba *constitutionis si
13 quando,* dum dicebat tenere de feudo: intel-
liguntur illa verba esse subiecta feudo, *vt in
fol. mihi 40. lit. D. ibi. Sed in his, quæ tenet de
feudo, verificatur in omni re subiecta feudo.*
& sic dū dixerunt tenere de feudo, nihil aliud
dixerunt, nisi qđ illa bona pro reddito erant
obnoxia, & obligata feudo; non autem quod
essent de tenimento feudi, vt dicta *constit. si
quando* requirit.

Et quod hoc sit verum, Metellus producit
vnum instrumentum contra Det. de Donato,
vbi quædam Terra, seu tenuta debet redditū
duobus feudis, videlicet Ayelli, & feudo Ca-
14 pasini: vnde cum feudum cōsideratur, vt ho-
mo mutus, *iuxta notata per glo. in verb. cum
his;* ibi, nam est simile homini feudum, *in
Const. consuetudinem prauam de rei act. &
15 excep.* essent duo Domini directi insolidum,
qđ est impossibile, *l. si vt certo, §. duobus ve-
hiculum, ff. com & sentit Camer. in præalleg.
cap. Imperialem fol mihi 39. lit. Q.* vbi decla-
rando *text. in §. profecto quid iuris sit,* dicit
quod in illo *text.* non considerantur plura
dominia in vna, & eadem specie, quod esset
impossibile; sed considerãtur, vt diuersæ spe-
cies: quæ diuersę species in casu dicti instru-
menti considerari non possunt; *& hoc idem
dixit Cassan. in consuet. Burgun. §. Des censes
vers. omne pend. rub. 11. vers. quia hic dicitur,*
vnde

Digitized by Google

vndè considerandum est, quod prędicti annui redditus non ex concessione facta à Do-
16 mino feudi debentur; sed potius, quia ipsa fuerunt submissa Dño feudi à Dominis proprijs illarum rerum pro censu, *prout particulariter declarauit Isern.in Consti. hac edictali col.1. sub tit. de reuoc. feud. & rer. feud.* ibi; Secus si de bonis meis, aut prędio meo promitterem fisco decem annua, & obligarem ei prędium; nam vendam cui volam saluo redditu decem, quę fisco debentur, prout est communis forma contractuum alienationū prędictarum rerum. & hoc idem refert, & sequitur *Camer.in alleg cap.Imperialem fol. mihi 40. lit. G.H. vers.* Deinde hoc aliud vos scire volo, vt nō in omnibus iuribus redditi- tijs Regi, aut Baroni, idem dicamus; sed in
17 his quę ex caducitate in totum ad eos reuertuntur: quia si res propria submitteretur pro decem, licebit tūc illam rem alienare refer- uatis illis decem.

Et hoc idem sentit Sacrum Consilium, *vt refert Capyc.dec.101. post num. 4.* dum dixit, quod non fuit statum *decis. Affl. 129.* quę dicebat, quod res reddititia feudi, esto q̄ nōn sit feudalis, tamen erit emphyteutica:
18 ex quo in illa decisione ponitur pro certo, q̄ res illa fuerat alias Curiæ, & quod in ea fuerat furnus Curię: sed in casu *decis Capyc.* non apparebat aliud, neque origo contractus; sed solum, quod erat reddititia, & sit feudo obnoxia.

Et hoc etiam probatur alia ratione; nam data possibilitate, quod illa bona potuerunt esse submissa pro illo redditu, *iuxta nota per Andr.in dicta const.it.hac edictali*; data etiam possibilitate, quod fuerint concessa à Domino feudi pro illo censu: sequitur vt ipsa cen-
19 sus prastatio æquiuoca, non potest concludere ad aliquam causam certam, nisi aliter probetur de specifica causa soluendi, *vt per glos Panorm. Anton.de Butr.in cap.fin extra de caus. possess. & propriet. cap.illud extra de præsum.pt. Anton.in d.cap fin.post nu. 34.vers.* Ideo si census est vaghus, & non determinatus, vt in casu, de quo agitur; non potest concludi, vt debeatur: quia sic illa bona à domino fuerunt concessa; & rectè in tuenti, hoc expressè voluit *Andr.in alleg.c.1. §.quidam tamen in Add.nu.9.de contr.inter masc. & fœm.* dum primo dixit, quod ex solutione
20 census non probatur verus contractus emphyteuticus, neque censualis, sed ius presumit contractum precessisse: & non dicit, nec aperit qualitatem contractus, quam ius pręsumit, ex quo causa est vagha, & indeterminata, sed sufficit, quod census debeatur ex illo contractu præsumpto, vt in casu nostro ex solutione præsumitur ex aliquo contractu illum censum deberi: sed quod præsumatur ex tali, vel tali causa hoc fieri non potest per prędicta.

Non obstat, quod *Andr.* allegat dictum *glo in d.l.2.in fin.* ex quo *Ioa. Faber in suo breuia.in l.1.nu.1.vers.quid si non apparet, C.de iur.emphyt. & Affl.in allegata decis.* 139.*nu.5.* declarant, & intelligunt dictum il-
21 lius *glos.* vbi talis extabat consuetudo in loco bona in emphyteusim concedere; secus verò vbi talis consuetudo non probaretur extare: & hoc secundum communem intellectum illius *glos.* oportet, vt intelligamus *Andr.* quod pręsumatur contractus emphyteuticus, si sic consuetudo in illo loco extaret; quod cum non sit probatum, nec sit verum, quod præsumatur contractus emphyteuticus, nullo modo dici potest.

Nec obstāt allegata *consil. Dec.Rom.* qm̄ *Dec.* vt ipse expressè dicit, casus sui consilij erat quoniam libri, & registri illius Commēdatarij dicebant illam vineam libellariam; & ita etiam erat casus *Roman. vt in princ. consil.dicit*: ibi posito, quod dominium rei li-
22 bellariæ vocatur. & ita etiam intelligitur *doctr. Bart.in l.litibus, C.de agr. & cens.* prout in casus positione illius *text.* declarauit *Luc.à Penna in princip. illius text.* dum dicit quod petebam redditus à colonis meis, qui in fundo meo certo tempore fuerant; & contractus libellarius est, cum fundus a domino in libellum conceditur: secus in casu nostro, vbi non apparet hoc, an prædicta bona fuerint a domino fæudi concessa.

Non obstat, quod ex consuetudinibus Galliarum, *vt per Tiraquell.de retract.lign.§.6. num.10. & 11.* dum alienantur bona reddi-
23 titia feudo, laudemia soluantur: ex quo illa bona pro constanti ponuntur concessa a domino fæudi; *vt refert idem Tiraquel.intract. de præscript. §.1. glos.13.* vbi illa bona concedentur ea lege, vt anno quolibet reddatur; & directum dominium est penes dominos feudorum, *prout pulchrè declarat Cassa. in consuetu. Burg. §. 1. rub. 11. in verbo aut regard. vers. feugneurie, num.2.* quapropter cum non simus in casu certo, quod bona ipsa fuerunt concessa à domino fæudi, cessat illa *consit.* & intell. *glo. & Iser in const. si quando contingerint*; ita quod assensus fæudatarij in primis alienationibus non requiritur.

Et cum assensus non sit necessarius, pro quo assensu laudemia ex consuetudine in ali-
24 quibus locis soluuntur; vndè laudemium est, dum dominus directus laudat alienationes, recipit aliquid pro entratura: cum in prædictis alienationibus assensus domini non re-

quiratur, nec laudemia solui debent, *ita latè concludit Amade. à Ponte in tract. de laude. q. 14. per multas authors.* ratio esse poterit,
25 quia vt carens iustitia causæ non posset dici consuetudo, quæ dicitur ius non scriptum, *§. ex non scripto, vbi Io. Fab. inst. de iur. nat. gent. & ciui. Abb. in cap. 1. extra de consuet.* sed potius corruptela, & vsurpatio: ita quod remanet explicatum primum caput, vt in prædictis alienationibus non requiratur assensus.

26 Tanto magis, quia sumus in consuetudine, quæ est stricti iuris, & non extendenda, *vt per tex. in l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. gest, latè Amed. de intent. 1 ser. in alleg. tract. de laude. q. 2. in fin. & q. 27.* & hac etiam ratione possumus dicere, quod dato, quod præsumeretur, quod esset contractus emphyteu-
27 ticus; *constitutio si quando*, quæ loquitur in casu vero, non debet extendi ad casum fictū, seu præsumptum per prædicta.

Quoad secundum, primo est animaduer-
28 tendum, quod istud laudum consistens in annuis redditibus connumeratur inter bona immobilia, *Bal. in prælud. feud. nu. 20. Tiraquell. §. 1. glo. 6. num. 6. & § 6. nu. 10.*
29 *11. de retra. lign.* & est onus reale debitum à rebus redditiis feudo, *vt latè per Cassa. in tract. Burg. §. dies censes, num. 9. & sequitur Amade. à Ponte q. 9. in fin.*

Secundo animaduertendum est, quod ad aliquid vsucapiendum, & præscribendum
30 necessaria est possessio, itaquod sine ea non præscribitur, neq; vsucapitur, *l. fine possessione, ff. de vsucap.* quæ possessio debet esse continua. Et proindè *Ant. de Butr. in cap. peruenit, post num. 9. in 6. col. extra de cens.* arguit quomodo procedit dictum *l. fin. de aqu. plu. arcen. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu.*
31 *quot. & æsti.* quod in actibus discontinuis inducatur præscriptio per tempus, cuius initij non est memoria hominū in contrariū nā videtur dicendū, quod nullo modo præscriptio inducatur in iuribus incorporalibus debitis à re rei, cum res animo careat, videtur non posse possessionem continuare: tandem post multa dicta, quod ex actibus discontinuis in-
32 ducitur quidā vsus, ex quo vsu creatur quidam status, qui status est quasi possessio; vndè
33 ad finem inducendi consuetudinem, oportet vt prius sit frequentia actuū, ex quibus creatur vsus, qui vsus sonat in factum, ex quo vsu
34 creatur consuetudo, quæ sonat in ius, *vt latè per Dec. in cap. 1. num. 17. extra de consue.* ita quod ad probandam consuetudinem, necesse est, vt probetur frequentia actuum.

Tertio, est animaduertendum, quod nulla
35 lege cauetur, vt in venditionibus alicuius rei soluatur aliquod laudemium, *prout Iacobus de Are. intellexit tex in l. his verbis, §. fin. ff. de leg. 3.* sed ista laudemia ex consuetudine soluuntur; *Andr. in cap. imperialem, §. illud, de probib. feud. alien per Fed. post num. 63. vers. h præstationes, & post num. 66. in fine numeri,* ibi, graue est, cum multi sint, qui renuerunt, à tempore cuius non est memoria, *Mari. Frece. in tract. subfeu. 2. libro, §. pluribus autem modis, nu. 82. & latè per Amad. à Ponte in tract. de laud. q. 3. vbi alleg. Andr. in consi. post mortem, idem tenere.*

Quarto, est animaduertendum, quod ad hoc, vt inducatur præscriptio, & quis possit se iuuare quasi possessione in iuribus incorporalibus contra præsumptionem legis, vt quando quis diceret esse præscriptam aliquam seruitutem alicui fūdo super alio fundo; & essemus in actis discontinuis, in quibus seruitutibus lex resisteret; *vt altius, C. de seruitu.* per quam lex res præsumit liberas, vt à natura sunt productæ, est necesse, vt pro-
36 betur saltim titulus præsumptus, vt puta, quia sui maiores sic tali seruitute vsi sunt, ad finem excludendi malam fidem; alias possessione se iuuari non posset; quoniam in mala fide esse præsumeretur, *Afflì. decis. 388. num. 6. per tex. in c. si diligenti, extra de præscrip. Aym. Crau. in tract. de antiqui. temp. 4. par. § transeo nunc ad quartam, num. 18. 19. Ant. de Butr. in cap. peruenit, post num. 10. vers. quandoq; 7. col.*

Quinto, dum hic loquimur de consuetudine, intelligitur de consuetudine à particulari contra particulares, in qua requiritur tempus, cuius initij non est memoria: non autem de ea, quæ inducitur vniuersaliter à populo, in qua satis minus tempus sufficit, *vt latè per Crauett. in praall. 4. parte, §. transeo, num. vers. sexta differentia.*

Sexto est animaduertendum, quod per
38 actus difformes, & indeterminatos non inducitur quasi possessio, *l. 3. §. in certam, ff. de acqui. possess. Bal. in l. male agitur, C. de præscript. glo. Abb. Ant. de Butr. in cap. fin. ext. de causa poss. & propriet. Abb. & Dec. in cap. bonæ memoriæ, num. 49. extra de appell.*

Quibus sic præsuppositis absoluta est etiā secunda quæstio. nam licet aliqui testes dicāt quod feudum Ayelli inter alia emolumenta, quæ habet, habet ius exigendi quartam partem pretij, sed ipsi hoc non viderunt exigere, sed prout melius emptores concordari se potuerunt cum domino feudi: licet prædicti testes non probant, quia deponunt super eo, quod est iuris; quoniam deponere debent su-
39 per facto, quod sensu corporis percipitur,

Innoc.

Innoc. Bal. in cap, cum causam, extra de test. Bald. in l. solam, *C. de test.* non probant ex alio.

Quia dum ipsi dicunt, quod fæudum habet hoc ius exigendi quartariam, & dicunt non vidisse illam esse exactam; & sic non deponunt super frequentia actuum, ex quibus nascitur vsus, & ex vsu consuetudo, quæ dat ius exigendi: à negatione necessarij anteceden-
40 tis, nulla est positio consequentis, cum ab antecedenti destructo validissima sint argumēta, *Euerar. in suis cent. mod. arg.* Vnde cũ nullus testis deponat vidisse exigi dictam quartariam, prędicti particulares reddentes absoluendi sunt necessario ab ipsa impetitione quartariæ.

Difficultas est, an saltim sit probata quasi possessio in genere exigendi laudemium, ita quod teneantur soluere, *iuxta formam, l. fin. C. de iure emphi.* & sic quinquagesimam, vel aliam quantitatem arbitrio Sacri Consilij moderandam: & certum est, quod non, & in hoc est aduertendum, quia testes Metelli dicunt ab annis 40. vidisse exigere *à dui, & tre per cento*; alij dicunt *ad quattro*; alij ad sex; alij ad decem; adeoquod probatur solutio difformis: sed ex difformi solutione, nulla
41 quęritur quasi possessio per ea, quæ diximus in sexta præsupposito; & sine possessione nulla datur præscriptio, & sic Metellus caret possessione, & titulo.

Nec in casu isto potest tractari de possessorio. Primo, quia processus fabricatus est in petitorio, secundo, cum lex possessioni resistat sine bona fide, quę non potest esse sine titulo, saltim præsumpto, prout supra diximus in quarto pręsupposito; & ipse Metellus careat titulo, cum pręscribere non potuerit, merito absoluendi sunt simpliciter ab impetitione cuiuslibet laudemij, & dicta bona declarari libera.

Præterea ipse fęudatarius examinauit plures testes, quorum maior pars est minor an-
42 norum 54. sed ad probandam immemorabilem requiruntur testes ad minus ętatis annorum quinquaginta quatuor, *vt per Lap. Lanfran. Felipp. Franc. in cap. 1. extra de præscrip. in 6. Aym. Crau. in d. tract. de antiqui. temp. 4. par. §. absolutis, vers. ad idem adduco, num. 3.* residet, vt videamus an testes producti vltra annos 54. probent immemorabilem; inter quos testes sunt tres, qui conuincuntur ex Regia numeratione de mendacio circa ętatem, & quia deposuerunt cum iuramento, quod est indiuiduum; in vno mendax, in omnibus mendacium, & periurium dixisse præsumuntur. Et reliqui testes alios patiuntur defectus.

43 Non deponunt formiter de fama sic fuisse famam publicam inter maiorem, & seniorem partem populi; non deponunt de auditu auditus; nec de fama inter seniores; & Paulus dicit audiuisse à senioribus, sed aliqui, & non omnes dicebant à senioribus eorum audiuisse; *vt latè per Cap. decis. 193.* & quod fama debeat probari, quia sic inter maiorem, & saniorem partem populi, *Bart. in l. de minore, §. plurimum, n. 13. & 14. ff. de quæst.*

Adeoquod cum per testes non probetur immemorabilis; nec probatur p scripturas. Quia inuentarium, in quo Princeps mandauit, quod apertè, & distinctè fieret de redditibus, & quartaria, prout Antonius supplicauerat; deindè per pręceptum fuit dictum solum, quod soluant annuos redditus, iuxta eorum confessionem, à cęteris liberati fuerunt.

Non obstant scripturę, quod Thomas Villanus soluit quartam partem pro laudemio,
44 quia illud pro bonis fęudalibus, & in talibus est consuetudo, *vt per glo. in verbo recepto, in constit post mortem*, sed non sic in rebus diuersę speciei, & non licita est extensio de vna specie ad aliam.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium summarium debet proponi ante litem contestatam tempore dilatoriarum.*
2 *Iurisdictio dicitur cohærere territorio, vt nebula super paludem.*
3 *Iurisdictio realis qua dicatur.*
4 *Iurisdictio personalis, qua dicatur, & n. 6.*
5 *Iurisdictio personalis concessa alicui in dignitate constituto ordinaria, secus si alicui non existenti in dignitate.*
7 *Dictio (hoc est) restringit, & limitat.*
8 *Relatiuum quando restringit dispositionem.*
9 *Habitantes in casalibus dicuntur ciues Ciuitatis, vbi subsunt, & non Casalis vbi habitant.*
10 *Vassalli numquam in generali concessione censentur concessi, & translati, nisi specialiter dicatur.*
11 *Angaria non censentur concessa in vassallis, nisi specialiter dicatur.*
12 *Angaria quando propriè dicantur concessa*
13 *Baro iniungens seruitia indebita vassallis, qua pœna puniatur.*
14 *Restitutio est deneganda possessori spoliato, quando habet legem titulo resistentem.*

15 *Seruitia an debeantur à vassallis Baroni, si nō extaret clausula (cum angarijs) in inuestitura, & num.* 16.

17 *Nobiles vassalli an teneantur ad seruitia, & ad qua.*

Pro Principe Melficti, & Casalibus Aycllì, & Aquæmalorum de Sancto Seuerino.

ARGVMENTVM.

DE iurisdictione, & eius partibus, & quando dicatur realis, vel personalis. Habitantes in Casali an dicātur Ciues Vrbis. Vassalli num comprehendantur in generali concessione. Et an concessis vassallis censeantur concessæ angariæ. Et de seruitijs à vassallis præstandis.

Thema facti colligitur ex Consilio ab hinc secundo præcedenti.

CONSILIVM CLIV.



IN causa Illustrissimi Principis Melficti, hominū Ayelli, & Aquæmalorum de Sancto Seuerino cū mag. Metello de Rogerio prætendente habere vassallagium, & ius præcipiendi seruitia prædictis hominibus;
1 quod remedium debet proponi ante litem contestatam tempore dilatoriarum, *Cap. decis.* 96. *num.* 10. *decis.* 13. *num.* 9. 10. *decis.* 55. *post num* 7. *ibi, quod est quoddam præparatorium, & decis.* 189. tamen etiam quod essemus in principio litis, pro elucidatione casus præsupponitur, quod cum omnis potestas Populi Romani collata in Principem, *§. quod Principi, inst. de iure nat. gen. & ciuili,* lex Regia dictam Regiam, & Imperatoriam potestatem diuisit in plures species, in quibus ipsa omnis potestas consistit, *cap.* 1. *quæ sunt regalia*; inter quas est potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam; sub qua specie inest iurisdictio ab ipso Rege concessa Principi Salerni, vt Comiti prædictæ terræ Sancti Seuerini: alia species cōsistit in angarijs, per quam mediāte salario Villani tenentur seruire, & præstare seruitia personalia, & cum eorum iumentis, *vt per Andr. in d. cap.* 1. *in verbo angaria*, quæ iurisdictio, & angariæ penes Regem sunt Regalia.

Secundo præsupponitur, quod prædicto Principi Salerni, & Comiti à Rege fuerit cōcessa iurisdictio in terra Sancti Seuerini; quæ iurisdictio siuè dicatur actiuè residere in persona ipsius Principis intra fines territorij, & terræ prædictæ, in qua insunt dicta Casalia Ayelli, & Aquæmalorum; siuè dicatur, quod
2 cohæreat territorio, vt nebula supra paludē, *vt latè per Socc. in l.* 1. *num.* 26 *ff. de iurisd. omni. iud.* dum quouis modo respiciat territorium, *Ias. in d. l.* 1. *post nu.* 15. *vers. collige ex prædictis* dicit, quod est in prædicamento,
3 vbi & ista vocatur iurisdictio realis, *vt latè per Alb. Brun. cons* 173. 2. *col. vers. non obst. fol.* 48 *per doct. Bar. in l. sequitur, §. si viam, in fine, num.* 6. *& in l. si aliena. §. hoc iure, ff. de vsucap. cum multis ibi per eum alleg.*
4 Alia dicitur iurisdictio personalis, quando aliquis habet iurisdictionem in certas personas sine territorio, vt est iurisdictio Rectoris in scholares; *de qua pulchrè loquitur Cap. in sua inuestitura. in cap. feudorum genera, vers. iurisdictio*, licet alias circumteratur, &
5 claudatur territorio: quæ iurisdictio si conceditur dignitati, vt rectori, *de qua per Bal. in auth. habita, vlt. col. C. ne fil. propat.* erit ordinaria; secus si alicui non existenti in dignitate, *vt per Bald in l.* 1. *§. cum vrbem,*
6 *ff. de off. præfid.* & de hac iurisdictione personali excerpta, & sublata à prædicta ordinaria reali, loquitur *Bar. in d l. sequitur, §. si viam, in l. si aliena, §. hoc iure, ff. de vsucap. & latissimè per Alb. Brun. in alleg. cons.* 173. *præcitato vers. non obstat.*

Et propterea quando conceditur prædicta iurisdictio à Principe Roberto Iacobo Villano, dum dicit concedimus iurisdictionem ciuilem Casalis Ayelli; non stat in illa simplici, & indefinita cōcessione iurisdictionis, sed transit vltrà limitando, & restringēdo eā in hominibus, & supra homines Ayelli; dum dicit hoc est in hominibus, & supra ho-
7 mines Ayelli: natura enim illius dictionis, (hoc est idest) est declarare, restringere, & limitare, *Bar. in l.* 1. *ff. ad l. aquil. & in l. quæsitum, §. pen. nu.* 8. *ff. de fund. instru.* & propterea iurisdictio ordinaria realis respectu territorij in dicto Casali remansit penes eūdem Principem, & non fuit concessa prædicto Iacobo; & similiter iurisdictio criminalis respectu territorij nō fuit concessa Antonio, sed tantum limitatè respectu personarum habitantium in Casali Ayelli; dum dicit (incolas, & habitantes in Casali Ayelli, in quos Iacobus eius socer habet iurisdictionem ci-
8 uilem) cum de natura relatiuum sine copula restrin-

Digitized by Google

restringat, *l. ea tamen adiectio, ubi Bart. ff. de leg. 3. latè Ias. in §. omnium, inst. de actio. num. 24.* Et aduertendum, quia cum mysterio in priuilegio iurisdictionis criminalis anni 1528. homines Ayelli Princeps vocauit
9 incolas, & habitantes Ayelli; quia non possunt dici Ciues Ayelli, sed tantum Ciues Sancti Seuerini: hoc in particulari declarat *Bar. in l. 1. num. 6. & in l. celsus. §. si quis instructus, vers. item intellige, num. 2. ad municip.* dum dicit, quod ciuilitas, quæ ex origine contrahitur, sit vniformis toti Ciuitati, q est diuisa per portas, & quarteria; oriundi in quarterio non possunt dici ciues illius quarterij, sed Ciuitatis. sic terra Sancti Seuerini, quæ formatur ex tantis Casalibus, & quarterijs, inter quos sunt Casalia Ayelli, & Aquæmalorum; oriundi in Casali Ayelli dicuntur ciues Sancti Seuerini, & non Ayelli, benè tamen cum habitant in dicto Casali dicuntur habitãtes Ayelli: & hac ratione in dicto priuilegio vocauit incolas, & habitãtes, in quos Iacobus Villanus eius socer habet iurisdictionem ciuilem.

Et propterea redeundo vndè digressi fuimus; cum prædicta personalis iurisdictio tãtum fuerit concessa prædicto Iacobo, realis remansit penes Principem Robertum, & successiuè est prædicti Illustrissimi Ferdinandi
10 Gonsaghę: & cum vassalli in generali concessione nunquam dicantur concessi, nisi expresse in concessione, & alienatione nominētur *glo. in verbo de eo actum sit, in cap. t. de cap. qui cur. vend. §. in generali, si de feu. defun. mil. contro. fue. inter dom. & Agna. vas.* vndè cum limitatè fuerit concessa iurisdictio in personas, vt supra dictum fuit, nulla facta mentione de vassallis, quo ad iura vassallagij nihil fuit dictum, non concessit, *l. labeo, de supp. lega.*

Nec obstat, quod in priuilegio confirmationis anni 1529 Iacobus Villanus legat iurisdictionem Casalis Ayelli cũ vassallis: quia seipsum limitat, prout ipse testator tenebat; & Princeps conditionaliter, & relatiuè ad priuilegium concessionis confirmat, per illas clausulas (veris existentibus prænarratis: & natura feudi in aliquo non mutata:) nã cum feudũ iurisdictionis fuerit formatum tantum in iurisdictione personali sine vassallaggio, ea fuit sua intentio, vt ipsum feudum confirmaret secundum suam naturam; & hoc magis clarificat, dum se refert ad priuilegia concessionum, iuxta tenorem priuilegiorũ: Et similiter in priuilegio ampliationis in anno 1538. licet dicatur (cum vassallis) illa est assertio partis; dum tamen ipse confirmat iuxta tenorem priuilegiorum, quæ cum appareant manifestè, & non reperitur clausula (cum vassallis,) de ea clausula, vt erronea, est iudicandum, ac si non esset; *vt latissime per Dec. cons. 63. num. 6. cum alijs, quæ ad hoc allegari possent, quia clarum non insisto*, itaquod concludendum est, quod vassallagiũ, vt non concessum remansit penes Principē, & iurisdictio realis respectu territorij.

11 Secundo aliud presupponendum est, quod nisi expresse in priuilegijs reperiantur concessæ angariæ; nullus suis subditis potest pręcipere, & iniungere seruitia, quæ sunt de regalibus, *Andr. in §. angaria, in fine, & ibi Afflict. num. 4. & idem Afflict. in §. & plaustrorum, num. 1. & in constit. Regni officiales, num. 1. & in constitut. quia frequenter, post num. 5. & in constit. prosequentes, nu. 4. Io. Antonius de Nigr. in cap. grauamina, nu. 25. vbi magis latè*, sed cum in huiusmodi priuilegijs verbum nullum de angarijs. igitur.

12 Immo *per pragmaticam immortalis memoriæ Caroli Quinti, quæ incipit, ad nostras aures*, non solum oportet, vt in priuilegijs dicatur, cum angarijs, &c. quia oportet probari, quod tempore ipsius concessionis ea iura concessa competebant iusto titulo, legitima præscriptione, & consuetudine, *& ita latè Io. Ant. de Nigr. in d. cap. grauamina, num. 25. in fine, allegat Gramm. decis. 67. num. 7. 8.*

13 Immo cum prædictus Metellus sine titulo, & sine possessione præsumpserit iniungere seruitia, & angarias, debet puniri, ne dum de vsurpatione; sed ciuiliter in vigintiquinq; libris auri, *l. iudicibus, C. de cursu pub. lib. 12. Afflict. in d. §. & plaustrorum, nu. 1.*

Et cum titulo careat etiã, quod probasset aliquam possessionem, quod vtiq; vnquam
14 fuit, neq; probat; potuisset priuari: & dum peteret restitui, denegandum esset, quia haberet legem sibi resistentem, *ita particulariter dixit idem Afflict. in §. angaria, post nu. 4. per tex. in cap. ad decimas extra de restitu. spolia & faciunt dicta per Dec. cons. 115. final. col. ibi, & si dominus prior ageret possessorio non esset restituendus lib. 1.*

15 Et si diceretur, quod vbi est clausula (cum vassallis) non est necessaria clausula (cum angarijs,) *vt per Cap. in sua inuestitura in verbo angarij*: & licet talis clausula nõ sit in priuilegijs cōcessionũ anni 1507. 1524. reperitur in priuilegio cōfirmationis anni 1529. & priuilegio ampliationis 1538. Respondetur, vt supra dictũ fuit, quod de tali clausula nulla est habenda ratio; cũ Princeps expresse confirmauerit cōditionaliter (veris existentibus prænarratis; & dummodo ritè, & rectè

processerint) & relatiuè ad priuilegia concessionum (iuxta tenorem priuilegiorum: & feudi natura non mutata) & alias vt supra dictum fuit.

16 Secundo, quia *Capicius* non posuit illam opinionem pro constanti, sed sub dubio: dum dicit forte dicta clausula non est necessaria; & contra eum expressè tenuit recentior *Liparul. in add. Andr. in d. §. angaria, in verbo Baronijs, per author. Andr. & Afflict. in pluribus locis*, dicentes, seruitia non deberi, nisi extaret clausula cum angarijs.

17 Et hoc potest etiam rationabiliter dici, quia cum hæc dictio (vassallus) pariter determinat in omnes siuè nobiles, siuè ignobiles; sequeretur, quod omnes ad seruitia tenerentur, *l. iam hoc iure, de vulg. & pupill.* sed hoc est absonum, & absurdum, quia nobiles, vt vassalli debent contribuere in subsidijs, de quibus loquitur *constitu. Regni, quamplurimum*, & ad reuerentiam; non tamen ad seruitia personalia, quę importat illa dictio (angaria) quæ solum ignobiles, & villanos respicit: & sic de primo ad vltimum concludendū censeo prædictum mag. Metellum, non solū lite pendente debere abstinere à seruitijs, & iuribus vassallorum; sed vt penitus actione carens non audiri, & expelli, quod totaliter abstineat: nec quicquam est, quod prætendatur aliquos dixisse non esse vassallos Illustrissimi de Gonsagha, sed prędicti Metelli, quia cum homines Regni sint, Regis eorum affirmare, vel negare nihil est, *latè Afflict. in constit. quia frequenter post num. 5.*

Camillus de Medicis

SVMMARIVM.

1 *Interesse interesse non debetur, etiam si fuerit conuentum num. 3.*
2 *Interesse tertiarum debetur, & quare.*
4 *Vsura vsurarum non debetur.*
5 *Vsuram in sortem redigi prohibetur.*
6 *Interesse in sententia deducto pro eo non deberi aliud interesse iudicatum.*
7 *Vsura rei iudicatæ pro sorte tantum debetur non pro vsura.*
8 *Vsuræ ad interesse æquiparatio.*
9 *Iudicis factum partis factum reputatur.*
10 *Solutio simpliciter facta necessario intelligi debet cedere in causam duriorem, nec vllo pacto in causam interesse incerti, & illiquidi.*

Pro Don Petro à Toledo Classis Neap. Præfecto.

ARGVMENTVM.

Interesse interesse, & vsuræ vsurarum saltim redactæ in sortem ex partium conuentione an debeantur. Quid de interesse deducto in sententia an debeatur interesse. Et de solutione in quam causam cedere censeatur.

CONSILIVM CLV.



ADVERSVS calculum nouissime factum in causa Iulij Salecibo cum D. Petro de Toledo hęc breuiter obijciuntur.

In primis certum est in quantitate ducatorum millequatuorcentum
1 promissorum in instrumento, comprehendi aureos quatuorcentum cambiorum, & interesse; quorum aliud interesse calculandū non erat, prout nec de iure debetur, ex vulgato penè axiomate, ac recepto in Sacro
2 Consilio interesse interesse non deberi, nisi tertiarum; quæ tamquam per se stantes, & non accessorię ad sortem iudicātur vti sors, *vt per Dominum de Franch. decis. 254.* Nec
3 obstat, quod interesse dictorum ducatorum quatuorcentum fuerit redactum in sortem ex conuentione partium; hoc enim ipsum vti in fraudem legis prohiberi censendum est *ex l. fin. C. de vsur.* Nam quemadmodum dum vsuræ permittebantur, non concedebantur vsurę vsurarum; ita hodie receptum est interesse deberi, non tamen interesse interesse; siquidem non datur accessio accessionis, nec permittendum est exiguam, nec modicam quantitatem ratione interesse excedere in infinitum, *prout post Decium, & Ruyn. confutando Cagnol. latè probat Bolog. in l. vnica, C. de senten. quæ pro eo, quod interest, à num. 123. & communem opinionem testatur Camill. Plaut. in d. l. vnica, nu. 85.* & passim iudicat Sacrum Consilium, *prout refert Dominus Præs. d. decis. 254.*
5 Sicut ergo olim, vt obuiaretur fraudibus, ac machinationibus, fuit *in d. l. fin. C. de vsur.* expresse vetitum, nullo modo licere cuique vsuras in sortem redigere, & earum iterum vsuras stipulari: ita & in interesse recipiendum esse vidi, vt cum prohibitum sit interesse alterius interesse, nec possit redigen-

gendo interesse in sortem, quisq; eius iterum interesse paciaci; ne per indirectum lex circumueniatur *contra reg. vulg. cap. cum quid vna via.*

6 Quod ipsum fortius mihi probari videtur ex eo, quod Sacrum Consilium in duabus aulis referente Domino D. Ioanne Sanchez iudicauit in causa Don Petri de Toledo cum Don Didaeo de Cardines. Nam cum Don Didacus prætenderet interesse cuiusdam quantitatis interesse ad quam fuerat condẽnatus Don Petrus Sententia Sac. Cons. quasi fuisset redacta in sortem virtute dictæ sentẽtiæ; fuit tandem præuia maxima, ac matura discussione decisum dictæ quantitatis interesse

7 aliud interesse non deberi, *ex l. vlt. C. de vsur. rei iud.* qua sancitum est vsuras rei iudicatæ non deberi, nisi sortis contentæ in

8 sententia, non etiam vsurarum: vnde perspicimus quomodo id, quod in vsuris per leges statutum est, Sacrum Consilium etiam in interesse probauit.

Nec diuersum videri debet in conuentione; nam & in iudicio quasi contrahitur, *l. 3.*

9 *§. sed & si filius, ff. de pecul.* & factum iudicis, quod versatur in sententia, reputatur factum partis, *ad l. si ob causam, C. de euictio.* Quinimmo in sententia intercedit iudicis auctoritas, quæ præualere debet pactis priuatorũ, & maiorem iustitiæ præsumptionem habet, quam interesse conuẽtum inter partes, quarum conuentio, & confessio in hac materia solet esse suspecta.

Et si, vt spero æquissimos Senatores iudicaturos, aliud interesse non deberi pro rata aureorum quatuorcentum; erit reformãdus calculus, ac deducenda quantitas calculata pro interesse dictæ ratæ.

Secundo, aduersus prædictum calculum opponitur, quod solutio facta in anno 1585. ducatorum millequingentum non potest imputari in causam interesse calculati ab anno 1580. cum interesse prædictum esset illiquidũ, & incertum; non enim fuit in instrumento promissum certum interesse, sed solum promissum creditori capiendi ad cambium, & interesse; dummodo non excederet quantitatem ducatorum octo pro centum, de quo staretur dicto, & libris eius, quod nec hodie

10 apparet; ideoque necessario succedit solutionem dictorum ducatorum mille quingentum cessisse in sortem prius, vt in causam duriorem, vel saltem antiquiorem, *l. 2. & 3. de solut.* nec vllo pacto in causam interesse incerti, & illiquidi, prout indubitatum est, ac in Sacro Consilio iudicatum refert *Anna in allegatione 54. in causa Ascanij Columnæ cum Restiliãtis.* Quare extincta primum sorte remanet creditum interesse, quod non potest producere aliud interesse; ac propterea deducenda est à calculo prædicto quãtitas calculata pro rata interesse comprehensa in residuo facto per calculatorem ducatorum ab anno 1585.

Denique rogo animaduertant Dom. Cõsiliarij nec hodie esse probatum, fuisse per ipsum creditorem acceptam pecuniam ad cambium, vel ad interesse, nec ad id productos libros eiusdem, prout in instrumento: ex quo saltim satis dubia redditur prætensio ipsius etiam circa interesse sortis principalis, quæ currenti calamo scripta sufficiant.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum (succedat) est commune.*

2 *Verbum commune adiectum bonis testantis, non etiam hæredis grauati, substitutionem directam non importat.*

3 *Verbum (admittatur) refertur propriè ad eos, qui iure fideicommissi succedunt.*

4 *Fœminæ non dicuntur inuitatæ ad aliam successionem, nisi ad quam masculi prius per fideicommissum inuitati fuerunt.*

5 *Facere, quod quis non potest, cogitasse credendum non est.*

6 *Fideicommisso extincto, vltimus, qui decedit liberè de ea successione disponit; & si non disponat, quis ad successionem veniet.*

8 *Voluntas testatoris præcipuè in fideicommissis spectanda est, atque seruanda.*

9 *Fœmina quando admittatur ad successionẽ masculi, defecto fideicommisso in personam masculorum.*

10 *Fœminæ per viam fideicommissi, quando censentur vocatæ, vt masculi.*

11 *Auth. res quæ, C. communia de leg. declaratur.*

12 *Verba legis vbi deficiunt, ibi quoque deficit eius dispositio.*

13 *Renunciatio fideicommissi, quod spe tunc nõ est debitum, non nocet; & quid si pars sit præsens, num. 22. & 23.*

14 *Hæreditas, vel legatum, quæ nondum delata est, cum nec spe debita censeatur, repudiari haud potest, & ibi assignatur ratio.*

15 *Repudiare, seu ommittere, est repellere, seu abdicare.*

16 *Hæreditas delata, quæ non aditur, dicitur repudiari.*

17 *Clausula (ex tunc, prout ex nunc, & è contra) in repudiatione, quid operetur?*

18 *Ha-*

18 *Habitus vbi deficit, ibi quoq; priuatio desi- esi.*
19 *Negatiua iuncta verbo potest, necessitatem praecisam inducit, negatq; potentiam.*
20 *Verba praesentis temporis relata ad id, quod de praesenti non est verum, in futurum resoluuntur.*
21 *Pollicitatio dicitur, quae ex vnius consensu constat.*
23 *Renunciatio parte praesente facta, num habeat vim pacti, & supra num. 21.*
34 *Repudiatio non nocet, quominus reuocari possit, etiam si sit geminata cū renunciatione beneficiorum; si adsit fragilitas sexus, minor aetas, reuerentia paterna, & enormissima laesio.*
35 *Renunciatio sine causa non valet, quia censetur facta per errorem.*
26 *Causa efficax vbi non est, ibi nec causatum, nec obligatio adest.*
21 *Dispositio quantumcunque generalis, per rationem restringitur.*

Pro Vincentia de Beccutis.

ARGVMENTVM.

FIdeicommisso extincto, vltimus decedens si non disponit, quod licitè facere potest; qui veniant ad eius successionem? Faeminae per viam fideicōmissi quando censentur vocatae, vt masculi? Auth. res quae, C. comm. de legat. declaratur. Et de renunciatione fideicōmissi quando noceat, siuè praesente, siuè absente parte.

CONSILIVM CLVI.



FACTVM tale est, Magn. quōdam Bartholomeus de Beccutis, testamento suo haeredes ex aequis partibus instituit magnificos Vincilaum, & Vincardinum de Beccutis filios fratris ipsius testatoris, scilicet quondam magnifici Vrbani de Beccutis, eosq; ita fideicommisso grauauit.

Item voluit, & mandauit ipse testator, q̄ si quando acciderit alterum ipsorum dominorum Vincilai, & Vincardini eius nepotum, & haeredum vniuersalium, vt supra, mori sine filijs masculis legitimis, & naturalibus ex suo corpore legitime descendentibus, seu masculis, ex ipsis masculis, ex ipsis filijs; quod vnus moriatur alteri, & vnus succedat alteri taliter morienti, in bonis, & haereditate alterius ad inuicem: & è conuerso, & pariter, & eodem modo seruari debeat inter masculos descendentes ex eis in infinitum, ita quod masculi semper faeminis praeferantur; cum onere tamen, quod masculus, qui successerit existentibus faeminis, teneatur illas maritare, & dotare ad arbitrium dictorum masculorum, & habitis dotibus poenitus excludantur à successione praedicta: & in casu quo omnes fratres, seu masculi descendentes ex eis, vel ipsorum altero decederent sine filijs masculis existētibus faeminis, quod ipsę feminę admittantur ad successionem, non existentibus masculis; nō obstante exclusione praedicta, quibuscunque iuribus, legibus, vsibus, consuetudinibus, constitutionibus, Regnique capitulis in contrarium fortè dictantibus non obstantibus.

Postea magnificus Vincardinus sine filijs masculis, magnificus vero Vincilaus superstitibus sibi magnificis Vrbano, & Vincentia filijs decesit; sed mag. Vrbanus praescripti fideicommissi vigore solus in bonis dicti q. Bartholomęi successit: & demum contracto ab eo matrimonio cum magn. Casandra Ferrara, receptisq; ab ea dotis nomine ducatis duobus mille, sine liberis diē suum clausit, superstite sibi ipsa magnifica Vincentia sorore, & haerede cum beneficio inuentarij.

Modo in causa, quae hodie vertitur in ipso Sacro Consilio inter ipsam magnificam Vincentiam ex vna, & dictam magnificam Casandrā, & alios creditores haereditarios quondam magnifici Vrbani ex altera; inter cętera quęstionis est, an bona dicti quondam Bartholomęi pro restitutione dotis dictae magnificae Casandrae, & aliorum obligata censeantur: & successiuè an assistentia per eam, & alios super dictis bonis petita iure optimo procedat. & breuiter puto hęc bona, vtpotè restitutionis oneri subdita, pro restitutione dotis hoc casu non esse obnoxia, & consequenter assistentiam super eis petitam non esse pręstandam.

Nam quod testator restitutionis oneri ea subegerit; patet tum ex verbis illis, quod vnus moriatur alteri, & vnus succedat alteri taliter morienti, in bonis, & hereditate alterius ad inuicem: & pariter, & eodem modo seruari debeat inter masculos descendentes ex eis in infinitum; verbum enim (succedat) commune est, *vt Bar. probat in l. centurio, nu. 52. ff. de vulgar. & pupill. cui assipulantur DD. quos ibi referunt, & sequitur Ias. num. 71. Lancell. Galia. num. 525. Rip. num. 192.* idemque est de verbo (moriatur)

riatur) *ut in d.l. centurio, tenent Angel. in fi. Socci. Iu. num. 168. & pulchrè Alcia. nu. 88. & Alex. conf. 51. in casu præsenti, nu. 8. lib. 7. quicquid comminiscatur Rip. à cæteris reprehensus in d.l. centurio nu. 196.*

2 At verbum commune adiectum bonis testantis, non etiam hæredis grauati, cum de re certa actum videatur; præcariam, seu fideicommissariam, vt hic, non directam importat substitutionem, *l. cogi, §. sed. & si miles, ver. & quamuis, ff. ad se. treb. & ita in d.l. centurio. docent Bar. nu. 35. Alexa. nu. 80. & Ias. nu. 35. Franc. Arct. col. 9. Galia num. 322. Rip. nu. 37. Alcia. nu. 69 & Gulıel. Bene. in repet cap Rainuntius, in tract. comp. subst. nu. 41. & in tract. pub. subst. nu. 80. cum seq. de testam. & idem Alex. conf. 45. habita super his, num. 9 lib. 1 Socci. conf. 117. viso testamento, nu. 3. & colum. penul. vers. aliquãdo, & tertio, lib. 4. Bero. conf. 102. in casu ad me transmisso, num. 34. vers. rursus dico, lib. 2. & Aym. conf. 210. col. 1.*

Tum etiam ex illis verbis, & in casu, quo omnes ipsi fratres, seu masculi descendentes ex eis, vel ipsorum altero decederent sine filijs masculis, existentibus fęminis; quod ipsæ fęminæ admittantur ad successionem, non existentibus masculis, non obstante exclusione prædicta; Ex quibus quidem verbis manifestissimè ex pluribus colligitur, quod ipsæ fęminæ non nisi per viam fideicommissi admitti debeant. Primò, quia verbum illud (admittantur) propriè refertur ad eos, qui fideicommissi iure succedunt,
3 *vt probat tex. in l. hæredes mei, §. cum ita, ibi neptis prima quidem facie, propter conditionis verba admitti non videbatur, ff. ad se. trebell ad idem tex. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ibi, ij ad petitionem eius admitti possunt, de leg 2. & in l. vnum ex familia, § sed si vno, § si duos. & in l. peto, §. fratre, eo. tit. & in l. si quis legauerit, de leg. 1. cum concord. quas congerere laboriosum potius esset & hoc ipsum voluit Paris. conf. 53 inspecto testamento, nu. 5 lib. 2.* cum admissæ sint post mortem masculorum, *Socc. cõf. 113 suprascripti, nu. 7. lib. 1. Paris. d. conf. 53. nu. 2.*

Secundò, quia ipsæ fœminæ non ad aliam successionem inuitatę videntur, nisi ad quã masculi per fideicommissum prius inuitati fuerunt, *argum l. 1. C. de impub. l. qui liberis, in fi. de vulg. & pup. l. Lutius § pater puerum, ff. ad se. treb. §. & si ex dispatibus, inst. de vulg. & plenè tradit Dec. conf. 186. nu. 4. conf. 371. nu. 3. conf. 481. nu 12, Ruin. conf. 168. nu. 4. 18. lib. 2. conf. 128. num. 13 lib. 3. Olár. conf. 107. col. 2. ver. legata autem. Pari. conf. 18. nu. 75. lib. 2. & Io. Cephal, conf. 259. nu. 40.* & sic ad successionem ipsius Bartholomei testatoris, ad quam non, nisi ex eius testamento, vel per vulgarem, vel per fideicommissariam substi-
4 tutionem admitti possunt: patet, quia si Magnifico Vrbano nouissimè sine filijs masculis mortuo, extinctum esset fideicommissum; vtique ipsa Magnifica Vincentia, siue testamentaria, siuè legitima Vrbani hæres esset, ad eius dumtaxat, non etiam Bartholomei successionem admitteretur; tùm quia Bartholomei successio post aditam hæreditatẽ, apprehensam possessionem, & extinctum fideicommissum, non amplius eius successio, sed proprium hæredis, & successiuè Vrbani patrimonium esse censetur, *l. sed si plures §. filio ff. de vulg. & pup. declarant DD. in l. 1. § veteres, vbi Ias. nu. 4. cum seq ff. de acquiren. possess. & idem Ias. in l. eius qui in prouincia, §. quod si stipulatus, nu. 8. ff. si cert. peta & Dec. in l. qui se patris, num. 16. C. vnde liberi.* quo fit, vt præcitatis verbis, scilicet quod ipsæ fœminæ admittantur ad successionem: testator; nec legitimam eius successionem, cum non ei, sed Vrbano ab intestato succederetur; nec illam Vrbani, de qua non disposuit, nec ita disponere potuit, reseruasse videatur;
5 Quod enim ipse facere non poterat, cogitasse credendum non est, *l. Lutius §. Imperatores ff. ad municip cap. à nobis, de sentent. excomm. & concord. affert Aym. conf. 198.*

6 Tum etiam, quia cum extincto fideicommisso vltimus, qui decederet liberè posset de ea successione, & inter viuos, & in vltima voluntate disponere, *l cum pater, § libertis, l. qui solidum, §. penul ff. de leg. 2.* si non disponeret,
7 & ab intestato decederet; procul dubio tunc ipsę fœminæ, & ipsius vltimi decedentis, non Bartholomei testantis iudicio ad eam successionem venirent, *l. si quis cum testamentum nullum, in princ l. conficiuntur, de iur. codic. l si Titio §. 1. & ibi glo. Bar Ias. & alij ff. de leg. 1. l. 1 § sciendum, & ibi glo. & DD. de leg. 3. quod etiam DD. explicant in l. cum filio familias, vbi Aym. 1 par. nu. 92. & multis sequen. de leg. 1. & Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei §. cum ita, nu. 830. & seq & iterum nu. 834. & tribus seq.* cuius contrarium, & præcitata verba probant, à quibus temerè recedendum non est, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis. l. non aliter, ff. de leg 4. cum alijs multis à Tiraq. collectis in l si vnquam, ver libertis, num. 5. & multis seq. C. de reuocan. donat.* & voluntas defuncti suadet, vt scilicet fratris neptis potius, quam extraneus admittatur, *argum. l. cum Auus ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi, C. de fideicom.* quæ quidem
8 voluntas in fideicommissis sola spectanda, & seruanda est, *l. pen. ff. de leg 1. l. cum propo-*

nebã

nebatur ff.de leg.2. l. nutu, l. fideicommissa,
§.item si quis, l. quisquis ff.de leg.3. l.3. in fi ff.
de adim.leg.d.l.cũ Auus, l. vbi pure, §.1. & ibi
Rip.ff.ad se.treb.d.l.hæredes mei, §.cum ita,
l.cum virum, C.de fideicom. cum concor. quas
afferunt Tiraq.in d l.si vnquam, ver. libertis,
nu.52. & Zanch. in d. §. cum ita, num.133.
Ideo quibuscumque verbis, coniecturis, seu
præsumptionibus inducitur. *vt præter sura*
statim citata, probat text.in l cum pater, §.do-
nationis, ff de leg.2. & in l.vnum ex familia,
§.fi. & in l.penul.§.fin.eo.tit. & in d.l fideicõ-
missa, §. hae verba, & in l.Pamphilo, ff.de
leg.3. & in l.si sponsus, §.si quis rogatus, ff. de
don.inter vir. & vxo. vt explicant Alexand.
cons.100, num.5. lib.4. Ias.cons.154. col.4. lib.4
Paul.in l penul num.3. C.de impub. Soce in
d.l.cum Auus colum. penul. vers. & pro fun-
damento, Soce.Iun.cons.101. nu.11. cons.128.
num.115. lib.1. cons.181. nu. 19.20 lib.2. con-
sil.1. nu.10. cons.88. nu.33. cons.110. num.15.
cons.145. num.16. lib.3. Io:Cephal.cons.136.
nu.40. & alibi in infinitis penè locis.

Tertiò, quia nec necesse, nec vtile erat ius
9 legitimarum hæreditatum masculorum no-
uissimo loco sine filijs masculis morientium,
fœminis reseruari: cum si in nouissimi ma-
sculi persona fideicommissum deficeret, hę-
redes eius ex testamento, vel ab intestato in
dictis bonis omnino succederent, *d.l.cum pa-*
ter, §.libertis, d.l qui solidum, § pen.ff.de leg.2.
nè prædicta verba (& in casu quo omnes &c.)
frustra adiecta esse videantur, & malè, *l. si*
quando, ff.de leg.j. cap.si papa, de priuil.in sex-
tò, l.quod ait lex, ff.de adult. l.ait prætor, &
ibi Ias. 1.notab. ff. de iur. iuran. cum concor.
quas in id affert Aym. cons.135. num.24. te-
nendum est igitur his verbis, & ipsas fœmi-
nas per fideicommissum, esse vocatas: & cum
masculis deficientibus bona amplius in fa-
milia de Beccutis conseruari nequeant, me-
ritò illæ, & nouissimo loco fuerũt substitutæ,
& ob id, nec alijs restituere grauatæ fuerunt,
d.§.libertis, d.§ pen. Albens.cons.7. nu.19. cons.
29. nu. 21. & ex pluribus probat Aym. cons.
16. nu.6.

Quartò, quia cum istæ fœminæ, per verba
10 tractum temporis in futurum habentia, sint
ad successionem admissæ; proculdubio ita
vt masculi per viam fideicommissi vocatæ
censentur, *vt post alia declarat Aymon.cons.*
22. nu.7. cons.131. num. 10. Paris. cons.41.
nu.21. lib.2. & Hippol.Rimin.cons.50. nu.20.
cum seq.

Itaque cum dictus Magnificus Vincardi-
nus sine filijs masculis diem suum obierit, ac
ex dicto Magnifico Vincilao, fuit Magnifici
Vrbanus, & Vincentia extiterint; & ipse Ma-
gnificus Vrbanus nouissimè sine liberis diem
suum clauserit, vtique in persona ipsius Ma-
gnificæ Vincentiæ, vltimo loco vocatæ, fidei-
commisso locus erit, vt scilicet, ipsa non exi-
stentibus masculis ad successionem, seu bo-
na dicti q.Magnifici Bartholomei admitta-
tur.

Nec ei hoc casu obstat dispositio *text. in*
auth. res quæ, C. comm. deleg. quia omnium
11 consensu est probatum, eam constitutionem
obtinere, vbi alienatio fit ex causa dotis, do-
nationisuè propter nuptias, in fauorem, &
vtilitatem descendentium recta linea, ab ip-
so primo testatore, qui fideicommissum insti-
tuit: quasi aliud dicendum sit in extraneis ab
ipso testatore, & in his, qui per transuersam
lineam in cognationis iure attingunt; cuius-
modi erat Magnificus Vrbanus, qui recta
linea non descendebat ab ipso Magnif. Bar-
tholomeo testatore, cum nepos sui fratris es-
set. Regula enim est, quod res, quæ subiacent
restitutioni, sub conditione, vel in die incer-
ta, possunt interim alienari, vel obligari, vt
hic contigit, sed adueniente casu restitutio-
nis, fingitur retro nullum, quod est factum,
l. fin. §. sin autem sub conditione, & ibi glos.
Bart. Bal. Salyc. Ias. & alij, C. commun.de leg.
cui regulæ omnino standum est, nisi nomi-
natim correcta, & limitata probetur. & ita
in hac materia Iustinianus sanxit, *in auth.de*
restit. & ea, quæ parit, in princ & ibi Accur.
annotat, vndè illa auth. res quæ, extracta est,
& latè deducit Phil.Dec.num.6. Cagn.nu. 21
in l.j.ff de reg.iur. & omnium latissimè Tiraq.
in tract.retract.tit.1.§.1. glo.9. num.109. sed
non reperitur correcta, nisi in libertis, *§.quã*
ob rem, d. auth.de restit, & ea quæ par. ergò
in extraneis, & transuersalibus locus erit re-
gulæ, *d.§.sin autem sub conditione, & ita nũ-*
cupatim in d.auth.res quæ, docent Bart.nu.4.
Bal.nu.20. Angel.n.21. Salyc col.1. q.2. Paul.
nu.4. Corn.nu.1. Ias.nu.12. Curt. Iu.nu.18.
& Ioa.Sicard. nu.32. Idemq; tradunt DD.
in l.filiusfamilias, §.diui, ff.de leg.1. vbi Opiz.
nu.141. ad fi. & nu.145. Ferd.Loaces nu.141.
ver.vnum tamen est notandum, Ioa Crot.nu.
60. Rip.nu 75. Alci.num.27. ad fi. & pulchrè
Fran. Aret. cons.37. sequendo ordinem, nu.5.
in tract.regul.12. reg. 3. fall. Paul.in l.mulier
§.cum proponeretur, ff.ad se.treb. & nouè Di-
dac.lib.3. var.resol.c.6. sub nu.10. ver.primum
illud, & Arius Pinell.in l.1. par.3. num.101.
fol.582. C.de bon. mater. quorum opinio, vt
receptior, ita & verior videtur, & pro ea
est tex.rotundus *in d.§.quam ob rem,* vbi nõ
simpliciter, & indistinctè corrigitur, *in d.l fi.*
§.sed quia, C.commu.deleg. sed sub certa qua-
dam forma, videlicet vt testator, qui restitu-
tio-

tionem fieri iusserit, primum quidem seruet filio legitimam partem, non quartam, sed tertiam modis omnibus, aut mediam secundum filiorum numerum; deinde ex reliqua substantia parte, si nõ sufficiat legitima pars ad dotis, aut ante nuptialis donationis oblationem, id quod deest, suppleri debet, *vt latius in tex.* & sic res, quæ subiacent restitutioni non statim possunt alienari, vel obligari in causam dotis, vel donationis propter nuptias; sed ita demum si liberis portio legitima in eam causam non sufficit, *d. auth. res quæ*. cuius quidem verba adaptari non possunt, quando extraneus, cui portio legitima non competit, restitutionis onere grauatur: ergo nec eius dispositio adaptari pote-
12 rit; nam & vbi verba legis deficiunt, deficit, & ipsius dispositio, *l. 4. §. toties, & ibi Bart. & alij, ff. de damn. infect. l. ita autem, in princ & ibi etiam Bar. ff. de administ. tuto. cum infinitis concor. à Tiraq. adductis in l. si vnquam verb libertis, nu. 2. C. de reuoc. don.*

Nec me mouet, quod ipsa Magnifica Vin-
13 centia, dum nuptui tradebatur à dicto Magnifico Vrbano nuncupatim huic fideicommisso renuntiauerit: quia pro responsione breuiter, & diligenter considera, quod tunc tale fideicommissum, vt potè conditionale, ne quidem spe ipsi Magnificæ Vincentiæ debitum erat; patet quia si conditione pendente, & sic Vrbano viuo, diem suum obijsset, vtique ne spem quidem ad hæredem suum transmisisset, *l. vnica, §. sin autem aliquid, C. de caduc. toll. l. hæres meus, de condit. & demon.* Et si *Bar. in l. 1. 2. col. 2. memb C. de pact.* legatum conditionale spe competere censeat, *cum quo & cæteri transeunt, vt inibi est sequuti asserunt Phil. Dec. nu. 26. Cur. Iun. nu. 36. V bert. nu. 133. Cagn. nu. 69. Bologne, nu. 70. & malè per statim dicta.*

Ideo hæreditas, quæ non dum delata est,
14 cum nè spe quidem debita censeatur, nullo modo repudiari potest, *l. is, qui in princ. l. nec is, §. 1. l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. l. 1. §. decretalis, de success. edict.* idem est in legato, de quo agitur, *l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2.* & rationem assignat Pomponius Iurisconsultus *in d. §. si sub conditione*, quia ad nos nõ pertinet: quod autem ad nos non pertinet, non solum amitti, vel renuntiari possit; vt Primum probat *tex. in rubr. & in l. 1. §. si vir vxori, l. 3. § in amittenda, § quod si seruus, l. quemadmodum, l. possessionem, l. quis vniuersas, §. 1. & in alijs legibus illius tit. ff. de acquir. possess.* Secundum scilicet, de renuntiatione, probat *text. in l. naturaliter, §. nihil cõmune, eod. tit & in l. sicut, C. de repud. vel abstin hæred.* Sed etiam repu-
15 diari, seu omitti non potest, cum repudiare, seu omittere nihil est aliud, quam repellere, vel abdicare, *l. si tibi homo, §. cum seruus, iunct. l seruum filij, §. 1. de leg. 1. & l. quadam, ff. de reb. dub.* sed quod ad nos non pertinet, non censetur (quantum ad nos attinet) in rerum natura esse; ergò nec repelli, vel abdicari posse intelligitur: cum non entis, nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, §. quod si stipulatus, & ibi Philip. Dec. nu. 5. ff. si cert. peta.* quod verò delatum est, & si quæsitum non sit, cum ad nos pertineat, repudiari, seu omitti potest; non autem omitti, vel renun-
16 tiari: idcircò hæreditas delata, quę non aditur, repudiari, seu omitti dicitur, *vt probat tex. in rubr. & in l. 2. d. l. is, qui in prouintia, cum duobus §§. seq. d. l. nec is, §. 1. l. in repudianda, l. filiũ, d. l. illud, l. qui superstitis, & in alijs ll. de acquir. hæred.* licet quæsita renuntiari, vel repudiari non possit, *d. l. sicut, d. §. decretalis.* quia qui semel hæres extitit, amplius hæres esse desinere non potest, *l. & fine, §. sed quod Papinianus, ff. de minor, l. ei, qui soluendo, ff. de hæred. instit.*

Ex qua declaratione infertur, quod hæreditas non dum delata, aut legatum, conditione pendente repudiari nõn potest; etiam si verba futurum tempus respicerent, puta si hæres diceret, se non aditurum; etiam si conditio extiterit, vel ita repudio omne ius mihi competens, & competiturum; & siue adiectum sit ex nunc, prout ex tunc; quo casu repudiationis effectus suspenditur,
17 siue ex tunc prout ex nunc, quo casu repudiationis actus in tempus habile collatus videtur, *l in tempus, ff. de hæred. instit. per id, quod voluit glo. in clem. 1. vers. ex tunc, & ibi quoq; Cardin. in 1. oppos. & Imol colu. 2. de conceß. præben. cum alijs multis concor. latè congestis à Tiraquell. in tract. retract. tit. 2. §. 2. glo. 1 nu. 86. & in tract. const. 3. par. 2. limit. num. 16.* tum quia adhuc militat ea, quam statim diximus ratio, quia ad nos non perti-
18 net: & sic vbi non est habitus; ibi non potest esse priuatio, *l. remittit, ff. de iur. iur. l. decem, & ibi Ias. 5. not. nu. 10. ff. de verb. oblig* tum quia præcitata iura generaliter loquuntur, ergo & generaliter intelligi debent, vt scilicet procedant quibuscunq; verbis repudiatio concipiatur; dato quod in vno casu maior sit ratio, quam in alio, *l. 1. §. quod autem de ale. vs. & aleat. l. de pretio, & ibi gl. ff de public. cum alijs multis concor. à Tiraquell. adductis in tract. retract. tit. 1. glo. 14. nu. 96. & 101.* tum quia negãt potentiam, *vt probatur in d. §. si sub conditione, ibi non possumus, & in d. §. si decretalis, & in l. qui potest, §. quod quis, ibi non potest, ff. de regul. iur.* negatiua

cum

19 enim iuncta verbo potest, inducit præcisam necessitatem, negatq; potentiam, *vt voluit glo.notab. & omnibus nota in cap. 1. de reg. iur. in sexto, cum infinitis penè concor. à Tiraquell. collectis de legib. connub. l. 16. glo. 4. num. 1.* vnde cum initio lex resistat, vtique cessat regula, *d. l. in tempus, vt docet Bart. in l. si minor, ff. de seru. export. & in l si constante, §. quoties, nu. 7. ff. solut. matrim. & in l. 1. §. nunciatio, nu. 30. de oper. nou. nunc. Socc. in l. gallus, in princ. 2. not ff. de lib. & posthum. Rip. num. 24 V bertin. num. 157. in l. 1. C. de*

20 *pact.* tum etiam quia verba præsentis temporis relata ad id, quod de præsenti verum non est, in futurum resoluuntur, *vt interpretatur Bart. communiter receptus in l. 5. §. stipulatio, num. 3 ff. de verb. oblig. quem etiam sequuti sunt ambo, Socc. scilicet Senior, col. 8. in fin. Iunior nu. 213. Alciat in repet. nu. 25. Paul. Leon. nu. 214. Bologn. num. 321. in rubr. ff. de verbor. oblig.* Ergo verba hæc (repudio ex tunc) relata ad ius, quod de præsenti non competit, in futurum resolui debent; sensusq; est, repudiabo tunc: quæ nihil in præsenti operantur. verius ergo est, quod indistinctè diximus, *prout in d l. 1. C. de pact. voluerunt Fulgos. num. 3. Claud. num. 11. Rip. num. 24. Alciat super verb. iniquum, nu. 19 Cagnol. n. 58.*

Idq; locum habet, siue pars sit absēs, quod

21 omnes *in d. l 1. de pact.* (nullo excepto) admittunt: siue præsens; *vt probat tex. in d. l. is qui, d. l. qui superstitis, de acquir. hered. d. l. si ita scriptum, §. si sub conditione, d. l. 1. §. decretalis, d. l. qui potest, §. quod quis.* quę iura absq; manifesta cauillatione, diuinatione, & violentia restringi non possunt parte absente; tum quia loquuntur (vt diximus) generaliter: tum quia inducunt præcisam, negantq; potentiam; tum etiam quia ratio, qua innituntur, scilicet, quia quæ ad nos non pertinent, frustra à nobis repelluntur, seu abdicantur, *l. eius nolle, l. nemo. ff. de regul. iur.* cum priuatio habitum præsupponat, *l. manumissiones, ff. de iust. & iur. cap. ad dissoluendum, de desponsi. impub.* generalis est, pariterq; militat, siue pars sit absens, siue præsens; non enim quis facere potest, nè ad eum per legem hæreditas, vel legatum, etiam secundum testatoris voluntatem deferatur: & quemadmodum hunc legis effectum per repudiationem tollere non potest; ita & per cessionem, renuntiationem, quæ ad ius quæsitum pertinent (vt diximus supra) multo minus tollere potest.

Itaq; si quis vel ita dicat, cedo, renuntio, repudio hæreditatem, etiam si ad me delata erit, aut legatum, etiam si conditio extiterit; vel ita huiusmodi hæreditatem, vel legatum, cedere, renuntiare, repudiare promitto, nulla

22 tamen præcedente interrogatione, quo casu est mera pollicitatio, quæ ex vnius consensu constat, *l. pactum, ff. de pollic.* vt & cessio, renunciatio, repudiatio, quæ ab eo, qui cedit, renuntiat, repudiat, fieri dumtaxat videntur, non etiam ab eo, cui fiunt, tametsi ab eo expressè, vel tacitè acceptentur, quippè eius consensu ista non fiunt, sed facta, & sic in esse iam deducta acceptantur; In his igitur casibus, cum in cessione, renuntiatione, repudiatione nulla insit pactio, vtique hæc, quam statim diximus, ratio militat; ideoq; actus redditur nullus.

Secus si ita diceret, promitto non petere, quia talis promissio pactionem in se habet, ex quo ea non agitur, vt à se legatum repellatur; quod non potest, *d. §. si sub conditione, tum concor. statim citatis*, sed vt se obliget (quod potest) ne quandoq; illud petat; ex qua obligatione oritur exceptio, quæ ei cui promittitur acquiri non potest; nisi illa illicò expressè, vel tacitè consentiat, *ita probat text. in l. tale pactum, in princ. ff. de pact. inducendo vt per V bert. in d. l. 1. nu. 113. C. de pact.*

23 Errant igitur, *vt Iacob. de Aret. Bart col. 2. Salyc. 4. oppos. nu. 5. cum seq. Alex. num. 5. Ias. num. 15. Claud nu. 13. Iacob. de S. Georg. nu. 17. Cur. Iun. nu. 35. V bert num. 134. & trib. seq. Cagnol. num. 69 in d. l. 1. Ias. in l. cum proponas, num. 11. eod.* qui dicunt repudiationem parte præsente factam vim pacti habere, ex eaq; ius futurum tolli; & malè, per statim dicta: & contra *Bart.* tenuit *Imol. in l. 1. §. si quis ante, ff. à quib. appell. non lic. & Dec. in d. l. 1. num. 26 & ibi quoque Furpur. num. 61.* qui, & ipsi non rectè sentiunt, dum putant repudiationem parte præsente, & tacente non habere vim pacti, secus parte præsente. & acceptante: & malè, quia indistinctè, siue pars taceat, siue expressè acceptet, nunquam repudiatio in vim pacti transit, *per tradita supra*, atque ita ego resideo, licet *Alcia. in d. l. 1. num. 18.* sibi ipsi constare videatur.

Sed vt cunque sit, res nostra omni prorsus difficultate caret, tum quoniam talis renuntiatio metu facta est, vt ex actis constat, & de iure præsumitur, cum ipsa Magnif. Vincentia tempore renuntiationis minor erat, & & renuntiauit fratri, scilicet ipsi Magnifico Vrbano, cum quo habitabat; & ex tali renuntiatione immodicè læsa est, *vt explicat Philip. Dec. in l pactum quod dotali, num. 7. C. de collat. & in cap. causam matrimonij, col. 3. sub nu. 5. de offic. deleg. Socci cons. 263. capio primum, num. 3. cum seq. lib. 2. & in terminis nostris Ruin. cons. 170. de tribus, num. 17. 19. lib. 1. cons. 60. de re quidem nu. 22. & per tot. lib. 3.*

lib.3. Albenſ.conſ.77.num.21.conſ.100.nu.4. Couarr. in relect.cap.quamuis.3.par.§.4.n.7. de pact. in ſextò, Bero.conſ.49.nu.12. vbi ait,
24 cõcurrentibus fragilitate ſexus, minori ætate, reuerentia paterna, & enormiſſima læſione, renuntiatio non præiudicat renuntianti, quo minus eam reuocare poſſit; non obſtantibus geminatione renuntiationis, ac renuntiatione beneficiorum, *vt per eum adducentem etiam Feder.de Sen.conſ.194. & latè Io. Cephal.conſ.142.Magnifica Domina, nu.43. lib.1.& conſ.308.in hac cauſa, nu.44. & conſ. 378.ſupradictam, nu.11.lib.3.* tum quoque, quia iſta renunciatio ſine cauſa facta eſſe videtur: patet cum in fideicommiſſo, de quo agitur, duo contineantur. Vnum, vt ipſa Magnifica Vincentia maritetur, & dotetur: Alterum, vt Vrbano ſine liberis decedente, ipſa ad ſucceſſionem dicti Bartholomei admittatur. modò Vrbanus ei in dotem dedit ducatos duos mille, videlicet, duc.1500. pro bonis paternis, & alios quingentos pro iſto fideicommiſſo dotis; non autem pro fideicom
25 miſſo ſucceſſionis: ergò renuntiatio reſpectu dictæ ſucceſſionis proculdubio ſine vlla cauſa facta videtur, meritò non valuit, nec valet, *l.2.§.circa.& ibi DD.ff.de doli mali,& met.excep. Alex. conſ.4. circa primum, nu.2. conſ.13.ex his nu.2 lib.1. Felyn.in cap.ſi cautio, 1.not.de fid.inſtrum, Galian. in rubr. de verb.oblig. num.64.* ſaltem ope exceptionis, *Petr.Anch.conſ 330. viſis factis, nu.11. Socc. Iun in l.filiusfamilias,§.diui,nu.13.ff.de leg.*
26 vbi enim non eſt cauſa efficax, ibi non eſt cauſatum, nec obligatio, *Mantua conſ.51. nu.3.lib.2.* & maximè quando promiſſio ſine cauſa facta eſt de eo, ad quod, qui promiſit, non tenetur, vt hic, quoniam cenſetur facta per errorem, *l.4.§.vlt.ff.ſi quis caut. Alex.d.conſ.13 nu.3.* qui error excludit conſenſum, *l.ſi per errorem, ff.de iuriſd.omn.Iud. l.ſi me in vacuam, circa prin.in prin.ff.de acquir.poſſ. l.in omnibus negotijs, in prin.ff.de act.& oblig. l.nihil conſenſui,in fi ff.de regul.iur.& ita explicat Io.Ceph.d.conſ.308.nu.32.*

Tum etiam quia huiuſmodi renunciatio cenſetur facta de fideicommiſſo dotis, non autem ſucceſſionis, vt videre eſt ex dicto renunciationis tenore. Et ſic dum dictos ducatos quingentos recepit pro fideicommiſſo dotis, non autem ſucceſſionis: ergò ſolum huiuſmodi fideicommiſſo renunciaſſe vi-
27 detur. Nam diſpoſitio quantumcunque generalis per rationem reſtringitur, *l.cum pater, §.dulciſſimis, & ibi Bart, Bal. Alber.& Paul ff.de leg.2.l.pater,§.fundum,& ibi Bar. ff.de leg. 3. & concord. aſſert Tiraq. in tract. de cauſ.ceſſ. 1.par. nu.139.* cum veriſimile non ſit, voluiſſe eam ſine cauſa renuntiare fideicommiſſo hereditatis, quod eſt plus ducatorum 20. mil. cum ſatis Vrbano fuerit eam pro ducatis quingentis renuntiaſse fideicommiſso dotis, quod erat plus ducatorum quatuor mille: & hęc omnia, ſaluo ſemper rectiori iuditio.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *Actor,& reus habentes cauſam ab eodem Rege, vnus contra alterum non opponit beneficium l.bene à Zenone.*
2 *Exceptio Regia Pragmatica edita Thori, pariter non opponitur inter habentes cauſam ab ijſdem Regibus,*
3 *Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra æque priuilegiatum.*
4 *Exceptio dicta Regia Pragmatica, vt opponi poſſit requiritur titulus cum poſſeſſione, & infra nu.15.& 26.*
5 *Litis conteſtatio oritur ex affirmatione, vel negatione rei.*
6 *Acta omnia iudicij ſunt ſcribenda per perſonam publicam penès Iudicem aſſiſtentem.*
7 *Sententia appellatione actorum comprehenditur,& eſt de actis,& infra nu.9.*
8 *Expreſſum dicitur in ſpecie, & in genere.*
10 *Fideiuſſio, qua pro exequutione ſentẽtiæ præſtatur, ex actis oritur,& dependet,*
11 *Clauſula generalis addita poſt aliqua ſpecificata, comprehendit tantum ſimilia expreſſis, non maiora.*
12 *Clauſula prædicta generalis addita includit maiora expreſſis, ſi ſunt quoquomodo connexa expreſſis, vel proferũtur cum adiuncto determinante genus, ſi ſub determinatione adiunctis poſſunt includi.*
13 *Officij nomen genus eſt.*
14 *Conceſſio officij, vel alterius rei, non comprehendit per prius ab officio ſegregata, & alteri conceſſa.*
16 *Poſſeſſio incorporalium vltra animũ, & congruum actum acquirentis, habere debet ſcientiam,& patientiam aduerſarij;& qui neſcit non dicitur pati, & nu.22.*
17 *Sciẽtia, & patientia in iuribus operatur vim quaſi traditionis.*
18 *Scientia,& patientia debet eſſe talis, vt ſciẽs, & patiens habeat poteſtatem quaſi tradendi.*
19 *Traditio tacita non poteſt operari plus quam expreſſa.*

20 *Possessio, vel quasi in incorporalibus, vt acquiratur contra plures exigitur scientia, & patientia omnium.*
21 *Ignorantia vnius omnibus prodest.*
23 *Priuilegium interpretatur ex subsequuta possessione.*
24 *Vsurpatio est, quae non habet requisita possessionis.*
25 *Priuilegium dubium interpretatur ex subsequenti possessione, non autem clarum.*

Pro Magistris actorum Magnae Curiae Audientiae Criminalis contra Ciuiles.

ARGVMENTVM.

EXceptio Regiae Pragmaticae edita Thori opponi non potest inter habentes causam ab iisdem Regibus, & de ipsius requisitis. Sententia, & subsequens fideiussio dicuntur de actis. Clausula generalis post enumeratas species addita, quando includat similia, vel etiam maiora. De requisitis ad acquirendam quasi possessionem incorporalium; & quod priuilegium declaretur ex subsequenti possessione.

CONSILIVM CLVII.



ANTIQVIS temporibus, in Tribunali Magnae Curiae nulla facta distinctione causarum criminalium, à ciuilibus, tres erãt deputati Iudices, & tres Actuarij, qui Actorum Magistri sub se duos scribas Fiscales habebant, qui acta criminalia componerẽt, & sex subactuarios, qui ciuiles processus compilarent, *vt dictat ritus primus, de numero officialium.*

Et praedicti actorum Magistri numero tres, notarij eligebantur, vt pote, qui haberent sententias, & fideiussiones proprijs manibus scribere, *vt ex ritu sub titulo de officio Magistri Actorum, incipiente, item quod in eisdem,* vbi dicitur, quod Magister actorum scribi faciat acta per scriptores suos, scilicet criminalia per scribas fiscales; & ciuilia per subactuarios; & instrumẽta sententiarum per ipsos: nã instrumenta conficiuntur per Tabelliones, vt vltra iura communia ferè infinita, est *Regni constitutio, sub titulo de iudicibus, & notarijs,* pro vt etiam dicti Actorum Magistri stipulantur fideiussiones, *vt apparet in Ritu, sub tit. de fideiussoribus, incip. item qualibet fideiussio,* vbi dicitur, quod fideiussiones recipiantur per Magistrum Actorem; & Notarium.

Post quae tẽpora multiplicatis causis criminalibus, ac litibus ciuilibus, ex dictis scriptoribus, seu scribis fiscalib. ac subactuarijs; alij alienis negotijs, & è contra se ingerebant; vnde ortę confusiones, & discordiae magnę, prout solet ex commistione, *l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur lib. 10. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.*

Rex Ferdinandus Primus in negotijs maximè iustitiam cõcernẽtibus vigilantissimus prudens cepit consilium separandi officium vniuscuiusque; & proprie in anno 1484. omnes processus criminales decisos, & pendentes ad se aduocauit; & deinde tres elegit actorum Magistros criminales, Notarium Ragucium de Rago, Michaelem Puluerinum, & Baldaxarem de Monte, viros alioqui non vulgari testimonio probatos, quibus ad vitã officium Magistri actorum in causis criminalibus concessit, cum iuribus recipiendi querelas, denunciationes, & accusationes, ac omnia alia exercendi, dependentia, emergẽtia, & spectantia ad dictum officium; inhibẽdo quibuscis, vt directè, nec indirectè in officio praedicto se ingerere possent: pro quo officio recepit ducatos tercentum, significans impulsum necessitate succurrendi cohortibus suis tale pretiũ recipere, assignando eisdem omnes processus, & acta, vt in capitulatione eiusdem Regis Ferdinandi continetur.

Deinde in anno 1485. idem Ferdinandus Rex vendit, confirmat, & de nouo concedit officium Actorum Magnae Curiae, pro ducatis quatuor centum, tredecim personis, cum iuribus ab antiquo spectantibus ad officium praedictum Actitandi in Magna Curia; quod priuilegium cum sit posterius id concessisse, iudicandum est, quod concedendum superfuerat vltra concessionem factam Magistris actorum criminalibus; etiam quod generice sit facta Actuarijs ciuilibus deinde concessio: cum Princeps non intelligatur derogare concessioni alteri per prius factae, *Bart. per illum tex. in l. praedia, vbi etiam Ioannes de Platea, C. de locat. praediorum ciuilium, lib. 10. tex. in l. si domus, §. vlt. ff. de leg. 1.* nisi de prima concessione faciat specialem mentionem, *l. decurionibus, cum glo. C. de silentiarijs, lib. 12. c. super eo, de off. deleg. c. ce-*

nitens,

blem. de præscript. & c. cum ordinem, de rescrip. Alex. conf. 25. num. 8. & lib. 5.

Quod etiam vsus declarauit, dum communiter deficiente per obitum, vel aliter aliquo ex dictis Actorum Magistris; aliter sunt nominati Actuarij Ciuilium causarum, aliter causarum Criminalium: ideo alter de alterius officio non se intromittit, *ad text. cum glo. in l. si idem, C. eod. de codicillis, & ad notata in l. 2. §. appellatur, ff. si cer. petat.*

Ex quibus, & alijs infra clarius dilucidandis, cum Magistri Actorum Ciuilium opposuerint exceptionem Pragmaticæ editæ Thori; prætendentes titulum in stipulando sententias criminales, ac fideiussiones ex actis criminalibus dependentes, super quibus orta est lis inter dictos Magistros actorum Ciuiles, & Criminales.

Fundantes titulum ex dicta concessione Regis Ferdinandi in anno 1485. vbi nō alias fuit concessa potestas, & exercitium scribendi dictas sententias criminales, & fideiussiones ex eis dependentes; prout nec poterat tamquam alijs primo loco, titulo oneroso concessa,

Et possessionem pacificam ex aliquibus actis, & sententijs productis. vana apparet prætensio ipsorum, nam si ante annum 1484. loquimur, vltra quod non concludunt sententias, & acta prædicta in criminalibus scripta fuisse per Ciuiles; quando appareret non præiudicaret, nam ante annum 1484. nimirum quia minime distinctum erat exercitiū, vt dictum est.

Si fundare intēdunt ex sexaginta decretis ab anno 1484. vsque ad annum 1535. interpositis, & in actis productis; nec iuuantur: nam à quibus fuerint sententiæ, & fideiussiones, ac decreta stipulata, non apparet: immo si appareret clandestina possessio non pacifica desumi posset; nam in annis 41. plusquā millia millium sententiæ, decreta, & fideiussiones fuerunt lata, & stipulatæ: ergo ex vno quoque vernali tempore flos vnus. Et dum ciuiles ex aduerso obijciunt, Actuarios Criminales nullam ab ipsis sententiam, ac fideiussionem ostendisse stipulatam vsq; ad annū 1525. Dicimus incendiū, quod omnes scripturas, & processus in Archiuio Criminali sistentes consumpsit, abstulisse facultatem manifestandi eorum possessionem, plusquam pacificè; quæ tamen suaderi, & sine scrupulo credi potest, stante dicto notorio incendio: maxime quia, quod Actor non probat, probatum esse præsumit ius pro reo ad illum absoluendum, *l. qui accusare, C. de edendo, & l. vltima, C. de rei vend.*

Addito etiam, quod ostenduntur sententiæ & decreta, ac fideiussiones post incendium stipulatæ per Criminales Actorū Magistros: qui si non prohibuerunt Ciuiles aliqua acta conficere ex his, propter ignorantiam priuilegij eis concessi de anno 1484. quod denuo in lucem prodijt, euenit; vnde veritate detecta præiudicare non potuit, *l. vlt. ff. de hæred. instit. cap. inter dilectos, de fide instrum. cum concordan.*

Et quidem si permitteretur, vt exercitiū sententiarum criminalium, fideiussionum, & decretorū ciuilibus actorum Magistris daretur; infrascripta orirentur inconuenientia, quibus prudentissimus Rex Ferdinandus occurrere voluit.

Prima, si decretum, quod citetur inquisitus, conseruetur extra processum per Actuarium Ciuilem, ignorabitur dies contumaciæ; & sic contra inquisitos minime procedi poterit, vt debet.

Item cōfessiones secreto ab inquisitis per Iudicem, & Criminalem actorum Magistrū, receptæ, de facili patefierēt; vel saltim extraneæ personæ erunt notæ.

Item, quia ex quo confessionibus, & ratificationibus inquisitorum Ciuiles Magistri actorum nō sunt præsentes, de facili ex multitudine inquisitorum, prout contingit, confessio vnius scriberetur pro confessione alterius.

Item, quando inquisiti absoluuntur actorū Magistri Criminales ignorantes decretum non procedunt ad liberationem, & sic retardatur excarceratio, & liberatio absolutorum.

Item, quo ad fideiussiones, quia facilius recipient eas Magistri actorum Criminales, tanquam melius informati de meritis causę, quam Ciuiles penitus causarum prædictarū merita ignorantes.

Ex qua præposita facti serie, ex duobus exceptionem Regiæ Pragmaticę, oppositam per Actuarios Ciuiles, non militare solatius liquebit.

Primum, sicut Actuarij Ciuiles nituntur priuilegio posteriori Ferdinandi primi anni 1485. in quo nihil de actis criminalibus disponitur: sic Actuarij criminales nituntur priuilegio anteriori eiusdem Regis, in quo

1 expressè de actis criminalibus traditur. inde sicut actor, & reus habentes caulam ab eodē Rege, vnus contra alterum non opponit beneficium, *legis bene à Zenone, C. de quadr præscrip. Cur. iun. in l. hæres absens in prin. num. 19. ff. de iud. & conf. 143. num. 5.* sic

2 et in exceptione pragmaticæ dicetur, *Lo ffr. conf. 34. sub num. 11. Gram. decis. 65. n. 43. M mad. decis. 37. post num. 3.* priuilegiatus

Zz 2 enim.

3 enim non vtitur priuilegio suo contra æquè priuilegiatum, *Bart. Bal. cæterique in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles.*

Secundum, Actuarij Ciuiles nullum habent titulum Regis Ferdinandi circa acta criminalia; & actuarij criminales de illis habent expressum titulum eiusdem Regis Ferdinandi: & si id est, prout negari non potest, deficit titulus Actuarijs ciuilibus; ideoque
4 deficit primum requisitum Regiæ pragmaticæ, quinimmo actuarij criminales habentes titulum cum possessione, possent opponere ciuilibus dictam exceptionem: habent titulum criminales specificum circa quatuor expressa, videlicet recipiendi accusationes, querelas, denunciationes,& dandi capitula, quę litis contestationem inducunt, cum in
5 illis præcedat affirmatio, vel negatio inquisiti, ex quibus litis contestatio oritur, *l. 1. C. de lit. contest.* habent etiam titulum expressum in genere in omnibus alijs actis dependentibus, & spectantibus ad dictum officium; quæ post prædicta quatuor specificata, aliud non possunt comprehendere, nisi sententias, fideiussiones, & appellationes, quæ illa sequuntur, *casus est apertus in cap. quoniam contra, extra de probat.* ibi disponitur Iudicē
6 penes se debere habere personam publicam, quæ vniuersa iudicij acta conscribat; & aliqua ibi numerantur, videlicet citationes, exceptiones, petitiones, conclusiones,& demū sequitur clausula generalis (& cætera quæ occurrerint competenti ordine describēda:) dubitauerunt ibi *Canonistæ*, quia sententia diffinitiua ibi inter acta non fuit connumerata, si sit de actis, ideoque per eandem personam publicam scribenda; & omnes dixerūt
7 esse de actis, & per eundē debere scribi: quia dum dum dictum fuit, post narratum actum conclusionis, & cætera quæ competenti ordine occurrerint conscribenda; quia sententia sequitur conclusionem, quod illa includatur. Ad propositum Rex Ferdinandus concessit officiū Actuarijs Criminalibus cum potestate conscribenda vniuersa acta criminalia, quatuor exprimendo, videlicet recipiendi querelas, accusationes, denunciationes,& dandi capitula; deinde subiunxit clausulam generalem, & omnia alia concernēdi ad dictum officium spectantia, & dependentia. Cumque clarum sit post litis contestationem alia acta non sequi, nisi defensiones, sententias, & fideiussiones, quę pro executione sententiarum præstantur; nimirum si sub dicto priuilegio expressè includantur:
8 etenim expressum dicitur in specie, & in genere, *Bar. in l. 1. nu. ff. de vulg. & pup.* Quinimmo, & plus in eodem priuilegio Criminalibus concesso, sub pœna falsi quibuscunque alijs prohibetur, quod nullum actum
9 criminalem conscribant: & si sententia est de actis, *l. actorum, & l. acta, ff. de re iud.* & fideiussio, quæ est exequutio sentētiæ, quę
10 ex actis oritur, & dependet, *l. 4. iuncta glo. ff. de prætor. stipulat. Innoc. in cap. causam, quæ, nu. 1. extra de rest.* Quare Actuarij Ciuiles non erubescant illa velle conscribere, postquam in pœnam falsi inciderent.

Nec dicatur, quod dum aliqua acta sunt specificata, & demum posita clausula gene-
11 ralis (& omnia alia) quod intelligantur similia expressis, & non maiora, *cap. sedes, de rescrip.* Nam posset dici plus esse capere informationem, quæ est fundamentum inquisitionis, quam scribere sententias; & proinde in pragmaticis Regni traditur magna vis processus in examine. verum esto, quod scribere sententias, & fideiussiones recipere, & alia deducta, esse maiora expressis, adhuc comprehenduntur: quando enim enumeratis aliquibus speciebus, subsequitur clausula generalis (non comprehenduntur maiora
12 expressis) conclusio est, si maiora sunt connexa quoquo modo expressis,& includūtur; si separata, & proferuntur cum adiuncto determinante genus, si sub determinatione adiuncti possunt includi,& tunc etiam includuntur, *Abb. sing. in cap. dilecto, nu. 2. ver. & concludo, Butr. ibi num 6. extra de offic. archid.* in præsenti enumeratis quatuor speciebus Actorum Criminaliū addita fuit clausula generalis (& omni alia, ad dictum officiū dependentia, & spectantia) quo casu, quia sententia,& fideiussio sunt conexa expressis, & clausula generalis fuit posita cū adiuncto determinante genus sub nomine officij, sub quo illa comprehenduntur; nulli dubium, & si maiora fuissent expressis, adhuc fuisse inclusa.

Et ex his clarissime patet Actuarios Criminales habere titulum anteriorem Regis Ferdinandi specificum, & expressum, circa vniuersa acta criminalia, penitus segregata ab officio generico Magistri actatus.

Dum postea idem Rex genericè concedit officium Magistri actatus Magnæ Curiæ Vicariæ; fas erit dicere id fuisse concessum, quod remansit ex dicto officio, præter concessa criminalibus. etenim nomen officij,
13 genus est, *l. neque, C. de dignita. lib. 10.* ab hoc officio fuerūt segregata acta criminalia; si postea officium conceditur segregata, & concessa non veniunt; sed de eo, quod remā-
14 sit, vt de actis ciuilibus, concessio intelligetur, *cap. 1. de cap. qui cur. vend.* indè etiam dicitur, quod si concessum fuit officium ciui-

ciuilibus, cum iuribus ab antiquo spectantibus; intelligetur de illis iuribus, quæ spectāt ad actus ciuiles: postquam de illis censetur facta concessio, & non de criminalibus per prius concessis, & segregatis; *d. cap. 1. de cap. qui cur. ven.*

Et ex his concluditur Actuarijs Ciuilibus deficere titulum, illumque habere Actuarios Criminales; ideoq; deficiente hoc primo requisito, exequtionem pragmaticæ oppositā non militare.

Item deficit possessio Actuarijs Ciuilibus,
15 circa acta criminalia, quod est secundum requisitum ex pragmatica: si quidem in possessione incorporalium, acquirenda,
16 vltra animum, & congruum actum acquirētis, requiritur scientia, & patiētia aduersarij, *Bal. in l. 2. num. 12. C. de seruit. & aqu.* &
17 hæc scientia, & patientia in iuribus operatur vim quasi traditionis, *l. 1. in fin. ff. de seruit. rust. præd.* ideoque aduersarius debet
18 esse taliter sciens, & patiens, quod habeat potestatem quasi tradendi; quia non potest plus operari tacita quasi traditio, quam ex-
19 pressa, *l. qui ad certum, ff. loc. Bald. d. l. 2. post num. 18. vers. ego dico, & ibidem vers. &*
20 *si isti plures*, quod si quis vult acquirere quasi possessionem contra plures, exigitur scientia, & patientia omnium; adeo quod
21 vnius ignorantia omnibus prodest, *l. si communem, ff quemadmod. seruit. amit.*

Quinimmo, & plus, quod in quærenda quasi possessione iuris, quod alius tenet, ta-
22 liter exigitur scientia possessoris, quod non dicitur pati, qui nescit, *l. 3. §. is, qui nescit, ff. de lib. hom. exiben. Bal. sing. d. l. num. 19. C. de seru. & aqu.*

Dicant quesò Actuarij Ciuiles, quomodo potuerunt acquirere possessionem horum iurium, si aduersarij Magistri actorum Criminales penitus ignorabant illa ad se spectare; postquam eorum priuilegium, nisi nūc de recenti habuerunt: & ob id criminales, qui nesciebant, non potuerunt pati; nec potuerūt quasi tradere, non data eorum scientia, & patientia, quæ vim quasi traditionis operātur. Et sic nullo modo Actuarij Ciuiles possunt prætendere hanc quasi possessionem acquisiuisse.

23 Et si volunt forsan prætendere, ex illa subsequuta interpretari eorum priuilegium, *cap. cum dilectus, de consuet.* vltra quod illa non est possessio, non data scientia, & pa-
24 tientia aduersarij, vt supra; & illa fuit vsurpatio in quibusdam, *l. consulta, C. de testam.* attamen & Criminales, quasi in omnibus possessionem habuerunt: si vera fuisset quasi possessio, prout non fuit, illa benè interpre-
25 taretur priuilegium, quod esset dubium, sed non clarum, *Hostien. in d. cap. cum dilectus in ver. interpres, ibi Butr. num. 17. Abb. nu. 17. & satis benè Zabar. num. 33.* subdens, quod quando priuilegium est clarum, non est opus interpretatione.

In præsenti iam constat priuilegium Actuariorum Ciuilium esse clarum circa acta ciuilia, vt supra fuit fundatum; nimirum si nulla interpretatio potest cōsiderari, quod eorum priuilegium clarū circa acta ciuilia, extendatur ad acta criminalia ipsis nō data, sed per prius criminalibus concessa.

26 Quare deficiente titulo, & possessione ex parte Ciuilium, exequtionem pragmaticæ per eos oppositam nullo modo procedere, indubitatè concludo.

Camillus de Medicis

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio simplex nullum ius tribuit, nec dispositionem inducit, & nu. 14. ex Canonistis.*

2 *Confirmatio in forma communi nil aliud est nisi veteris iuris declaratio.*

3 *Confirmatio continens nouam causam, nouū ius tribuit possessori.*

4 *Assensus Principis adhibitus ad remouendū tantum obstaculum nihil confert.*

5 *Confirmatio plus operatur, quam simplex promissio.*

6 *Assensus, siue consensus Regis, feudum quaternat, & quomodo.*

7 *Confirmans dicitur dare, quando datio, & confirmatio spectant ad eundem, alias secus.*

8 *Verba in priuilegijs (& de nouo cōcedimus) quando operentur nouam dispositionem in beneficium impetrantis, traditur distinctio trimembris ex Isern. nu. 9. 10. & 11.*

12 *Verbum (confirmamus) transubstantiatur in vim nouæ concessionis, propter ea verba (& de nouo concedimus) addita.*

13 *Nouissima prioribus derogant, quando ab vnius voluntate dependet operatio.*

15 *Factum ad conseruationem, seu continuationem iuris operatur nouam acquisitionē, tametsi eo animo non fiat.*

16 *Cumulatio cautelarum nouum ius quandoq; generat, vt aliquid operetur.*

17 *Confirmatio tribuit ius, vt peti possit, quod indulgetur, tametsi priuilegia prædecessorum non appareant.*

18 *Clausula (ex certa scientia) operatur, vt inualida*

ualida validentur, importat plenitudinem potestatis, num. 19. excludit errorem, num. 20.

21 *Confirmatio concessio potius vocari debet, si in ea tenor prima inuestitura inseratur.*

22 *Mens ex prohemio colligitur.*

23 *Ratio vera, & mens Catholici Regis in condenda pragmatica edita Thori, qua fuerit.*

24 *Verba d. pragmatica comprehendunt titulũ confirmationis.*

25 *Verba generica comprehendunt omnem modum, & viam dispositionis.*

26 *Lex generaliter loquẽs post specificata, largo modo interpretari debet.*

27 *Pragmatica edita Thori, procedit etiam si adesset error, & deceptio illorum Regum. Et vetust lites, abdicauit iurisdictionem, & finis illius legis qui, num. 30.*

28 *Controuersia, & molestia inferri pariter dicitur, tam de facto, quam de iure.*

29 *Molestia inferri prohibita alicui, censetur quoque prohibitum, ne in iudicium vocetur etiam ex iusta causa.*

31 *Pragmatica edita Thori considerauit factũ, sed non cur factum.*

32 *Decisio Regia Camera, vt procedat etiam in confirmatione.*

Pro Pyrro Ioanne de Nuceria contra Serenifs. Ducem Parmæ.

ARGVMENTVM.

Exceptio Regiæ pragmaticæ edita Thori, vtrum locum sibi vendicet, etiam in confirmatione, nedum in concessione: & an includat casum erroris, vel deceptionis illorum Regũ; perpensa, vera & finali causa, ex qua Rex Catholicus eam legem condidit. Quæ dicatur cõfirmatio omnino simplex, seu in forma communi; & quando confirmans dare dicatur. Et de clausulis priuilegiorum (& de nouo concedimus, & ex certa scientia.)

CONSILIVM CLVIII.

POTERIT Pyrrus Ioannes de Nuceria nouissimè se defendere exceptione allegata aduersus Serenifs. Ducem Parmæ, ac Regium Fiscum, quæ ex lege proficiscitur in secundo eius capite, quã Thori sanxit Catholicus Rex inuictissimus, quæ sanè loquitur de gestis per eorũ Reges prædecessores in beneficium possessorum; Circa cuius exceptionis examen, illa dumtaxat hęsitatio occurrit, vt cum illa Regalis prouisio exigat titulum illorum Regum dispositiuum, ad hoc vt possessor se legitimè tueri possit: is sanè videatur deficere in casu nostro, cum titulus qui allegatur Serenissimi Regis Federici, non in modum dationis, donationis, venditionis, concessionis, dispositionis, dispensationis, vel ordinationis, vt
1 pragmatica sanxit, verè se habeat; sed simplici dumtaxat confirmationi accedat, que nullum ius tribuit, nec aliquam dispositionẽ inducit, *ad tex. in cap. quia diuersitatem, de concess praben cum alijs iuribus allegatis per Bal. in cap. 1. in princ. per quos fiat inuestit. notatur per glo. in l. ex verbis, C. de donat. inter vir. & uxor. latiq; posuerunt Doct. in l more maiorum, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in cap. 1. de confirm. vtil. vel inut.* Nam
2 confirmatio in forma cõmuni, nil aliud est, nisi veteris iuris declaratio; ita tamen vt ex ea aliquid non tribuatur, sed quod concessũ sit, significetur, *dixit Iureconsul. in l. haredes palam, §. si quid post, vers. & puto, ff. de test.* Et proinde videtur, quod exceptio pragmaticæ obiecta sustineri nõ possit, vt possessori proficiat. Sed (rogo) rectè animaduertatur, nam ex infra explicandis legitimè defenditur.

Et vt illam tueamur, vnicum fundamentũ iactemus, scilicet prædictum excipientem concessionem, non autem simplicem confirmationem habere, per priuilegium in actis exhibitum: etenim Rex Federicus dum concessionem palatij Casæ Sanæ Petro Nuceria seniori confirmat, nouam causam cumulat concessionis per verba specifica adiecta in
3 priuilegijs; quæ quidem nouum ius statuunt in beneficium possessoris, *iuxta tex. qui hoc sanxit expresse in cap. inter dilectos, in ver. caterum, de fid. instrum. & ibi Ioa. Andr. decidit in specie.* nam quando Princeps adhi-
4 bet consensum suum, non vt sui obstaculum tollat, *iuxta terminos l. si pater, §. fin. ff. de manum. vindict. & per Isern. in constit. cum circa, col. fin & ibi Affuct. num. 14. in fin.* quia tunc nihil confert, cum non sit alienatiua dispositio, *vt vtar verbis Bald. in l. fin. C. de su. & legit. in fin.* sed vt consentiat vti dominus; tunc ipse dat nouam causam dominij, & actus perficitur ab ipso consentiente, non autem à primo operante, *ita subtilissimè tenuit Bal. in l. si vt proponis, C. de ser. ptg. dat. manum. dum expendit text. in l. si*

fundus

fundus, §. si nesciente, ff. de pignor. Ita intelligendus est *Iser. in constit. si quis Baro, vbi citat tex. in §. interim, in authen. de defens. eiusd. & in l. obuenire, ff. de verb. signific.* Ita ponderabitur etiam *in cap. 1. in §. hac edictali, de prohib. feu. aliena per Lothar. vers. in*
5 *Regno Sicilia*, quo in loco ait, plus operari confirmationem, quam simplicem promissionem: ratio est, quia in promissione Rex se de medio tollit, vt actui celebrando non obsit; in confirmatione ipse principaliter operatur, & vt dominus actionem perficit, Ideo dicebat *Iser. in prædicta constit allegata,*
6 consensum Regis fœudum quaternare, idest formam, & esse rei tribuere; subdit postea, quia Rex confirmans, videtur donare, allegans iura ad id superius citata, idem expresse censuit *in cap. ·. n. 4. vers. si autem Princeps, & Dominus, de vassall. decrep. atat.* Sed vt magis dilucida fit verbis prædicta distinctio, videatur rogo *Alber. in l. 1, vers. circa quod, C. de Episc. & cler.* qui vnico spiritu cum
7 *Bal.* concurrens, decidit quod aut datio, & confirmatio pertinent ad eundem, tunc qui confirmat, dat; aut ad vnum datio, ad alterum confirmatio, & tunc non. Et quamuis
8 aliqui dixerint, verba illa (& de nouo concedimus) nouam dispositionem non operari in beneficium impetrantis; & præsertim quando Rex incipiat prius confirmare, fuit nãq; *Camer. qui hanc opinionem substinuit in cap. imperialem, in lit. R. fol. 90.* motus potissimum ex theorica *Iser. in d. cap. 1. de vassall. decrep. atat. & caterorum Doct. in prauileg. cap. inter dilectos, de fid. instru.* Sed subsistat quæso maximus fæudista; nam ex theorica eiusdem *Iser. & Canonistarum, quos allegat,* suam opinionem confundemus. Porrò *Iser. in loco superius citato, num. 4. vers. quid si diximus,* examinat operationem illorum verborum, & vt facile intelligeretur, trimẽbrem distinctionem adhibuit. Primo quando constat de mente Principis, nolle nisi actũ
9 simpliciter confirmare; vt tunc illa verba (& de nouo concedimus) trahantur, & subalternentur ad quod refertur intẽtio, scilicet vt nihil noui tribuat, sed actus reincidat in veterem causam, *allegat tex. in cap. afferte, ext. de præsumptio. cum alijs iuribus ibidem coaceruatis*. Secundo, secus existimat *Isern.* quando constat de contraria Principis vo-
10 luntate, vt velit nouam conferre gratiam, & ius nouum cõstituere; cum nulla sit quæstio, quando de voluntate liquet, *vulg. l. ille, de leg. 1.* Vltimus casus consideratus per *Iser.* positus est in dubia quæstione voluntatis, vt
11 ea magis existimanda sit, quę nouam concessionem pariat, nec à verborum specie, & significatione recedatur, *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. 1. §. is qui nauem, vers. in re igitur, ff. de exercit. actio.* ita tamen, vt verbum
12 illud (confirmamus) transubstantietur in sui significationem, propter copulationem
a verborum additorum (& de a nouo concedimus) *l. si vno, ff. loca. l. qui lance ff. de aur. & arg. lega.* ea quoq; potissima ratione motus,
13 quia nouissima derogant prioribus, quando ab vnius voluntate operatio dependet. Videte igitur Iudices peritissimi, quomodo *Camerar.* allucinetur, cum ait, verba illa (& de nouo concedimus) nihil tribuere, si à cõfirmatione sit ceptum. & dum ipse defenditur authoritate *Canonistarum in d. cap. dilectus,* parcat quæso; nam prædicti *Doctores*
14 loquuti fuerunt in simplici confirmatione, absque adiunctione verborum (& de nouo concedimus) *vt per Innoc. & Io Andr in cap. dudum, de decim.* Rurlus plus, & dixerũt *Doct. & præcipuè Bart, Angel. Imol. Alex. in l. 3. ff. de acqui. poss. circa principium, nu. 18,*
15 quod ea, quæ fiunt ad conseruationem, seu continuationem alicuius iuris, operantur nouam acquisitionem, etiã quod eo animo non fiant, *Alex. allegat text. in l. posthumos, §. si paganus, ff. de iniust rupt. irrit. facto testam. & in l. qui ex liberis, §. qui testamento, ff de bon. poss. secundum tabu Alex. cons. 146, col. 2. vol. 5. Dec cons. 133.* quibus non ab-
16 horrent ea, quæ de cumulatione cautelarum tradunt *Docto.* qui volunt ex ea nouum ius generari, vt actus cumulationis aliquid operetur, *vt consuluit Loffred. in cons. 41. num. 9. cum seq.* non secus dicendum de actu confirmationis, qui principaliter fit, & desideratur ad maioris cautelæ cumulum. Tanta enim est uis confirmationis, vt dixerit *Abb. in loco superius allegato*, quod quamuis præ-
17 decessorum priuilegia non appareãt, adhuc peti possit, quod indulgetur, confirmando, *quod idem tenet Oldra. in cons. 121. num. 12. allegans tex. in l. si donatio, C. de donat. l. ex hac scriptura, ff. de donat.* maximè si in con-
18 firmatione addit clausula (ex certa scientia) *secundum Bal. in cap. ex parte, num. 13. vers. quæro ergo extra de const, & Loffred. cons. 8, post num. 44.* quæ clausula quantum valeat, quantum suppleat, nemo ignorat; per eam inualida validantur, per eam supplentur omnia, *secundum Innoc. in cap. 1. in fin. de transact. Alex. cons. 79. vol. 1. col. 4. glo. optima, in ver. non obstantibus, in cap. 2. de fil.*
19 *presbyt.* & operatur idem, quod plenitudo potestatis, *Bal. in l. eos, C de appellat. in principio.* immo plus, quod ea tollit defectum intentionis, *secundum Ioan. And. in cap. fin. vt lite pend. col. 2. in ver. dixit autem, Innoc. & Imol.*

& Imol. in cap. 1. *de confirm. vti. col.*2.nam credendum pro vero id esse, quod Princeps ex certa scientia fecit, *vt per Bart. in l. conficiuntur, in prin. de iure cod.* nec tale factum potest in dubiū reuocari, *idem Bar. conf.* 196
20 *incip. ciuitati Cam.* clausula enim hæc omnem excludit errorem, omnes tollit ignorātiam, *vt ait glo. mag. in fin. in cap. ad hæc, de rescript. Curt. sen. elegantissimè in cons.* 65. *num.* 10. *vers. confirmantur omnia præmissa, quod cons. rogo legatur.* Vel si in ea tenor pri-
21 mæ inuestituræ insertus sit, *ex not. per Innoc. Ioa. Andr. & alios in c.* 2. *extra de transact.* Nam tunc talis confirmatio, concessio vocari debet; & Rex sic confirmando, videtur de nouo disponere, *vt subtilissimè refert Specul. in tit. de instrum. adit. §. nunc autem videndum restat, num.* 1. *vsq; ad num.* 3. sed vt omnis controuersia tollatur, quæso, perpendamus mentem, & verba legis: si men-
22 tem, quæ ex prohemio colligitur, *iuxta tex. in l. fin. & ibi Bal. ff. de hæred. instit.* & per ea, quæ ad declarationem eiusdem *pragmatica edita Thori,* posuit *Loffred. in cons.* 24. *in*
23 *princ. num.* 1. ea fuit Catholici Regis, ne Regnum diū armis obsessum, & implicatum, litium quoque ardore accenderetur; ideo vt talis occasio turbulentiæ secederet, abstulit omnem actionem singulis confligantibus titulos Aragoneos, quod ob causam prædictā Princeps facere potuit, *iuxta ea, quæ in specie tradit Innocen. in cap. quæ in ecclesiarum, de constit & per Iser. latè in cap.* 1. *§ similiter potest, in fi. col. de capi. qui cur. vend.* Et sic quamdiù de bonis obtentis litigatur, hæc ratio conditæ legis, non minus militat in vno, quam in altero casu; vt siue sit confirmatum, siue principaliter concessum ab illis Regibus, nō possit controuersia moueri, neque de iure, & de facto innouatio fieri. si autem verba prædictæ legis intueamur, tam ea, quæ respiciunt facta primorum Regum, quam reliquorum in secundo capite enun-
24 ciatorum, proculdubio verba ipsa titulum confirmationis amplectuntur, & comprehēdunt. Siquidem Rex sapientissimus tuetur possessorem bonorum quouis modo concessorum à prædictis Regibus, vt bis legitur in ipsa pragmatica: quo fit, vt verba prædicta
25 sic generica comprehendant omnem modū, & viam dispositionis, *vt est particularis decisio Rotæ in tit. de rescrip. in nouis. num.* 28.
26 *incip. si mandatur* ,] & lex, quæ generaliter loquitur post specificata, largo quoq; modo interpretanda sit; *vt latè per Felyn. in cap. in nostra, num.* 37. *vers. quarto fallit, de rescriptis.* Et sic his breuibus fundatur apertissimè exceptio opposita, nec aliud remanet nisi referre friuolam partis obiectionem, illique respondere. Opponit enim pragmaticam, & statutum quodliber non obtinere, nec habere locum in his, vbi affuit error, vel deceptio, quia nil tam contrariū consensui, & voluntati, quā prædicta; & sic cessat *pragmatica* ex defectu voluntatis, & intentionis. Errorem, & deceptionem hoc modo fundare prætendit; dicit enim Petrum seniorem, dum supplicauit Regi Federico in anno 98. falsū asseruisse, tenere palatium Casæ Sanæ pro se, hæredibus, & successoribus: cum iam appareat fuisse concessum in custodiam, & sic in officium, quod non transmictitur ad hæredes.

Respondetur, quando propriè error, vel deceptio adesset, vt non est; nam præcedebat concessio perpetua pro Petro, & hæredibus, quæ iam fuit deperdita, vt ex nota facti. Hoc
27 tollit *pragmatica* per illa verba, quouis modo concessa fuerint, verū id iure, aut iniuria factum sit, lis, aut quæstio: quia hic præsens error, aut deceptio, sub illo verbo (iniuria) comprehenditur: & nisi ita dicamus, vbique lites, vbique allegarentur prædicta; & sic *pragmatica* seruiret de vento.

Et pariter, si pragmatica vetuit fieri innouationem, ibi (super illis de iure, aut de facto innouari non possit) si permitteretur, lis, vtique nouitas, & molestia esset, siuè de
28 facto, siuè de iure, dicitur controuersia, & molestia, *l. Lucius, §. tres hæredes, & ibi glo. & Bar. ff. ad trebell.* immo sola prohibitio
29 molestiæ vetat, vt ex causa, etiam iusta, non inferatur, *l.* 1. *C. de nundin. iunctis ibi Nico. de Mattarellis, & Bal.* Ille, qui trahitur ad iudicium, molestiam pati dicitur, *in auth. de fideiuss.* vndè finis tollendi lites, esset omninò vanus; vt igitur tanto apertius pragmatica ostenderet, nullam liti ianuam reliquisse apertam, addit siuè iure, siuè iniuria, factæ sint dispositiones: ad tollendum hanc dispu-
30 tationem; & alias, vtcumq; sint factæ dispositiones, vetuit lites, abdicauit iurisdictionē, vt nec iudicibus facultas daretur aliqua iudicandi. Quod comprobatur, nam *pragmatica* non requirit causam, quare fuit facta concessio, sed nudum, & merum factum considerat; vetuit namque pragmatica, etiam iustè disceptari de causa: noluit enim in iudicio, vel extra posse tractari, an iure, vel iniuria concessio facta esset, nec de iure, vel de facto innouari. Considerauit namq; an fue-
31 rit factum, sed non cur factum; *dicit glo. in l. statuto, in princ. in ver. & per ea, de decim. in* 6. *glo. in l. stipulatio ista, §. hoc quoq; ff. de verb. oblig. Dec. in cons.* 351. *agitur causa,* 2. *col. in princ.* Ex quibus iam patet, obiectionem

ctionem non subsistere.

Non omittam exemplum Iistiusmet Regij Tribunalis, quod annis prætereuntibus decreuit pro hac parte, vt compertum est in quibusdam Commentarijs Ioannis Angeli Pisanelli, compositis ad hanc legem Catholici Regis; vbi testatur quandam Violantem
a Magliam ex sola confirmatione eiusdem Regis Federici, cum clausula (& quatenus opus est, de nouo concedimus) allegasse exceptionem pragmaticę aduersus Principissã Salerni actricem, & obtinuisse. Ex his igitur articulus iste in iure verissimus præcluditur.

Camillus de Medicis.

a ADDE. De efficacia huius clausulæ vide *D. Reg. Lanar. consf. 65. num. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas actuum hominum non præsumitur, nisi ad euitandam contrarietatē, quod declaratur num. 2.*
3 *Assertioni partis non creditur etiam cum iuramento.*
4 *Allegans diuersitatem scripturarum respectu relationis, probare debet.*
5 *Pluralitas inuestiturarum, & concessionum non præsumitur.*
6 *Relatum est in referente in substantia, & qualitate.*
7 *Inuestitura secunda intelligitur cum eisdē pactis, & conditionibus contentis in prima.*
8 *Tenor primæ inuestituræ adeo attenditur, vt ab eo non censeatur recessum.*
9 *Inuestitura sequens relatiua ad primã, præsumitur erronea, si discordat à prima de qua constat, quia non præsumitur mutatus tenor inuestituræ, num. 10.*

Pro Sereniss. Duce Parmæ.

ARGVMENTVM.

DE exceptione Regiæ Pragmaticæ edita Thori, pluralitas actuum, siue priuilegiorum an præsumatur. De efficacia relationis, & quod prima inuestitura attendi debeat.

CONSILIVM CLIX.


EXCEPTIONEM Pragmaticæ opponit pars aduersa, præsupponendo duo requisita, Primum, quod est possessor, postquam conuenta est ad relaxandum domum Casæ Sanæ cum viridarijs, & pertinentijs, secundum quod habet dispositionem à Rege Federico per priuilegium exhibitũ sub die 18. Iulij 1498. in quo priuilegio asserendo mag. Petrum de Nuceria exposuisse possidere dictam domum Casæsanæ cum suis territorijs, & pertinentijs virtute concessionis factæ per Serenissimum Regem Ferdinãdum Primum, pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuum, & in burgensaticum; dictus Federicus Rex dictam domum Casæ sanæ cum suis pertinentijs confirmat, iuxta tenorem priuilegij relati, ac si priuilegium esset insertum de verbo ad verbum, cũ clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum, & burgensaticum) si ergo habet dispositionem, & possessionem, ex hoc dicit pars habere fundatam intentionẽ exceptionis *Regia pragmatica edita Thori*; aut in primo capite respectu priuilegij relati (vt asseritur) per Regem Ferdinandum Primum expediti; aut saltem in secundo capite virtute priuilegij exhibiti, & dispositionis Regis Federici.

Sed ad hanc exceptionem per partem oppositam magis ad finem litem dilatandi, quam legitime possessionem tuendi, aduertendum est.

Nam Regia Pragmatica, aut requirit actũ facti, per illa verba (capta, erepta, & in Fiscum redapta) aut requirit actum voluntatis per verba subsequentia (donata, vendita, concessa, siue aliquouis modo disposita, dispensata, & ordinata.)

Si nos requirimus in casu (de quo agimus) actum facti, nullo modo actus iste considerari potest: quia Petrus iam tenebat, & possidebat domum Casæsanæ, virtute concessionis sibi factæ per Ferdinandum Regem Primum in guardiam; vt ex captura possessionis, cum insertione literarum dicti Serenissimi Regis Ferdinandi constat, in anno 1484. sub die 29. Ianuarij.

Si requirimus actum voluntatis, ex infra dicendis notoriè apparebit, nullam adesse voluntatem. nam aut pars ex assertione facta vult prætendere adesse concessionem factam per Regem Ferdinandum Primum; & hoc vult fundare ex prætensa probatione facta, quod Ciuitas Castrimaris fuit depopulata, & domus ipsius Petri: & quia non probauit

bauit requisita necessaria, quod erat in illa domo priuilegium, de quo tractamus; probatio prætensa nil facit. immo ex scriptura exhibita apparet contrarium; nam postquam pars priuilegium Regis Federici produxit, quod priuilegium non est deperditum; falsũ est, quod figurare prætendit ex depopulatione facta priuilegium ammissum: & testes qui volunt deponere de conquestu ammissionis priuilegij Casesanæ, de falso ex exhibitione dicti priuilegij redargui possunt.

Aut prætendit probare priuilegium ex iuris dispositione. & in hoc aduertant circumspecti Iudices, quod iã est producta cõcessio Regis Ferdinandi Primi, quæ est in guardiã, & non pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, & in burgensaticum, vt pars erronee asseruit Regi Federico: nec potest præsumi alia concessio ab eodem Rege Ferdinã-
1 do facta; nam pluralitas actuum hominum non præsumitur. & ideo non præsumuntur duo testamenta, & duæ concessiones factæ maxime ab eodem Rege, *ex regula tex. in l. omnium, iuncta glo. in ver. comprobetur, C. de testam. quod voluere Bal. & Salic. in l. 2. C. de error. aduoca. & post alios ponit Ias. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tabul. Dec. in cap. in præsentia, in 9. not. mihi 10 de probat.* Et licet *Doct.* voluerint limitare hanc regulam ad euitandum contrarietatem, *ex reg. tex. in cap. cum Ioannes, de fid. instrum. & per Doct. in l. 1. C. de bonor. possess. secu. tabu.*
2 limitatio prædicta procedit, quando vnus actus est probatus per testes, qui est contrarius actui, de quo quo loquitur instrumentũ, vel scriptura; tunc cum duo sint actus probati, quia vnus loquitur vno modo, & alter alio modo, qui si esset vnicus actus, esset contrarius; eo casu ad tollẽdã contrarietatem præsumuntur duo actus, nisi ex confessione partis constaret vnicum actum esse, *ex alleg. tex. in cap. cum Ioannes*, prout similiter quando ex confessione constaret duos esse actus, *vt disponit tex. in cap. in præsentia, in vers. ibi, quare cum constet, extra de probatio.*

At in casu nostro, cum pars asserat fuisse factam concessionem per Regem Ferdinandum Primum, pro se, & hæredibus in burgẽsaticum, & non ostendat hanc concessionẽ, sed Dux produxit concessionem factam per dictũ Regem Ferdinandum Primũ in Guardiam. Non potest dici, quod adsit alia concessio, quæ non apparet: sed vere dicendum est partis assertionem erroneam, ne dicam falsam; non enim statur assertioni partis, etiam
3 cum iuramento, & parti non creditur dicenti aliam esse scripturam, & hoc *ex reg. text. in l. fin. C. de reb. cred. & ita dicebat Felyn. in alleg. cap. cum Ioannes, in fine, extra de fid. instrum.* vbi dicit, quod non statur assertioni partis; immo dicebat *Alciat. in l. 4. parad. c. 13. per alleg. tex. in l. fi. C. de reb. cred.* probari non præsumi plures actus, & plures scripturas, etiam ad euitandum periuriũ, vt dixi, *faciunt dicta per Imol. in c. in præsentia, num. 9. de probatio. Socc. cons. 28. nu. 6. lib. 3. Paris. cons. 77. n. 13. lib. 4.*

Hinc dicebat *Socc. in cons. 129. 4. vol. in quo arguit pro vtraq; parte*, quod pars, quæ
4 vult fundare suam intentionem in diuersitate scripturarum respectu relationis, debet probare aliam scripturam relatam adesse, *quem videas, nu. mihi 11. idem voluit Aym. Crauett. in cons. 198. in princip.* & in specie,
5 quod non datur pluralitas inuestiturarum, siue concessionum, *voluit idem Aym. Crau. in cons. 112. num. mihi 4.* Ex hoc clarissima, & indubitata nascitur conclusio, quod postquam pars non exhibuit concessionem relatam Regi Federico per Regem Ferdinandũ Primum, pro se, & hæredibus, & successoribus, in perpetuum, & burgensaticum: & nos exhibuimus concessionem factam per eundẽ Regem Ferdinandum in Guardiam; quod nõ præsumitur alia concessio, & quod pars decepit Federicum Regem (cum reuer.) asserendo habuisse concessionem à Rege Ferdinando patre, pro hæredibus, & successoribus.

Secunda erit conclusio, quod actus factus per Regem Federicum non intelligatur factus pro se, hæredibus, & successoribus, prout pars asseruit, sed in Guardiam, prout cantat concessio facta per Ferdinandum Regem: postquam dispositio Regis Federici inest dispositioni factæ per Regem Ferdinandum, ex relatione, *ex reg. vulg. tex. in l. asse toto, ff. de hered. instit. & in l. si ita scripsero, ff. de*
6 *cond. & demonst.* vnde relatum dicitur esse in referente, itaquod referat substantiam, & qualitatem, & quod sit facta relatio in actu ex interuallo, *not. Franc. de Aret. in l. scire debemus, in 3. col. num. 3. in glo. super verb. stipulationem, ff. de verb. oblig.* Hinc dicebat *Dec. in cons. 183. n. 1. circa finẽ*, quod quando instrumentum refert se ad primum antea factum, intelligitur facta relatio cum omnibus qualitatibus suis, *alleg. plures decisiones Bar. in l. 1. ff. de receptator. in l. 1. §. fin. ff. famil. hercis. & in l. si quis seruum, §. fin. ff. de leg. 2. in ver. quæro testator.* Immo quan-
7 do fit secunda inuestitura, intelligitur cum eisdem pactis, conditionibus, & qualitatibus, prout erat prima; nisi specifice fuerit dictum quod fiat noua, *vt consuluit Paul. de Castr. ex reg. tex. cap. 1. de eo, qui fin. sec. agn. in cons.*

conf. 44. 2. vol. incip. circa præsentem casum, vsque ad num. 2. Et est ratio, quia nun-
8 quam intelligitur recessum à tenore primæ inuestituræ, nisi in secunda inuestitura expresse fuerit dictum, *Dec. conf.* 390. *n.* 2. Nam dicebat *Calder. in conf.* 92. *incip. nobiles viri, quem allegat Curt. in suo tract. feud. in par.* 2. *in* 7. *quæst. num. mihi* 43. *fol. mihi* 178. *in parua impressione*, numquam nouam inuestituram habentem aliam formam, quam antiquam formam, antiquam immutare; quod etiam notabat *Afflict. in decis.* 195. *num.* 5, *circa finem*.

Immo quando secunda inuestitura est re-
9 latiua ad primam, vt in casu nostro, & constat de prima, ad quam fit relatio; secunda dicitur erronea, & de ea nulla ratio haberi debet, ac si facta non esset: postquam secunda non disponit, nec statum mutat, *vt pulchrè dicebat glo.* —— *post alios in suo tract. feu. in §. 5. à num. 67. sed propriè num. 75. & 78. fol. mihi 82. & in §. 35. num. 10. fol. mihi 266.*

Vltimo, in casu de quo agimus, constat, quod ex errore, vel ex reliqua calliditate partis fuit alterata prima inuestitura, asserendo eam fuisse pro hæredibus; quo casu facta secundæ inuestituræ, seu alterationes nihil
10 prosunt; nam mutatus tenor inuestituræ nō inspicitur, *vt pulchre voluit Zasius in epith. feud. sub rubr. de feud. degener. in* 15 *conclusione, fol. mihi* 225. *in vers. cum inuestitura tenor.*

Ex quibus constat nullam habendam esse rationem de inuestitura prætensa per partē præsentata; & ex ea non posse prætendere exceptionem *Regiæ pragmaticæ*; cum prima inuestitura appareat, ex qua constat possessorem illegitimè, & indebitè possidere.

Fabius Marchesius.

SVMMARIVM.

1 *Concessio in Guardiam non importat cōcessionem perpetuo, sed temporaliter; adeo vt non sit expectanda mors concessionarij.*
2 *Confirmatio non in forma communi, sed specifica comprehenditur sub dispositione pragmaticæ editæ Thori.*
3 *Priuilegium declaratur ex petitione partis supplicantis.*
4 *Mens, & intentio ex prohemio colligitur.*
5 *Confirmatio in forma communi nullum ius tribuit, & ipsius forma quæ sit num. 7. & dicitur potius renouatio prioris priuilegij, num. 8.*
9 *Confirmatio ex certa scientia, & specifica quæ sit, & num. 12.*
10 *Priuilegium insertum in confirmatione non tenetur priuilegiatus exhibere; secus quando tenor non est insertus, & num. 11.*
13 *Clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus) quid operetur, & num. 14.*
15 *Testes debent deponere de tenore scripturæ deperditæ.*
16 *Identitas arguitur ex concursu qualitatum quamuis aliqua discordent, & num. 17.*
18 *Relatio operatur, ac si de verbo ad verbum qualitates cōtenta in relato expresse essent in referente.*

Pro Serenissimo Duce Parmæ, contra Pyrrum Ioannem de Nuceria.

ARGVMENTVM.

Dispositio Pragmaticæ editæ Thori an procedat in confirmatione simplici, nedum in confirmatione specifica: & quæ sit vtriusque confirmationis natura, & quomodo dignoscantur. Quid operentur tenor priuilegij insertus, & clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus.)

CONSILIVM CLX.



EGIT Regius Fiscus contra possessores Casalanæ in Territorio Ciuitatis Castri maris de Stabia, ad illius relaxationem. Comparuit Serenissimus Dux Parmæ, & ad infringendum iura competitorum, petijt in sui beneficium fieri restitutionem loci antedicti.

Compilato processu possessor opposuit exceptionem *Regiæ pragmaticæ editæ Thori* per quam, quia à iudicibus tollitur iurisdictio; erit prius discutiendum si talis exceptio proposita locum habeat: inter cætera requisita pragmaticæ illud potissimum est, & requiritur, quod habeatur titulus ab illis Regibus notatis in eadem pragmatica; quem titulum partem non habere ex infrascriptis fundabimus.

Duas produxit pars concessiones. Prima est

est Regis Ferdinandi Primi, quę est inserta
in actu capturæ possessionis, & est originalis
concessio; quã illi titulum tribuisse non ne-
gamus, verum non perpetuo, sed temporali-
ter: fuit enim locus sibi concessus in Guar-
1 diam, quæ non importat concessionem per-
petuo, sed temporaliter *ad totum titulum de feudo Guardia*. & eo modo cum præde-
cessore fuit obseruatum, qui cum haberet
hæredes, concessio facta fuit alijs; nec etiam
eius expectanda fuisset mors, sed potuisset
vtique Rex, nisi ad certum tempus dedisset,
statim elapso anno auocare. De isto igitur
titulo nihil penitus est tractandum ad fun-
dandam exceptionem pragmaticæ allegatã,
quia ex eius inspectione contrariũ apparet.
Hac de causa conuolat ad priuilegium Regis
Federici, similiter comprehensi in dicta
Pragmatica verũ *in secundo capite*, & si pars
fundabit priuilegium istud habere vim con-
cessionis, vel saltim esse confirmationem,
2 non in forma communi, sed specificam; iure
& merito in exceptione proposita obtine-
bit.

Cæterum si vt credo verius ex verbis dicti
priuilegij apparebit esse confirmationem in
forma communi tantum, & insuper Regis
intentionem non fuisse aliam, nisi cõfirmare
priuilegium Ferdinandi, ad quod in omnibus
voluit haberi relationem: iustissime prætεn-
dimus, quod opposita exceptio nullo penitus
iure fulciri potest.

Quod sit confirmatio in forma communi,
apparet. Primo, quia ad supplicationem par-
tis Rex procedit: & petitio partis nihil aliud
3 continet, nisi confirmationem; & hæc partis
petitio dat intellectum priuilegio, quod non
contineat, nisi confirmationem, *ad text. in cap. inter dilectos, ibi ex forma petitionis, de fid. instrum. multa congerit Felyn. ibi n. 14. & facit ad prædicta tex. in §. præterea, instit. de inutil. stipulat. in l. si defensor, §. interrogatus, de interrog. act. & in l. Titia, §. idem respondit, ff. de ver. oblig.*

Verba itidem priuilegij hoc demonstrant,
dum inquit, licet per Serenifs. dominos Re-
ges Ferdinandum Primum, & Ferdinandum
Secundum, acta, & gesta sunt per se valida, &
semper existant, vt aliquo minimine non
indigeant; tamen vt votis supplicantium
annuamus, ea libenti animo confirmamus:
4 ex quo prohemio apparet mentem Regis, nõ
esse nisi confirmare, *ad tex. in l. fin. de har. instit.* Progreditur vlterius in confirmatio-
ne, & inquit iuxta tenorem dictorum priui-
legiorum, & cautelarum, ad quæ nos referi-
mus; & sic nihil aliud vult facere nisi tantum
confirmare primam concessionem: & in istis
5 confirmationibus, qualiter verba debeant
interpretari, & quem producant effectum;
potissimum attendi debet mens confirman-
tis, & disponentis, *secundum Innoc. in cap. cum ecclesiastica, de except. Bal. in l. præscriptio, C. si contra ius, vel vtil. publi. probatur in cap. cum dilecta, in cap. cum adeo, extra de rescript. traditur per Alex. in cons. 120.*
6 *& 121. vol. 4.* & hæc quidem confirmatio
in forma communi nullum tribuit ius, *Oldr. cons. 164. in fin. Bart. in l. priuilegia*, C. *de sacr. sanct. eccles.* & vt vtar verbis *glo.* non
creatur per illam ius nouum, *ad tex. in cap. quia diuersitatem, iuncta glo. de concess. præbenda, ad tex. in cap. 1. & 2. & toto titulo de confirmat. vtil. vel inut. ad tradita communiter in l. & quia, de iurisdict. omn. iud.* &
7 huius confirmationis formam ponit *Specul. in tit. de rescript. præsent. §. ratione quoque*
8 *forma vers. sequitur videre*, & fuit q̃ iã reno-
uatio prioris priuilegij, quæ ius nouum non
inducit, *ad tex. in cap. quia intentionis, de priuileg. in cap. ex parte, eod. tit. & cap. cum dilecta, de confirmat. vtili, vel inutili*, & qui
confirmat antiqua priuilegia, numquam in-
telligitur de nouo dare, *glo. est not. in l. ex verbis, ver. vir*, C. *de donat. inter vir. & vxor. tradit Ias. in l. more, num. 30. de iurisdict.*
9 *omni iud.* non enim fuit confirmatio ex cer-
ta scientia, & specifica; puta quia Princeps,
ex certa scientia confirmasset, *iuxta tradita per glo. in clem. 2. de rescript. pulchrè Rom. in cons. 327. ista sunt in 2. col.* non fuit inser-
tus totus tenor rei confirmatę, *vt tradit Speculat. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem*
10 *vers. item opponitur*, & si fuisset insertus to-
tus tenor priuilegij confirmati, non cogere-
tur aduersarius ostendere priuilegium pri-
mum confirmatũ; prout nunc habet necesse,
quia insertus non fuit: prout de primo est *glo. quam singularem dicit Cardin. in cons. 119. incipiente monasterium Sancti Iuliani, in cap. si Romanorum, in verbo qua desinit, 19. distinct. & in cap. penult. de confirmat. vtili, vel inutil. & in cap. Abbate, de verb. & rerum significat. cum alijs traditis per Felyn. in*
11 *d. cap. inter dilectos*. De secundo, quando
tenor non fuit insertus, quod non teneatur
pars exhibere priuilegium, ad quod confir-
mans habet relationem, *tradit Innoc. in d. c. inter dilectos, & pro hoc videtur tex. vbi Bar. in l. testamento, la prima, ff. de condit. & demonstr. & in l. si testamentum*, C. *de institut.*
12 *& substit. sub condit. fact.* Item non emana-
uit istud priuilegium, in quo se pars fundat,
cum causę cognitione; qua pręcedente di-
ceretur in forma specifica confirmatio, *iux. tradita in l. ex verbis, & Barbat. inter con-*

silia

filiis Alex. 125. incipiente, scripsit Ecclesiastes, vol. 4.

Nec dicatur, quod adest clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus) nam dupliciter respondemus. Primo, quod talia
13 verba potius posita sunt ad cautelam, vt patet ex ipsorum lectura, & ideo non nocēt, *ad tex. in l. testamentum, C. de testam. in l. si pupilli, §. si procuratori, vbi Bar. ff. de neg. gest.*

Rursus magis particulariter dico, quod
14 etiam, quod adsit hæc clausula (& quatenus opus est de nouo concedimus) non ex hoc potest induci, & prætendi noua concessio; nisi aliunde mens concedentis colligi possit, quod voluerit actum de nouo facere, *ad tex. in d. cap. inter dilectos, de fid. instrum. optime Andreas in cap. 1. de vassall. decrep. ætat. vbi etiam Anna, Camer. optime in repetit. cap. imperialem, car. 90. lit. R.* vbi in hęc verba prorumpit, nō .n. per quodcunq; verbū censetur quis confirmando iuri suo derogasse, *teste Isern. in cap. 1. per quos fiat inuestitu.* nam etiam si dixisset (& de nouo concedo) adhuc nihil daret si confirmare cepit; oportet enim, vt aliquid appareat, vt de nouo cōcedatur: hęc ille.

Si igitur pars se fundat in priuilegio Regis Federici, apparet esse tantummodo confirmationem in forma communi: si ex isto priuilegio vult probare aliud priuilegium Regis Ferdinandi, quod confirmatur, & in priuilegio Federici asseritur; fundauimus quod de iure illud tenetur exhibere, postquam totus tenor non fuit insertus; & etiam quia illud priuilegium habet relationem ad illud. Dicimus etiam, quod priuilegium Regis Ferdinandi fuit in iudicio exhibitum, & non est pro heredibus, sed in Guardiam. Hanc prævidens pars difficultatem, voluit, & nixa fuit probare, quod certo tempore fuit bellum in Ciuitate Castrimaris, & quod scripturæ fuerunt deperditæ, & combustæ; quasi velit ex hoc inferre, quod priuilegium Regis Ferdinandi fuerit tunc deperditum, in quo absque dubio pars decipitur: est enim per legem descripta forma, quomodo probari possit scriptura amissa, vt illa postea fidem faciat;
15 & inter cætera oportet, quod testes deponant de tenore scripturæ, *iuxta text. in cap. cum olim, de priuileg.* cum pluribus alijs circumstantijs, de quibus *per Afflict. in duabus decisionibus 274. & 302.* quorum quia nihil fuit probatum, quinimmo nec articulatus tenor scripturæ, nihil est quod pars in probationibus factis se fundare possit.

Præterea hic satis apparet identitas personarum, quibus eadem fuit concessa domus, cum Ferdinādus huius nominis Rex Primus concesserit domos Petro, vt refert Rex Fe-
16 dericus in confirmatione: quæ qualitates ad arguendam identitatem, & vnitatem concessionis sufficere debent, tametsi aliæ falsò suggestæ per partem discordent, *Aym. cons. 112. num. 4. & latius cons. 196. lib. 1. post Socc. cons. 129. col. 2. & num. 11. lib. 4.* ex quibus perneccessè sequitur relatam concessionem per Regem Federicum eam esse propriam Ferdinandi Primi, quæ producta est in actis.

17 Quo stante, apparente scilicet relato, licet diuersæ sint qualitates in referēte superfluis omnibus resecatis; sola attenduntur originalia, *Bald. in l. 2. vers. vlterius noto, C. de errore aduoc. Card. cons. 92. num. 1. Alex. cons. 9. col. pen. in fin. lib. 5. Felyn. & Dec. in cap. quoniam Abbas, in fin. de offic. deleg. Dec. in l. edita, col. pen & in auth. si quis in aliquo, col. fin C. de edendo, cum alijs per glo. —— §. 5. glo. 1. num. 94.* & sic confirmatio est in Guardiam, vt dicitur in originali Ferdinandi Primi.

Et ex hoc euertuntur partis considerationes, quod noua censeatur concessio; ex quo est addita noua causa, scilicet remunerationis, quæ facit transire priuilegium in cōtractum. Siquidem quidquid sit, Federicus non aliter voluit concedere, nisi vt concesserat Ferdinandus, vt apparet ex his verbis (iuxta tenorem cautelarum, ad quas nos expresse
18 referimus) virtute relationis, *ex reg. l. asse toto, cū vulg.* q operatur, ac si dicta concessio Regis Ferdinandi fuisset de verbo ad verbū expressa, & specificata, *Socc. cons. 61, num. 6. in fin. & cons. 40. num. 2. lib. 3. & d. glo. —— num. 94.* & sic omnino censeri debet in Guardiam, & sic personalis, & extincta.

Ex quibus omnibus, cum nullus demonstratus sit titulus, qui possit fundare exceptionem Regiæ pragmaticæ, iure merito illa erit excludenda.

Camillus de Curte.

SVMMARIVM.

1 Dotans potest apponere in ipso actu quamcumque legem, etiam in legitima, filia consentiente, & num. 2.

3 Ratificatio magis facto, quam verbis ostenditur.

4 Mulier subdita consuetudini in nouem partibus habet labia clausa, manus ligatas, & arbitrium refrenatū in vltima voluntate.

5 *Euentus declarat initium dubium, & ad illud fit retrotractio.*
6 *Iuri quaesito praeiudicare nemo potest domino inuito.*
7 *Statutarium ius strictius ligat si in stipulatione deducitur.*
8 *Nemini contra factum suum venire licet etiam si de iure non tenet.*
9 *Ius quaesitum qualiter exercendum.*
10 *Mulier vi statuti praeiudicare disponendo filijs non valens, id intelligitur omni tempore etiam viduitatis.*
11 *Statutum concernens fauorem filiorum, fauorabile.*
12 *Ius tertio quaesitum statuti, ac conuentionis beneficio, an eo inuito reuocari possit.*
13 *Mulier prohibita disponere per consuetudinem dicitur prohibita quo ad actũ vltimae voluntatis, non inter viuos.*
14 *Verbum (contrahere) nõ comprehendit vltimam voluntatem.*
15 *Dispositio testamentaria, quae originem traxit a contractu, ab eo recipit vim, & vt inter viuos facta iudicatur: id quãdo verum late declaratur, & num. 17.*
16 *Dispositio facta tempore prohibito, vel tempore habili, & collata ad tempus prohibitũ eadem est.*
17 *Finis, vel initium quando spectandum sit.*
18 *Prohibito consequenti censetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud.*
19 *Mulier de proprietate dotium non potest inter viuos, nisi ex iusta causa disponere, ideo donare prohibetur, & num. 21.*
20 *Mulier necessariam, & iustam causam alienandi habens à filijs prohiberi non potest, sed necessitas causae, & iustitia copulatiuè requiruntur.*
21 *Mulier Neapolitana non potest donare in praeiudicium filiorum, etiam vt nubat.*
23 *Consuetudo incipiens bona stabilia, quamuis generaliter loquatur per verbum (alienare) restringitur tamen vt possit vendere, & permutare; non autem donare.*
24 *Mulier potest de dotibus alienare, quatenus tendat in vtilitatem ipsius, & filiorum, & non aliter.*
25 *Mulier non potest alienare bona in praeiudicium filiorum primi, pro dotanda filia secundi matrimonij.*
26 *Mulier potest vendere ex iusta causa, vt in consuet. & causa iusta quae sit, num. 17.*
28 *Disponere qui potest inter viuos tantum, disponendo in vltima voluntate censetur facere id tempore prohibito.*

Pro Marchione Lauri.

ARGVMENTVM.

MVlier contrahens matrimonium & submictens se cõsuetudini Neapolitanae in scriptis redactae, inhibenti mulierem posse disponere stantibus liberis, praeterquam de decima parte dotium; an si secundum contrahat matrimonium possit sublato vinculo se habilitare ad disponendum secundum morem procerum, & magnatum Regni. Quomodo mulier possit facere pactum secundo viro de dote lucranda, & ex qua causa possit alienare dotes in vita, non obstante contradictione filiorum: ad declarationem verborum Neapod. in cõsuet. & si mulier.

CONSILIVM CLXI.



IN anno 1562. Comes Montis Calui Lucretiam Carrafam filiam nuptui tradidit Camillo Pignatello primogenito quondam Marchionis Lauri cum dote ducatorum viginti duorum mille.

In hoc tractatu matrimonij incidit controuersia, quomodo Lucretia de dictis dotibus potuisset disponere.

Comes volebat, quod posset disponere secundum morem magnatum, qui est conformis iuri cõi; quo casu relicta legitima filijs, le residuo ad libitum poterat disponere.

Marchio vero, qui vt diligens paterfamilias prospiciebat suae posteritati, volebat, quod posset disponere secundum consuetudinem in scriptis redactam; quae vult, quod mulier existentibus filijs, de dotibus non possit disponere, nisi de decem partibus vnam.

Super qua cõtrouersia; obtinuit Marchio, quod Lucretia disponeret secundum consuetudinem in scriptis redactam, nec aliter matrimonium fuisset contractum (sic scriptura dotalis loquitur) & dominus Vincentius de Franchis tunc Aduocatus, cum alijs testibus id expresse deponunt.

Et Marchio videns dotem quodammodo peruenturam ad filios nasciturος ex illo matrimonio; eius contemplatione donauit Camillo filio quamplura bona, valoris ducatorum

rum ducentum mille, & plus.

Ex dicto matrimonio procreatus est tantum modernus Marchio Lauri. Deinde dissoluto matrimonio per mortem Camilli, bona Lucretiæ viduæ relictæ, quæ erant in summa ducatorum viginti duorum mille; cum donatiuis, & antefato lucratis creuerunt ad summam ducatorum triginta trium mille.

In anno 1570. prædicta Lucretia habens prædictos ducatos triginta tres mille; in annum luctus primi viri secundo loco nupsit Marchioni Turris Francolisij, nõ tam diuiti, sicut primus maritus; eique constituit dotẽ ducatorum viginti quatuor mille: & restantes ducatos nouem mille sibi retinuit; voluit
1 & se habilitauit posse disponere de dictis dotibus secundum morem magnatum.

In anno 1583. prædicta Lucretia moriens non habens filios ex secundo viro, sed ex primo viro vnicum filium Marchionem Lauri tantum; testamentum condidit: in quo nomine hæreditatis instituit dictum Marchionem; legauit enim Don Hieronymo fratri ducatos nouem mille, marito tres mille, alijsque alias quantitates. In tantum quod parum, & nihil remansit de primis dotibus Marchioni filio.

Marchio sciens matrem non potuisse disponere, nisi de decima parte dotium, illam obtulit: conuentus est nunc à legatarijs ad soluendum integra legata; quæritur an teneatur. Et quod sit absoluendus ex allegata serie facti infrascriptas conclusiones subijciam.

Prima erit, postquam Comes dotans tradidit dotẽ Lucretiæ filiæ, in traditione dotis
1 potuit ponere legem, quam voluit, a citra
2 personam ipsius, *l. cum dos, ff. de pact. dotal.* etiam si respiceret grauamen filiæ; respectu tamen illius quantitatis, quæ legitimam excederet, *l. mulier, §. cum proponeretur, ibi*
2 *Alex. col. 1. ff. ad Trebel.* quinimmo & in legitima, si consensus filiæ adsit, *l. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testamen.* Comes enim ex vna parte, & Marchio ex altera conuenerunt, quod Lucretia de dotibus posset disponere secũdum consuetudinem in scriptis redactam; & Lucretia matrimonium contrahendo ratum habens, illi consuetudini se submisit: siquidẽ ratificatio magis facto,
3 quam verbis inducitur, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi.* ergo omnes conuenerunt, quod Lucretia existentibus filijs, non possit disponere, nisi de decima parte, *iuxta consuetudinem si qua moriens.* & consequenter stipulati sunt, quod nouem partes filijs nasciturís ex illo matrimonio acquirerentur. Cum liqueat ierua: a forma dictæ consuetudinis, mulierẽ filijs existentibus, in eorum beneficium in
4 nonem partibus, tanquam intestabilem habere labia clausa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, *Neapodanus in dicta consuetudine si qua moriens, in vers. tantum,* & licet tunc esset dubium, si filij nascerentur; postquã orti sunt, declaratum est ex post, quod prius erat dubium: illa enim, quæ à principio du-
5 bia sunt, & ex posteriori euentu declarantur, fit retrotractio ad illud primum tempus, *l. iure nostro, ff. de reg. iur. & l. proinde, ff. si cert. pet.* Quamobrem ex tunc filijs nascituris, & postea natis, mediante pacto stipulatione vallato, fuit ius quæsitum, *l. diui, §. pactis, C. de donat. lib. l. si quis operas, ff. de oper. lib. Guid. Pap. decis. 267.*

Secunda est conclusio, quod si ex tunc ius fuit quæsitum Marchioni filio nato ex primo
6 matrimonio, prout vere fuit quæsitum; non potuit mater per quemcunque actum illud tollere sine facto suo, *l. fin. ff. de pact. & l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* & in conuentione dotali, est casus videndus *in l. cum maritus, §. si n. ff. de pactis dotal.* ibi mulier conuenerat reddi dotem soluto matrimonio fratri, postea legauerat partem viro; traditur non potuisse disponere in præiudicium fratris, cui ius ex stipulatione fuerat quæsitum. Et
7 hoc ius Marchioni quæsitũ fortius redditur, quia nedum beneficio consuetudinis, sed etiã ex conuentione expressa illud habet; cum ius statutarium in stipulatione deductum fortius operatur, *l. 1. ff. ad municipalem, l. si quando, ff. de leg. 1.* Per quæ iura dicit *Iser. in constitutione Regni Domini à vassallis*, quod conditio, quæ iuris ministerio inest, si exprimitur fortius ligat: quandoquidẽ bonafides contractus legem seruari exposcit; & personæ per stipulationis legem obligantur, *l. venditor fundi, ff. communia prædiorum*; vbi
8 subdit *glo.* neminem contra factum suum venire, etiam si de iure non teneret, *l. post mortem, ff. de adop. l. per fundum, ff. de ser-*
9 *uitu. prædior. rusti.* Vnde ad præsens dictus Marchio nedum exercet ius sibi quæsitum, *iuxta l. in suis, ff. de lib. & posth. de quo Andr. Tiraquell. late in q. 33. in libello de iure primogen. & in præfat. in repetit. l. si vnquam à num. 25. C. de reuoc. donat.* sed strictius *secundum l. quod dicitur, ff de verb. oblig.* scilicet ex stipulatione, quæ stipulatio vere procedit, *vt ibi glo. & Doctores in l. si tibi decem, §. si pactus, ff. de pactis.*

Tertia erit, quod in tantum est verum, q Lucretia mater, quæ se submisit consuetudini, non potuit præiudicare filio; vt omni tempore id intelligatur: tam tempore, quo erat vxor primi viri, quam tempore quo fuit

vidua. siquidem consuetudo prohibens mu-
lierem non posse disponere, nisi de decima
parte, filijs existentibus; procedit etiam si
mulier vidua fuerit, *Bald. in l. 1. num C.
unde vir, & uxor, Rip. in rubr. num. 72. so-
lut. matrim. Alex. conf. 101. lib. 3 Salic. in
d. l. 1. num. 7. dicens sibi valde placere, &
Rom. num. 6. idem Alex. in rub. sol. matrim.
num. 24. & ibi Ioannes Aniba, num. 120. in
repetit. dicta rub. Felyn. in probem. decretal.
num. 8. vers quod in statutis illa dicitur do-
tata, Io. de Campeg. in tract. de dote, in prima
par. quaest. 3. facit quod notat. Alex. cons 55.
vol. 1.*

Idem tenuit *Paul. de Castro* loquens in
statuto Senensi simili nostro, quod mulier
habens filios, non possit disponere nisi de
quarta parte dotis, & reliquas tres filijs re-
linquere; quod etiam intelligitur tempore
viduitatis, & tempore secundi matrimonij,
*in l. fin. ff. quando, de pecul. ann. est actio. &
in rub. num. 2. ff. solut. matri. ubi Socc. col. 3.
vers. ex quibus infertur, quod vera est opi-
nio Pauli in statuto Senensi, & ibi Ias. num.
5. & 8. Dec. l. 1. num. 18. C. quando vir, &
uxor*, ubi dicit maxime quando statutum
loquitur de dote, & alijs bonis datis, & ob-
uentis; prout est consuetudo nostra Neapo-
litana, loquens expresse in nigro de dotibus,
& bonis obuentis ab agnatis, & cognatis. *&
hanc opinionem communem attestatur Vin-
centius Salusolus in repet. d. rub. sol. matrim.
num. 114. & 116.* qui loquitur in omnibus
tribus temporibus, nempe primi matrimonij,
viduitatis, & secũdi matrimonij, *& ibi Bul-
garinus de Bulgarinis num. 26. & 28. Tho-
mas Parpaleus num. 13. & Ioannes Crotus*
11 *num. 20. 24. & 30.* vbi vnanimiter conclu-
dunt ex quo talia statuta concernunt fauorẽ
filiorum, quod sunt fauorabilia: immo tale
12 ius radicatum per statutum, & per pactum
confirmatum in beneficium filiorum, nõ po-
test reuocari per eosdem coniuges; nam re-
uocatio daretur, quando in vim pacti tãtum,
*Boer. quaest. 204. Tiraquell quaest. 8. in libell.
de iur. primogen.* nec quia ad ius commune
reuertatur; nam procederet quando nõ esset
quaesitum ius filijs, vel quando ille, cui est ius
quęsitum vellet ad ius commune redire, *ita
Tiraquell. probat in 24. quaest. de iure primo-
gen.*

Non obstant duo, quae ex aduerso oppo-
nuntur.

Primum est consuetudinem prohibentem
mulierem non posse disponere filijs existen-
13 tibus, intelligi per actum vltimae voluntatis,
& non per contractum inter viuos, *Neapod.
in d. consuet, si qua moriens, in vers. reiin
quere*, tradit, quod mulier secundo nubendo
potest facere pactum de dote lucranda in be-
neficium viri; quia hoc non est in vltima vo-
luntate, vt consuetudo loquitur, sed inter
14 viuos: & verba (contraxerunt) non pertinẽt
ad vltimas voluntates, *l. verba contraxerunt,
ff. de verb. signif.* secundum eum. Infert ex
hoc aduersarius, Lucretiam secundo nuben-
do, dum se habilitauit ad disponendum se-
cundum morem magnatum; quasi disposue-
rit inter viuos, vel saltim se praeparauerit ad
15 disponendum: & dispositio sequuta in testa-
mento, tanquam consequutiua pactionis do-
talis; vt dispositio inter viuos iudicãda erit,
initio inspecto, *l. 3 ff. ad maced.*

Respondetur hoc motiuũ esse fatuũ siqui-
dẽ Lucretia in testamento tantũ Marchioni
ꝑiudicauit; nõ .n. fecit pactũ de dote lucran-
da in beneficium viri, nec aliter de dotibus
inter viuos disposuit: bene tamen verum est,
quod habilitauit se ad disponendum secundũ
morem magnatum, & sic ad eius arbitrium
contulit in futurum dispositionem; & si in
futurum non disposuisset, haec conuentio do-
talis ad disponendum non fuisset dispositio.
finge quod Lucretia non fecisset testamentũ,
prout fecit, Marchio filius passus esset dam-
num ex sola conuentione dotali? certe non:
ergo illa conuentio dotalis habilitans ad di-
sponendum, non est dispositio. ex testamento
Marchio sentit damnum, ergo ex testamento
oritur dispositio prohibita per consuetudi-
16 nem; etenim paria sunt aliquid fieri tem-
pore prohibito, vel conferre ad tempus pro-
hibitum, *l. quod sponsa, C. de donat. ante
nupt.*

Item allegare, quod ex dicta conuentione
dotali, ex qua mulier habilitauit se ad dispo-
nendum; cum disposuit in vltima voluntate,
illa vti consequutiua retrotrahatur disposi-
tionem inter viuos initio inspecto: falsum
est, nam mulier habilitans se ad disponendũ
non se astrinxit ex necessitate ad disponen-
dum, sed ad eius arbitrium si voluerit. inde
quando consideramus dispositionem, initio,
17 vel fine inspecto, *Bart.* tradidit distinctionẽ
in l. 3. §. sed si minor, ff. de minor. quod si
finis habet necessariam consequutionem ad
initium; initium, & non finem inspicimus,
*l. damni infecti stipulato, §. Sabini, ff. de dam.
infect.* sed si finis non habet necessariam
consequutionem ad initiũ, finem inspicimus,
l. sed & si quis, §. interdum, ff. de vsufructu,
& tunc dicitur finis habere necessariam con-
sequentiam ad initiũ, quando est de necessi-
tate praecisa, vel quod commode aliter prae-
teriri non posset, *Bart. in l. 1. ff. qui pot. in
pign. habe.* in praesenti habemus initium cõ-
uen-

uentionis dotalis initæ per Lucretiam, & habemus finem testamenti Lucretiæ.

Hoc testamentum Lucretiæ non potest dici consequutiuum necessarium antecedētis conuentionis dotalis: cū illud fuerit actus penitus separatus, & voluntarius, in facultate Lucretiæ illud condendi, vel non. ergo non initium conuentionis dotalis, sed finem testamenti attendimus: quo attento dispositio nulla fuit à consuetudine prohibita, quinimmo, & plus si Lucretia se astrinxisset posse disponere in vltima voluntate, non

18 valuisset dispositio sequens in testamento: quia si prohibita est dispositio in vltima voluntate, prohibita est etiam illa, quæ confertur in vltimā volūtatem, *d. l. quod sponsa*; & si prohibetur dispositio in vltima voluntate, prohibitum esset omne id, per quod perueniretur ad illud, *l. oratio, ff. de sponsal.*

Item si disposuisset mulier inter viuos, donando; non esset ponere os in cęlum, quod nec potuisset in damnum filiorum. videmus enim quod *consuetudo incip. bona stabilia*, disponit, quod si mulier vult donare bona dotalia cum consensu viri, filij primi matrimonij possunt contradicere: & nihilominus dicta consuetudo intelligitur *secundum Neapodanum ibi, prima glos. interpretando verbum alienationis*, in permutatione, & venditione, ex quibus contractibus mulier non depauperatur; quia ex permutatione habet rem ęqualem, ex venditione pretium, & sic filijs pręiudicium non generatur. ergo si filij possunt contradicere, quando mulier vult vendere, vel permutare bona dotalia, quibus casibus non sentiunt damnum; multo magis id erit dicendum, quando mulier voluisset donare in euidens damnum filiorum. *ita expresse sentit Neapod. in d. cons. bona stabilia, prima glo. & in d. consuetud. si qua moriens, in ver. relinquere, num. 7.* postquam dixit, quod mulier possit facere pactum de dote lucranda in beneficium secundi viri; subdit, quod non posset donare, *& in consuet. mu-*

19 *lier, in ver. de fructibus*, dicit, quod de proprietate dotium mulier inter viuos non potest disponere, nisi ex iusta, & necessaria causa, allegando *consuet. si mulier iustam*, sentiens in donatione aliud esse: Sed hæc ex abundanti dicta sunt in præsenti, cum liqueat Lucretiam nec donasse, nec aliter disposuisse inter viuos; sed tantum in vltima voluntate, à consuetudine penitus prohibita.

Secundum, quod obijcitur est, Lucretiam, vt nuberet secundo loco, potuisset se habilitare ad disponendum secundum morem magnatum; & sic omni tempore potuisset dispone-re in præiudicium filiorum primi matrimonij. Nam & si *consuetudo bona stabilia* permittat contradictionem filiorum primi

20 matrimonij, quando mulier vult alienare bona dotalia: *subdit consuet. consequens, & si mulier iustam*, quod si mulier iustam, & necessariā causam habet alienandi, contradictio filiorum non tenet, *Neapod. ibi prima glo.* tradit necessariam causam, respectu personæ ad quatuor exempla reducit, *vide D. de Franch. decis. 170. num. 4.* vt mulier viuat, sana viuat, libera viuat, & nupta viuat. si ergo vt nupta viuat, potest mulier alienare in damnum filiorum; multo magis habilitare se ad alienandum, vt nupta viuat: nam si vt nupta viuat potest alienare, quod est consequens; vt nupta viuat, potest se habilitare ad disponendum, quod est antecedens: & si primum est permissum, erit permissum omne id per quod peruenitur ad illud, *l. oratio, ff. de sponsal.*

21 Respondetur faciliter, quod tunc mulier potest alienare, & contradictio filiorum primi matrimonij non tenet; quando mulier iustam, & necessariā causam habet alienādi, *secundum verba dicta consue. & si mulier. & ibi Neapod. in ver. iustam, 1. & 2. col.* decidit vtranque causam requiri iustam, scilicet & necessariam: *idem dixit in consuet. mulier, in ver. de fructibus, de alimentis præstandis.* & illa necessitas consideratur, vt mulier nupta viuat, quando aliter sine hac lege non inuenisset virum idoneum, *ita Neapodanus decidit in d. consuetud. & si mulier iustam, 2. col. vers. propter quartam, & in consuetu. antecedente bona stabilia. in ver. data, in fin.* & hoc etiam procedit de iure, *vt notat Salyc. in l. vnica, C. de inoff. dot. Iacob. de Sancto Georgio in inuestitura feudali, in verbo, & vnus. ext. de vassallis, num. 2.* in præsenti nulla necessitas potest considerari: nā si hæc mulier contraxit primo loco matrimonium cum Camillo Pignatello magis diuite cum minori dote ducatorum viginti duorum mille, & submisit se consuetudini: quando contraxit secundum matrimonium cum Marchione Turris, non tam diuite, & habebat ipsa ampliorē dotem due. triginta trium mille; potuisset nubere cum Marchione, & quocunq; alio pari, & magis idoneo, submittendo se eidem consuetudini, iuxta primam conuentionem dotalem, quæ erat magis vtilis secundo viro, & pro eius filijs: quia cum non esset ex primo viro natus, nisi vnicus filius, si ex secundo matrimonio oriebatur vnus, dos diuidebatur inter eos; si duo, duæ partes dotis fuissent duorum filiorum ex secundo matrimonio, & vna esset filij ex primo

matrimonio; & sic deinceps, si tres, vel plures filij orti essent ex secundo matrimonio.

Amplius si Lucretia contrahens secũdum matrimoniũ habebat ducatos triginta tres mille satis vltra dotem ducatorum viginti duorum mille primo viro assignatam, clare liquet potuisse contrahere matrimonium cum idoneo viro dando eandem dotem; quinimmo potuisset, & minorem, & maiorẽ dare cum eadem lege primæ conuentionis. & nihilominus secundo non tradidit pro dote nisi ducatos viginti quatuor mille, & restantes ducatos nouem mille pro se retinuit, Ergo cessat necessitas considerata per consuetudinem, vt nupta viuat: quia iam potuisset nubere cum viro condigno cum eadẽ lege, qua primum matrimonium contraxit. & consequenter cessante iusta, & necessaria causa alienandi, contradictio Marchionis filij ex primo matrimonio absque dubio tenet.

Denique considero, si Marchio Lauri prospiciens dotem filio primogenito datam, esse peruenturam ad eius descendentes; eoque respectu contemplatione matrimonij illi donauit bona ducatorum ducentum mille, & plus in perniciem aliorum filiorum: si nunc hæc dos non remaneret eius descẽdentibus, fraudatus esset Marchio, quod eo respectu donauit; quod non est ferendum.

22 Addo pro iustitia Marchionis, mulierem de dotibus inter viuos non posse donationẽ facere in præiudicium filiorum primi matrimonij, etiam vt nubat, liquet per *consuetu. incip. bona stabilia*, ibi disponitur, quod licet mulier nupta possit cum consensu viri res dotales alienare; tamen si habet filios ex primo viro, illorum contradictio permictitur. Idque ea ratione potissimum, ne mater per

23 vitricum inducta bona omnia alienet. *ibi Neapod. in ver. data*. Dictaque consuetudo generaliter loquens, per verbum (alienare) intelligitur, & restringitur, quod mulier possit vendere, vel permutare tantum; sed non donare, *Neapod. ibi in glo. 1*, quia ex venditione, & permutatione non depauperatur mulier, nec fit damnum filijs primi matrimonij; siquidem ex venditione habet prætium, quod succedit loco rei, *l. Imperator in fi. de leg. 2*, & ex permutatione habet æquiualens excãbium: sed in donatione, quia clarum est fieri damnum, cum donare perdere sit; idcirco est prohibita, *Neapod. in consuet. & si mulier,*

24 *in glo. in ver. alienandi*; permictitur enim alienatio mulieri, quatenus tendit in eius vtilitatem, & filiorum; & non aliter, *idem Neapod. in consuetudine & si mulier, in ver. iustam, vers. item quid si vult alienare pau-*

25 *peribus*. & proinde nec pro dotanda filia secundi matrimonij posset; quia cum hoc nõ sit onus, suum censetur donare, *Neapod. in alleg. loco, in vers. item quid si vult alienare, pro dotanda filia*, quæ decisio ponit gladium ad radicem.

27 Nec dicatur *ex consuet. & si mulier*, quando adest iusta, & necessaria causa mulier potest vẽdere: & inter necessarias causas *Neapodanus ibi*, ponit illam, vt nubat. nam ex iusta, & necessaria causa potest vendere, & permutare, vt expresse loquitur consuetudo, & *Neapodanus vbi supra*, sed non donare, vt supra. Item ex iusta, & necessaria causa, vt nubat, potest vendere, & permutare; intelligitur quando scilicet aliter nubere nõ posset puta, quia vir vellet dotem in pecunia, & nõ in stabilibus; & sic mulier non inueniret virum sine dote in pecunia, *in specie Neapodanus in consuet. & si mulier, in ver. iustam vers. quid enim si non inuenit, & in consuet. bona stabilia. in ver. data, vers. sed tunc quæro*, ibi decidit si dos fuerit promissa, vir vult dotem in pecunia, & aliter non vult cõtrahere matrimonium; in hoc casu cõsideratur iusta, & necessaria causa in muliere vendendi bona dotalia, sed non donandi.

In præsenti domina Lucretia nõ disposuit inter viuos, sed in vltima voluntate donauit cæteris dotem, & sic tempore inhabili.

Et si dicatur habilitauit se inter viuos ad disponendum secundum morem magnatum, ista habilitatio fuit necessaria, vt nubat.

28 Respondetur, debebat disponere inter viuos, quod non fecit; sed fecit in vltima volũtate tempore prohibito.

Secundo, vt dixi, mulier vt nubat potest disponere inter viuos, vendendo, & permutando; sed non donando.

Tertio, vendendo, & permutando potest disponere, quando aliter non posset nubere, & aliter non inueniret virum idoneum.

In præsenti dicta Lucretia potuisset matrimonium cõtrahere cum Marchione Turris, & quocunque alio condigno, cum facultate disponendi, secundum consuetudinẽ in scriptis reddactam, prout contraxerat cum Marchione Lauri. Quinimmo poterat darę maiorem dotem illa, quam dederat; cum maiores facultates haberet, in tantum quod nõ considera tur iusta, & necessaria causa habilitandi se ad disponendum in secũdis nuptijs, secundum morem magnatum, quas cum illo, & alijs aliter potuisset contrahere.

Camillus de Medicis.

a ADDE, Vide in hac causa *cons. D. Reg. de*

de Pōte 35. & in similibus casibus, vide Cōſ. de Georgio alleg. 26. vbi concordat cū opin. Dom. Authoris, & vide etiam deciſ. D. de Franch. 607. in 4. vol. Et in ſimili, quod fratres dotantes ſororem de bonis paternis, & maternis ex debito; non valeant adijcere pactum, vt muliere decedente ſine liberis dos ad dotantes reuertatur, quominus mulier de ea diſponere poſſit: licet aliud ſit in dote per eos tradita de propria ſubſtantia, deciſum teſtatur idem D. de Franch. deciſ. 196.

SVMMARIVM.

1 *Dotes materna bona antiqua iudicantur.*
2 *Confuſio per aditionem in praiudicium proximiorum non inducitur, & pleniſſime num. 29.*
3 *Conſuetudo & ſi teſtator, etiam in fœmina ſibi locum vendicat.*
4 *Dote more magnatum tradita, mulier de ea libere diſponere valet.*
5 *Actu antecedenti permiſſo, permictitur & ſubſequens, licet alias prohibitus; idque tamen declaratur num. 19.*
6 *Quod in conſequentiam venit non attendendum, quod declaratur num. 21.*
7 *Mulier ſecundo nubendo pactum de dote lucranda, & aliter inter viuos diſponere, facere poteſt.*
8 *Bonorum illa medietas, qua proximioribus ex conſuetudine aeſertur, vt at alienum debetur, & plura in lucro legali.*
9 *Diſponere, qui non poteſt in vltima voluntate pactum inter viuos facere de diſponendo in vltima voluntate ſibi denegatur, & num. 12.*
10 *Concedens non ſemper in conceſſione eam legem quam vult imponere poteſt.*
11 *Conſuet. dicuntur ius commune in hac Ciuitate Neapolis.*
13 *Statuti diſpoſitio in aliquorum beneficium tolli non poteſt, niſi omnes conſentiant.*
14 *Diſpoſitione prohibita prohibetur omnis antecedens actus, per quem ad illam perueniri poſſit, idque ex interpretatione paſſiua, & num. 18.*
15 *Interpretatio non vi extenſionis, ſed ex mēte, & ſic paſſiue etiam in materia ſtricta, & ſic in conſuetudinibus huius Ciuitatis locum habet.*
16 *Expreſſum dicitur, quod ex mente venit.*
17 *Interpretatio ex identitate rationis quando paſſiue, vel extenſiue dicatur.*
18 *Alienatione prohibita, prohibetur & cōpromiſſum, ex quo alienatio ſequi poteſt, & ſimilia plura.*
20 *Finis quando inſpiciendus.*
22 *Cōtractus ex quo alij praiudicium infertur, quoad contrahentes tantum validus.*
23 *Rex de feudo allodium in praiudicium tertij non facit, & huic ſimilia plura.*
24 *Tutorem ex propria perſona poſſe venire contra factum vti tutorem, caſus notabilis.*
25 *Auth. res qua, C. comm. de leg. vt procedat quod dos congrua ſit, requiritur.*
26 *Verbi (diſponere) propria ſignificatio.*
27 *Conſuetudinis Capuana, & Nidi, intelligentia.*
28 *Subingreſſio quando non habeat locum in linea tranſuerſali.*
29 *Creditor ſuccedens debitori quando actio confuſione, vel ſolutione extinguatur, in materia conſuet ſi quis, vel ſi qua. & mens Neapodans. ibi in verbo à matre in finalib. verbis explanatur, & nu. 37.*
30 *Verbi (ſuccedat) ſignificatio.*
31 *Succeſſio agnatis ex conſuetudine debita in vim fideicommiſſi defertur.*
32 *Actio hypothecaria non confunditur ex acquiſitione dominij reuocabiliter, ſecus in perſonali.*
33 *Legatum rei propria vtile, quādo legatarius reuocabiliter dominus eſſet.*
34 *Hypotheca in pralegato datur.*
45 *Hypotheca formalis, & caſualis.*
36 *Dotes materna deducuntur ex illa medietate proximioribus ex parte patris debita.*
38 *Hareditatis additio cū ſolutionis non habet, quando hares eſt in lucro.*
38 *Dotis cauſa alienatio dominium naturale in virum non tranſtulit, ſed tantum ciuile.*
40 *Pretium in vniuerſalibus euiuſmodi eſt dos, ſuccedit loco rei.*
41 *Conſuetudo habet locum etiam in bonis extra diſtrictum emptis de pecunia dotali in hac Ciuitate exiſtente.*
42 *Conſuetudo quando in nominibus debitorū locum ſibi vendicet.*

Pro Ioanne Thoma, & Ferdinando Carrafa.

ARGVMENTVM.

Mvlier Neapolitana ſubiecta diſpoſitioni conſuetudinis, vtrum contrahendo matrimonium ſecundum morem magnatnm; poſſit ſibimet ipſi con-

concedere potestatem libere disponendi de bonis subiectis consuetudini in præiudicium proximiorum. An ex additione hæreditatis parentum absque beneficio inuentarij inducatur confusio in præiudicium agnatorum in materia consuet. si quis, vel si qua. & generaliter quid in creditore succedente debitori quando actio extinguatur. De interpretatione passiua, & subingressione in linea transuersali.

CONSILIVM CLXII.

APVD nostrates non ambigitur dotes, & bona dotalia à matre ad filiam obuentas titulo successionis hæreditariæ, penes filiam esse bona
1 antiqua, & materna; propriè enim illud est nostrum patrimonium, quod à patribus, aut alijs maioribus nostris
1 ex successione accepimus, *vt post Socc. iun. cons. 20. lib 1. tradit copiosis. Tiraquell. ex Cicer. & alijs in 1. retr. §. 22. glo. vlt. num.* 104. & 107. & habemus tex. clarum *in consuetud. si quis, vel si qua*, ibi, quæ obuenerunt eidem defuncto à patre, *& ibi Neapod. in verbo obuenerunt*. siue attendamus obuentionem proximam, videlicet ab ipsa matre: siue remotam, id est ab auo, *de quo per Neapod. in d. consuet. si quis, vel si qua, in verbo materna, vers. sed pone Titius*; nec per aditio-
2 nem hæreditatis paternæ, & maternæ factam per dictam Lauram simpliciter, absq; beneficio inuentarij, inducta fuit confusio in præiuditium proximiorum; quo minus ea decedente ab intestato sine liberis possint proximiores ex parte patris consequi bona paterna, & proximiores ex parte matris bona materna; condito vero testamento medietatem secundum prædictam distinctionem bonorū paternorum, & maternorū, *vt voluit Neap. in d. consuet. si quis, vel si qua, in verbo à matre, circa fi. & Afflict. post eum in decis.* 237. *& D. Capic. in decis.* 195. ita quod non potuit d. Laura de dotibus maternis remansis in eius hæreditate tempore mortis, disponere in præiudicium Domini Io. Thomę, & Domini Ferdinandi Carrafæ eius auunculorum, ac proximiorum ex parte matris. Nam con-
3 suet. & si testator, habet locum in fœmina, sicut in masculo, vt non possit de bonis antiquis decedens disponere, nisi de medietate, *vt Neapod. in d. consuet. & si testator, in prima glo. & in consuet. si qua moriens, in verbo tantum, in princip.*
4 Tota difficultas consistit, quia d. Laura contraxit matrimonium cum D. Ioanne de Piccolhominibus secundū morem magnatū huius Regni, ex quo prætenditur data libera facultas disponendi, prout de iure communi *secundum Deo. in cons.* 402. *Dom. Capyc. in decis.* 176. *num.* 17. *Dom. de Franchis in decis.* 92. *col.* 3. *vers. tertio fuit dubitatum, & ex capitulis dicti vsus impressis in consuet. nouis, in* 2. *&* 7. *cap.* Vnde videndum an dicta D. Laura potuerit sibi ipsi hanc potestatem concedere liberè disponendi de bonis consuet. Neapolitanæ subiectis, in præiudicium proximiorum, quibus medietas debetur.

Et prima quidem facie dicendum videtur quod licuerit dictæ D. Lauræ hoc facere.

Primo, quia dum contraxit matrimoniū cum D. Ioanne de Piccolhominibus attenta ipsius conditione, & viri, reprehendi non potest, vel improbari, immo licuit contrahere secundum morem magnatum, & valuit pactum. ergo & id quod ex eo contingit vale-
5 re debet; nam quando est permissum antecedens, videtur etiam actus inde subsequens, licet alias prohibitus valere, *l. 1. ff de auth. tut.* vbi tutor adiens hæreditatem nomine pupilli sibi pupillum obligat; quāuis sibi extrà actum additionis alias non possit eum obligare.

Secundo cum Domina Laura quantum in se fuit sibi consuluerit, nubendo, & dando dotem; videtur, quod potuerit eo modo contrahere iuxta morem magnatum: & per cōsequens se habilitare ad disponendum, quamuis ex eo damnum alteri inferatur, cū veniat
6 in consequentiam, *l. proculus, & l. fluminū, §. fin. ff. de dam. infect. l.* 1. *§. denitq; Marcellus, & l. si in meo fundo, ff. de aqua plu. arc. vt tradit Rota dec.* 331. *in nouis, & Dec. in cap. qua in Ecclesiarum, col.* 12 *vers praeterea, & 2. de constit.*

Tertio, Hoc videtur decidere *Neapod. in consuet. si qua moriens. in verbo relinquere*
7 *num.* 6. vbi inquit, quod mulier secundo nubendo potest per actum inter viuos donare,
8 vel facere pactum secundo viro de dote lucranda. *& in d. consuet. in verbo tantum, num.* 32. dixit, quod potest mulier stipulari tertio dotem reddi animo donandi. *quod etiam in terminis auth. res qua, C. commun. de leg. voluit Bal. ibi col.* 2. *vers. quæro si ex forma statuti.* eodem modo videtur, quod in contractu matrimonij contrahendo secundū morem magnatum, potuerit se habilitare ad disponēdum, & dotes ipsas maternas exime-

re

re à censuris consuet. quia per actum inter viuos id fecit.

Sed præmissis non obstantibus, quæ verè non obstant; contrarium verius de iure arbitror, quod prædicta D. Laura contrahendo more magnatum non potuerit præiudicare, nec præiuditium aliquod attulisse intelligitur proximioribus; taliter, quod potuerit disponere in testamento de bonis maternis, & priuare proximiores medietate eis debita, vigore consuet.

Primo, quia medietas illa in tantum debetur proximioribus de bonis existentibus penes testantem tempore mortis, quod veluti æs alienum diminuit legitimam debitam iure naturæ, *vt dicit Neapod. in consuetud. si quis, vel si qua, in glo. 1. num. 159. propè fin. & Neapod. in consuet. si aliquis, in verbo tenetur, nu. 29.* dicit, quod testator in vltima voluntate est debitor legalis in hac medietate. & de lucro dotis, quod defertur viro à statuto, quod tamquam æs alienum debeat prius detrahi, quam detrahatur legitima debita matri in bonis filiæ, consuluerũt: *Corne. cons. 127. quamuis col. 1. vol. 3. Soccin. cons. 288. circa primam col. 11. vers. confirmatur etiam, vbi allegat idem consuluisse Ant. de Butr. in cons. 12.* ergo non potuit D.
9 Laura debitrix facere pactum inter viuos de disponendo in vltima voluntate in præiudicium creditorum, *l. debitorum, C. de pact.*

Secundo, dum D. Laura contraxit more magnatum, nihil aliud prætendi potest, nisi quod immutauerit naturam dotium maternarum, & bonorum antiquorum; & voluit, quod posset de illis disponere, ac si per eam fuissent nouiter quæsita: quod quidem facere non potuit, postquam erat persona prohibita liberè disponere per *consuet.* ita in terminis decidit *Tiraq. de retract. lignagier, §. 32. num. 51.* vbi dicit, quod licet res patrimonialis donari possit, taliter quod censeatur acquestus, & non patrimonium: hoc sanè intelligendum est, dummodo res donata talis sit, de qua donator possit liberè disponere;
10 tunc enim potest eam legem, quam vult in eius donatione apponere, *alleg. l. videamus, §. iurare, ff. de in lit. iur. cum simil.* proindeq; id quod antiquum est nouum facere, & è diuerso; licet secus esset in personis, & actibus prohibitis, *alleg. Bal. in prohem. feud. in 3. diuis. & Lauden in cap. 1. §. 1. col. 5. vers. circa hanc diuisionem, de his, qui feud. da. pos.* Et secundum prædicta (si bene aduertatur) procedit, quod consuluit *Soccin. in cons. 48. col. 2. vol. 1.* quod stante statuto, quod mulier in præiudicium aliorum vltra quartam partem bonorum suorum non possit alienare, non habebit locum in bonis relictis, & acquisitis mulieri, cum licentia, & potestate alienandi; nam loquitur in donatore, qui poterat de re sua libere disponere, vt colligitur ibi *in vers. sexto confirmatur*, dum assignat rationem, quia quemadmodũ potuisset donans, vel relinquens alteri, vltra quartam partem de dictis bonis donare *per l. in mandata, C. mand.* ergo ita poterit dare potestatem mulieri, vt donare possit vltra quartam partẽ. & subdit rationem, quia qui per alium facit perinde est, ac si ipse faceret. Vnde hac ratione *Soccini* attenta, dicendum est à contrario, quod ex quo de bonis antiquis pater, vel mater non potest disponere nisi de medietate, *secundum consuetu.* non posset filiæ donando bona antiqua dare licẽtiam disponendi in vltima voluntate, quia ipse censeretur facere, & ita sentit *Dec. in l. fin. in 3. not. C. de pact.* dum inquit, quod præalleg. consilium *Soccini*, intelligitur quando ille, qui rei suæ legem imposuit, erat persona habilis, alias secus: & dato absque veri præiudicio, quod pater, vel frater dando dotem etiam de bonis antiquis possent dare licentiam disponendi in vltima voluntate. & quod ita intelligenda esset consuetudo, seu mos magnatum; qui vt in capitulis nouiter impressis apparet, loquitur quando mulier est nupta à patre, vel à fratre. ergo nou habet locum in casu nostro, in quo D. Laura non fuit nupta à patre, vel à fratre. ergo remanet in dispositione iuris communis, idest iuris consuetudinarij, *l. commodissime de liber. &*
11 *posthum.* nam ius consuet. dicitur ius commune in hac Ciuitate; *vt per Bal. & Ias. in l. de quibus, ff. de legib. Roma. cons. 216. Deci. cons. 685. num. 2.* secundum quam consuet. mulier non potest disponere de medietate.

Tertio, pro supradicta cõclusione videtur in terminis decisio *Bar. in l. fin. col. 2. C. de pact.* vbi dicit, quod si filia prohibetur per statutum succedere tam ex testamento, quã ab intestato; pater prohibitus à statuto illam
12 in vltima voluntate hæredem instituere, non poterit facere pactum inter viuos de conseruando eidem hæreditatẽ: quia sicuti prohibetur hæredem instituere, ita etiam non poterit per pactum inter viuos super hoc sibi prouidere: & ibi sequitur *Bald. nu. 13.* vbi dicit, quod non consentiente eo, de cuius fauore statutum tractat, non valet reseruatio,
13 quia consensus vnius priuati non potest remouere obstaculum statuti, *arg. l. nemo potest, ff. de leg. 1. idem tenet ibi Ang. col. 1.* vbi assignat rationem, quia ex quo lex reddit eã inhabilem, pactum eam habilitare non potest,

test, *allegat notata per glo. in l. 3. ff. de testam. & sequntur alij scribentes in d. l. fin.*

Quarto, ad prædicta facit, quod prohibi-
14 ta dispositione, prohibitus censetur omnis actus antecedens, per quem perueniri possit ad dictam dispositionem, *l. oratio, ff. de sponsal. cap. constitutus, de concess. preben. & tradunt Doct. in l. 2. ff de iurisd. omn. iud.* idq; procedit non per viam extensionis, sed ex mente, & intentione consuetudinis, & sic ex
15 interpretatione passiua, *secundum Deci. in d. l. 2. num.* 36. & ideo secundum eum habet locum etiam in materia stricta, *l. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falc. & consuluit idem Dec. in cons.* 502. *col.* 1. quæ quidem extensio intellectus ex mente proferentis, & ex causis admittitur in terminis consuet. *secundum Neapod. in consuet. filiusfam. in glo. in vers quid de nepotibus*, vbi consuetudinem illam loquētem de filio familias extendit ad nepotem, qui tamen non continetur ex propria significatione vocabuli, ea ratione, qua supra dixi. *& Neap. in ead. consuet. in verbo possunt*, dicit, quod extendere legem municipalem, quæ est stricti iuris, non licet *per l. si vero, §. de viro, solut. matr.* nisi sit eadem humanitatis ratio, *ff. ad municipa. l. constitutionibus, & in ead. consuet. in verbo testari, num.* 16. *Cōsuet. illam filiusfam.* quamuis correctoriā iuris communis loquentem ex testamento, extendit ex identitate rationis ad actum inter viuos; illud enim quod ex mente con-
16 suet. venit, dicitur expressum *Aym. in tract. de antiqui. cap. incip. transeo nunc ad quartam, fol mihi* 104. *num.* 90. *post alios multos per eum allegatos*. Et licet *Bald. in l. 1. C. si rect. prouin. quem sequitur Alex. cons* 194. *col. fin. vol.* 2. dixerit, quod hoc venit per interpretationem extensiuam, *per tex. in d. l. oratio, in verbo suppleatur*. actamen dictum *Bal.* posset procedere in antecedenti, & pre-
17 ambulo sine quo actus sequens potest esse, sicut matrimonium esse potest nullis præcedentibus sponsalibus: sed quando actus sequens non posset esse sine antecedenti, tunc hoc fit ex manifesta dispositione legis, & ideo potest dici expressum in lege, *ita formaliter dixit Aret. in l. illud, col. fin. ff. de acq. hered.* & iste est casus noster, quia dispositio facta per Dominam Lauram de dotibus maternis, non potuisset fieri de medietate sine actu antecedenti, inito in capitulis matrimonialibus, in quibus contraxit more magnatum: & ideo prohibita dispositione prohibitus censetur actus, ex quo dispositio se-
18 quatur: sicut prohibitus alienare videtur et, prohibitus compromictere, quia ex cōpromisso posset sequi alienatio, *cap. cum temporé, de arbitr. vbi Abb. & Ant. de Butr. & tradit Dec. in cons.* 39. *&* 41. & prohibitus vendere, censetur quoque prohibitus ne promittat vendere, *vt per Bald. in l. fin. C. ad leg. falc. quem seq. Ias. in d. l. 2. col. olt. vers. secundo modo, ff. de iurisd. om. iud.* Et de prohibita venditione per statutum, quod censeatur etiam prohibita promissio de vendendo, *consuluit Ruin. in cons.* 145. *col.* 2. *vol.* 1. *& tradit Claud. Seysel. in l. si ita quis, §. ea lege, col. pen. num* 31. *ff. de verb. oblig pro quo allegat tex. in l. si ad resoluendam, C. de pr&ad. mino.* vbi minor sicuti non potest alienare immobilia, ita nec promictere sine decreto, *& latè habetur per D. Frecc. de subfeud. lib.* 2. *fol.* 157. *vers. duodecimo ex hac ratione*, vbi per prædicta tenet, quod *constit. Reg. constitutionem diuæ memoriæ*, quæ permictit reuocationem alienandi feudum, procedat etiam in promictente alienare.

Ex prædictis infertur non obstare *reg. l.* 1. *ff. de author. tutor.* vbi si quid non licet directo iure, licet tamen in consequentiam actus permissi. nam procedit *secundum Dyn. Al-*
19 *beric. & Bar. ibi*, quando aliquid per se separatim ab alio est prohibitum, sed illud necessario sequitur ad positionem alterius permissi; quod non licet directo, licet in consequentiam, vt patet exemplum *in d. l.* 1. nam quod tutor adiret hæreditatem nomine pupilli, hoc erat expresse permissum, immo fit iuris necessitate, & ideo potest tutor hereditatem sui debitoris nomine pupilli adire, & sibi pupillum obligare; quia illa aditio non tendit principaliter ad finem obligādi pupillum, sed obligatio pupilli oritur in necessariam consequentiam. at vbi prohibitum non sequitur necessario ad permissum, tunc illud quod non licet directo, non licet per consequentiam: & ita videtur in proposito; nā quod D. Laura disponeret de integris bonis maternis non relicta medietate proximioribus, non sequitur in necessariam consequentiam moris magnatum; sed est actus de per se, & voluntarius, quia non disponēdo succederent venientes ab intestato. ergo non habet locum *reg. d. l.* 1. Pro quo rogo videatur *Alber. in l. deniq; num.* 3. *ff. de minor.* vbi
20 dixit, quod quando finis habet necessariam consequentiam, sed finis esset voluntarius, quod inspiceretur finis, & ibi ponit exemplū. Præterea cum pactum expressum in capitulis, quod posset liberè disponere D. Laura, principaliter tendat ad finem prohibitum, censetur illud quoque prohibitum; nā cuius naturæ est finis, eiusdem est omne id, quod tendit ad eundem finem, *vt inquit Frecc. de subfeu. fol.* 157. *vers.* 12. *Bal. in cōs.* 250. *vol.* 1.

Non

Digitized by Google

Non obstat secundum obiectum, nam
quatenus D. Laura aduersus dispositionem
consuetudinis sibi consuluit, reseruando sibi
facultatem liberè disponendi; non excusatur,
21 & *tex. in l. proculus*, & alia iura in contra-
rium allegara procedunt, quando quis sibi
consulit citra legis dispositionem, non con-
tra, *ita Phanuc. de lucro dotis, in glo. 5. nu.
37. vers. ad sextum, fol. mihi 155. in vol. par-
uo.* Vel secundo responderi potest, quod
dato, & non concesso, quod tale pactum
potuisset fieri in contractu matrimonij; cer-
tè illud esset validum quo ad dictam Domi-
22 nam Lauram, & virum contrahentes; non
tñ in præiudicium proximiorum vocatorũ
à consuetudine, *l. pen. C. vt in posses. lega.
quam ad hoc alleg. Bal. in l. fin num. 12. vers.
ex hoc arguitur, C. de pact. & in simili quæst.
ita voluit Tiraquel. de retract. lignag §. 32.
num.* 42, dicens, quod quando in contractu
matrimonij fuit data pecunia, ex qua fuit cõ-
uentum, vt emerentur prædia, quæ essent
hæreditagium mulieris, & sic bona patrimo-
nialia; hoc pactum non præiudicabit proxi-
miori volenti ex forma statuti bona ipsa de-
trahere: sed tantũ erit validum quoad ipsos
contrahentes, vt bona pro patrimonialibus
haberentur. Ad prædicta facit, nam licet
23 Rex faciat de allodio feudum, & è contra;
non tamen in præiudicium tertij, *vt per An-
dr. in cap. 2. col. 4. circa princ. de contr. feud.
ap. par. termi.* sic etiam feudum antiquum
potest concedere iure feudi noui; non tamen
in præiudicium agnatorũ, quibus post mortẽ
feudatarij debetur, nisi illi cõsenserint, *vt post
glo. tradit Andr. in cap. 1. in princip. vbi Al-
uaro. Cardi. Alex. & Lauden. de vassall. de-
crep. ata.* Et è conuerso potest feudum nouũ
concedere possidendum iure antiqui feudi,
non tamen in præiuditium tertij, *vt per Bal.
in cap. 1. col. 1. de alien. feud. pat. consuluit
Alex. cons. 30. vol. 1. Curt. in tract. feu. 8. q.
prima par. num.* 10. Quibus addo, quod in
fortioribus terminis cõsuluit *Corne. in cons.
24 3. col. pen. vol. 3*, tutorem, qui excessiuam
dotem dedit pro pupilla, posse petere nihilo-
minus fideicommissum sibi relictum, & dice-
re, quod non sit locus *auth. res quæ*. quoniam
25 illa *auth*, non procedit nisi pro danda con-
grua dote, nec sibi præiudicat proprium
factũ: & inter alia adducit, quod stant simul,
quod dos cõgrua dicatur respectu mulieris,
ita quod non dicatur læsa, propter viri con-
ditionem fortè, vel aliam ob causam, & tamẽ
respectu substitutorum sit excessiua; ideo vt
fideicommissarius poterit eam excessiuam
dicere ex propria persona, sed non vt tutor
ex persona pupillæ. ita in proposito, quãuis
attenta conditione vxoris, & viri, de cõgruo
visum fuerit contrahere more magnatum;
non tamen id officere debuit his, qui per cõ-
suetudinem vocabantur, etiam si quis ex eis,
vt tutor ad ita cõtrahendum nomine pupillę
interuenisset.

Non obstat tertium, & vltimum, nam
facere pactum de dote lucranda per virum,
vel inter viuos dotem donare, est permissum;
quia consuetudo dum prohibet dispositionẽ
in vltima voluntate, non trahitur ad actus
inter viuos, *vt per Neapod. in consuetu. & si
testator, in verbo disponere*, sed Domina Lau-
ra in casu nostro non disposuit inter viuos,
vt apparet ex proprietate dicti verbi (dispo-
26 nere) *de quo per Neap. in d. verbo disponere*,
dicit enim, quod quoties agimus de bonis
nostris à nobis separandis, & trãsferendis, in
aliũ; possumus dicere disponere de eis, quasi
separatim à nobis ponere, ponderando illam
dictionem (disponere) Immo ex reseruatione
quam fecit disponendi secundum morem
magnatum apparet per contractum matri-
monij nullam dispositionem fecisse de doti-
bus, quia si disposuisset non reseruasset facul-
tatem disponendi, quam reseruationem fa-
cere non potuit; quia sicut prohibita est di-
spositio per consuetudinem, ita & reseruatio
disponendi, vt superius fundatum. sic ergo,
quod potuit noluit, &c. *l. multum interest, C.
si qui alt. vel sibi.* Et ratio in prõptu est, quia
cum bona materna remanserint penes D.
Lauram tempore mortis, licet enim fuissent
data in dotẽ per hypsal. am; nihilominus po-
terant recuperari per hæredem, vel iudicio
reiuendicationis, quia dominium naturale
numquam ab ea abscessit, & ciuile, quod erat
penes virum, statim ipso iure fuit trãslatum,
*iuxta tex. in l in rebus, cum ibi not. C. de
iur. dotium.* vel actione hypothecaria; nam
qui actionem habet, rem ipsam habere vide-
tur.

De illis inquam bonis, quæ remanserunt
tempore mortis recuperandis à posse viri,
non potuit de medietate disponere; ita enim
intelligitur *consuet. & si testator*, dum dicit
reliqua medietas, scilicet eius quod habet
tempore mortis: qui intellectus cõmuniter
seruatur, *secundum Neapod. ibi in verbo di-
sponere, vers. numquid ergo inter viuos*. re-
putatur namque illa medietas debita proxi-
mioribus tempore mortis, ac si non esset in
bonis testatricis, & altera medietas censetur
in bonis suis, de qua potest disponere, *vt in
simili dicit Corne. in cons. 127. col. 1. vol. 1.*

Vltimo, pars aduersa prætendit, quod Do-
minis Io. Thomæ, & Ferdinando Carrafa
auunculis dictæ Dñæ Lauræ obstat exceptio
incom-

Digitized by Google

incompetentiæ actionis: nam & si Domina Laura non potuisset disponere de dotibus maternis, nihilominus restitutio facienda esset hæredibus Domini Roberti. siquidem attenta consuetudine Capuanæ, & Nidi, secundum quam matrimonium Dominæ Lucretiæ matris Dominæ Lauræ fuit contractũ; vbi superfunt liberi tempore mortis matris, & postmodum adita, vel non adita hæreditate materna morientur in pupillari ætate, vel ab intestato quandocunq; sine liberis legitimis, & naturalibus; dotes deuenire debet ad patrem dotantem, vel eius hæredes, & successores, & in eorum defectu ad consanguineos alios mulieris dotatæ: & sic cum prius vocentur hæredes dotantis, quam consanguinei illius dotatæ; non possunt prædicti Domini fratres de Carrafa prætendere restitutionem dotium sibi ipsis fieri, cum nõ sint hæredes Domini Roberti; quia cum qualitas hæreditaria deficiat, non conuenit dispositio.

Nam pro responsione aduertendum censeo, quod consuetudo Capuanæ, & Nidi lo-
27 quitur solum de successione filiorum decedentium ab intestato, quandocunque sine liberis; non autem de filijs, seu liberis decedentibus condito testamento: & ideo casus iste ommissus ab illa consuetudine, remanet sub dispositione alterius iuris municipalis, *l. commodissimè, cum vulg. ff. de liber. & posth.* videlicet *consuetudinis in scriptis redaptæ, quæ incipit, & si testator,* vt si liberi decedant condito testamẽto, absq; liberis non possint disponere de dotibus maternis, nisi de medietate; reliqua autem medietas deuenire debet ad proximiores ex parte matris: prout respectu Dominæ Lauræ, sunt prædicti Domini fratres, quibus medietas dotium matris dictæ Lauræ debetur tamquam proximioribus *vigore dictæ consuetudinis*, cum sint in tertio gradu, & Dominus Ascanius sit in quarto gradu; & vbi quis decessit superstite patruo, seu auunculo, & filio alterius patrui,
28 seu auunculi, nõn habet locum subingressio, *vt per Neapod. in consuet. si quis, vel si qua, in glo. 1. col. 7. vers. sed tu oppones, post n. 137.* Et hæc videtur mihi ipsa veritas.

Ad punctum extintionis hypothecę, quam magnifici concurrentes prætendunt, ex eo quia Domina Laura creditrix dotiũ maternarum successit patri debitori, absque beneficio legis, & inuentarij. licet in allegationibus de hoc aliquid fuerit obiter tactum, cum non videretur necessarium: attamen quia ex aduerso (vt audio) in hoc se maxime fundant, ostendã hypothecam non esse extinctã, quo minus possint proximiores ex parte matris super bonis hypothecatis consequi medietatem dotium maternarum, vigore consuetudinis debitam: vera est siquidem
29 iuris conclusio, quod vbicunque creditori obuenit hæreditas debitoris reuocabiliter, ex ipsa aditione non oritur solutio, sed cõfusione tollitur obligatio, & actio, *l. debitori, C. de pact. & l. debitor, ff. ad Trebell. & ibi notab. declarat Pau. de Castr. col. 2. & Affl. decis. 137. col. pen. & fin.* Hoc etiam, ni fallor, sentit *Neapod. in consuet. si quis, vel si qua, in verb. à matre, in fina. verb.* quem concurrentes pro se adducunt; inquit enim, quod vbi creditor succedit debitori, tunc actio tollitur solutione; quasi ipse creditor videatur sibi soluisse ante alia de bonis hæreditatis, *ff. ad l. falc. l. 1. §. si debitor,* & hoc nisi eum ceneretur: & sic aperte tenet, quod vbi hæreditas debitoris acquiritur reuocabiliter, per aditionem non oritur solutio. & quod filia illa acquirat reuocabiliter, patet quia *d. consuet. si quis, vel si qua,* vult, quod decedenti ab intestato sine liberis, succedant in bonis: omnibus defuncti proximiores ex parte pa-
30 tris; quod verbũ (succedant) significat post mortem, *Bar. in l. gallus, §. quidem rectè, de lib. & posthu.* ergo dicuntur agnati ex parte
31 patris vocati per fideicommissum, *vt tenet glo. vbi Cuma. in l. in testamento, C. de testa. mil. Soc. in conf. 12. præsens consultatio, nu. 5. vol. 3.* & quia ex consuetudine defertur, ergo per fideicommissum, *vt dicit Dominus Pisanel. in addit. ad d. decis. Afflict. 137. & voluit Neapod. in consuet. si moriatur, in verbo succedunt, num. 93. ibi, tertia fuit petitio.* Confirmatur, quia dispositio d. ctæ consuetudinis est conditionalis; nam ita demum remanet hæreditas, si adsint liberi: sed actus conditionalis nihil ponit firmum, *l. si sub conditione, si qui. omi. cau. testa.* ergo non est facta acquisitio irreuocabiliter, & quãuis
32 actio personalis sit confusa, durat tamen hypothecaria, quando dominium rerum obligatarum fuit quæsitum reuocabiliter, *vt declarat Pau. de Castr. in l. cum quis, §. fin. ff. de solut. & habetur per omnes in d. l. debitor, ad Trebell. & in l. debitori, C. de pact. per not. per glo. & in l. ex sextante, §. latinus, ff. de except. rei iudic.* Pro quo facit, quod voluit *Dec. in cons. 45. in 2. col.* licet domino res
33 propria legari non possit, fallit quando esset dominus dominio reuocabili, *per text. in l.*
34 *non quocunq; de leg. 1.* & in prælegato datur hypotheca, *l. 1. vbi Bar. de leg. 1.* ergo istas, quod sit dominus, & habeat hypothecam. Præterea dato, quod nõ competat hypothe-
35 ca formalis, & actu; bene tamen durat hypotheca causalis, & in potentia, *vt singulariter*

in-

inquit Bal. in l. emptor, C. de hære. vel actio.
vend. ita tenet Alexan. conf.46. in fin. 2. col.
vol. 1. & Deci. conf. 104. in 3. col. Et pro-
pterea voluerũt *Soec. & Dec. in d l. debitori*,
quod hæres granatus de restituenda hæredi-
tate, quamuis adierit non confecto inuentra-
rio, propter quod hodie tenetur ad legata
& fideicommissa insolidum, *l. fin. §. in com-
putatione, C. de iur. delib.* nihilominus in
restitutione hęreditatis deducere poterit id,
36 quod sibi debetur; quia hæreditas quæsita
fuit reuocabiliter: & hac ratione motum
fuit Sacrum Consilium, vt aduersus proxi-
miores ex parte patris reuocantes medieta-
tem vigore consuetudinis, liceret hæredi ei-
demq; creditori deducere dotes, *vt patet in
decis. Capye. 195.* quæ loquitur in terminis
nostris, quando creditor succedit debitori;
& ita semper fuit determinatum, quod qua-
tenus extant bona obligara pro dote, dos
peruenire debeat ad proximiores ex parte
matris, *prout vltra Afflict. in d. decis. 237.
testatur Dominus Antonius de Alex. & D.
Capyc. & D. Pisanellus in addit. ad d. con-
suet. si quis, vel si qua, in verbo à matre, fol.
141. & ita iudicatum refert Vrsill. in Regia
Camera in anno 1545. in causa quorumdam
magnificorum de Loffre.* Ex quibus patet nõ
obstare *Neapod. in d. ver. à matre.* nam (vt
dixi) sentit supradictã opinionẽ, & quando
37 sentiret, quod hypotheca esset extincta, tota
schola communis est in cõtrarium, *vt inquit
d. Pisanell. in sua addit. ad decis. prædictam
Afflict. 237.* in qua decis. *Afflict.* etiam re-
spondet, quod iura allegara per *Neapod.* non
procedunt in his terminis, quando est vnus
debitor, & vnus creditor. pręterea nunquam
38 aditio hæreditatis habet vim solutionis quã-
do hæres esset in lucro, *prout est decis. Bart.
in l. si is qui pro emptore, de vsucap. in 6. q.*
qui clarè decidit illum casum, quia hæres
lucraretur, cum posset disponere ad sui libitũ
in præiudicium proximiorum contra prohi-
bitionem consuetudinis.

Sed dato absque veri præiudicio, quod in
casu nostro per aditionem fuisset inducta so-
lutio, & per consequens extincta hypotheca
super bonis: non ne iuris fictione censetur
extare ipsa pecunia dotis in patrimonio hæ-
redis, qui talem solutionem recepit, vel res
ipsę pro dote hypothecatæ; quo vtroq; casu
debet extare proximioribus ex parte matris
condictio ex consuetudine. sicuti concludit
Neapod. in verbo à matre, quando extant
bona dotalia, quia per aditionem obuentio,
seu natura bonorum nõ fuit mutata: & quod
operatur veritas in casu vero, idẽ operetur
fictio in casu ficto, *& ita in specie inquit d.
Anton. de Alex. in d. sua addit. in verbo à
matre, quæ incipit ista verba, fol. 141. & pa-
tet decisum per S. C. vt per Capye. in d. decis.
195. qua loquitur in terminis nostris.*

Nec dicatur, quod in casu nostro licet tẽ-
pore aditionis factæ per Dominam Laurã
iuris fictione extaret pecunia, vel res pro do-
te hypothecatę; non tamen extabant tem-
pore mortis ipsius, cum per contractum
dotis fuissent alienatæ, & translatæ in virũ:
39 quia illa alienatio ex causa dotis non tran-
stulit in virum dominium naturale, sed tantũ
ciuile, quod per mortem d. Lauræ ipso iure
fuit translatum *per d. l. rebus, C. de iur. dot.*
in capitulis namque matrimonialibus fuit
conuentum, quod introitus, & bona darẽtur
per ypsaliam: & quamuis in instrumento do-
tali fuerit alteratum hoc pactum, vt esset in
electione viri eosdem introitus, & bona, vel
eorum pretium restituere; non tamen huius-
modi pactum valuit in præiudicium ipsius
mulieris, & dotis, *l. actilicinius, & l. de die,
ff. de pact. dot.* & casu quo valuisset, non appa-
ret virum fecisse electionem soluendi in pe-
cunia; immo eosdem introitus restituit, vt
sic dicamus bona dotalia mortis tempore
extitisse. & saltim negari non potest, quin
tempore mortis d. Lauræ extaret nomen
debitoris ipsius viri, qui tenebatur dotes re-
stituere, siue in bonis dotalibus, siue in pecu-
nia; de qua pecunia idem iudicandum est,
40 quod de rebus ipsis dotalibus, quia cum dos
sit ius vniuersale, *l. item veniunt, §. fructus,
de peti. hered. tradit Bart. in rubr. ff. solut.
matrim. num. 18 & aly scrib.* ibi in vniuer-
salibus pretium succedit loco rei, & è cõtra,
*l. si rem, & pretium, ff. de peti. hered. & in
l. venditor ex hered ff. hered. vend.* & ita
alias fuit iudicatum in Sacro Consilio in
causa Magnificæ Hipolitę Caracciolę, & litis
consortium, cum Magnifica Loysia Carac-
ciola in anno 1558. quod si de pecunia do-
41 tali existente in Ciuitate Neapolis fuerint
empta bona existẽtia extra districtum; quod
talia bona sint subiecta consuetudini, de quo
fit mentio *in addit. ad consue. si qua moriens,
quæ incipit pater, fol. 196.* tanto magis quia
solutio dotium, seu earum restitutio faciẽda
erat in Ciuitate Neapolis; quo casu nomen
42 debitoris censetur esse in districtu, & succes-
siue subiectum consuetudini, attento loco
solutionis faciendæ, *iuxta decis. Lapi. in alle-
gatione 21. quem sequitur Alexan in conf. 16.
vol. 1.* secundum quam alias iudicauit Sacrũ
Consilium, *vt patet in decis. D. de Franch.
93.* & nouissime in causa Ill. D. Bernardini
de Corduba cum Vincentia Mazula, & fuit
opinio *D. Ant. de Alex in addit. ad Neapod.*

Digitized by Google

in consuet. si aliquis moriens, *in addit. incip. nota quod potest accidere*, & aliqua tradit *D. de Franchis in addit. ad consi. si moriatur, fol. 102. lit. A.* rerum iudicatarum authoritate roborata, iuxta quem morem maiorum spero nunc quoq; æquissimos Senatores iudicaturos.

Camillus de Medicis

a In hac causa pro cõtraria opinione scripsit *D. de Ponte consi. 8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *IVS alteri quæsitum, non solum de præsenti, sed etiam spe tolli non potest, & nu. 3. etiam si per alios fuerit quæsitum, & num. 4.*

2 *Mulieres transeuntes ad secunda vota excoriarent filios prius matrimonij pro secundo viro.*

5 *Emphyteusim quis stipulãs sibi, & filijs suis, non potest de ea disponere filijs non consentientibus.*

6 *Mulier secundo nubendo non potest plus relinquere filijs secundi matrimonij, quam filijs primi.*

7 *L. hac adictali, C. de secund. nupt. procedit etiam in dispositione erga filios secundi matrimonij, ac etiam si secundus vir stipulatus esset pro eis.*

8 *Decij cautela in consi. 216. contra dispositionem l. hac adictali reprobatur.*

9 *L. hac adictali, C. de secund. nupt. procedit etiam stante statuto de dote lucranda, & ad materiam aliqua, num. 14.*

10 *Lex plures statuit pœnas pro transitu ad secunda vota.*

11 *Mulier quando potest disponere in vita de eius dotibus etiam filijs contradicentibus in Ciuitate Neapolis.*

12 *Actus, ex quo patratur fraus, non principaliter, sed in consequentiã quando toleratur.*

13 *Mulierem posse in vita disponere in Ciuitate Neapolis de eius dotibus, quomodo intelligendum.*

15 *Ordo scripturæ ad demonstrationem voluntatis maxime attenditur.*

16 *Verbi (disponere) significatum.*

17 *Æqualitas inter filios summopere commendatur, & per ea plura inferuntur.*

18 *Statuta admittentia filios inæqualiter ad successionem parentum, sunt contra ius cõmune.*

19 *Bona inter filios æqualiter distribui lex consuluit.*

20 *Æqualitas vt inter filios seruetur, lex quandoque ampliat, quandoq; testatoris dispositionem restringit.*

21 *Cõcordia inter fratres præcæteris quibusuis rebus expetenda.*

In eadem materia, responsum Domini Regentis, ac Præsidis Sac. Consi. Camilli de Curte.

ARGVMENTVM.

MVlier Neapolitana, quæ primo loco nupsit subijciendo se consuetudini Neapolitanæ, qua ad beneficiũ filiorum refrenatur arbitrium disponendi de dotibus; Vtrum possit contrahendo secundum matrimonium more magnatum, aliud inire pactum, per quod in dote præiudicium inferatur filijs susceptis ex primo matrimonio. Et quid si fiat per actum extremi iudicij; & quomodo arguatur id factum per viam pacti, vel vltimæ voluntatis. Plura de iure in spe quæsito qualiter nobis inuitis auferri possit. Ampliatur decisio, & materia l. hac ædictali, C. de secun. nupt.

CONSLIVM CLXIII.



ILLVSTRIS quondam Lucretia Tomacella ex matrimonio cum Ill. quondam Galeatio Farnesio contracto cum dote ducatorum triginta duorum mille, secundum consuetudinem Capuanæ, & Nidi circa eiusdem dotis restitutionem, & dispositionem; duos suscepit liberos, quibus superstitibus secundo loco matrimoniũ contraxit cum Ill. Marchione Vallis Siculæ: & inter cætera in capitulis matrimonialibus, filijs ex hoc matrimonio nasceituris donauit quidqd de dotibus suis disponere poterat; & factus fuit casus, quod etiam ex hoc secundo matrimonio relictis ex se liberis decessit ab intestato. Quæstio orta fuit inter filios ex primo matrimonio vendicantes medietatem dotium maternarum, & filios ex secũdo matrimonio, prætendentes dotes omnes præcipuas

puas ad ipsos spectare vigore iam dictæ dispositionis in capitulis matrimonialibus; deducta tamen legitima, quam tantũ ad filios ex dicto priori matrimonio spectare asserũt. Sed, ni fallor, iura filiorum ex primo matrimonio potiora sunt iudicanda.

Et illud primum pro constanti affirmo, quod postquam Ill. hæc mulier primum matrimonium contraxit, se dispositioni consuetudinis subiecit, per quam refrenatum sibi fuit arbitrium disponendi de eius dotibus, ipsa decedente cum liberis per actum vltimæ voluntatis, vsque ad decimam tantum; & hoc in beneficium filiorum, quibus per consuetudinem particulariter est prospectũ: non potest nec potuit secundum cõtrahendo matrimonium aliud inhire pactum, per quod præiudicium inferatur iuri iam quæsito filijs ex priori matrimonio. Et sic licet matrimoniũ secundo loco contractum fuerit iuxta morẽ magnatum, secundum quem liberam facultatem disponendi tum inter viuos, tum etiã in vltima voluntate mulier habet; id tamen fieri nõ potuit, ex vulgatissimis iuris regulis,
1 quod iuri nobis quæsito præiudiciũ aliquod fieri non potest, absq; nostro consensu, *iuxta tex. in l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. in l. fin. C. de pact. cum similibus*. Nec debet alteri per alium iniqua conditio inferri, ac etiam quia auferenda est occasio malignãdi,
2 maxime mulieribus transeuntibus ad secũda vota, contra quas lex præsumit, quod exeoriarent filios pro secundo viro, *l. lex quæ tutores, §. fin. C. de adm. tutor.* & proinde potius refrenari debet arbitrium, quam illud ampliari, prout in similibus iura disponunt:
3 ius enim nobis competens non tantum de præsenti, sed spe quæsitum, à nobis auferri nõ potest, *l. in diem. vers. non autem, ff. de aqua plu. arcen. quam in id expendit, Bal. cons. suo 431. 2. vol. & ad prædicta faciunt. quæ consuluit Barba. cons. 18. lib. 2. facit tex. in l. 2. de natal. restit. & in cap. 1. in fine. de success. feud.* & prædicta etiam locũ habent, si istud
4 ius spe nobis quæsitum sit per alios, nam inuitis nobis illud auferri non potest, *iuxta tex. notabilem in l. si constante, quem ad hoc ponderat Bald. ibid. C. de donat. ante nupt. Fran. Aret. cons. 7. incipiente procedendum, & cons. 13. Carolus Ruyn. cons. 186 ponderatis, lib. 1. & ad prædicta facit tex. in l. idem Iulianus, §. si quis alicui, ff. de leg. 1.* ex quo notarunt *Dyn. Rainer. Bal. Angel. Imo. &*
5 *Paul. Castren.* quod pater qui stipulatus est emphyteusim sibi, & filijs suis, non poterit eam postea renuntiare domino, vel aliter de eã disponere, filijs non cõsentientibus, *prout consuluit Alex. cons. 106. lib. 4. qui dicit hanc esse communem, & Philip. Dec. cons. 239.*

Probo præterea ratione cõcludenti, quod huiusmodi secundum pactum non tenet, fin-
6 gamus mulierem hanc, dum primum contraxit matrimoniũ nullathenus se subiecisse dispositioni consuetudinis, sed simpliciter illud contraxisse, secundum iuris communis dispositionem, quo modo posset de dotibus omnibus testari, cum eius sint proprium patrimonium; & deinde conuolasset ad secundas nuptias, habitis ex priori matrimonio filijs: numquid posset plus filijs ex secundo matrimonio relinquere, quam filijs ex priori matrimonio. & certe nemo hoc dicet, *ex ratione tex. in l. hac edictali, C. de secund. nupt.*
7 quæ licet loquatur quãdo mulier disponeret in beneficium viri, ex identitate rationis fuit extensa etiam in filijs procreatis ex secundo matrimonio, *ita Paul. de Castr. in auth. vnde si parens, 2. col C. de inoffi. test. Bald. in d. l. hac edictali, in verbo omni circumscriptione*, & procedunt, vt non tantum valeat tale relictum, quando mulier ex se disponit in beneficium filiorum ex secũdo matrimonio: sed etiam quando initum fuisset pactum cum secundo viro, qui fuisset stipulatus in fauorem filiorum ex secundo matrimonio; nam tale pactum non tenet, *ita optime consulendo tenuit Ioannes de Lignano inter consilia Paul. de Castr. cons. 165. 1. parte*
a *in antiquis, & Riccardus de Saliceto*[a] sentẽtiauit tale secundum pactum esse nullum, & haberi tanquam non scriptum, nec relictum, cuius votum legitur inter consilia *Pauli de*
8 *Castro in cons. 265. prima parte.* Et licet *Dec. cons. 216.* det cautelam, quod maritus stipuletur pro filijs secundi matrimonij, quasi hoc non prohibeatur; hæc cautela est falsa, *prout optime animaduertit subtilis Carolus Ruinus in cons. 112. lib. 1. ante ipsum Bertrandus in repetitione dictæ legis Aym. Crau. cons. 93.*
9 *num. 10.* quinimmo in casu fortiori dixerũt Doctores, quod etiam si extaret statutum de lucranda dote in beneficium viri, vel filiorum; non procederet in præiudicium filiorum ex primo matrimonio, *ita tenuit Iacob. Butrigar. Franc. de Alber. & Paul. Castr. in auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, vbi Paul. dicit ita communiter teneri. idem in l. codicillis, §. matre, ff. de leg. 2. & in cons. 336. 374. & 345. Alex. cons. 158. & 144. quinto*
b *vol. Cuman. cons. 109.*[b] si ergo vbi contrahentes per pactum non prospexerunt; non potest mulier transitum faciens ad secunda vota plus filijs secundi matrimonij relinquere, quam primis: quanto magis hoc est sibi denegandum, vbi filijs ex primo matrimonio per pactum est prospectũ, quod mu-

Digitized by Google

lier habeat refrenatam potestatem disponēdi,

Præterea non est dubium, quod iura sem-
10 per magis filijs ex priori matrimonio prospexerunt, quam filijs ex secundo matrimonio; quinimmo viros, & mulieres ad secūda vota transeuntes odio prosequuta fuere maximo; hinc est quod multas statuerunt pęnas, *l. 1. cum auth. ibi posita, & toto tit. C. de secund. nupt.* Quo igitur iure credendum est, quod voluerit pactum in beneficium filiorum ex primo matrimonio appositum annullare, quod est anterius; per pactum postea factum in fauorem filiorum ex secundo matrimonio:hoc nec rationi,nec ęquitati conuenit.Nec dicatur,quod attenta consuetudine,secundum quam primum fuit initum, & contractum matrimonium;ex hoc habuit mulier potestatem faciendi pactum prædi-
11 ctum : licet enim consuetudo inhibeat mulieri alienationem, attamen vt mulier sana viuat, libera viuat, nupta viuat,potest disponere, *vt pluribus in locis testatur Neapodanus.* & ratio est,quia tenetur magis se,quam filios diligere, *l. præses, C. de serui. & aqua.* taliter, quod dum se do:ādo fecit huiusmodi pactum, alias fortasse maritum non facturū matrimonium, nihil est de quo conquerātur filij ex priori matrimonio . videtur enim
12 fecisse actum licitum, & permissum: & quāuis postea perueniatur ad fraudandum filios ex primo matrimonio; hoc debet tolerari, propter conuentionem cum viro permissā, *argumento ff. de liber. legata, l. si is qui,* & propter iniuriam eius, *l. si is qui soluendo, ff.*
13 *de hered. instit.* Nam respondeo quod prædicta procedunt,quando mulier transitum faciens ad secunda vota, non aliter nubere posset viro paris conditionis, *ita Paul. de Castr. conf.* 192. dum vtitur his formalibus verbis (si alias maritum idoneum reperire non potest) *faciunt tradita per omnes Add. ad consuetudinem si moriatur, in verbo paragium,* quod tunc permittitur paragium excedere legitimā, quando aliter non potest nubere pari, & apparere deberet aliter virū cōdignum reperire non potuisse, *vt in simili tradit Anna alleg. 69. num. 27.*
14 Et in finibus quinimmo fere in eisdem terminis *Doctores* tractauerūt hanc quæstionem, quando extaret statutum, quod secundus maritus lucretur dotem extra dispositionem *l. hac adictali*; nunquid possit secundas contrahere nuptias,in præiudicium filiorum ex primo matrimonio: & distinguunt, quod aut mulier alias dignè nubere non potest, nisi dando totam dotem, & sic consequenter præiudicando filijs primi matrimonij, & hoc licitè facere posse asseuerant: quod si relicta parte filijs prioris matrimonij seruata dispositione dictæ legis, dignè secundum suæ personæ conditionem nubere posset;& hoc casu asseuerāt nullo pacto permitti totam dotem in præiudicium filiorum ex primo matrimonio constituere posse, *ita Rom. conf. 179. ex themate consultationis,in secundo dubio, Anchar. conf. 10. Bal. conf. 124. incipiente quæstio formatur, vol. 4. Ang. conf. 396. pulcherrime post omnes Phanutius in suo tractatu de lucro dot. omnino videndus, glo. supra nu. 38.* & nemo est, qui ab hoc discrepet;conuenitque naturali rationi, ne nimis ipsorum voluntati indulgeatur, & earum effrenatæ insaniæ cęci amoris faueatur. ad quod optime facit sollemnis decis. *Neapod in consuet. si constante, in verbo diminuitur, in fine, nu, 28. de contract. inter vir. & vxor.* nam pietati maternæ conuenit propriorum filiorum non obliuisci, sed illos plusquam se ipsam diligere, *l. isti quidem, ff. quod met cau.quod in proprijs terminis considerat Phanutius vbi supra.* at in casu præfatæ quæstionis poterat Domina Lucretia commodè,& dignè secundum suæ personæ qualitatem alteri absque pacto prædicto nubere, prout prius cum minori dote nupserat. c Remanet ergo ex prædictis (ni fallor) vera de iure conclusio, quod matrimonio primo loco contracto,secundum consuetudinem Capuanæ, & Nidi, circa dispositionē dotium; non potuit secundo loco contrahi secundum matrimonium, iuxta morem magnatum in præiudicium filiorum ex priori matrimonio. Nec omitto, quod si diligenter verba capitulorum, & ipsorum ordo attendatur, apparebit non tantum deficere potestatem,sed etiam se dotantis mulieris voluntatem,nam pactum prædictum, per quod circa dispositionem dotis secundum matrimonium sit contractum iuxta morem magnatum,est vltimo loco positum præcedente prius dispositione de eo, quod poterat disponere in beneficium filiorum ex secundo matrimonio; cuius dispositionis tempore verum erat ipsam minime potuisse disponere nisi de decima, nam pactum seruata forma consuetudinis adhuc nō erat per sequens pactum alteratum. & hanc fuisse mulieris intentionem, euidenter ordo
15 scripturæ demonstrat; qui quidem ordo ad demonstrationem voluntatis maxime attenditur, *ad tex. in l. quoties, ff. de vsufru.*

Illud tantum superest difficultatis, nam pars fortasse concedet secundum pactum moris, & consuetudinis magnatum non potuisse apponi: verum contendet dispositionē factam per mulierem in beneficium filiorum ex se-

ex secundo matrimonio validam esse, etiam attenta consuetudine Capuanæ, & Nidi; quæ, vt apparet, refrenauit dispositionem mulieris, quando in vltima voluntate dispo nit, non autem quando inter viuos: proute præsupponit hãc, de qua agimus fuisse dispositionem; donauit etenim totum id, de quo disponere poterat, & sic per actũ inter viuos. Nam dico, quod hanc donationem noluit simpliciter facere, sed illam limitare ad id de quo poterat testari, vel alio modo relin-
16 quere per actum vltimæ voluntatis: idque aperte demonstrat verbum illud (disponere) quod secundum propriam significationem intelligi debet de dispositione, quæ fit in vltima voluntate, ad quam proprie refertur verbum (disponere) *vt dicit Neapod. in consuet. & si testator, in verbo disponere, in consuetudine prima, de consens. mul. in verbo marito, & in consuetud. si qua moriens, in verbo relinquere, num. 5.* idque probatur in casu quæstionis nostræ, ratione: nam vtique si voluisset disponere inter viuos, hoc absq; limitatione facere potuisset; cum in tali dispositione liberas habebat habenas, ex iusta tamẽ causa, inter quas est illa, vt nupta viuat, *vt dicit Neapod. in d. consuet. si qua moriens, in ver. relinquere, num. 6. vers. posset ergo, in consuet. & si testator, in verb. disponere, nu. 6 vers. in contrarium.* Et quamuis dicatur ex iusta, & necessaria causa; tamen sufficere causam esse iustam, disponitur *in consuet. & si mulier, tit. de contract. inter vir. & uxor.* Sed voluit se restringere ad id, quod poterat disponere; & sic necessario habuit oculum ad dispositionem, & actum vltimæ voluntatis, per quam sibi refrenatur arbitrium: qui intellectus duplici ratione teneri debet, tum quia, primum præcesserat matrimonium, vt dixi, contractum secundum consuetudinem Capuanæ, & Nidi, ad quam disponens oculũ habuisse videtur; tum etiam, quia secundum
17 istum verum intellectum reducuntur filij ad æqualitatem, quam summopere iura inter filios maxime seruandam præceperunt, *ad tex. in l. pen. in fin. C. com. diuid in l. vlt. C. com. vtri. iud. in l. vt liberi, in l. illud, §. vltimo, & per totum, C. de collat.* Hinc fit, quod res, quæ suapte natura non est conferenda, confertur tamen inter liberos ratione æqualitatis seruandæ, & inæqualitatis vitandę, *in l. illud, vbi Doctores communiter tradunt, Bal. in suo cons. 37. col. 3. vers. quæstio vertitur, lib. 2.* & in hoc inter ius ciuile, & ius prætorium est concordia; nam de iure prætorio hoc statuitur *in l. 1. C. vnd. lib. in l. si post mortem, §. vlt. de bon. poss. contr. tab.* Inde
18 *Bal.* optime dixit, quod statuta omnia, quę admictunt liberos inęqualiter ad successionẽ parentum, sunt contra ius cõmune, & contra
19 naturalem ęquitatem; & proinde lex hortatur parentes, vt ęqualiter inter filios bona distribuant, ac testentur, *§. illud, in auth de*
20 *nupt.* & hac de causa lex sępe ampliat, & sępe restringit dispositionem testatoris, quo ad effectum ipsius, *l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. voluit Bal. qui plura collegit in l. 1. in 1. col. C. de pact. tradit Aret. in cons. suo 1.* & alibi lex disponit, quod aliquid veniat in legato, quod alias non veniret, *tex. est notabilis in l. quæsitam, §. sed & ipse, ff de fund. instr.* & prędicta quidem, & alia non sine ra-
21 tione lex statuit: nam cum alias semper cõcordia, pax, atque amicitia, tum maxime inter liberos est seruanda, atque præ cæteris quibusuis modis expetenda, *l. fratris, l. de fideicommisso, C. de transact. cap. iustum est, 23. q. 3.* Ex prędictis, ni fallor, absoluta remanet quęstio hęc proposita, decidenda, vt spero, in fauorem filiorum ex primo matrimonio, quibus non est dubium, quod etiã pręcipua sine assignanda bona omnia pertinenta Ill. communi matri à marito, & ex parte mariti, *ex reg. l. fœmina, C. de secund nupt.*

Camillus de Curte.

a ADDE. Iuxta hanc opinionem fuisse iudicatum iunctis aulis, & in Collaterali Consilio refert *D. de Franch. decis. 435.* prout alias prius fuerat decisum per S. C. in anno 1551. referente Domino Io. Andrea de Curte patre Domini Authoris huius alleg. *vt per eum num. 9.*

b Aduerte, quia contrarium in hoc firmat *Roland. de lucro dotis, q. 24.*

c Aduerte, quia virgo sine filijs facilius reperit virum condignum, quam vidua cum filijs, quę cum maxima difficultate solet virum inuenire, propter onera liberorũ primi matrimonij, *vt probant Doct. congesti à Rolan. d. tract. de lucro dotis q. 24. num. 7. & 8.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas integra dicitur facere, quod maior pars congregata more solito disponit.*

2 *Iuri quæsito singulis de Vniuersitate ex concilio ipsius non potest per maiorem partem renunciari.*

3 *Ciuis quilibet admittitur ad petendum demanium intra annum.*

4 *Demanium petere dicitur proclamare de seruitute ad libertatem.*

5 *Proclamare ad libertatem cuilibet de populo permittitur.*

6 *Vendens se ad pretium participandum, non prohibetur proclamare ad libertatem, si pretium offerat.*

7 *Minori parti petenti id, quod expedit Vniuersitati, Iudex assentire debet.*

8 *Vniuersitas, quæ petijt restitutionem in integrum, illi non potest renuntiare in præiudicium singulorum Ciuium, quibus ius quæsitum est, & affertur simile.*

9 *Restitutio restituit quicquid abstulit læsio, ideoq; sicut ante lapsum Anni Vniuersitas potest petere demanium, ità & post annum, cum ei competat restitutio, & nu. 10.*

11 *Vassallus inuitus vẽdi non potest, & species libertatis est viuere sub Rege; eiusdemque vassalli interest dominum non mutare, & num. 12. Ideoque licet cuilibet de populo, dum venditur Vniuersitas, ad huiusmodi libertatem proclamare, & num. 13.*

14 *Quinquennium datur ad proclamandum de seruitute in libertatem.*

15 *Iudex supplet terminum à lege non præfixũ.*

16 *Demanij retractus, & retractus competens agnato ad reuocandum feudum ex pacto, & prouidentia, pro quo datur annus, sunt æquiparati; & ideò tacitè intelligitur annus præfixus ad petendum retractum demanij.*

17 *Restitutio ita datur aduersus lapsum temporis ad quoduis petẽdum statutum, prout datur aduersus lapsũ tẽporis ad reclamãdũ.*

18 *Vniuersitati etiam maius tempus, quam in quo fuit læsa, datur ad petendam restitutionem in integrum.*

19 *Iuramentum fidelitatis domino præstitum, & captura possessionis ab eodem celebrata, excludunt ius demanij; etiam si postea fuerit Vniuersitas protestata, secundum Andream.*

20 *Consensus ex actu coacto colligi non potest.*

21 *Protestatio omissa scienti ius suum duraturum non nocet.*

22 *Subditi consentientes actui propter literas Regias id præcipientes, præsumuntur metu consentire.*

23 *Vniuersitas ad hoc, vt renuntiare dicatur actui in eius præiudicium celebrato, opus est vt congregata more solito ad hoc, patiatur actum celebrari, & duæ partes necessariò debent interuenire, & num. 24.*

25 *Omnes de Vniuersitate non maior pars conuenire debet, si interest pluribus, vti singulis. Et quod dicitur maiorem partem toti Vniuersitati præiudicare, intelligitur quo ad præiudicium vniuersitatis, non singulorum, & num. 26. quod si omnes tangit, ab omnibus debet approbari, & num. 27.*

28 *Consensus maioris partis non sufficit, vbi agitur de proclamando de seruitute in libertatem; nã in eo, quod facit pro libertate, standum est minori parti, & nu. 29.*

30 *Renunciare videtur iuri sibi competenti, qui permittit labi tempus ad illud ius petendũ statutum, & huiusmodi tacita renunciatio plus nocet, quam expressa, & nu. 31. minor negligentia est, non protestari tempore iuramenti, quam infra annum non petere demanium, & num. 32.*

33 *Pendente iudicio nullitatis non currit tempus ad petendum demanium; nam quando duæ actiones non se compatiuntur, durante iudicio super vna non currit tempus quo ad aliam, & num. 34. ideoq; agens rei vindicatione, & succumbẽs, põt elapso tempore retrahere tanquam proximior, & nu. 35.*

36 *Pendente iudicio validitatis actus inter emptorem, & venditorem non currit tempus statutum agnato proximiori ad offerẽdum pretium.*

37 *Incerto de iure sibi competenti non currit tempus ad illud petendum, prout nec ignoranti.*

38 *Impedimentum quodlibet iustum, deducitur à tempore petendi restitutionem.*

39 *Priuilegium Principis semper interpretandum, vt non præiudicet tertio.*

40 *Restitutio in integrum non datur in præiudicium eius, cui ius est quæsitum, quando conceditur ex gratia, secus si ex iustitia, & num. 41.*

42 *Restitutio competens vniuersitati ob læsionẽ datur etiam in præiudicium iuris quæsiti alteri.*

Pro Vniuersitate Terræ Mariliani, contra Marchionem ipsius.

ARGVMENTVM.

DE demanio, siue iure prouocandi ad libertatem an competat singulis de Vniuersitate, vt vniuersis, siue potius vt singulis; & infra quod tempus, etiam contra Barones titulis decoratos. Quæ verè dicatur voluntas Vniuersitatis legitimè ordinata. De restitutione aduersus lapsum anni, an sit

sit concedenda etiam particularibus; & quanto tempore duret. De renunciatione, tam restitutionis in integrũ, quam demanij, à quibus fieri possit, & ex quibus arguatur. Et an pendente nullitate venditionis currat tempus demanij. Et tandem de restitutione quando cõcedatur aduersus ius alteri quæsitum.

CONSILIVM CLXIV.



VM a per Vniuersitatem Marigliani fuisset sub die 23. Decembris 1579. petitum Regium demanium; ex varijs dilationibus datis nomine Ill. Marchionis tam circa terminum ad denuntiandum, quam circa explorationem voluntatis, & legitimationem personæ, fuit impeditus ingressus ad vlteriora per vndecim menses: demum facta prędicta exploratione, & satisfactis omnibus alijs exceptionibus dilatorijs sub die 23. Nouembris 1580. fuit decretum per Regiam Cameram, quod nõ obstante petito accessu ꝓ noua exploratione ꝓcedatur ad vlteriora.

Ab hoc decreto reclamauit Ill. Marchio, & per memoriale porrectum Illustrissimo, & Excellentissimo Proregi; ex cuius ordine est facienda relatio in Consilio Collaterali de exceptionibus, quas in dicto memoriali opponit Marchio ad finem impediendi litis ingressum, infrascriptas vz.

Primo, defectus voluntatis, maxime stãte mutatione post explorationem.

Secundo, captura possessionis facta per ipsum, ac p̃statio iuramenti sibi facta à vassallis, absq; protestatione, & contradictione.

Tertio, lapsus temporis sex annorum.

Quarto, titulus habitus à Rege post quatuor annos, ac iuramentum vassallagij per ipsum Ill. Marchionem Regi præstitum.

Sed neutram ipsarum posse impedire litis ingressum, immo nec officere Vniuersitati in decisione causæ, ex infrascriptis arbitror de iure fundari.

Et quoad primam exceptionem de defectu voluntatis, vt distinctè procedatur, dico, q̃ aut Ill. Marchio prætendit non adfuisse voluntatem Vniuersitatis in petendo demaniũ; & in hoc quam vana sit eius prætensio, satis clarè liquet ex exploratione facta per Dominum Dauid causæ Commissarium, in qua omnes acclamant Regium demaniũ, præter 70. qui contradicunt.

De cuius explorationis validitate non contingit dubitare, tum quia sat esset dicere factam à tali Præside: tum etiam, quia si attendimus præcedentia actum explorationis. Nos videmus, quod licet pluries fuisset à nobis instatum pro prædicta exploratione, nunquam ea fuit concessa, nisi post aduentum Ill. Marchionis, vt ex decreto. Venit Marchio, & datur ei licentia accedendi ad prædictam Terram, qui non cessauit procurare subductionem voluntatis ciuium aliquorum ex blãdis verbis, aliorum ex promissionibus, aliorum ex pecunia, aliorum ex minis, & carceribus, vt ex literis Vniuersitatis, quæ tamen non profuerunt eo tempore.

Si actum explorationis inspicimus, emanantur Banna per Terram, & Casalia omnia die sabbati, pro congregatione facienda in die Dominico: & in ipso actu cõgregationis interuenit Magn. Ioannes Antonius de Auenia ad instantiam Ill. Marchionis, qui licet traheret originem à prædicta Terra; tamen omnes scimus illum legum Doctorem versatum in Regijs Tribunalibus tamquam Aduocatum per multos annos, deinde ad Regij Auditoratus Officium assumptum, in gubernio, seu regimine Terræ Marigliani, nũquam se intromisisse; qui per horam, & ante actum explorationis, & deindè in ipso actu perorauit, dissuadendo demanium ex multis figuratis causis, vnde vere non potest de validitate illius actus dubitari.

Liquet, & secundo de volũtate ipsius Vniuersitatis: siquidem cum post actum explorationis opponeret Marchio de illegitimitate personæ, fuit destinatus Iacobus Terrusius, qui congregaret Vniuersitatem pro cõstitutione procuratoris: qui emanatis bãnis, licet habuisset aliquas protestationes à contradicentibus; tamen processit ad prædictum actum, ex quo satis clarè constat longè maiorem partem elegisse Rogerium Criscium, & Hortensium de Iordano, vt procuratores ad prædictam causam demanij; pro exequutione cuius parlamenti fit deinde instrumentũ procurationis: & licet Dominus Marchio adhuc disputasset de legitimitate personæ, tandem per Regiam Cameram fuit prouisũ, quod procedatur cum Rogerio.

Si vero pars dicet, voluntatem fuisse mutatam, ex quo computatis personis, quę semper contradixerunt, cum illis, qui videntur mutati, ex quibusdam folijs, & procurationibus deindè factis; apparet maiorem partẽ velle demaniũ: & adhuc subdistinguo; nã aut pars ꝓtendit ex istis folijs, & procuratoribus habere volũtatẽ Vniuersitatis pro se, & errat in terminis, nã volũtas Vniuersitatis ea dici-

tur,

tur, quando congregata Vniuersitate more solito per proclama, aut per sonum Cāpanæ, per maiorem partem illorum, qui interueniunt, disponitur, *iuxta notata per gloss. & 1 Doct. in l. quod maior. ff. ad municip.* & non sufficit voluntas separatim declarata, *iuxta glo. in cap. eum omnes, extra de constit. quam ibi sequitur Felyn. num. 24. post alios quos ipse refert.* Aut vero prætendit ex hoc saltim mouere Iudices, quod mandent iterum fieri nouam explorationem; & hoc casu instan o in decisione iam facta per Regiam Cameră, dico iustissimè fuisse nouam explorationem denegatam.

Siquidem aut concedimus eam opinionē, (quam tamen ego falsam assero) quod Vniuersitati tantum competat ius petendi demanium; Dico Vniuersitati, quæ repræsentatur per maiorem partem; & hoc casu, quia semel Vniuersitas legitimè congregata declarauit velle demanium, & petijt; est acquisitum ius omnibus, & singulis de populo vti 2 singulis: & successiuè non poterit deinde in præiudicium iuris quæsiti particularibus maior pars Vniuersitatis renuntiare prædicto petito demanio, *ex his quæ magistraliter tradit glo. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccles. in verbo maioris, per tex. in l. per fundum, ff. de seruit. rustico. prædior.*

Si vero tenemus opinionem verissimam de iure, quod quilibet de populo admittatur ad petendum demanium, prout alias fuit iu- 3 dicatum in Regia Camera Summariæ, in causa Vniuersitatis del Zirò; frustrà erit tractandum de noua exploratione.

Dixi veram esse hanc opinionem de iure, siquidem petere demanium Doctores nostri dixerint esse quamdam speciem prouocationis ad libertatem, saltim respectu seruitiorū 4 personalium, ac realium, quæ debentur Baroni, *vt bene ponderat ea D. de Franchis in decis. 17. num. 3. & ante eum Camill. Salern. in proœm. consuetud. Neapol. fol. 43. sub lit. A,* & proinde quilibet de populo potest ad prædictam libertatem proclamare. Quod 5 optime probatur, Primo per *tex. in l. 3. ff. de liber. homi. exhib.* ibi (nemo enim prohibendus est libertati fauere) Secundo per *tex. in l. 1. cum tribus sequentib. ff. de libe. caus.* Tertio id bene probat *tex. in l. fina. C. de patrib. qui fil. distraxer.* vbi licet patri, qui vendidit, aut ei, qui alienatus est, vel cuilibet alteri ad propriam ingenuitatem repetere.

Quarto, facit *l. 2. ff. si lib. ingen. esse dica.* ubi qui ad pretium participandum se venundari passus est, non prohibetur de libertate 6 contendere, si pretium suum reddat; quę opinio adeo recepta est, vt de ea amplius dicere nefas sit. ea tñ opinio si in qualibet casu sa erit vera, erit absque vllo scrupulo in hac causa recipienda, in qua videmus cū libertate petita concurrere maximā vtilitatē Vniuersitatis, vt infra demōstrabo; quo casu cū in ipso co pore Vniuersitatis adsint tot pupillę, viduę, & miserabiles p̄onæ, iudicis officiū erit 7 spectare id, quod vtile erit ipsi Vniuersitati, etiamsi à minori parte petatur, *ex tex. in cap. 1. extra de his, quæ fiunt à maio. part. capit. ibi, vt nisi à paucioribus, &c.* per quem *tex. dixit Felyn. in cap. eum omnes, extra de constitut. num. 18 fallent. 9.* quod vnus solus dum habet iustā causam impedit cęteros omnes; eoque magis, quo prædicta mutatio voluntatis, iam scimus qua ope, quaue arte Ill. Marchionis sit procurata, contra decretum, & prouisiones Regiæ Camerę Summarię, & ex informatione desuper capta ex ordine eiusdem R. Cam.

Nec dicat Ill. Marchio, quod licet sit vera prædicta opinio, quod vnus possit petere demanium intra annum, tamen ex propria persona, quando opus erit restitutione aduersus lapsum anni, non poterit illam petere: siquidem ad hoc tres dantur responsiones.

Prima est, quod in hoc casu, quando esset opus restitutione in integrum, non petit eā cuius ex propria persona, sed stante lęsione, quam patitur Vniuersitas in lapsu temporis poterit eam petere ex persona Vniuersitatis cui competit.

Secunda species responsionis, & quidem clarior de iure est, quod in hoc casu eo ipso quod petijt restitutionem in integrum, est acquisitum ius omnibus de populo; & proin- 8 de non potest amplius ei renuntiari per Vniuersitatem in præiudicium iuris quęsiti, *ex reg. tex. in l. petenda, C. de temp. in integr. restit. pet.* vbi habetur, quod eo ipso, quod minor petit restitutionem in integrum, ex qua acquiritur etiam ius maiori, non potest amplius minor ei renuntiare inuito maiore, *tex. est in l. si post mortem, in §. fin. ff. de bonor. possess. contra tab.* per quam regulā id tradidit *Afflict. in constit. obscuritatem, in 10 q.* vbi respondet ad contrarium de tex. *in l. si iudex, ff. de minor.* quem refert, & sequitur *D. de Franch decis. 141. num. 6.* qui termini sunt fortiores quam nostri, quia secundum eos acquiritur ius aduersario; nos vero tractamus, ꝙ per petitionem Vniuersitatis sit acquisitū ius omnibus de populo.

Vndè si verum est in facto, quod restitutio fuit petita per Vniuersitatem, vt in eius libello, ratificato postea per actum procurationis. Verum, & secundo de iure, quod licet maior pars vellet eam renuntiare in benefi- cium

cium minoris partis, non posset; verissima
erit conclusio, quod talis causa erit deciden-
9 da, ac si annus non fuisset elapsus. Restitu-
tio enim reddit id, quod lęsio, aut lapsus tẽ-
poris abstulit, *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de mino. l. qui proprio, ff. de procurato. l si quidem, ff. de prædi. minor.* & successiuè sicut
ante lapsum anni vnus de populo potuit pe-
tere Regium demanium (vt supra fundaui)
10 ita & hodie ille idem potest, postquam per
restitutionem in integrum, iam petitam ha-
betur, ac si annus non esset elapsus, *arg tex. in l. fi. C. de sent. pass. & l. quaris, ff. de natal. resti.*

Dum hæc voce allegarem, audiui partem aduersam cõtrouertere duos articulos, quos ne tangere quidem decreueram, tamquam de iure indubitatos, & pluries per Regiam Cameram, & Collaterale Consiliũ decisos; & proinde ad illorum probationem, infra breuiter adnotare volui.

Primus est, quod non detur hæc restitutio aduersus lapsum anni; nam esset dare restitutionem aduersus restitutionem: alter vero esto, quod daretur, illud tempus petendę restitutionis, non poterit esse maius, quam illud tempus, ad quod petitur restitutio; & sic infra alium annum.

Sed neutrum ex infrascriptis arbitror de iure subsistere; siquidem dum de primo agimus, duas assumam conclusiones veras de iure, ex quibus arbitror clarissimè demonstrari, quod huiusmodi restitutio in integrũ competat.

Quarum prima est, quod ius petendi de-
11 manium competit Vniuersitati, ex iuris di-
spositione; tum quia vassallus inuitus vendi
non potest, *ex reg. tex. in §. sed nec dominus, de probib. feud alien. per Federic.* tum etiam
quia species libertatis est viuere sub Rege, &
non sub alio Barone, *vt considerat Andr. in §. praterea ducatus, nu. 45. eod. tit.* interestq;
12 subditi non mutare dominum, *vt per Abb. in cons. 3. vol. 2. nu. 7. vers. venio ad decimam quæst.* maximè attento, quod dũ est Baronis
tenentur vassalli ad multa seruitia persona-
lia vigore pragmaticarum, ac constitutionũ
huius Regni, ac ad subsidia in casibus debi-
tis, à quibus omnibus liberantur vassalli, dũ
admittuntur ad demanium, *vt bene ponderat D. de Franch in d. decis. 17. n. 3.* Et proinde
13 dum venditur Baroni, licet Vniuersitati, ac
cuilibet de populo proclamare ad libertatẽ,
ex reg. text. in l. 2. ff. si lib. ingen. esse dicat, cum similibus supra per me allegatis, per quas
regulas *Doct.* nostri tradiderunt de iure cõ-
petere demanium, *inter quos sit ante signandus Ioan. Fab. in §. nec dominus, institu. de noxal. actio. Dominus de Franchis in dicto loco allegato, Ioan. Vinc. de Anna in allegat. 27. num. 19. allegans ad hoc glo. iuncto tex. in l. inuitus, ff. de fideicommiss. libert.* ac denique *per Camill. Saler. qui cæteros cumulat in probem. consuetud. Neapol. fol. 43. lit. A.* sublata ea distinctione, quam ipse tradit, si venditur à Rege, vel à Barone: cum per tot sententias Regiæ Camerę, ac Collateralis Consilij, sit vterq; casus æquiparatus; dum indistinctè concurrentibus qualitatibus necessarijs, viribus, & voluntate Vniuersitatis, ac tempore legitimo, eas admiserat ad demanium, licet ab alio Barone fuerint venditæ Terræ.

Alteram conclusionem mihi præmittebã,
quod cum circa tempus petendi demanium
nihil fuerit expresè à lege statutum, si tem-
pus prouocandi ad libertatem esset atten-
dendum, quinquennium daretur, *ex reg. tex.*
14 *in d. l. 2. ff. si lib. ingen. esse dicat.* Verum,
quia illud dixerunt esse in arbitrio Iudicis
attenta qualitate loci, personæ; & negotij,
per ea. qua tradit Andr. in cap. 1. de vassall. qui contra constitut. Lothar. num. 6. per tex.
16 *in l. 1, ff. de iur. delib* quando enim lex non
præfigit terminum ad aliquid faciendum,
Iudex suppleat, *ex reg. l. diffamari, C. de ingen. & manumis.* illud arbitrium indeffinitũ
hodie ex communi schola, ęquiparando hũc
retractum demanij retractui, quod competit
agnato ad reuocandum alienationem factã
16 de fæudo ex pacto, & prouidentia, cui datur
annus, *per ea, qua tractat Andr. in cap. 1. §. si Titius, si de feud. defunct. mil. fuer. controuer.* videtur declaratum infra annum, *vt per Ioan. Vinc. de Anna in repetit. constitutionis constitutionem diuæ memoriæ, num. 258. cum sequent. post Camill. Salern. d. loco, fol. 43. sub litera G.* Adeo quod istud tempus anni
habetur, ac si expresse fuerit statutum à lege
ad petendum demanium.

His sic præsuppositis, nulla remanet dubi-
tatio quin competat restitutio in integrum
Vniuersitati aduersus lapsum temporis. Si-
cut enim datur restitutio aduersus lapsum
temporis ad reclamandum statuti; prout de-
17 mum fuit iudicatum in causa Vniuersitatis
Paulæ, cum Ill. Marchione Fuscaldi, & in
alijs temporibus ad aliquid proponendum
statutis, *authen, si minor, C. de tempo. in integr. restit. pet.* ita etiam in specie aduer-
sus lapsum temporis statuti ad retractum,
competit restitutio in integrum, *ex reg. tex. in c. constitutus, extra de in integr. restitut.*
secundum quam regulã ego alias obtinui in
causa demanij Vniuersitatis Salæ, cum Illu.
Marchione Burgentiæ.

Id

Id quod secundo loco dicebat pars aduersa, quod tempus restitutionis in integrum aduersus lapsum temporis nō possit esse maioris, quam tempus lęsionis, *ex doctr. glos. in l. sed & si, §. quoties, ff. ex quib. caus. maior. quam sequitur Bart. ibi, & in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, num. 12. ff. eod. tit.* in alio tempore potuisset disputari. At hodie contraria opinio adeo recepta est, vt de ea amplius disputare non liceat, fundata
18 ex dispositione *tex. in clementin. prima, ext. de restitut. in integr. quam opinionem sequuti sunt Odoffred. Petr. de bella pertic. Cyn. & Alber. in l. fina. C. de tempo. rest. in integr. pet. Ioan. Andr. in d. clementin. 1. ac deniq; cæteri cumulati per Afflict. decis. 175.* secundum quam opinionem iudicauit Sacrum Consilium, dum Vniuersitas peteret restitutionem in integrum infra quadriennium aduersus lapsum 50. dierum datorum ad prosequendam appellationem; ac etiam iudicauit Regia Camera Summariæ in causa Vniuersitatis Paulæ, dum admisit infra quadrienniū restitutionem aduersus reclamationem desertam, contradicente Ill. Marchione, qui prætendebat non posse dari restitutionem aduersus reclamationē ommissam, nisi infra aliud biennium; quod etiam bene fundat ratione, *Ioan. Maur. in tract. de restit. in integr. num. 42.*

Ex his ergo liquet, quam iustè ego à principio dixerim, hos articulos satis benè de iure fundari, ac pluries decisos.

Remanet ergo absoluta secunda responsio ad illud motiuum, quod hæc restitutio non competat particularibus; nam si de iure fundaui, quod competat Vniuersitati, quæ iam petijt: & proinde acquisitum est ius omnibus; non potest hodie renuntiari in præiudicium ipsorum, qui contradicunt.

Tertia responsio est, quod huiusmodi restitutione in integrum aduersus lapsum tēporis non indigemus: postquam infra in tertia exceptione demonstrabimus ante petitū demanium adhuc non fuisse elapsum annum debitum ad petendum demanium.

Et hæc quoad primam exceptionem circa defectum, aut mutationem voluntatis.

Secunda verò principalis exceptio oritur ex captura possessionis, & iuramento vassallagij absque vlla protestatione: ex quo iuramento videtur colligi expressus consensus ad renunciandum demanium, postquam receperunt ipsum in dominum, *ex his quæ tradit Andr. in d. §. præterea Ducatus, num. 48.* qui subdit postea, quod etiam si protestati
19 fuerint, & postea receperunt ipsum in dominum, sibi præiudicasse, non obstante protestatione tamquam contraria facto.

Aduersus quod motiuum tres in medium afferam responsiones, & quidem singulas peremptorias (ni fallor) Et primo dubitarem ego (pace tanti viri dixerim) de veritate opinionis *Andr.* ex pluribus. Primo, quia videtur sibimet contrarius: nam primo pręsupponit, quod si in receptione Domini protestati fuerint, non præiudicaret eis, dum postea subdit, quod sola protestatio non sufficeret; & in hoc non est dubium non fuisse receptam eius opinionem quando, scilicet, adest protestatio. Et in specie in causa Vniuersitatis Terræ Salæ, in qua licet adesset iuramentum vassallagij, quia aderat protestatio, nulla fuit habita ratio de huiusmodi opinione *Andr.* & maxima quidem ratione; quomodo enim pōt argui consensus ex prętatione iuramenti, & receptione domini, si coacti
20 hoc faciunt cum protestatione.

Secundo negari potest ex tali receptione induci expressum consensum. Possunt enim stare simul, aliquem coactum ex ordine superiorum, quibus obedire necesse est, iurare ipsum in dominum; & quod postea idem petat admitti ad Regium demanium: dum enim peritur demanium, siuè per viam retractus, siuè per viam prelationis, præsupponitur vēditio valida, sed eidem competere hoc ius;
21 nec ommissio protestationis officier, scio enim meum ius duraturum, *ex reg. tex. in l. sicut, §. non videtur, ff quib. mod. vel hypot.* ad quod ego ponderabam meliorem *tex.* ni fallor *in l. titia, §. Lutia Titia. in finalibus verbis, ff. de leg. 2.* vbi habetur, quod nisi euidenter appareat euertendi fideicommissi causa id eum fecisse, non noceat præsentia, & taciturnitas ipsius in diuisione domus. vnde cum ex iuramento non possit euidenter apparere de voluntate renunriandi demanium, stante maxime, quod ipsi non poterant contradicere, quin iurarent, ac reciperent ipsum in dominum, quod est maximę considerationis *apud glos. in d. §. Lutia Titia;* potius intelligendum, quod prædictus actus fuerit explicatus pro exequutione ordinum superiorum; quam quod vellent renuntiare demanio. Hæc sperabam ego ex his regulis satis clare fundari. Sed gauisus postea fui inuenisse *Ioan. de Neuizano qui in cons. suo 12. inter consil. feudal. Alber. Brun. num. 115.* dicit, quod si subditi consentirent propter literas Regias, talis consensus præsumitur
22 meticulosus, & ipsis non præiudicaret, *allegans ad hoc consil. Paul. de Castr. quod ergo videatur 71. vol. 1. in vltima impress. nu. 6.* quæ duæ decisiones determinant nostram quęstionem in terminis.

Altera

Altera responsio ad decis. *Andr.* ea est,
quod ad finem vt posset dici Vniuersitatem
renũtiasse per talem actum demanio, necesse
fuisset congregari Vniuersitatẽ more solito
23 ad sonum campanę, vel per proclama, *iux.*
not. per Doct. in l. nulli. ff. quod cuiusq; Vni-
uersit. nomi. quos latè congerit Gulielm. max.
in l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. nu. 45.
cum sequent. Immo regulam illam, quod ma-
ior pars possit concludere omne illud, quod
tota Vniuersitas facere posset, *ex d. l. quod*
maior, ff. ad municip. & in cap. 1. *extra de*
his quæ fiunt à maio part. capit. intellexerunt
Doct. dum tractatur de actu præiudiciali, ꝙ
necesse est, quod saltim duæ partes interue-
24 niant, licet maior pars ipsarum sufficiat po-
stea, *iux tex. in l. nominationem, C. de decur.*
lib. 10. *hanc opinionem firmauit glo. in d. c.*
1. *in verbo constitutum, in fin. allegans text.*
in l. nulli, & l. planè, ff quod cuiusq. vniuer.
nomi & in l. 1. *ff de dec. ab ord. fac. quam se-*
quuti sunt Ciuilistæ omnes in d. locis, inter
quos sit antesignandus Bart. in d. l. quod ma-
ior, & ne transcriptor videar, *cæteri cumulati*
per Alex. ibi in addit. ad Bart. ac denique
Mayner. in d. §. refertur, nu. 70. & 71. *Ca-*
nonistæ quales fuerunt Abb. in d. cum omnes,
extra de constit. num. 11. *vbi dicit hanc esse*
communem opinionem Legistarum, & Cano
nistarum, Felyn. ibid. num. 33. *vers extra*
glo. qui cæteros refert. Et hoc procedit qua-
do tractatur de interesse, ꝙ spectat ad plures
vt vniuersos: at quãdo ad plures vt singulos,
tunc necesse est, quod omnes consentiant,
25 *quam distinctionem magistraliter tradidit*
glo. in authen. hoc ius porrectum, C. de sacr.
sanct. eccl. in verbo maioris, per tex. in l. per
fundum. ff. de seruit. rustic. prædio. facit reg.
in cap. quod omnes, extra de reg. iur & quæ
ibi Dyn. qui iura concordantia allegat. Abb.
in cap. cum omnes, num. 5. *extra de constit.*
& quæ ibi apost. ll. Felyn ibid num. 15. *Bar.*
in d. l. quod maior, Ioan. de Plate. in d. l. no-
minationum, num. 2. *in fine*, qui dicit aliud
satis notandum in hac materia, quod etiam
in his, quæ spectant ad plures, vt vniuersos,
licet quod faciat maior pars videatur factũ
26 ab omnibus; hoc intelligitur quoad præiu-
dicandum ipsi Vniuersitati, sed non quoad
quoad præiudicium singulorum, *quem refert,*
& sequitur Mayner. in d. §. refertur, num.
69. Vndè cum supra fundatum sit, quod hoc
ius petendi demanium spectet ad singulos,
non potuit per Sindicum, aut Electos, & ali-
quos particulares, qui iurauerunt fidelitatẽ,
seu vassallagium pręiudicari alijs absentibus,
qui non iurauerunt: quod enim omnes tan-
27 git debet ab omnibus comprobari, *Paul. de*
Castr. in hac propria materia in d. cons. 71.
num. 6. *volum.* 1.

Sed veniendo ad particularem decisionem
b casus nostri, b quod *tex. in l. quod maior*, nõ
procedat dum tractatur de reducendo liber-
28 tatem in seruitutem, quo casu requiritur
consensus omnium, *tradidit Felyn. in d. cap.*
cum omnes, num. 18. *in* 5, *fallen. Alex. in*
addit. ad Bar. in l. quod maior, per tex. in l.
si quis, §. quod verius, ff. qui, & à quib. manu.
ad quod etiam tendit id, quod dicit *Ioa. Ne-*
uiz. in d. cons. 12. *num.* 116. quod si maior
pars consentiret spontè, quia facit contra
libertatem, est standum minori parti, *alleg.*
ad hoc Ias. in l. iurisgentium, §. hodie tamen
num. 8. 13. *limit ff. de pact.* Talis est casus
noster (vt supra probaui) & proinde non po-
tuit præiudicare omnibus de populo actus
29 ille, maxime cum non fuerit congregata
Vniuersitate præcedentibus bannis.

Postrema responsio ad opinionẽ *Andreæ*,
(esto quod ea esset vera, & quod actus præiu-
dicasset omnibus, quorum neutrum fateor)
aduersus talem consensum expressum, ex quo
Vniuersitas ipsa lęditur, debet concedi, &
competit de iure ipsi Vniuersitati restitutio
in integrum. Quod tali pacto probo per lap-
30 sum temporis quis videtur remittere, seu
renuntiare, *vt per tex. in l. si ea, C. qui accusa.*
poss cum similibus adductis per Tiraquell. de
retract. conuentional. §. 1. *glo.* 2. *num.* 49. &
ante ipsum in materia retractus competen-
tis agnato infra annum, *tradit Ardizo. in*
summ. fæuda. cap. 107. *ad quod facit tex. in*
l. 1. *§. sed videndum, ff. de success. edict. ibi*
exclusus tempore, vel repudiatione, vnde dicit
31 *Tiraquell.* quod hæc tacita renunciatio ex
lapsu temporis officiet magis, quã expressa,
vt per multa probat Ias. post alios in l. cum
quid, in 2. *lectu. num.* 10. *ff. si cert. pet.* sed
sic est, quod aduersus tacitam renuntiationẽ
ob lapsum temporis datur restitutio (vt su-
pra fundaui) ergo à fortiori in hoc casu esset
danda aduersus expressum consensum: siqui-
dem eadem causa læsionis, quæ est in vno ca-
su, est & in alio; immo maior, quia minor
negligentia, seu error fuit in non se protestã-
32 do tempore iuramenti, quam in non peten-
do infra annũ, *ad quod facit bonum verbum*
Paul. de Castr. in d. cons 71. *nu.* 6. vbi dicit,
quod talis consensus veniret rescindendus
officio Iudicis.

Et ex his credo satis clarè satisfactum se-
cundæ exceptioni oppositæ pro parte Illu.
Marchionis.

Minus obstabit tertia exceptio de lapsu
c temporis; c licet enim Marchio dicat, quod
à die capturæ possessionis, quæ fuit sub die 5.

No:

Nouembris 1574. vsque ad diem 23. Decẽbris 1579. quo petitur demanium, sit elapsũ quinquennium, & vltrà; & sic annus, & quadriennium restitutionis in integrum. tamen ego præsuppono, quod non, & tempore emptionis, & tempore capturæ possessionis, & vsque hodie fuerit agitata lis inter Dominos
33 de Carrafa, & eius creditores, contra Illu. Marchionem super nullitate emptionis factę à Domino Vincẽtio ipsi Ill. Marchioni; quod pendete tali iudicio nunquam ceperit currere tempus petendi Demanium, *ex reg. tex. in authen. contra maiores, C. de inoff. testam.* vbi *glo.* dicit, quod licet quinquennium datum à lege ad proponendũ querelam inofficiosi testamenti sit continuum, nempè vt currant dies feriati, & non feriati: tamen non current illi, quibus nõ valuit agere pendente primo iudicio de validitate testamẽti. Ex quo *tex.* omnes *Doct.* sumunt hanc conclusionem indubitatam, quod quando actiones non possunt simul concurrere, vt puta
34 quia contrariæ inter se; durante iudicio super vna, non concurrit super alia, etiã quod tempus esset de per se continuum, *vt in l. quinquennium, & l. denuntiasse, §. quaeritur ff. de adult. tradit Ioan. Fab. in d. auth. con-*
35 *tra maiores*, inferens ad quęstionẽ ꝙ ille qui intentauit rei vendicationem, & succubuit etiam elapso tempore poterit retrahere tamquam proximior, *Butrig. ibid. Alber. ibi. num. 2. Cyn. num. 4. Bart. num. 1. Bal. nu. 2. Ang. num. 6. Paul. de Castr. in finalib. verbis, Salyc. nu. 3. omnes in d. authent. ac deniq; vt cum eo finiam, à quo incipere debebam, Petr. de bellapertica ibid. circa med.* vbi dicit, quod nec etiam tempus petendi restitutionem currit pendente primo iudicio.

Talis est casus noster, in quo Domini Carrafa tractabant nullitatem emptionis. Petitio verò demanij non competebat nisi præsupposita validitate, quia ex vẽditione nulla non datur retractus, etiam si fuerit deuentũ ad traditionem, *vt tradit glo.* —— *§. 13. glo. 3. q. 11. num. 50. §. 22. q. 4. num. 32.* Vnde iure optimo non concurrebant hę duę actiones tamquam contrariæ.

Sed deueniendo ad magis particularem decisionem, inferunt *Doct.* ex eo *tex. in d. auth.* ꝙ pendente quęstionẽ inter emptorẽ, & venditorem de validitate, & veritate emptionis, nõ currit annus statutus agnato pro-
36 ximiori ad offerendum pretium. Quorum primus fuit *Petr. de bellapertic. in d. auth. contra minores, versus finem, Cyn. ibi. nu. 4. in fin.* dicens, quod tunc dicitur agnatum veram scientiam veritatis, vel validitatis emptionis habere, qñ est certus de ea post iudicium finitum, *ad quod allegat Iacob. de Rauen. quem refert, & sequitur Bald. ibid. num. 3. Ang. num. 5. in fin. ac Salic. nu. 5.*

Ad quod etiam facit alia regula sumpta de *tex. in l. quamdiu, C. qui adm.* quod quãdiu quis est incertus de iure sibi competẽte,
37 quod non currit ei tempus: per quem *tex.* omnes *Doct.* ibi cõcludunt, quod sicut ignorantia, ita & probabilis incertitudo, seu dubietas facit cessare cursum temporis, quales fuerunt *Alber. in d. l. quamdiu, & ibi Romanum. Alex. satis bene num. 2. Aret. in princ. Riminal. num. 2. Corn. num. 2. Deci. in prin. in prima lectura*, qui omnes æquiparant dubietatem, ac incertitudinem, ignorantiæ; maxime quando dubietas est talis, ꝙ de facili certiorari non potest; prout in casu nostro, in quo certitudo dependebat à sententia Sacri Consilij, *idemq; firmat Ias. ibid. num. 2. qui ad hoc allegat tex. in l. manifestissimi, §. sed quaerebatur, vers. sin autem nescius, C. de furt. vbi Bar. not. illum tex. singularem ad hoc*, & per illum dixit, quod sicut iuri, quod quis ignorat sibi competere non censetur renuntiasse, ita & iuri quod dubitat si ei competit, *quam doctrinam refert, & sequitur Ias. ibi*. Vnde secundum hanc decisionem nedum non potest prætendi tacita renuntiatio ex lapsu temporis, sed nec ex iuramento præstito expressa.

Et ex his cum Vniuersitas iustã habuerit causam non petendi hoc demanium, nullo modo potest prætendi esse lapsum tempus anni statuti ad illud petendum; vel saltim quatriennium ad petendum restitutionem:
38 cum ab eo sit deducendũ quodlibet iustum impedimentum, *vt in l. final. C. de temp. in integr. restitut. peten.*

Eoque magis quo talis causa fuit iustum impedimentum, quo Vniuersitas Marigliani vidit, quod dum Terra Limatulæ prætendebat demanium, quia tractabatur in Sacro Consilio rescissio cõtractus venditionis; fuit per Regiam Cameram, & Sacrum Consilium prouisum, quod expectaretur exitus illius causæ, & sic demum rescisso illo contractu non fuit amplius locus petito demanio.

Vltima exceptio de titulo sibi concesso ꝑ suam Catholicam Maiestatem super prædicta Terra, non video quomodo ex iuris dispositione fundari possit. siquidem aut pars vult prætendere, quod ex quo Rex voluit decorare ipsum titulo Marchionatus in hac Terra, censeatur derogasse iuri ipsi Vniuersitati competenti; & in hoc quam vana sit hæc prætensio satis clare nobis demonstrat
39 illa vulgaris regula, quod semper priuilegia

Prin-

Principum sunt intelligenda absque praeiudicio tertij; numquam enim Princeps praesumitur velle facere iniuriam tertio, *ex tex. & ibi glo. in verbo generali in l. final C. si contra ius, vel util. publ. cum similib. cumulatis per Iacob. nouell. in lib. regul. iur. ciui. reg. 144. incip. Princeps fol mihi 728.*

Aut vero pars aduersa diceret, quod cum isto medio tempore post quatuor annos sit decoratus titulo Marchionatus, qui ammitteretur si Vniuersitas obtineret demanium; quod non sit concedenda restitutio in inte-
40 grum, postquam illa nunquam detur in praeiudicium iuris alteri quaesiti, *ex his, quae cōmuniter Doct. tradunt in l gallus. § & quid si tantum. ff de lib & posthum.* Et ad hoc pro responsione aduertatur, quod in iure duas ego inuenio species restitutionis in integrū; vna in materia delicti, de qua loquitur *titulus C. de sentent pas. & restitut.* altera in materia laesionis, seu minoris aetatis, *de qua in toto titulo. ff. de mino. & C. de in integr. restitut pet.*

In prima specie ea cōiter à *Doct.* traditur resolutio, quod si restitutio fit ex gratia Principis, etiam si expresse dicatur ad bona; non trahitur ad bona alienata in alium: & in hoc casu loquuntur omnes *Doctores*, quos poterit adducere pars aduersa. Aut fit ex iustitia, per quam quis declaratur non reus, *iuxta terminos l. 1. in fin. de quaestion.* & ta-
41 lis restitutio trahitur etiam ad bona alijs quaesita per alienationem à Fisco factam, immo etiā quoad fructus, *ut tradit Cuman. in d. §. & quid si tantum num. 3. post Bal. in l fin. C. de sent pass. quem referunt & sequuntur Ruyn. in lect. d. §. 1. num. 189. & rursus in repetitione num. 181. Nellus in tract. bannito. in prima par. 3. temp. in 11. q. Ioan Crot. in repetit. d. §. 117. Lancell Galian. ibid. num. 67. ac deniq; Ioan. Bologn. ibid. num. 118.* vnde cum in casu nostro non petimus restitutionem ex gratia, sed per viā iustitiae; quatenus essemus in prima spetie restitutionis extenderetur etiā ad ius alteri quaesitum.

Altera species restitutionis est ea, de qua tractamus, competens Vniuersitati ob laesionem, quam patitur aduersus tacitam, vel expressam renuntiationem demanij (quatenus ea indigeremus) in qua spetie trahi etiam contra ius alteri quaesitū, tradiderunt *Doct.*
42 oēs absq; aliqua contradictione *in locis supra cit. & optimè Bolognet. nu. 211. qui rogo videatur, qui allegat ad hoc duo iura ultra alia, quae satis bene id probant, tex. l. quod minor. §. restitutio, ff de mino. & l. fina. C. de repud. hared. per quae id tradit Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 3.* vndè nullo modo possunt applicari doctrinae, quae possent adduci per partem aduersam. Immo dico aliud, quod non datur casus in quo huiusmodi restitutio in integrum competat, quod non sit contra ius alteri quaesitum. Datur enim restitutio aduersus reclamationem desertam: nonne clarum est praeiudicium illius, qui habuerat sententiam in eius fauorem, transactam in rem iudicatam? Datur restitutio minori aduersus venditionem *d. §. restitutio*, nonne emptor cui erat quaesitum ius tenebitur restituere rē emptam vna cum fructibus? Datur denique restitutio aduersus lapsum anni competentis agnato ad offerendum pretium pro retractu, *iux. cap. constitutus, de in integr. restit.* & tamen tendit hęc restitutio contra ius quaesitum iam emptori, & sic de singulis. Adeo quod iure optimo à principio, quod talis exceptio non poterat de iure fundari.

Non ommittam modo in memoriam reducere Dominis Senatoribus, quomodo hęc quaestio videtur iam decisa in causa Tursij cū Marchione, in qua non obstante, quod esset Terra titulo decorata, admiserint eam ad demanium.

Remanent ergo ex pręedictis nedum sublatae omnes praedictae exceptiones, verum etiā ita fundatum ius Vniuersitatis, vt concurrētibus notorijs qualitatibus merentibus demanium, & viribus nedum sufficientibus, sed superantibus: posset hodie admitti Vniuersitas ad demanium absque alio termino.

Dixi esse notorias qualitates, siquidem tales sunt, vt cuinam Ciuitati, seu Terrae huius Regni decentius competere possit Regium demanium, difficile considerare possem.

Distat enim ab hac Ciuitate per miliaria octo, & quidem viae publicę tam frequentis, & continuae; foculariorum est circa mille in vltima numeratione, quae hodie quantum creuerint iudicent amplissimi Senatores; Situs est satis fortis, muris & quidem non vilipendendis circundata: Castrum habet satis bene positum, itaut in casu belli (quod absit) cuilibet obsedioni, nedum inuasioni montaneae resistere posset. Quid dicam de Ciuibus? nobiles plures, & nobilitatis quidem antiquae, diuites fęrè omnes, inops paenitus nemo quidem; legum Doctores, Medici, Aromatarij, Barberij: ac denique omnia officia, ac omnes artes nedum ad viuendum, sed ad benè, & lautè viuendum necessarię non deficiunt. Ecclesiae plures, & diuersarum Religionum adsunt; ac caetera minoris considerationis, quae cum amplissimis Senatoribus

nota sint consultò omitto.

Dixi secundo adesse vires; nam Vniuersitas ne obolum quidem æris alieni habet: ex collectis, non ex gabellis soluit functiones Fiscales; introitus Baronales tales sunt quod habemus pro nunc oblationes emptorum ascendentes ad ducatos 60. mil. Adeo quod obtinendo demanium Vniuersitas esset in lucro duc. 10 m postquam pretium non est nisi ducatorũ 50. m. cum quibus duc. 10. m. possent solui, & meliorationes, & interesse pretij (si quod esset) prætensum à Domino Marchione. Ex quibus non video quo iure possit tale demanium denegari prędictę Vniuersitati, pro quia hæc occurrunt pro angustia temporis, Cætera Deus fautor miserabilium personarum, doctrina, ac religio Dominorum Iudicantium.

Camillus de Medicis.

a ADDI. Fuit decisum contra opinionem Authoris, & impositum Vniuersitati perpetuum silentium, patrocinante pro Marchione D. Regente Camillo de Curte meo auunculo, *vt is testatur in prima parte sui Diuersorij feudalis cap. 3. num. 61. vbi à num. 39. ad finem*, latè materiam demanij prosequitur.

b Sollemnè *Cons. Lapi 85. num. 2. Thesaur. decis. 257. num. 6. & D. Reg. de Curte d. cap. 3. num. 70.*

c Fuit iudicatum tempus hoc cucurrisse in damnum Vniuersitatis, *vt testatur D. Regens de Curte vbi supra d. num. 61.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Debitor creditori soluens de propria pecunia in ius creditoris non succedit, sed se, suaq; liberat.*

2 *Debitor soluens de aliena pecunia, vt mutuans pecuniam succedat in locum creditoris, tria requiruntur.*

3 *Mutuans pecuniã pro ex solutione æris alieni ijsdem medijs, quibus succedere potest in actione hypothecaria, & personali priuilegiata, potest succedere in dominium.*

4 *Lex 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem loquitur de successione in dominium.*

5 *Hæredum appellatione continentur vniuersales, & etiam particulares successores, cuiusmodi sunt cessionarij iuris luendi.*

6 *Differentia præcipua inter successionem reuocabilem hypotheca, & dominij.*

7 *Ius luendi in bonis debitoris est.*

8 *Hypotheca, vel actio personalis sunt in bonis primi creditoris cedentis.*

9 *Creditor prior sibi soluenti cedit anterioritatem hypothecæ, retrouenditio autem fit debitori.*

10 *Mutuans vt succedat in dominium offert primo; vbi vero agitur de succedendo in hypotheca, debitor offert primo.*

11 *Cessio, & retrouenditio mutuanti fieri non possunt, quia incompatibilia.*

12 *Actio, & passio in eodem subiecto non consistunt.*

13 *Successio reuocabilis in hypotheca conuenit in quibusdam cum successione in dominiũ.*

14 *Cessio in terminis l. Aristo, & l. 1. C. de his, qui in prio. potest obtineri etiã ab alijs creditoribus primi creditoris in quos iura sunt translata.*

15 *L. ex aristo, & l. 1. C. de his, qui in prio. vt procedant quæ requirantur.*

16 *Cessio iurium ex sui natura est stricti iuris.*

17 *Successio in hypotheca fit pro eo pretio, quod ad primum creditorem peruenit.*

18 *Actiones mandari possunt ne dum à primo creditore, sed ab alijs, in quos translata reperiuntur.*

19 *Succedens in locum primi creditoris quando duplicem hypothecariam acquirere possit.*

20 *Pignora duo non possunt vnico pretio liberari.*

21 *Compensationes plures pro vno debito fieri nequeunt.*

22 *Tempus vnum non operatur circa idem duos effectus.*

23 *Fidelia vna duos parietes dealbare non potest.*

24 *Successio in hypotheca intelligitur in patrimonio eiusdem debitoris.*

25 *Cessio quæ fit per primum creditori. potius dicitur permutatio, quam cessio, & liberatio.*

27 *Hypotheca cessa per primum creditorem de communi consensu est eadem essentia, & numero, sed nouata, & quomodo.*

28 *Pactum factum inter successorem in hypothecaria. & debitorẽ regulatur à consensu creditoris.*

29 *Creditor num possit contradicere pacto facto inter debitorem, & mutuantem ipso absente.*

30 *Cessio quæ fit à primo creditore ex dispositione hominis differt ab alijs cessionibus, quæ à possessoribus fiunt ex dispositione iuris.*

31 *Cessio, de qua in l. 1. C. si antiqui. cred. continet quid speciale.*

32 *Pos-*

32 *Possessor habet electionem offerendi rem, vel pretium.*
33 *Euictio est de natura contractus.*
34 *Cedere quando quis teneatur etiam contra se ipsum.*
35 *Cedens quando possit apponere legem, & conditionem in cessione.*
36 *Cedens ex dispositione iuris tenetur nedum facere veras, & non exactas cessiones, sed etiam anteriores.*
37 *Reemptio extinguit hypothecas, & iura dominicalia ipso iure ex tunc, non autem ex nunc.*
38 *Reemptionis effectus plures vide, & nu. 39. 40. 41. 42. 43. & quid in praxi receptum quando sit cessio, & retrouenditio, nu. 44.*
45 *Cessio iuris luendi à cessione hypotheca in quibus differat, notabiliter traditur.*
46 *Cessionarius iuris luendi habet eundem locum etiam in concursu creditorum, etiã pro tertijs.*
47 *Succedens in hypothecam primi creditoris pro capitali, & tertijs; pro quibus tertijs habeat eundem locum.*
48 *Tertia, & fructus dependent à dominio, & sunt hypothetica ipsius dominij.*
49 *Differentia inter cessionarium iuris luendi, & eum, qui in hypothecam prioris creditoris successit, num de iure canonico attendantur.*

Pro Carolo Loffredo Marchione S. Agathæ, cum Carolo Spinula.

ARGVMENTVM.

DE successione reuocabili in dominium per viam cessionis iuris luendi, & quando conueniat cum successione hypothecæ, & in quibus differant. De cessione, quæ fit ex pacto per primum creditorem in materia tituli C. de his, qui in prior. loc. succed. & l. aristo, ff. quæ res pignor. oblig. poss. quis sit eius effectus, & in quibus distet ab alijs cessionibus, quæ fiunt ex dispositione iuris: traduntur effectus resultantes ex reemptione, quæ fit ex pacto redimendi resoluente per viam annihilationis iura dominicalia, & hypothecas. Et differentia inter cessionarium iuris luẽdi, qui subingreditur eundem locum etiam pro fructibus, & tertijs, & successorẽ in hypotheca.

CONSLIVM CLXV.



MARCHIONES Triuici Ferdinandus, & Ciccus remanserunt debitores Francisci Loffredi ex causa administrationis tutelæ in certa pecuniarum summa. Ijdem Marchiones, ac simul cum eis Carolus Loffredus fideiusserant pro Francisco in multis partitis in beneficium creditorum ipsius.

Carolus Spinula, & alij Ianuenses dederunt pecuniam Marchionibus Triuici debitoribus Francisci, vt illa solueretur Frãcisco in extinctionem crediti dependẽtis ex causa tutelæ, cessis iuribus translatiuè per Franciscum.

Et insuper pepigerunt Ianuenses prædicti, quod de prædicta pecunia soluenda dicto Francisco, dimitterentur creditores ipsius Francisci, in quorum beneficium fideiusserãt ijdem Marchiones, & Carolus Loffredus.

Fundandum erit modo, quod cessio facta per Franciscum operetur contra Marchiones tantum vti debitores Francisci; non autem quod cessio prædicta estendi possit, vt creditores Francisci cessissent iura contra ipsum Franciscum, & Carolum Loffredum eius fideiussorem. Aliter enim Franciscus recipiendo suum creditum à Marchionibus prædictis debitoribus ex causa tutelæ remaneret obligatus simul cũ eius fideiussoribus, & bonis dictis Ianuẽsibus creditoribus Marchionum, qui erant debitores Francisci; contra veritatem, iustitiam, & voluntatẽ ipsius Francisci.

Idq; euidenter patebit reassumendo duos articulos principaliter determinandos, ex quibus apparebit D. Carolum Loffredum non posse molestari à Dominis Ianuensibus pro partitis, in quibus intercessit pro Don Francisco Loffredo; nec pro tertijs partitarũ, in quibus fideiussit pro D. Marchionibus Triuici, stante retrouenditione illarum facta Domino hæredi dictorum Marchionum.

Duo igitur articuli principales veniunt decidendi.

Quorum primus erit, quod cessio facta per emptores introituum, seu bonorum reuocabiliter tantum dicti D. Francisci, Dominis Ianuensibus emptoribus introituum hodierni Ill. Marchionis Triuici hæredis Do-

minorum Marchionum Triuici aui,& patris
debitorum dicti D. Francisci;intelligatur de
iuribus in bonis Dominorum Marchionis
Triuici, & aliorum fideiussorum, & obliga-
torum ex causa administratæ tutelæ Franci-
sci per dictos Dominos Marchiones tantũ.

Secundus, quod retrouenditio ipsa resol-
uit, & annihilat dominium, etiam ipso iure
extinguit, & supprimit tertias, & fructus.

Primus articulus continet successionem
in locum prioris creditoris,& hic est tertius
casus *gl. in l. aristo, ff. quæ res pigno. & gl. in*
l. 1. C. de his, qui in loc. anter. cred. succed.
1 Quando debitor soluit, si de pecunia sua,
tunc persona debitoris,& pignus liberantur,
nam pignus non consistit in re aliena, *l. neq;*
pignus ff. de reg. iur. l. si rem alienam, l.
secunda, ff. de pigno. act. quia res irreuoca-
biliter, & incommutabiliter est acquisita,
l. ex sextante, §. latinus largus, vers. & in
præposita quæstione. ff. de except. rei iud. Odof
fred. Iacob. de Aren. & Salic. num. 2. in
2 *præalleg. l. 1.* Si vero de aliena, vt in terminis
nostris; & tunc Primo, quod sit conuentum,
vt succedatur in locum primi in solutione
ipsa, non ex interuallo, *dicit Fulgos. in præ-*
alleg. l. aristo, num. 4. per text. in l. modesti-
nus, ff. de solutio. Secundo, quod dicta pecu-
nia perueniat ad primum. Tertio, quod ex
ea pignus liberetur. Sed quia prædictæ glo.
3 alloquutæ fuerant in successione hypothecæ
anterioris, seu priuilegiatæ actionis perso-
nalis, *vt Odoffred. Pet. Iacob. Ray. & Cyn.*
assequuti sunt Bart. addidit ijsdem mediis
succedi in dominium, *in l. si creditor, §. cum*
ex causa, per illum tex. ff. qui pot. in pignor.
hab. & in præalleg. l. aristo, num. 1. & ibi
4 *Fulgos. num. 5.* vnde bifariè succeditur, sci-
licet in dominium, & tunc procedit *text. in*
l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. ibi, siuè
ipsi, siuè hæredes eorum; in quo verbo (hæ-
5 redes) continentur vniuersales, ac etiam
particulares, qui dicuntur cessionarij iuris
luendi, *Cagnol. in d. l. 2. q. 1. n. 36. Cassan.*
in consuet. Burgund. rubr. 5. §. 1. num. 29.
glo. —— §. 13. glo. 1. num. 2. Tiraquell.
de retract. conuent. §. 1. glo. 6. num. 1. &
11.

Et hypothecæ anterioritatem, seu actio-
nem personalem priuilegiatam, & obserua-
tur tunc, *vt in Doct. glo. l. aristo, & l. 1.* &
tunc differentiæ specificæ, & substantiales
sunt multiplices in hac successione commu-
tabili, & reuocabili dominij, & hypothecæ.
7 Quarum prima est, quod ius luendi est in
bonis debitoris, *Cagnol. in d. l. 2. q. 94. glo.*
—— §. 41. num. 21. vers. hæredium redu-
ctum affectum successioni, quod adeo est in
bonis ipsius debitoris, quasi vnquã exiuisset
ab illius patrimonio *per tex. in l. domos hæ-*
reditarias. ff. de leg. 1. vbi glo. fin. & Negu-
san. in libel. de pigno, in 3. memb. in 2. part.
princip. num. 71. per l. pign. C. de pign. act.
Et eo obtento à debitore, non fit retrouen-
ditio per primum; nam per dictum primum
ius dominicale, quod conseruatur sub illo
pacto reuendendi, ceditur, firmo semper re-
manente dicto pacto: quando vero succedi-
8 tur in hypothecæ anterioritatem, seu actio-
nem personalem priuilegiatam, talis hypo-
theca, seu actio est in bonis ipsius primi cre-
ditoris, per quem mutuanti ceditur anterio-
9 ritas hypothecæ pro conseruatione tamen
pignoris, & retrouenditio fit ipsi debitori,
per quam resoluitur dominium.
10 Secunda differentia est, quia mutuans ces-
sionarius iuris luendi offert pretium primo;
quando vero succeditur in hypothecæ ante-
rioritatem debitor offert primo.
11 Tertia differentia est, quod nõ potest mu-
tuanti fieri cessio, & retrouenditio; cum sint
incompatibilia, *præalleg. l. neque pignus, &*
glo. in l. 1. §. cum prædium, in ver. pignoris
12 *etenim ff. de pign. & hypot* & actio, & passio
non possunt esse in eodem subiecto; nec vna
res potest contrarium effectum operari, *l ti-*
tia, ff. de cond. & demo cap. 1. vbi glo. in ver.
incompatibile. extra de baptismat sed mutuã-
ti cessio, & debitori retrouenditio.

Fundatur modo, quod Ianuenses siue ex
secundaria intentione; dum die primo Apri-
lis 1586. contraxerunt cum hodierno Do-
mino Marchione Triuici, duo voluerunt cõ-
sequi, prout iam effectiuè consequuti sunt.
Primum, dominium in bonis Marchionis.
Secundum, illud tueri anterioritate credito-
13 rum primorum eorundem Dominorum
Marchionum mediante cessione illorum, quę
congruunt requisitis, *glo. l. aristo, & l. 1.*
inter quos erat Dominus Franciscus Loffre-
dus, & in prædicto instrumento expresse di-
citur, (pro eius tutelæ administratione;) Et
quia dicta iura per Franciscum erant in ge-
nerali obligatione comprehensa, suis credi-
14 toribus facta, fuit etiam ab eis obtempta
cessio; quæ cessio in terminis *l aristo, & l. 1.*
etiam ab alijs creditoribus primi potest ob-
tineri, in quos sunt translata, *Bald. sic in fi-*
nalibus verbis dicta l. 1. C. de his, qui in loc.
ant. cred. succed. affirmat. Secundo, dicta
cessio facta per creditores Frãcisci perstrin-
gitur dumtaxat in bonis Marchionum, &
eius fideiussorũ ex causa tutelę administratę;
nam vltimum requisitum, *vt supra l. aristo,*
15 *& l. 1.* est quod pignus debitoris liberetur,
negari non potest, quod ex contractu Ianuen-
tium

Digitized by Google

ftum ad finem fuccedendi in locum primi, erat liberandum pignus Marchionum Triuici ab obligatione adminiftratæ tutelæ Don Francifci:ergo pneceffe ex natura cōtractus ceffio creditorum Francifci reftringitur, & prædicatur tantum de iuribus in bonis Marchionum Triuici; nam aliter nafceretur abfurdum, & effet contra requifita inftrumēti, & iuris: quod eft euitandum.

16 Tertio, dicta ceffio creditorum Francifci pernecefse reftringitur ad iura in bonis Marchionum Triuici; nam cesfio eft ftricti iuris ex fui natura, & non recipit extenfionem: & in facto probatum eft, quod Francifcus depofuit, & obtulit eius creditoribus, vt cederent contra dominos Marchiones, & natura cesfionis eft ftricta; ergo nō poteft ampliare contra voluntatem Francifci, & contra iuris difpofitionem.

17 Præterea, quatenus voluiffent Ianuenfes, non poterant vnico pretio duc. 14303. emere, nec mandari à creditoribus, nifi iura pro eodemmet pretio, *l. eum qui à debitore, ff. qui pot. in pign. hab. l. papinianus, ff. mand.* pro dicto pretio funt mandatæ à D. Francifco, & à fuis creditoribus in bonis tamen Marchionum Triuici: & fic comprobatur dictum *Bal. in d. l. 1. in fin.* quod tales actiones nedum à primo creditore, fed etiam ab alijs creditoribus, penes quos funt translatæ, & reperiuntur, mandari poffunt. ergo dictis Ianuenfibus eft fatisfactum pro dicto pretio in bonis dictorum dominorum Marchionum, nec vltra petere poffunt fuper patrimonio D. Francifci; nam effet, quod vnico pretio emerentur duo patrimonia, & Dominus Francifcus, & Ill. D. Carolus non erant in obligatione tutelæ adminiftratæ per Dominos Marchiones Triuici.

Nec pars debet finiftrè vti illa propofitio-
19 ne, *quam Doct. & Bart. ponunt in d. l. arifto, num. 7. & in l. 1.* quod in hac materia poteft habere duplicem hypothecariam, fcilicet ex perfona fua, & ex perfona primi creditoris, prætextu quod fit commutabilis, quia commutabiliter, & reuocabiliter *per d. l. ex fextante, §. latinus largus, ff. de except. rei iud.* quandoquidem dicta præpofitio eft vera, fed pro vna caufa tantum, non autem pro pluribus caufis; vt in caufa noftra, quæ non poffunt concurrere: quemadmodum vnico pretio nō poffunt liberari duo pignora ex diuerfis caufis obligata, *l. 2. C. de fi-*
20 *deiuss.* quandoquidem, pro vno debito
21 plures compenfationes fieri non poffunt, *l. quod labeo, & ibi Alber. ff. mand.* nec vnum
22 tempus operatur circa idem duos effectus, *l. vltima, C. qui admitt. ad bon. poss. l. confequi, C. de inoff. teftam.*

23 Vndè tritum eft vetuftate adagium, quod vna fidelia non poteft duos parietes dealbare; nam prædicti Ianuēfes haberent actiones mandatas pro pretio duc. 14303. in bonis Marchionis, & reuocabiliter, & commutabiliter poffunt illas exercere fuper bonis eorūdem Dominorum Marchionum; nam illud commutabile confiftit in hoc, nempè in inftrumento fub die primo Aprilis 1586. fed in alijs inftrumentis adminiftrationis tutelę, ac etiam pro alijs duc. 12. mil. in bonis D. Francifci: & hoc eft, quod negamus, & effet onus prædictorum Ianuenfium fundari contrarium, quod de iure probari non poteft: & quod dictum *Bart. & Doct.* intelligitur in
24 patrimonio eiufdem debitoris; probatur ēt *ex auth. Iacob. de Are. in d. l. 1.* vbi quærit, fed fi non posfideret, vt præferatur fecundis creditoribus, videtur, quod primus creditor cedat ius fuum, non hypothecę, fed prælationis, *l. penul. ff. de diftrac. pign.*

25 Secundo probatur, nam illa cesfio, quæ fit per prædictos creditores non dicitur cesfio, feu liberatio, fed potius permutatio, *ita Cyn. & Salic. nu. 4. in d. l. 1. C. de his, qui in loc. prio. cred. fucced.* fi ergo eft permutatio, inconueniens, & incompatibile eft, quod pro vnico pretio duæ diuifæ actiones, & hypothecæ fuper diuerfis patrimonijs permutarentur, fcilicet in bonis Dominorū Marchionum, & eius fideiufforum, & in bonis D Francifci, & eius fideiufforum.

Tertio, probatur, nam fecundum opinionem *Odofr. Iacob. de Are. & aliorum Doct. in d. l. 1.* dicitur quod in fucceffore m, ideft Ianuenfem trāfir hypotheca vnius pignoris,
26 feu illius pignoris liberati eadem pecunia, *l. fecundus, ff. de pignor. & hypoth. l. prior. ff. qui pot. in pign. hab.*

Demum quarto probatur illa quæftione pofita *per glo. in d. l. arifto,* vtrum illa hypo-
27 theca, quæ ceditur per primum creditorē, fit eadem in effentia: & communis fententia. *Doct.* eft, quod fit eadem effentia, & numero; immo *Fulg.* tenet *in d. l. arifto num. 11.* quod eft vnica eadem, fed nouata: & addit hoc verbum notabile, quod fuccedit confequentiuè, feu pro confequutione illius primę. ergo in diuerfis patrimonijs exerceri non poteft, fed femper intelligitur pro illa prima caufa, & vnica; & fic iuris minifterio nō procedit prætenfa cesfio iuriū in bonis D. Francifci, quatenus Ianuenfes, & fic fuiffet exequutum; quandoquidem in iure reprobatum incompatibile, & abfurdum eft.

Sed quatenus dicta cesfio non prædicaretur tū de iuribus in bonis Dominorū Mar-

Digitized by Google

chionum, & potuissent vnico pretio Ianuenses aequirere, & emere duas hypothecas diuersas, ex diuersis causis, quod mihi videtur,
28 quod non possit iure probari: negari non potest, quod illud pactum factum inter Ianuenses, & dominum hodiernum Marchionem, reguletur, & informetur à consensu Domini Francisci de Loffredo creditoris; sic expressit *glo. in d. l. aristo*, dum dicit, quia primus creditor videtur consentire accipiendo pecuniam, & ibi *Bart.*

29 Et adeo est verum, quod primus creditor potest contradicere prædicto pacto facto, ipso absente; sed subdunt *Doct.* quod quamuis possit contradicere, possunt impetrare mutuans, & debitor officio iudicis cessionē prædictam, *Iacob. de Aren. Raym. Cyn. & Salic. in d. l.* 1. ea tantum ratione, quod tibi non nocet, alteri prodest.

Sed est aduertendum, quod est differentia inter cessionem, quæ fit à primo creditore
30 ex dispositione hominis, in terminis *tex. d. l. aristo, & l.* 1. ab alijs cessionibus, quæ fiunt à possessoribus, ex dispositione legis, quæ efficacior est, in terminis, *l. modestinus, ff. de solutio. & l. si res obligata, ff. de leg.* 1. *& l. mulier, ff. qui pot. in pign. hab. vt per Bald. Alex. Ias. in l. fratre à frater, ff. de cond. indeb. & Dec. cons.* 104. *& diligenter num.* 5. *& 7.* Vndè *Odofred. in d. l.* 1. *C. si antiq. cred.*
31 dixit, quod cessio illius legis est quid speciale; nam in alijs legibus est in voluntate possessoris, vel offerre rem, vel pretium; & dum
32 offerret rem, esset in eadem causa ipse creditor pati euictionem pignoris, & rei: nam cum euictio veniat de natura contractus, ideo ne dum possessor, sed etiam quilibet ex-
33 traneus creditor tenetur cedere iura, de quibus *glo.* facit mentionem *in l.* 1. *C.*
34 *cred. euict. pign. non deb.* etiam contra seipsum. At in casu nostro, quia fit ex hominis dispositione non tenetur cedere contra seipsum, & potest primus creditor contradicere, & ab eius consensu informetur pactum debitoris, & mutuantis, & specialiter officio iudicis ex illa causa naturali cedat; fit diuer-
35 simode imponendo leges, & conditiones, quas vult ipse primus creditor, dū dicit (iura talia, qualia, ex defectu scripturarū assensus, & dum non afficeret ipsum cedētem directè, nec indirectè, & protestatione præmissa contentus remansit, vt sui creditores cedant) quod non potest alterari ex quacunq; causa,
36 & iure: sed in alijs casibus creditores cedūt, promittendo nedum cessiones veras, & non esse exactas, sed anteriores, quod ex natura ipsius cessionis fit, retinendo obligatum creditorem recipientem, iuris dispositione cautum est. vndè causa nostra hoc tantum articulo in fauorem Ill. D. Caroli, & D. Francisci posset decidi, ex quo potuit dictus Dominus Franciscus reformare, moderare, & refrenare pactum factum ipso absente, sed illud est iudicandum secundum voluntatem, & consensum ipsius Domini Francisci, & non aliter, nec alio modo.

Modo superest secundum articulum principalem fundare, in quo perstringendo me ad effectum retrouenditionis, seu iuris redi-
37 mendi, dicitur, quod ipsa actualis reemptio resoluit, extinguit, & supprimit iura dominicalia, & hypothecas, non autem illa conseruat, *post Bart. & alios innumeros Doctio. firmauit Cagnol. in præalleg. l.* 2. *q.* 64. *n.* 197. *Andr. Tiraq. de retract. conuen. §.* 1. *glo.* 7. *num.* 3. vbi fundat, quod etiam ipso iure resoluit. & ratio est, quia agitur ex vendito, verba sunt *præalleg. l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend.* ibi, actio ex præscriptis verbis, vel ex vendito tibi debetur; si ex vendito, pernecesse resoluit ex tunc, non autem ex nunc. *quæ verba subtiliter inuestigauit Franc. Are. cons.* 6. *viso instrumento diuisionis in primo dubio, in fin. Dec. cons.* 88. *num.* 3. *&* 238. *num.* 11. vnde ex hac ratione plures effectus emanant.

Quorum primus est, quod vi dicti pacti non inducatur res de nouo acquisita, sed
38 præcisè huiusmodi resolutio est pars primæ venditionis, & illius exequutio, quæ reddit, & nihil transfert, & remanent in veteri, & pristina qualitate, in qua erant, quasi vnquā exiuisset à patrimonio, *glo.* —— *in præalleg. §.* 41. *num.* 21.

Secundus, quod retrouenditio est restitu-
39 tio simplex, seu retrotraditio facta ex pacto ex tunc, *glo.* —— *§.* 22. *q.* 3. *nu.* 12. *&* 45. & est resolutio, quæ fit per viam annihilationis: & ideo bona reempta retinent qualitatē suam primordialem, primeuam originem, propriam naturam; adeo quod recuperatis
40 bonis vi dicti pacti, sunt penes ipsum venditorem in eadem causa, & qualitate, prout erant tempore venditionis, & retinent natu-
41 ram fideicommissi, *Cagnol. in præalleg. l.* 2. *q.* 94.

42 Tertius effectus, emptor retrouendendo non tenetur rem tradere, quia agitur ex vendito, *Cagnol. in præalleg. l.* 2. *quæst.* 39. *num.* 154.

43 Quartus effectus, quandoquidem, si præcederet retrouenditio, per quam omne ius
44 extinguitur, subsequens cessio esset inutilis, *glo. penul. in l.* 1. *§. cum prædium, ff. de pignor. & hypoth. arg. tex. in l. decem, ff. de verb. oblig.* vnde in praxi receptum est, quod

præ-

præcedat cesſio, altera quæſtio emergit.

Quintus effectus, & ſi vterq; dominium conſequitur, tamen diuerſimodè cesſionarius iuris luēdi habet dominium à primo ex tunc; quando vero ſucceditur in hypothecæ anterioritatem, habet dominium nunc à debitore: ſed pro conſeruatione, tutela, & euictione noui dominij à debitore translati acquiritur anterioritas hypothecæ primi; & ideo cesſionarius iuris luendi pro fructibus, ſeu tertijs habet eundem locum in concurſū creditorum, *iuxta tex. in l. lutius, ff. qui pot. in pign. hab.* at quando impetratur anterioritas hypothecæ pro cōſeruatione pignoris, tertias, ſeu fructus conſequitur in concurſu ab hoc vltimo contractu cum debitore; ſed
47 pro parte, quæ conſeruatur illa hypotheca anteriori ceſſa præfertur: & ratio diuerſitatis; nam cum eſt reſolutum illud primum dominium, hypotheca anterior eſt ſterilis, & ſeparatur ab intentione dominij, *præalleg. l. 1. §. cum prædium, ff. pign. & hypot.* nam tertiæ, & fructus dependent à dominio, quod
48 eſt plantatum in hoc vltimo contractu, & conſtituitur; & ideo ex hoc vltimo cōtractu naſcuntur fructus, qui ſunt pars hypothecica ipſius dominij, *l. fructus pendentes, ff. de reiuend. & glo. fin. d. §. cum prædium.* Et
49 prænarratæ differentiæ conſtituuntur attenta diſpoſitione iuris ciuilis; nam de iure canonico attenditur diſpoſitio *cap. illo vos, extra de pignor. & cap. per veſtram, extra de empt. & vend. & glo. in cap. conqueſtus, extra de vſur.*

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 *TErritorium arbuſtatum, & campenſe, fructiferum dicitur.*
2 *Teſtibus deponentibus ſuper faciem loci per Commiſſarios receptis, magis creditur, quā contrarià deponentibus.*
3 *Teſtibus nullam rationem, vel debilem adducentibus, eorum depoſitionibus non creditur contra teſtes veram rationem aſſignantes.*
4 *Teſtes numero maiores, alijs in numero paucioribus, præferuntur; maximè ſi depoſitio eorum conformis ſit tenori ſcripturæ, & num. 5.*
6 *Epiſcopus in emphyteuſim rem Eccleſiaſticā concedere poteſt, remiſſa tantum ſexta parte valoris fructuum; & ſi maiorem inuenit penſionem non poteſt dare in emphyteuſim, remiſſa ſexta parte, & num. 7. & ſi dat, Eccleſia dicitur læſa, & contractus emphyteuticus non ſubſiſtet, num. 9.*
8 *Teſtes, qui deponunt de negotio in ſpecie, & de viſu, maiorem probationem faciunt, quā deponentes in genere, & non de viſu.*
10 *Redditus ſi eſt minor, quam ſuadeat valor rei, contractus tendit in læſionem Eccleſiæ concedentis pro redditu minori.*
11 *Conceſsio prima ſi eſt nulla, ſecunda illam confirmans dicitur nulla.*
12 *Amicus ab amico obtinere de facili præſumitur, etiam id quod iniuſtum eſt.*
13 *Aſtutia vulpina dicitur vti, qui aliud extrinſecus agit, quam in mente retineat, & ſpolians aliquem proprijs bonis lupi rapacitate, & num. 14. & terrorem incutiens, leonina; cum, & talia faciens, dolum committit, ſicq; commodum ex contractu ſentire non poteſt, & num. 15.*
16 *Falſa cauſa vitiat decretum interpoſitum ſuper alienatione rei Eccleſiaſticæ, etiam ſi cauſæ cognitio præcedat decretum.*
17 *Confirmatio Pontificis validat cōtractū rei Eccleſiaſticæ præſumptiuè; non in tantum, vt probata læſione, vel falſa cauſa, irritari non poſſit.*
18 *Decretum Commiſſarij Apoſtolici non validat contractum rei Eccleſiaſticæ, non verificatis omnibus Summo Pontifici narratis, & idem ſi læſa ſit Eccleſia, & n. 19.*
20 *Decretum Commiſſarij Apoſtolici licet faciat præſumi omnes interueniſſe ſollemnitates, non tamen excludit probationem in contrarium; & in omnem euentum probata læſione Eccleſia reſtituitur, & num. 21.*
22 *Læſio in Eccleſia dicitur in ſixta parte, quæ facit contractum reſcindi ad eius beneficium.*
23 *Tempora ad petendum reſtitutionem in integrum an currant Eccleſia viuente Prælato qui alienauit eius bona.*
24 *Læſio non requiritur notoria ad reſcindendum contractum cum Eccleſia celebratum, & ipſemet tali caſu qui conceſsit poteſt cōtrauenire facto ſuo.*
25 *Forma Breuis Apoſtolici attenditur quādo reſcriptum interuenit in alienatione rei Eccleſiaſticæ.*
26 *Conceſsio rei Eccleſiaſticæ duas poteſt continere vtilitates, ſ. vt recuperetur à potentiori, à quo facile recuperari non poſſet; ac vt reddatur habilis ad culturam, & ad perceptionem fructuum.*
27 *Vtilitas argui non poteſt reſpectu illius conceſsionis, quæ in euidentem læſionem Eccleſiæ facta erat; & ideo fuit nulla declarata, & maximè poſt multum temporis lapſum,*

per

per quod fuit à primis concessionarijs satis melioratum territorium Ecclesiæ, & n. 30.

28 Concessio in perpetuũ plus præiudicialis est, quam ad vitam concessionarij, maximè si senex erat, & ob id de facili concessio exitum erat habitura. & nu. 29.

31 Census modicus consideratur respectu redditus tempore concessionis, ad inducendam læsionem; & non prior, sed præsens status attenditur, & num. 32.

33 Alienatio rei Ecclesiasticæ non ita de facili conceditur propter vtilitatem, sicut pro necessitate.

34 Vtilitas euidens dicitur quando in dubium venire non potest, an Ecclesiæ sit profutura concessio.

35 Vtilitas euidens vbi requiritur non sufficit læsionem non interuenire, sed locupletio requiritur.

36 Rescriptum, & omnia super eo fundata corruunt, causa finali cessante, vel falsa existente.

37 Decretum ex falsa causa interpositum nullũ est ipso iure.

38 Rescriptum si certam qualitatem exprimat, quæ ex falsis allegationibus pro vera, cum falsa esset, habita est, non subsistit.

39 Conditio, vel monitio; si non verificatur, quicquid ei superædificatum est corruit.

40 Alienatio rei Ecclesiasticæ duo copulatiuè requirit, sollemnitatem .s. & iustam causam; quorum si alterum deficiat, annullatur: & licet glo. in cap. sine except. 12. q. 2. dicat validam esse, sed rescindi posse, eius tamen opinio reprobatur per Doctores, & num. 41.

42 Concessio prima non expressa Summo Pontifici, ex qua expressa non concessisset secundo, vel difficilius; reddit Pontificis rescriptum nullum.

43 Subreptio in gratiosis vitiat ipso iure.

44 Concessio secunda, in qua non fuit facta mentio de iure alteri quæsito, non valet.

45 Dispensatio secunda, in qua non fuit facta mentio de prima, viribus non subsistit; & similiter secundum priuilegium non habita mentione de primo, & num. 46.

47 Commissio causæ secundo loco, non facta mentione de prima, non valet; & similiter rescriptum secundum non facta de primo mentione. & num. 48.

49 Iurisdictio collata cũ ablatiuo absoluto dñ cõditionalis; & ideo nõ verificata conditione, non habet locum iurisdictio, & nu. 50.

51 Clausula in rescripto apposita (vt procedatur vocatis, vocandis) cogit iudicem ad procedendum cum causa cognitione, & tali casu citanda est pars ad videndum iuramenta testium, & num. 52.

53 Citatio vna, vt sufficiat debet esse facta ad totam causam, ad sententiam, & ad totum processum, & quod sit apposita comminatio in procedendo, si non comparuerit, & num. 54 & quod pars citata sit in longinquis partibus.

55 Concessio requirit specificationem quantitatis rei, quæ conceditur in emphyteusim, vt si contingat deuolutio, sciatur res quæ deuoluitur.

56 Actus non legitimè factus pro non facto reputatur.

57 Conditio resultans ex ablatiuo absoluto formam inducit, & eius ommissio in qualibet minima parte reddit actum nullum, & n. 58 etiam si ignoranter fuerit ommissio, & num. 59.

60 Prius, & posterius denotant ordinem, & ordo appositus indicat formam.

61 Affrancatio in re Ecclesiastica debet fieri in simili, vel meliori.

62 Deuolutio est in consideratione in concessione, quia emphyteusis ad eam est inducta.

63 Nullum est omne id, quod fit præter formã concessionis.

64 Cõmissarius Apostolicus procedere nõ potest, nisi seruata forma rescripti.

65 Mandatum Prælati si velit affrancationem fieri in simili, vel meliori, facta aliter ex defectu mandati dicitur nulla; & ratificatio subsequens non potuit validare primũ actum nullum ex defectu formæ, & n. 66.

67 Testamentum nullum ratione sollemnitatis ommissæ, non potest confirmari per posterius.

68 Sententia nulla non potest ratificari per iudicem.

69 Ratificatio Episcopi non potest præiudicare iuri iam Ecclesiæ quæsito.

70 Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.

71 Confiscatis bonis alicuius delinquentis, non intelligitur confiscata emphyteusis rei Ecclesiasticæ.

72 Feudum non quaternatum non aperitur Regi, sed Baroni, si confiscantur bona eius, qui tenet feudum à Barone.

73 Emphyteusis Ecclesiastica non transit in Fiscum, quia sui natura non transit in hæredem extraneũ, Fiscus enim est loco extranei hæredis, & num. 74.

75 Forma concessionis semper est attendenda.

76 Tenor concessionis vocans hæredes vsque ad tertiam generationem, & in perpetuum dicitur vocare descendentes non extraneos; nam illud verbum in perpetuum, limitatur per antecedens vsque ad tertiam generationem,

num, & nu.77. & intelligitur quoad tempus, non quad qualitatem haeredum, & num. 78.

79 Dictio (in perpetuum) intelligitur secundũ naturam negotij cui adijcitur; & concessio in perpetuum intelligitur per generationẽ, non tamen vt includat extraneos ex natura concessionis rei Ecclesiasticae non transitoriae ad extraneos haeredes, & num 80.

81 Concessio facta pro se, & haeredibus legitimis, & ex corpore in perpetuũ, non includit haeredes extraneos.

82 Contractus iudicatur secundum consuetudinem loci, in quo celebratur.

83 Dictio (quibuscunque haeredibus) relata intelligitur ad personam, quae non potest habere haeredes per generationem.

84 Potentia, & voluntas, & fie posse, & velle differunt; & quod factum est, nõ quod fieri potuit attenditur, & num. 86.

85 Procurator potest meliorem domini conditionem facere.

86 Procurator constitutus ad concedendum in vita, & in perpetuum; si concessit ad vitam illud attenditur & similiter potestatem habens concedendi pro extraneis, si concedit pro descendentibus, illud attenditur, & num. 87.

88 Verba dispositiua si sunt certa, & determinata; non enunciatiua incerta, & indeterminata attenduntur.

89 Verba semel posita sufficiunt si in parte substantiali, & illa multum attendenda, & num. 90. quia tenor contractus est inspiciendus, & num. 91.

92 Verba de generationibus insita tenori concessionis suum debent operari effectum; nec debet quid minimum frustra adijci in contractibus, maxime in tenore cõtractus, quod multum inspicitur, & num. 93.

94 Prohibitum in initio contractus non potest dici perm. issum in progressu contractus.

95 Verba pro haeredibus & successoribus ratione adiuncti vsque ad tertiam generationẽ, restringantur ad haeredes ex descendentibus.

96 Concessio pro se, & haeredibus masculis restringitur ad descendentes, quia verbum haeredes ratione adiuncti restringitur ad solos descendentes, & nu 97. & si essemus in materia transitoria ad haeredes, & n. 98.

99 Periti in legali scientia non praesumuntur perperam adijcere verba in contractibus.

100 Interpretatio facienda est contra eum, qui apertius legem dicere potuit, & quod non dixit praesumitur noluisse, & nu. 101.

102 Verba (pro haeredibus, & successoribus) in materia non transitoria ad extraneos haeredes restringuntur ad descendentes.

103 Ecclesiastica res solita concedi, si concedantur pro se, & haeredibus transeunt ad extraneos, si tamen non fiat mentio generationum.

104 Communis opinio contra Abbatem asserentem emphyteusim rei Ecclesiasticae esse transitoriam ad extraneos.

105 Sequela non bona: potest fieri alienatio, ergo intelligitur facta.

106 Sollemnitas adhibita non potest alterare naturam contractus, cui adijcitur.

107 Clausula quamuis generalis restringitur rõne contractus, super quo adijcitur; ideoq; cum tenor concessionis loquatur de prima, secunda, & tertia generatione, clausula ad habendum, & donandum, intelligitur cum eisdem terminis, in quibus loquitur tenor, & num. 108.

109 Clausula continens idem, quod ius commune, non laedit ius commune, ideoq; apposita clausula, quod irrequisito Episcopo non possit emphyteuta alienare, operatur tantum quod cogitur assentire Episcopus, & remanet dubium, an possit ignorante Episcopo Emphyteota alienare, & num. 110.

111 Clausula apposita in exequutiuis non potest alterare priorẽ naturã contractus, ideoq; ẽt si sit dictum quod transeat in haeredẽ extraneum non operatur, si sit adiecta post tenorem concessionis, & num. 112.

113 Sequela non bona potest alienari res in haeredem extraneum, ergò transit in Fiscum, non valet, quia possibile per viam contractus multoties non est possibile per viam concessionis: ideoque res Ecclesiastica quae potest per contractum transire in haeredẽ extraneum, non transit per viam successionis, & num. 114.

115 Feudum haereditarium non transit in haeredem ex successione, quod tamen transit ex contractu.

116 Concessio remanet in suo statu, vbi aliquid est additum, vel detractum extra id quod additum, vel detractum est; & propterea alterata concessione in affrãcatione, in alijs suam pristinam naturã retinet. & n. 119.

117 Qualitas de nouo adiecta non facit nouam concessionem, quia alteratio in parte non alterat in toto, & num. 118.

120 Plura si competunt, sublato vno remanet aliud.

121 Emphyteusi aperta Ecclesiae intelligitur aperta sine aliquo onere; quia licet emphyteusis obligari possit, ea finita, finitur obligatio.

122 Emphyteusi obligata pro dote finita ea non potest mulier recurrere super illa pro sua dote

dote recuperanda.

123 *Emphyteusis si est confiscata transit in Fiscum cum onere hypothecæ, secus si aperitur Domino; tunc enim reconsolidatur sine onere hypothecæ: quando transit ad dominum, vt dominium transit libera, sed quando ad dominum nō vt dominum cum onere transit. & num. 124. nam vbi vtile dominium cōsolidatur cum directo. finitur ius emphyteusis, & sic finitur omne oppositum ei, & ius pignoris, & num. 125. & 126. secus quando emphyteusis non consolidatur, quia tunc ad huc durat, & ideo durat pignus, & num. 127.*

128 *Pœna adiecta in emphyteusi non trahuntur ad potestatem affrancandi, quia sunt pœnales & odiosæ, & num. 129 maximè quia potestas affrancandi non potest transire in Fiscum, qui est hæres extraneus, & num. 130.*

131 *Relatum est in referente, & ideo concessio facta alicui, cum e sdem cōditionibus quibus erat facta primo loco, intelligitur cum omnibus oneribus, & pactis, & nu. 132.*

133 *Facultas affrancandi qua venit detrahēdo, & addendo ad concessionem non facit separatam concessionem; anteriora enim remanent, & posteriora eis accedunt, & num. 134. & quia venit ad correctionem concessionis debet intelligi cum eisdem terminis, & num. 135.*

136 *Facultas affrancandi restricta ad descendentes, ad Fiscum transire non potuit.*

137 *Ratio eadem, idem ius induciit.*

138 *Remediū legis secunda, C de rescind. vend. est diuersum à remedio, siue facultate redimendi; ideoque exclusus ab vno non intelligitur ab alio exclusus, nisi exclusionis causa pariter militaret in vtroque, & nu. 139. quia tunc esset exclusus ab vtroq; remedio, & num. 140.*

141 *Del ctum facit aperire rem emphyteut. ac si potestas affrancandi in ea non subesset, facultas enim affrancandi intelligitur rebus sic stantibus, secus in alio statu permanentibus, & num. 142.*

143 *Emphyteusis Ecclesiastica aperta Ecclesia effecta est sanctum sanctorum.*

144 *Emphyteusis Ecclesiastica cum non transeat in hæredem extraneum, nec potest trāsire facultas affrancandi, quod esset contra Pontificis institutum.*

145 *Facultas affrancandi post vtile dominium reuersum rei concessæ ad ecclesiam, non potest durare quoad vtile dominium, sed quo ad directum tantum.*

Pro Episcopo Nolano; contra Isabellam Camerariam.

ARGVMENTVM.

Concessio rei Ecclesiasticę in emphyteusim cum assensu Apostolicō, non facta mentione concessionis alteri factæ: & quæ læsionem Ecclesiæ, non euidentem vtilitatem, iuxtà Pontificis institutum, continet; an sustineri possit. Et vtrum clausula concessionis (vsque ad tertiam generationem, & in perpetuum) importet concessionem etiam quoad extraneos hæredes. Et si ob crimen læsæ Maiestatis ad Fiscū, vel ad Dominum directum deuoluatur. Et an emphyteuta condemnato potestas affrancandi intelligatur cum eisdem conditionibus appositis in prima concessione. Et deniq; ex quibus arguatur dolus eius, cui facta est concessio.

CONSILIVM CLXVI.



IN hac causa Reuerendissimi Episcopi Nolani reassumēdo breuiter factum concernens læsionem; probabo Primo concessionem Territorij, de qua agitur factā per Episcopum prædecessorē Bartholomæo Camerario, fuisse in enormissimam læsionē Ecclesiæ; & successiuè sine dubio ex hoc capite corruere tam concessionem, quam decretum super illa interpositum, vel saltem rescindendam esse.

Secundo principaliter, quia non in Ecclesię vtilitatem: & ex alijs causis demonstrabitur, decretum interpositum super concessione fuisse nullum: & consequenter etiam ex hoc capite concessionem nullam fuisse.

Tertio principaliter ad demonstrandum ex omni latere iustitiam Ecclesiæ probabo affrancationem census factam post concessionem nullam, etiam quia in magnam Ecclesiæ læsionem.

Quarto gradatim, & successiuè in omnē euentum apparebit emphyteusim istam per rebellionem Bartholomęi concessionarij deuolutam fuisse Ecclesiæ, nec potuisse in Fiscum

scum vllo modo transire.

Quinto probabo, quod fuit aperta liberè ab onere hypothecæ, etiam ex causa dotis.

Sexto, quod nec potest Regius Fiscus vti potestate affrancandi, & tamquam nulla, & extincta.

Circa primum, ad demonstrandam læsionem aduerto, quod territorium hoc concessum in anno 1532. tempore cõcessionis erat vtile, & fructiferum, vt liquido per testes Ecclesiæ probatum est; & apertiùs hoc indicat

1 instrumentum concessionis, vbi asseritur territorium partim arbustatum, & partim campense: quod etiam dicitur in articulis, & testibus, tunc coram Commissarijs acceptis, & in decreto sic ex facie loci Commissarij affirmarunt: ex quibus tolluntur testes aduersarij, qui deponere videntur de sterilitate,

2 & nemorositate; qui etiam tolluntur, quia non assignant causam scientiæ concludentē, quod semper attenditur, *l. soiam, C. de testi-*

3 *bus*, dicunt enim scire, quia viderunt venari in territorio, quasi in territorio fructifero nō venetur: videmus enim passim post collectā messem venari in territorio; vt sic sine dubio standum sit testibus Ecclesiæ optimam cau-

4 sam scientiæ assignantibus, videlicet quia

5 fuerunt coloni partiarij, concurrente maximè maiori numero, & tenore scripturarum, *iuxta text. in l. ob carmen, §. si testes, ff. de testibus*.

Secundo aduerto, quod territorium hoc erat modiorum 251. postquam ex fide mensoris ad instantiam partis apparet nunc esse 290. à quibus deductis modij 38. qui peruenerunt ex concessione facta per Monasteriū S. Dominici, remanent dicta modia 251.

Tertio aduerto, quod ex hoc Territorio tempore concessionis percipiebantur sine vlla impensa redditus vltra ducatos ducentū ex vino, & frugibus, vt optimè ex testibus colonis illius temporis probatum est, & latius in facto: vnde sine dubio pensio pro centum fuit in enormissimam læsionem, postquam donec quæritur quantum debeat dari pro censu, quando locatur in emphyteusim res Ecclesiæ; illud quod plus potest facere Prælatus est cōcedere pro tanto censu, qui æquiualeat cum fructibus, excepta tantum sexta parte; *ita Iser. in tit. de controuers. inter masc. & fam. col. fin. in fine*, *Cynus in auth. si*

6 *quas ruinas, C. de sacr. sanct. Eccles. post Petrum, & alios ibi. Paris. de reintegrat. feud. cap. modo circa prædicta, nu. 4. fol. 34.* Dum

7 tamen maior pensio non inueniatur, quia si Prælatus inueniret maiorem pensionem, cōcedendo pro minori concessio non teneret; sed competeret restitutio in integrum, vt infra probabo.

Nec tollitur ista probatio ex testibus partis aduersæ, qui deponere videntur de minori quantitate, & minori valore ipsorum: quia testes Ecclesiæ sunt in longe maiori numero, quia magis verisimilia deponunt a&ēia magnitudine territorij; quia deponunt in specie, & non in genere, vt testes partis aduersæ; &

8 quia in causa scientiæ concludunt de visu, postquam coluerunt territorium, & ipsi percipiunt fructus, respondentes pro eo, vt coloni partiarij.

Quarto aduerto, quod si tempore concessionis fuissent emanata banna, vt fieri consueuit in alienatione rerum Ecclesiarū, multi fecissent conditionem Ecclesiæ meliorem, & obtulissēt ducatos duos pro quolibet modio arbustato, & pro quolibet campensi carlenos quinque: & cum effectu sic processisset si Camerarius tunc in magno magistratu constitutus, & in magno fauore apud Cardinalem Columnam tunc Viceregem, sua potentia accipere volentem non deterruisset, computando ergo pensionem, vt supra, quia ascēdit ad ducatos 300. & vltra, sine dubio concessio fuit in enormissimam læsionem; postquam concessio fuit facta pro minori pensione, cum potuisset fieri pro maiori; *ita Abb. in cap. ad aures, in fin. de reb. Eccl. non*

9 *alien. firmat Bart. in auth. perpetuo num. 4. in oppo. 2. & in auth. qui rem, num. 6. C. de sacr. sanct. Eccl. & Paulus de Castr. in auth. si quas ruinas, in fin. C. eod. tit.*

Quinto aduerto, quod tempore concessionis in anno 1532. modium territorij arbustati in Terra Summæ erat valoris ducatorum 10. in 12. itaquod territorium, de quo nunc agitur, tunc erat valoris duc. 4500. &

10 vltra; quo valore inspecto *iuxta terminos l. si quis, C. de rescind. vendit.* similiter læsio fuit enormissima.

Nec prædictis obstat si diceretur, quod tempore concessionis, & per multos annos ante territorium hoc reperiebatur concessū ad vitam quibusdam alijs, qui dictum territorium meliorauerūt, & meliorationes ipsas post concessionē Camerario cesserunt; quasi ex hoc non esset habenda consideratio de maiori quantitate fructuum, quæ percipiebatur occasione meliorationum prædictarū. Quia respondetur. Primo, quod dicti concessionarij erant obligati ex pacto ad meliorandum, & meliorationes debebant cedere in beneficium Ecclesiæ. Secundo, fructus percepti ex territorio per ipsos concessionarios ante secundam concessionem, deducta exigua pensione ducatorum 50. sine dubio excedebant pretium meliorationum.

Tertio,

quamdiu viuit Prælatus malè alienans, *cap. si Sacerdotes 16. q. 4. notat glo. in d. cap. 1. de restit. in integr. lib. 6. & in cap. ad nostram. de reb. Eccl. non alien.*

Nec obstat si dicatur, quod læsio non est manifesta; quia satis dicitur manifesta, postquam est probata per testes, & alia legitima documenta: non enim requiritur, quod sit notoria, *secundum Abb in cap. 1. de restit. in integr.* vbi ponit omnia requisita restitu-
24 tionis, nec dicatur, quod Episcopus iurauit inuiolabiliter obseruare concessionem, quia etiam ipse posset restitutionem petere, licet iurasset non petere *secundum. Abb. in d. cap. 1. num. 16.*

In secundo cap. principali circa nullitatem concessionis, quia non continet euidentem Ecclesiæ vtilitatem, & ex alijs, aduerto. Primo, quod quando in concessione rei Ec-
25 clesiæ interuenit breue Apostolicum, tunc forma breuis est attendenda, *Abb. in cons. 41. col. penult vers. omnis sollemnitas, Decius in Cons. 174. col. 2. Capic. decis. 16. col. 2. & probat Tex. in cap. cum dilecto, de rescriptis, & l. si diligenter, ff. mand.*

Secundo aduerto, quod forma breuis in casu, de quo agitur, fuit quod Commissarij Apostolici se informent de expositis in supplicatione, & si per informationem inuenirent, quod concessio cedat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem; illam confirment, seruata forma literarum Pauli prædecessoris, in forma si in euidentem.

Tertio præsuppono, quod in concessione illa nulla interuenit vtilitas Ecclesiæ, vel saltem non interuenit euidens; quoniam si de vtilitate loquimur, vtilitas consideratur vno
26 modo quando Ecclesia rem existentem penes potentiorem, à quo facile auocare non potest, alicui concedit, qui à potentiore recuperet, *secundum terminos tex. in cap. 2. de feud.* hæc cessat in casu de quo agitur, quia territorium erat penes Clericos subditos, à quibus Ecclesia facilè recuperare poterat. Alio modo consideratur vtilitas in re longe posita, quam colere, & fructus ex ea percipere non facilè possit Ecclesia, *iuxta tex in cap. terrulas 12. q. 2.* hoc pariter cessat, quia sumus in territorio posito in propria Diocesi, quod coli, & fructus percipi ex eo facilè poterat. Tertio modo consideratur vtilitas in fundo habente plus incommoditatis, quàm commoditas, *iuxta tex. in c. si in exceptione 12. q. 2.* vt quia sit saxosus, sterilis, vel pestilens, *l. si fundus, ff. de reb. eorum, cap ad aures, de reb. Eccl. non alien.* vel grandi onere Fiscali grauatus, *auth. item prædium, C. de sacr. sanct. Eccl.* & istud etiam omninò cessat, quia fundus, de quo agitur, erat totus vtilis, fertilis, & nihil sterilitatis habens, vt supra dixi.

Nec prædictis obstat si diceretur, quod satis fuit in vtilitatem Ecclesiæ, postquam
27 territorium hoc fuerat ante concessum pro censu duc. quinquaginta, & tunc concedit pro centum: quia respondetur. Primo quod fuit declaratum illam primam concessionẽ fuisse in læsionem, & perniciem Ecclesiæ, & propterea illos primos concessionarios primos concessionarios priuatos, secundo, illa prima concessio erat temporalis ad vitam, posterior autem pro hæredibus in perpetuũ, quæ est plus præiudicialis, *glo. in cap. 2. in fin. & ibi Abb. de his quæ fiunt à præl. fine*
28 *cons. cap & glos. in cap. 1 in ver. perpetuò, de reb. Eccl. non alien. in 6.* Tertio illi primi concessionarij erant valdè senes, ita quod verisimiliter erat concessio citò finitura, & res ad Ecclesiam reuersura. Quarto, inter
29 illam primam concessionem, & hanc posteriorem intercedunt plus vndecim anni, intrà quod tempus illi primi concessionarij valdè
30 ampliarunt territorium ex pacto in beneficium Ecclesiæ, illud arbustando, & reducendo ad culturam, vt supra dixi.

Quinto, vtilitas cõsideratur respectu redditus territorij tempore concessionis, *cap.*
31 *1. de restit. in integr.* vbi quod census modicus iudicatur respectu redditus tempore concessionis, *ad idem tex. in auth. perpetuò, & ibi Bart. C. de sacr. sanct. Eccles.* vbi in constituenda pensione attenditur status rei, qui est tempore concessionis, non antè; & aliàs generale est, quod ad considerandam vtilitatem, & læsionem spectetur tempus cõ-
32 cessionis, *l. si voluntatem, C. de rescind. vend.* nec attenditur præteritus actus, sed præsens status. *l. rescindenda, C. de rescind. vend.* Vndè nulla versabatur tunc vtilitas, ex qua potuisset procedi ad alienationem, maximè tempore illo incongruo, & intempestiuo ob pestem, & bellum proximè præteritũ, vt pars fatetur; quo tempore ob penuriam hominum, & animalium nulla vtilitas suade-
33 bat alienare, postquam alienatio fiebat non ob necessitatem æris alieni, sed ob vtilitatẽ, *vt generaliter considerat Bar. in d. auth perpetuò, num. 4.*

Si verò consideramus euidentem vtilitatem, tantò minus in illa interuenit, quia euidens vtilitas dicitur, quæ ita est pro futura Ecclesiæ, vt in dubium venire non possit, *cap. tua nuper, de his quæ fiunt à præl. & cap. si in exceptione 12. q. 2. ibi non sit dubium Eccl. profuturum, & ibi Gemin. in nota, & per illum tex. in terminis declarat Barb in cons. 51.*

conf. 41. *col.* 2. *vol.* 1. *& sequitur Petr. Rebuff. in suo compen de alien. reb. Eccles. in verbo id eligit, num.* 96. sed in casu nostro non potest dici concessionem illam fine dubio fuisse tunc pro futura Ecclesiæ. Ergo &c.

Cessante igitur in illa concessione, siue vtilitate, siue euidenti vtilitate sine dubio nulla fuit, quasi forma non seruata, *Decius in particulari in conf.* 36. *col.* 3. *vers. cum ergo non sit, idem in terminis Barb. in conf. pen. col. pen. vol.* 1. et quod quando alienatio debet fieri in euidentem vtilitatem, quod nō sufficiat non esse læsam Ecclesiam, sed requiratur, quod etiam sit locupletata, *tenet in particulari Gemin. in conf.* 51. *in exceptione*
35 12. *q.* 2. *quem sequitur Petr. Rebuff. in suo compendio de alien. reb. Eccl. in vers. vt meliora, num* 21. Comprobatur quinto, quia causa finalis in rescripto Apostolico fuit euidēs vtilitas, & propterea rescriptum, & omnia etiam indè sequuta vitiantur ex defectu causæ finalis, *l.* 1. *& ibi glos. & Bald. C. de collu. detegen. Andr. in cap. moribus, in fin.*
36 *si de faud. defunct. mil.* Item in quolibet rescripto subintelligitur clausula (si preces veritate nitantur) *cap.* 2. *de rescript. & l. fin. C. de diuers. rescript.* si preces non sunt veræ, vt quia alienatio non continet vtilitatem Ecclesiæ, nil aget, *Afflict. in decis.* 355. *& hanc rationem adducit Decius in conf.* 173.

Vlterius, quando Papa mandat Commissarijs Apostolicis, quod confirment concessionem si cedat in euidentem vtilitatem; non videntur Commissarij habere liberum arbitrium, nec passim confirmare poterunt; sed ita demùm si cedat in euidentem vtilitatem. & sic si non cedant, nec decretum, nec concessio tenet, *ita probat in indiuiduo tex. in d. l. magis puto, §. si as alienum. ff. de reb. eorum*, postquam decretum ex falsa causa
37 interpositum est ipso iure nullum, *l. cum vero, §. subuentum, ff. de fideicomm. libert. Bart. in l. si is qui hæres, ff. de acqu. hæred.*
38 Item etiam in particulari quando in Breui Apostolico exprimitur certa qualitas, & Cōmissarij Apostolici ex falsis allegationibus pronuntiant qualitatem adesse, quia re vera non adest, nihil agunt, *ita sing. Aret. in l. eū qui duobus, §. filius, vlt. col. vers. sed si quaritur, ff. de acqu. hæred.*

Præterea illa verba rescripti Apostolici (si per informationem) siuè important monitionem, *iuxta tex. in l. muta, §.* 1. *ff. de tut.* siuè conditionem, *iuxta text. in l. eum qui duobus fil. usfamilias, ff. de acqu. hæred.* semper quod monitio, vel conditio non verifi-
39 catur, cassatur, vel cassum denūciatur, quicquid per huiusmodi rescriptum factum est, tamquam subreptitiè obtentum, *ita in particulari Innoc. in c. fin. col. fin. de præsumpt. quē in terminis allegat Abb in d. cōs.* 41. *Salua toris. col pen. in prin. vol.* 1. *& est ita in terminis Dec. in cōs.* 141. *col. pen. vers. vlt. nō obstat.*

Vlterius principaliter dicta alienatio fuit nulla, quia ad hoc vt alienatio rei Ecclesiasticæ valeat, duo copulatiuè requiruntur
40 sollemnitas, & iusta causa; alias si alterum deficit est nulla ipso iure, *cap.* 1. *& ibi expresse Gemin. de reb Eccl. non alien. in* 6. *& clem.* 1. *eod tit. & est communis opinio secundum Abb in cap. tua nuper, num.* 8. *de his quæ fiunt à præl. Gem. in d. cap.* 2. *col.* 2. *de rebus Eccles. non alien. & secundum hanc opinionem communem consuluit Barb. vol.* 1. *conf.* 41. *præclarè col.* 1. *&* 2. *vbi dicit esse communem idem testatur Dec. conf.* 141. *pro tenus col.* 2. *&* 3. *& conf.* 174. *& late Beilam. conf.* 33 ꝙ *si persona. vers. quoad secundā difficultatē, et latius Gemin. cōf.* 43. *pbyter, col.* 3. *Et licet gl in summa* 12 *q.* 2. *in c. sine exequtione*, dicat quod alienatio cum debita
41 sollemnitate non tamen cum iusta causa teneat, sed rescindatur; tamē communiter reprobatur, *vt Gemin. declarat super eisdem glos. & Doctores, quos modo allegaui*, sed iusta causa alienationis in Ecclesia est vtilitas, necessitas, pietas, & incommoditas, *glo. in summa* 12. *q.* 2. *& Abb. in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* quarum causarum nulla penitus interuenit, vt de vtilitate, & incommoditate supra probatum est: de necessitate autem, & pietate nequaquam appareat ex aduerso probatum; immò nec prætensum. ergò corruit concessio ex defectu causæ; *ex prædictis, & probat tex. in l. magis puto, §. si as alienum, ff. de reb. eorum*. Immo etiam si contineat vtilitatem, si non fiat ex iusta causa, non valet, *Afflict. in decis.* 87.

Præterea tenendo primam concessionem factam in anno 1520. fuisse validam concessio, de qua agitur, sine dubio fuit nulla; quia quando fuit obtentum breue, non fuit facta mentio de prima concessione, nec de decreto Commissariorum super ea præcedente breue Apostolico. ex quibus qa vel summus Pontifex non concessisset secundo loco licētiam alienandi, vel difficilius fecisset secun-
42 dum communem cursum, & stilum Cancellariæ; fuit subreptitia, & nulla, *Felyn. in cap. in nostra, num.* 19. *vers. vigesimum correlatiuum, de rescript.* & quia sumus in gratiosis, prout est licentia alienandi, subreptio vitia-
43 uit ipso iure; in tantum ꝙ processus factus super exequtione talis gratiæ, tamquam accessorius similiter est nullus, *Abb. in cap. ad audientiam, col. fi. de rescript.* siuè exequutor pro-

processerit in forma iudicis, siuè non, *cap. cum in nostris, & ibi Abb. num. 5. de concess. praben. & Felyn. in cap fin. in fin. de prasumpt & in specie in d. cap. cum in nostris.*
44 Probatur, quia secũda cõcessio non facta mẽtione de possessione primi cõcessionarij est subreptitia, & nulla; & quod secunda conces-
45 sio non facta mentione de iure alteri quæsito tamquam subreptitia non valet, *in particulari firmat Dec. in cons. 689. viso puncto n. 16.* quæ omnia comprobantur, quia secunda
46 dispensatio non facta mentionę de prima, est nulla; & similiter est nullũ secundum pri-
47 uilegium non facta mentione de primo, *Decius in cons. 55. col. 2. vers. 4.* idem in secunda commissione causæ non facta mentione
48 de prima, quod sit nulla, *Decius in cons. 195. col. fin. vers. 3. ad principale per tex. in cap. inter monasterium, de re iud.* idem in secundo rescripto non faciente mentionem de primo, *cap. caterum, de rescriptis.*

Insuper decretum Commissariorum fuit nullum, quia processerunt non citato Capitulo Nolano in omnibus, vt requirebatur ex forma breuis, ibi dum dicitur (vocato capi-
49 tulo, & alijs) fuit enim collata iurisdictio Commissarij sub conditione, quæ resultat propter vim ablatiui absoluti, *l. à testatore, ff. de condit, & demonstrat.* & propterea non habebant iurisdictionẽ, nisi prius purificata conditione, *cap. ab excommunicato, cum ibi notatis, de rescriptis, Paris. in cons. 45. num.*
50 *5. cum sequen. vol. 4.* qua deficiente decretum non potest subsistere.

Nec dicatur, quod iam capitulum fuit semel intimatum, quoniam propter illam clausulam (vocatis vocandis) Commissarij
51 tenebantur assumere partem iudicij, & ordinem iudiciarium seruare, *ex tex. in c. exhibita, & ibi Abb. in vlt. notab. de iud. & tradit Cardin. in clem. 1. in 3. not. de offic. deleg. & in cons. 63. Dominus noster Papa, & in cons. 92. nobiles viri Domini Vinciguerra col. 1. vers ad hoc respondeo, sequitur Felin. in cap. dudum, col. 6. vers. fallit 1. de prasumpt. & in cap. de catero, col. 3. vers. quid de clausula vocatis vocandis, de re iud. &*
52 *Paris. in cons. 124. lib. 4.* propterea erat citandum capitulum in quolibet actu ad vidẽdum iurare testes, *cap. 1. & c. cum olim, de testib. Rota in decis. 10. & decis. 182. in nouis,* & ad videndum productionem instrumẽtorum, & ad dicendum contra *Egid. decis. 28.* & nominatim ad sententiam, *Rota in decis. 342. in nouis Gemin. in cap. 2. de dolo, & contum. lib. 6. Felin. in cap. consuluit, n. 16.*
53 *de off. deleg.* nam vt vna citatio sufficiat, plura debent concurrere; quod citatio facta sit ad totam causam, & omnem processum & ad sententiam inclusiuè: secundum quod in citatione sit apposita comminatio in procedendo, si non comparuerit: tertium
54 est, quod iudex non potest procedere nisi data contumacia partis non comparentis, & quartum est, quod pars in longinquis partibus sit, secus si sit in propinquis, *vt post alios declarat Ias. in d. §. vbi decretum, num. 37. & tradit Paul. de Castr. in l. ad peremptoriũ ff. de iud.*

Potest etiam decretum prædictum dici nullum, quia non fuit expressus verus numerus modiorum territorij concessi, vt nunc ex mensura sine dubio compertum est: voluit enim Summus Pontifex dum confirmationẽ Commissarijs commisit, ad obuiandum fraudibus, vt prius exprimeretur quantitas
55 territorij, vt si contingeret casus deuolutionis, in integrum rediret, prout est de iure communi, *Decius in cap cum omnes, col. fin. de constit. & cons. 141. col. fin.* Vndè cum illa expressio habeatur tamquam non legiti-
56 ma, pro non facta haberi debet, *lege non putauit, §. non quauis, ff. de contratab. Felin. in cap ex tenore, col. 3. de rescript.* & quia
76 expressio de forma requirebatur, postquam conditio resultans ex ablatiuo absoluto formam inducit, *Bald. in auth. matri. & Auia col. 2. C. quando mul. tute. off. Felyn. in cap. cum dilecto, col. 2. vers. secundum signum*
58 *de rescript.* eius ommissio in quolibet minima parte vitiat, *Bald. & Imol. in l. 1. ff. de liber. & posth. Ant. & Abb. in cap. Pisanis, de restit. spoliat. Decius in cap. prudentia, de off. deleg. in 4. not. & in cons. 352. col. 1.* &
59 procedit etiã si ignoranter fuerit omissum, cum etiam tunc sententia confirmationis annulletur, *Bald. in l. res bona fide, ff. de contrab. empt. & in l. vlt. col. vlt C. de temporib. app.* regulare est enim, quod gesta contra formam sint nulla, *d. cap. pisanis, de restitut. spol. cap. venerabili, de off. deleg. & d. c. cum dilecto, de rescript.* nec in casu, de quo agitur
60 potest dubitari, quod specificatio territorij requirebatur de forma, quia vbicunque est prius, & posterius, ibi est ordo; & vbi est ordo, ibi ese data forma, *Bald. in l. 1. col. 3. C. ne liceat, tertio prou. & Felyn. in d. cap. cum dilecta col. 7. vers. secundum signum.* Idcirco Domini Commissarij non poterant ad confirmationem procedere, nisi prius purificata conditione specificationis bonorum, cum Papa commiserit confirmationem cõtractus sub conditione specificationis, *Sarnens. in compend. vtri. sign. num. 84. Par. in d. cons. 95. num. 6. & cons. 94. vol. 4.*

In tertio capite principali circa nullitatẽ

affrancationis aduerto, quod in breui Apo-
ftolico, quod emanauit fuper affrancatione
in anno 1533. datur facultas Commiffarijs
confirmandi affrancationem, fi cefferit in
euidentem Ecclefiæ vtilitatem.

Secundo aduerto, quod de iure affranca-
61 tio debet fieri in fimili, vel in meliori, *per
text. in auth. fed permutare*, C. *de facr.
fanct. Ecclef. & cap. vt fuper, in fin. de reb.
Eccl. non alien, Afflictus in decif.* 17. fed an-
nui introitus dati fuper cenfualibus in excā-
bium cenfus non dicuntur effe in fimili, vel
meliori loco; quia dominus illorum non ha-
bet fpem deuolutionis, aut caducitatis, quæ
caducitas eft in confideratione, quia quod
62 ad eam eft ordinata res emphyteutica, *fecū-
dum Bart. in l. fi quis domum, in fin. ff locati*,
quinimmo poffunt affrancari in pecunia ex
pacto: quæ non confiderantur in cenfu em-
phyteutico, maximè in ifto, de quo agitur,
in quo erat fpes deuolutionis territorij, tām
magni valoris, nec poterat in pecunia affrā-
cari. & propterea, quia hoc eft contra difpo-
fitionem iuris, & cōtra formam breuis Apo-
ftolici, fine dubio affrancatio nulla fuit, vt
fatis probatur ex his, quę fupra dixi in 2. cap.
principali, circa nullitatem conceffionis ex
63 caufa deficientis vtilitatis; quibus hic addo,
quod omne, quod fit pręter formam concef-
fionis eft ipfo iure nullum, *Bart. in l. item
eorum, §. fed fi ita, per illum tex. ff. quod cu-
iufq; vniuerf. no. poft glo. ibi in verb. decre-
tum, in fin. & ibi dicit Bal.* quod quando da-
tur aliqua poteftas Commiffarijs, femper in-
fpicias formam conceffionis; Hinc *Paul. de
Caftr. in l. eum qui, §. filius familias, ff. de
64 acqu. hered. num.* 2. dicit, quod Commif-
farius Apoftolicus non poteft procedere, nifi
feruata forma refcripti, alias nihil agit, *idē
firmat Dec. in cap. in literis. col. 2. in 3. fall.
de off. deleg. Alex. conf. 4. vol. 3. col. pen. ver.
fi ita eft.*

Infertur etiam ex prædictis, quod dicta
affrancatio fuit nulla, ex defectu mandati,
quoniam in anno 1532. Epifcopus prædecef-
65 for dum conftituit procuratorem ad affran-
candum, dicit fimiliter in fimili, vel meliori;
vndè fi non eft ita, ex præmiffis affrancatio
corruit, *l. diligenter, ff. mand. cum concord.*

Nec obftat ratificatio affrancationis po-
fteà facta per Epifcopum, quia poftquam
66 dicta affrancatio fuit nulla ratione formæ
omiffæ, vt fupra probaui, non poteft validari
per fubfequentem ratificationem, *Roman. in
conf.* 54. *col.* 1. *verf. ideft quia licet. eft cafus
in l. fi debitor, in fin. & ibi Bart. ff. quibus
modis pig. vel hypoth. folu. idem Roman. in
conf.* 378. *in 2. dub. Innoc. in cap. dudum
col.* 2. *verf. item præftatur ante contractum
de reb. Eccl. non alien. Cyn. in l. fi non ante,
in fin. C. de arbitr. fequitur Petr. Gerar. in
67 fingulari* 36. propterea teftamentum nullū
ratione follemnitatis omiffæ, non poteft con-
firmari per teftatorem, *Bar in l.* 1. *§. fi filius,
68 num.* 2. *verf.* 2. *cafu, ff. de leg.* 2. idem in
fententia nulla, quod non poffit per iudicem
ratificari, *glo. in cap. prudentia, in principio,
in verbo teneatur, verf. fed pone, quod duo
procedunt, de off. deleg.* Vltra, quod ratifica-
tio Epifcopi non poteft Ecclefiæ præiudica-
69 re in iure iam Ecclefiæ quæfito. *Abb. in cap.
verum, num.* 28. *de foro comp. Bart. in l. iu-
bemus nullam,* C. *de facr. fanct. Eccl. Dec. in
l. feruus, col.* 2. C. *de pactis*, fucceffiuè fi af-
francatio fuit nulla ex prædictis habetur per
indè, ac fi non effet facta; affrancatio enim
nulla, non eft affrancatio, *Fran. crem. in
fing.* 112. *in fin. probat tex. in l. quoties, qui
fatifd. cog. plene Felin. in cap. exteriore, col.* 3.
*verf. regula non præftat, de refcriptis, Iaf. in
l. licet, num.* 5. *C. de procurat. Decius in c. in
literis, col.* 3. *de off. deleg.* & facit regula non
70 præftat impedimentum, quod de iure non
fortitur effectum, *de reg. iur. in* 6. remanfit
igitur territoriū in eo ftatu, in quo erat ante
affrancationem.

In quarto capite principali, quod hæc
emphyteufis non potuit in Fifcum tranfire,
Bart. in l. fi finita, §. fi de vectigalibus, q. 2.
71 *de damno infect.* firmat, quod bonis emphy-
teuticis confifcatis nō cōfifcatur emphyteu-
fis Ecclefiæ, ex quo Ecclefia repetit à Fifco,
per tex. in §. 1. *in auth. de alien. & emph idem
tenet Romanus in d. §. fi de vectigalibus, vbi
pro ifta opinione adducit tex. in cap fœlicis,
verf. fi qua vero feuda, de pœnis in* 6. *& Alex.
in d. §. fi de vectigalib. latè comprobat hanc
opinionem, vt communem, fic tenet Bald. Sa-
lic. & Alber. in l. fi quis presbyt. C. de Epifc.
& Cler. Antonius de Butreo in conf.* 61. *in
fin. Oldr. in conf.* 17. *Aug. in addit. ad Ang.
de maleficijs, in verf. & eius bona publicamus,
circa medium. verf. an publicatis, qui dicit
communem, glo. in conftit. Regni poft mortem,
verf. ad conceffionem, vbi And. & Affl. idem
Afflict. in cap. imperialem, §. illud quoque,
num.* 11. *de prohibit. feud. alien. per Feder.
& in cap. fi quis hominem, not.* 10. *num.* 6. *de
pace tenend. & eius vio. Luc. de Penn. in l.* 1.
col. 1. *C. de pet. bon. fublat. lib.* 10. *fic deci-
fum refert in Sacro Conf. Afflict. in decif.* 282.
in 2. *dubio, num.* 13. *& in cap.* 1. *§. præterea
fi vaffallus, in glo.* 3. *num.* 88. *quæ fit prima
cauf. benef. amict. & in conftit. dohana* 6. *not.
lib.* 1. *& in conftit. fi quando contingit.* 5. *not.
lib.* 3. *Curtius iunior in conf.* 4. *col. antepen.*

Hier.

Digitized by Google

Hier. Gigas in tract. de crim. laes. Maiest. lib. 2. quaest. 6. idem in feudo non quaternato si reneus illud à Barone patitur confiscationem bonorum; quod aperiatur Baroni à quo
72 tenetur, non autem Regi, *tenet Andr. in cap. 1. §. siue vero violater, col. 2. ibi patet ergo de pac. ten. & in cap. 1. col fin. ibi, nam & feudum, si vassallus feu. priu. quod etiam affirmat in pluribus alijs locis relatis per Afflictum in d. decis. 282. num. 12.*

Ratio autem quare emphyteusis Ecclesiae non transit in Fiscum, est quia de sui natura
73 non transit in haeredem extraneum, nisi sit nominatim dictum, *Bart in l. si tibi decem milia, §. si pactus, num. 9. ff. de pactis, glos. Bart. Bal & alij in l. etiam, ff. solut matrim. & est communis opinio secundum Decium in cons. 271. in princip. late sequitur Gozzad. cons. 39. col. 2. Hier Grat. respons. 128. in*
74 *princ. num. 6. vol. 2.* Fiscus enim est loco extranei haeredis, *ità Bart. & Bald. in l. 1, C. de bon. liber. Alex. in cons. 93. vol. 4. in princ. Anchar. in cons. 95. & 134. in princ. Dec. in l. ea sola, ff. de reg iur.*
75 Comprobatur praemissa conclusio inspecta forma concessionis, quae semper est attendenda, *Salic. in terminis in d. l. si quis presbyter, C. de Episcopis, & Cler.* nàm verba conces-
76 sionis cantant ad primam, secundam, & tertiam generationem, & deindè in perpetuum; per quae verba vocantur descendentes per generationem, *Decius in cons. 624. copiosè in princip.* vbi declarat, quod in prima generatione sunt filij, in secunda nepotes, in tertia pronepotes; & nè res iret in infinitum est po situm sic in concessione, & deindè in perpetuum: quae dictio (in perpetuum) intelligitur per generationem, propter illud verbum ad tertiam generationem immediatè praecedens. & ista intelligentia clare apparet ex verbis concessionis, & etiam comprobatur *per tex. in §. emphyteusis, auth. de non alien. aut permu. iuncto tex. in §. licentia, auth. de*
77 *alien. & emphit.* Nàm *in §. emph.* dicitur, quod res Ecclesiae potest concedi in emphyteusim
78 vsq; ad tertiam generationem exclusiuè; Et *in §. licentia* dicitur in perpetuum; *Doct.* intelligunt in perpetuam generationem, quia illa dictio (in perpetuum) intelligitur quoad tempus, non quoad qualitatem haeredum, qui solum per descendentes per generationem, non ad extraneos, *secundum Bald. in l. etiam, ff. solut. matr. refert, & sequitur Loffred. cons. 1. n. 178. vbi dicit esse communem opinionem; & re vera est communis, vt dicit Decius in cap. in praesentia, col. 19. nu. 48. vers. ex alia tamen ratione, de probat. & ita in § ecce ella tira declarat Anchar. in d. cons. 134. plenè, & subtiliter in princ. & Cuman. in cons. 11. emph.* nā dictio (in perpetuū)
79 intelligitur secundum naturam negotij in quo adiungitur, *secundum Alber. sub rub in 1. constit. C. vers. perpetui*, cuius authoritate fuit consultum per Collegium Papiense,
80 quod Emphyteusis Ecclesiae concessa Titio in perpetuum, intelligitur per generationes, vt non includat extraneos, ex natura rei Ecclesiae non transitoria ad extraneos haeredes, *& ita Crem. in singul. 115. de quo facit mentionem Decius cons. 171. col. 1.* Et pro hac opinione, quod concessione facta alicui, & haeredibus ex corpore, vel ex se legitimè descendentibus in perpetuum, non transeat ad
81 haeredem extraneum, *est tex. consuet. Neap. in tit. in quibus rebus habeat locum quar.* vbi quod vxor nō habeat quartam in bonis emphyteuticis mariti, si ille acceperit pro se, & descendentibus in perpetuum; ratio est,
82 quia non transit ad haeredes extraneos, *secundum Andr. in cap fin. col. fin. de vsuf. de re alien. fact.* & secundum istam consuetudinem contractus cōcessionis intelligitur de quo agitur, tamquam Neapolit. celebratus cum Ciue, *l. si fundus, ff. de euict.*

Praemissae conclusioni non obstat si dicatur quod concessio fuit pro haeredibus, & successoribus quibuscunq; postquam in mandato, quod facit Episcopus ad concedendum sic dicitur, ex quo mandato recepit concessio interpretationem *secundum Bar. in l. qui in aliena, §. si is qui, ff. de acq. hared.* & quod propterea transiuerit in fiscum, quia in extraneum, *secundum Curt. iun. latè in cons. 1,* Quoniam respondetur, quod illa dictio (quibuscunque) in mandato posita, videtur re-
83 stricta ad personam Cardinalis, cui dicitur fieri debere concessionem, in quem non cadebant haeredes per generationem; ità de necessitate intelligebatur de extraneis: sed si non cum Cardinali, sed cum alio contraheretur, aderat clausula in mandato cum omnibus illis pactis, conditionibus, & declarationibus melius visis; & is casus euenit, quia non Cardinali, sed Bartolomeo concessio facta est: nimirum si est dictum de generationibus, quae benè cadebant in personam
84 Bartolomei. nam esto, quod primo potuisset etiam pro extraneis concedere, non tamen cogebatur, *l. non quicquid, ff de iud.* &
85 poterat meliorem conditionem domini facere, prout fecit. *l. diligenter, §. melior, ff. mandat.* Vndè non est attendendum, quod procurator facere potuit, sed quod fecit, *in puncto Alex. cons. 84. in causa, num. 8. vol. 1.*
86 vbi in fortioribus terminis firmat, quod si est constitutus procurator ad concedendum

in perpetuum, & ille concedit ad vitam; valet ad vitam: inspecto non eo, quod facere potuit, sed quod fecit. Itidem in proposito
87 poterat procurator etiam pro extraneis cõcedere; non concessit, sed pro generationibus: attenditur quod fecit, non quod facere potuit, *vt ibi.* Et quod dicit *Bart. in d. l. qui in aliena. §. si is qui,* procedit in dubio, non quando sumus in claris, vt in casu isto.

Nec etiam obstat si dicatur, quod saltem concessio fuit pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, secundum intentionem contrahentium; postquam in principio contractus asseritur fuisse tractatum, & conclusum, quod concederetur Bartholomeo pro se, & hæredibus, & successoribus: vnde licet postea dicatur in contractu, quod conceditur ad primam, secundam, & tertiam generationem: quia subdit (& deinde in perpetuum eidem Bartholomeo pro se, & successoribus) videatur facta propterea mentio de generationibus potius de stylo Notarij, quã fuerit de partium voluntate. Quod comprobatur tanto magis ex aduerso, quia etiam in principio contractus Bartholomeus asserit interuenire pro se, hæredibus, & successoribus, nec facta semel mentione de generationibus. Vlterius non fit mentio de generationibus, nec in decreto, nec in Breui Apostolico, nec in contractu, vbi simpliciter dicitur pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, nec in alio breui Apostolico super facultate affrancandi; & propterea quia fuit pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, transiuit in Fiscum, sicut transiuisset in extraneum, *secundum Soc. in cons. 266. & Curt. iun. in cons. 4.*

Quoniam respondetur clarissimè, primo inficiando, quod fuerit pro hæredibus, &
88 successoribus in perpetuum; sed pro descendentibus: quia qñ verba assertiua sunt indeterminata, & indefinita, & verba dispositiua sunt determinata, tunc attenditur dispositio determinata, non assertio indeterminata, *Bart. in l. 1. col. 2. in ter. memb. ff. ad l. Iul. maiest. Abb. in cap. innouamus, de treg. & pac.* Vnde cum illa verba assertiua contractus (pro hæredibus, & successoribus in perpetuum) sint indeterminata, quia possunt intelligi de extraneis. Item de descendentibus, & verba dispositiua sint determinata, quia dicunt (de generationibus) sine dubio dispositio est attendenda; & sic tractatus cõcordat cum contractu subsequto & licet illa verba (de generationibus) semel tantum sint posita, hoc sufficit, quia sunt posita in
89 loco substantiali, & in ipso tenore contractus dispositiuè, & nõ assertiuè, & ideò multũ attendenda *glo. in l. rationes, in fin. C. de*
90 *probat.* & hoc est, quod dicitur, quod tenor contractus debet spectari, *cap. 1. in fin. de*
91 *duob. fratr. à cap. inuest.* tenor enim contractus dicitur id, quod continetur in contractu dispositiuè, & non enunciatiuè, *Bald. in l. ad probationem, la prima, col. 2. vers. quæro si instrumentum, C. locat. & est tex. in c.*
92 *illud, de præsumpt.* Vnde illa verba (de generationibus) sic dispositiuè posita, debent suũ effectum operari, quia nullum verbum in contractu, etiam minimum debet esse superfluum, & sine ministerio, *Bald. in rub. C. de contrah. empt. q. nona, & glo. in l. 1. ff. quod*
93 *metus causa*, præsertim in ipso tenore contractus, in quo illa verba maximè ponderantur; & contractus sumit effectum à dispositiuis, non à narratiuis, *vt fundat Loffred. in cons. 14. nu. 35.* Item quando in instrumento fit mentio de filijs, & de descendentibus, & sic de generatione; illa verba (pro hæredibus, & successoribus in perpetuum) numquã important extraneos, sed solum descendentes, *secundum Paulum de Castr. in cons. 237. primo dicendum, col. 1. in fin. ibi, cum in tq-*
94 *to instrumento, vol. 1.* quod comprobatur, quia ab initio Ecclesia denegauit potestatẽ affrancandi.

Vlterius, illa verba geminata (pro hæredibus, & successoribus) restringuntur ad hæredes, & successores per generationem, pro-
95 pter illa verba postea adiũcta; ratione enim adiuncti, verba restringuntur, *tex. in l. qui venenum, ff. de verb. sign. & l. si stipulatus, la prima, ff. de vsu. cum simil. & in specie*
96 *Bald. in l. liberti libertæq; col. fin. vers. quicquid, C. de oper. liber.* vbi firmat, quod concessio pro se, & hæredibus masculis restringitur ad solos descendentes, propter illam
97 dictionem (masculis) *idem tenet Paul. de Castr. in l. gallus, §. etiam si parente, col. 2. in 3. limit. ff. de lib. & posth.* vbi tenet quod verbum (hæres) ratione adiuncti restringitur ad solos descendentes, etiam si essemus in
98 materia transitoria ad extraneos, *hoc idem tenet Bald. & Imol. in l. Caius, ff. sol. matr. quos refert Alex. in l. quod dicitur, num. 13. ff. de verb. oblig. & Propositus in cap. 1. col. 4. vers. sed quid si est data, in tit. an agnatus,* vbi dicit, quod emphyteusis pro se, & hæredibus masculis, vsq; ad tertiam generationẽ intelligitur de solis descendentibus; propter illa verba, cum quibus adiungitur: quæ omnia suadentur ex qualitate *Camerarij* Iurisconl. solertissimi, quem est credibile in con-
99 sultò, & perperam illa verba apponi fecisse, *arg. tex. in l. labeo, ff. de suppellectil. leg.* & si fuisset conuentum, quod hæc emphyteusis ad

extra;

Digitized by Google

extraneos hæredes transire debuisset, ita Camerarius exprimi curare potuisset; vnde etiam sibi imputandum est, qui potuit apertius legem dicere, *l. veteribus, ff. de pactis,*
100 *ita Dec. in cons.* 171. & postquam non di-
101 xit, noluisse credatur, *hoc argumento in ijs terminis vtitur Salyc. in l. 2. q. 21. C. de iur. emph.*

102 Secundo respondetur, quod etiam si fuisset (pro hæredibus, & successoribus in perpetuum) nõ potuisset transire in extraneos, sed solum in descendentem, attenta materia non transitoria ad extraneos, *ita in terminis Decius in cons.* 171. *col. fin.* vbi reprehendit *Soccin.* contrarium consulentem; licet *Soccin.* verè loquatur in alio casu, quando scilicet est facta pro hæredibus, & successoribus quibuscunque, *& cum Dec. contra Socc. tenet Ripa in l. ex facto, §. fin. num. 15. ff. ad Trebell. & in l. quæsitum, § fin. num. 4. ff. de priuil cred idem in terminis firmat Alex. in l. quadam, §. nihil interest, col. 1. ff. de eden* in quibus locis declaratur, quod verbum (hæredes) intelligitur de iure ciuili, verbum (successor) de iure prætorio, *& in istis terminis in indiuiduo consuluit Barba. cons. penult. vol. 1. omninò videndus*, vbi concludit, quod emphyteusis Ecclesiæ cum breui Apostolico (pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum) non transeat ad extraneos, sed solum ad descendentes: & ibi sigillatim ponderat illa verba (hæredibus, & successoribus in perpetuum) & resoluit omnia contraria.

Nec obstat si dicatur, quod quando res Ecclesiæ conceditur cum debita sollemnita-
103 te alicui pro se, & hæredibus, veniunt hæredes extranei, *secundum Abb. in cap. præsentia. num 26. de probat.* respondetur enim Primo, *Abbat.* non loqui in terminis nostris, vbi est facta mentio de generatione, & sic de descendentibus, & sic in diuersis terminis versari.

Secundo, quod etiam in casu suo non benè dicit, & rationes in quibus se fundat sunt fal-
104 sæ. Prima enim eius ratio est, quia natura emphyteusis Ecclesiarum sit trãsmissibilis in extraneos, est contra receptam opinionem, *secundum Dec. in cap. in præsentia num. 18. vers. sit ergo conclusio, vbi infinita allegat, & concludit in iud. & consul. non esse recedendum ab hac opinione.* Secunda ratio *Abb.* est,
105 quia res Ecclesiæ debita sollẽnitate potest in totum alienari; ergo tanto magis in partem quoad vtile dominium. Hæc ratio concludit potestatem ex dispositione legis, quod possit ità alienari; non voluntatem scilicet, quod voluerit ita alienare, si non est nominatim dictum: nam de iure communi non poterat per Ecclesiam ita alienari, vt transiret in hæredes extraneos, etiam si fuerit nominatim dictum *Bal. in auth. defuncto, circa princ. C. ad Tertull.* sed quando adhibetur debita sollemnitas, potest ita concedi, *ita intelligit hanc rationem Egid. Boss. tit. de pubiic bono. num. 60. vers. quæro an emph. & Afflictus in decis.* 100. Tertia ratio *Abb.* tollitur per *Franc. de Aret. & Dec. in d. c. in præsentia,* ideo non refero; propterea cõtra *Abb.* in indiuiduo tenet *Barba. in d. cons. penult. vol.* 1. & meritò quia postquam natura rei est, vt non transeat ad hæredes ex-
106 traneos, sollemnitas adhibita super concessione, non potest alterare naturam actus, sed illum in sua natura dimittit, *tex. est in l. omnium, C. de testam.*

Nec quicquam obstat clausula solita, de qua in concessione (ad habendum, donandũ, vendendum, & alienandum) & quia permissa alienatione, videatur etiam permissa confiscatio, *prout arguit Socc. in d. Cons.* 166. *nu. 18. vers. & eadem conclusio,* vel quasi vigore illius clausulæ transiret in hæredem extraneum; etenim clausula, quamuis generalis, restringitur ratione contractus, super quo interponitur, *glo. in l. Lucius, in fin. ff. de*
107 *euict.* per quam dicit *Alber in l. si vnquam C. de reuoc. donat.* quod clausulæ quantumcumque generales limitantur ad formam contractus: propterea cum tenor concessionis loquatur de prima, secunda, & tertia
108 generatione; clausula prædicta ad hunc tenorem restringitur: maximè quia venit ad executionem contractus, propter quod non alterat, nec ampliat actum, *glo. in clem.* 1. *de præbendis.*

Insuper non datur simplex facultas alienandi, sed requisito prius Episcopo, ex quo quia cõtinet idem, quod ius commune, quia emphyteuta non alienat domino irrequisi-
109 to, *l. fin. C. de iur. emph.* non operatur læsionem iuris communis, *l. qui mutuam, ff. mand.* & sic non alterat concessionem, *prout ita respondit Dec. in d. cons.* 171. *col.* 2. *vers. & 4. & vlt.*

Nec dicatur, quod alias dicta clausula nihil operaretur: quia operatur duo, Primo
110 quod dominus cogitur assentire, *secundum Afflict. in cap. fin. col. pen. si de feudo fuerit controu. Loffred. in §. donare, qualiter olim pot. feu. alien. fol. 25. idem Camerarius in cap. Imperialem fol. 25. littera P. & fol. 46. lit. I, de prohibita feud. alien. per Fed.* Secundo tollit dubium, quod erat de iure communi, vtrum emphyteuta Ecclesiæ possit donare in requisita Ecclesia; nam *Bart.* tenuit,

quod

quod non, *Bald.* quod sic, *de quo latè Iaſ. in l. fin. num.* 20. *de iure emph.* hanc dubita-
111 tionem tollit dicta clauſula, per quam prouidetur, quod fiat donatio, requiſito prius Epiſcopo. ex quibus apparet etiam id, quod dicitur, emphyteuſim ſic conceſſam tranſire in hæredem extraneum; non poſſe procedere quando clauſula non eſt adiecta in tenore
112 conceſſionis, ſed in executiuis, & venit ad tollendum dubium iuris communis.

Vltrà quod eſt magna differẽtia inter cõceſſionem ſimpliciter factam alicui, & cui dederit; & iſtam de qua agitur: nec poſſet procedere in Eccleſia. Item argumentum *Soc.* continet fallaciam, quia non valet con-
113 ſequentia, poteſt alienari in extraneum; ergo tranſit in extraneum hæredem, & conſequenter in Fiſcum; nam emphyteuſis Eccleſiæ poteſt alienari in extraneum per viam
114 contractus, & tamen non tranſit in hæredes extraneos per viam ſucceſſionis, *Imol. in l. ſi domus, in fin. ff. de leg.* 1. *& in ſpecie Iaſ. in l. fin. num.* 74. *vbi vera ſolutio eſt, C.*
115 *de iure emph.* Id etiam eſt in feudo hæreditario, quod non tranſit in hæredem extraneum per viam ſucceſſionis, & tamen tranſit in extraneum per viam contractus: de ſe patet, *& tenet Afflict. in deciſ.* 112. *num.*6. & ſic emphyteuſis Eccleſiæ hæreditaria, quæ non tranſit in extraneos hæredes per viam ſucceſſionis, poterit alienari in extraneum per viam contractus, *ſecundum Alex. in d. l. ſi domus, §. fin.* vnde *Soc.* conſequentia corruit.

Similiter non obſtat illud, quod dicitur de poteſtate affrancandi poſteà conceſſa, in qua non eſt facta mentio de generationibus; quaſi ex hoc videatur derogatum primæ conceſſioni quoad generationes: quia reſpondetur, quod numquam videtur derogatum primæ conceſſioni, niſi in eo quod ſpecificè exprimitur, *Alex. in conſ.* 79. *vol.* 1. *in* 7. *dubio,*
116 vbi firmat non cenſeri derogatum contractui, niſi quoad additum, vel detractum; in reliquo vero remanere in ſuo ſtatu, *idem*
117 *Dec. in conſ.* 97. *col. fin.* facit quia noua qualitas non facit nouam conceſſionem
118 in totum, ſed reſpectu nouæ qualitatis, *ſecundum Afflict. in conſt. cum circa, not.* 8. *num.* 9. mutatio enim in parte non alterat à toto, *l. proponebatur, ff. de iud. l. pacta con-*
119 *uenta, ff. de contrah. emp.* Vndè cum ſit alterata conceſſio circa affrancationem, in reliquo retinet ſuam priſtinam naturam, *c.* 1. *de feud. non haben. pro. na. Soc. in l. gallus, §. etiam ſi parente, col.* 2. *ff. de lib. & poſth.* quod comprobatur, quia vbi plura competunt, ſublato vno remanent alia, *l. ſi domus,*
120 *& ibi Bart. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. quoties, ff. de reg. iur. facit text. in l. derogatur, ff. de verb. ſignif.*

Circa quintum caput principale, ſine dubio emphyteuſis hæc fuit aperta Eccleſiæ li-
121 bera ab omnibus hypothecis, *te. eſt in l. lex vectigali, in fin. ff. de pign.* vbi emphyteuta hypothecauerat rem emphyteuticã, quæ ob canonem nõ ſolutum eſt aperta directo domino. Dicitur ibi quod ius pignoris euanuit, & res libera aperitur domino: & per illum *tex.* expreſsè hoc tenet *Bald. in primo not.* dicens, quod res emphyteutica poteſt obligari; tamen finita emphyteuſi, finitur obli-
122 gatio. & ibi ſingulariter refert, quod ſi maritus obligat omnia bona vxori pro dote, deindè res emphyteutica aperiatur domino aliquo caſu, mulier non poſſet ſuper ea recurrere pro dote; quia libera ab omni obligatione eſt aperta domino, *idem in particulari per illum tex. voluit Bar. in l. ſi conſtante, num* 71. *verſ. tertio quæro, ff. ſolut. matr. Alex. conſ.* 172. *viſo themate, col pen. verſ. & per hanc rationem, lib.* 2. *& in terminis Guid. Pap. deciſ.* 575. *emphyteuta. Guilelm. de Bened. in repetit. cap. Raynutius, in prima parte, verſ. & vxorem nomine Adelaſiam in* 4. *repetit. num.*560. *verſ. nam ſtante emphyteuſi. & nouiſſimè latè hoc firmat Boer. in deciſ.* 181. *ſi emph. num.* 3. *Natta conſ.* 516. *num.* 12. Non obſtat *conſ. Rom.* 128. ſuper quo pars aduerſa facit magnum fundamen-
123 tum; quia *Rom.* ibi loquitur quando emphyteuſis confiſcatur: nam tunc tranſit in Fiſcum cum onere hypothecæ, per iura quæ ibi allegat. ſecus ſi emphyteuſis finitur, & aperitur directo domino, quia tunc finitur cauſa pignoris, & res libera conſolidatur cũ directo dominio; ita in particulari reſpõdet *Guid. Papa d. deciſ.* 575. vbi diſtinguit, aut aperitur domino, & iure directi dominij
124 veluti quia res incidit in commiſſum; & tunc aperitur libera ab omni hypotheca: aut peruenit ad dominum, non vt dominum, ſed vt priuatum, vt quia emit, vel inſolutum
125 accepit ab emphyteuta; & tunc tranſit cũ onere hypothecę. *& nouiſſimè hoc idem tenet in feudis Dominus Freeia lib.* 2. 29. *authorit. num.* 9. ratio diuerſificatis eſt, quia vbi vtile dominium conſolidatur cum directo, finitur
126 ius emphyteuſis, *§. item finitur, & §. fin. inſtit. de vſufruct.* & finita emphyteuſi finitur ius pignoris, *l. ſicut in princ. ff quibus mod. pig. vel hyp. ſolu.* eſt enim pignus ius conſtitutum in emphyteuſi, qua ſublata, &
127 ipſum tolli neceſſe eſt, *l.* 2. *ff. de vſufruct.* ſecus quando emphyteuſis nõ conſolidatur cum directo dominio, neq; finitur, ſed adhuc

durat,

durat; quia tunc etiam durat causa pignoris & penes Fiscum, & quemcūq; vadit res emphyteutica transit cum sua causa, *l. alienatio, cum similib. ff. de contrab. empb.* in casu per consolidationem vtilis cum directo est extincta emphyteusis; ergo & ius pignoris: sicut etiam & ius seruitutis, *Afflict. in decis. 380. V inc. num. 3. & est casus in c. 1. §. quid ergo, & ibi Bald. de inuest. de re alien. fact. & in c. 1. §. rursus quibus modis feud. amitt. cum mille simil.*

Circa sextum, & vltimum caput aduerto illud, quod dicitur deuoluta re emphyteutica non deuolui potestatem affrancandi, *ex Alex. in cons. 228. vol. 6.* procedere quando emphyteusis deuoluitur ob canonem non solutum, vel alienationem sine assensu, & sic
128 omnes loquuntur: ratio in casibus prędictis est quia pęna respiciens rem emphyteuticā non extenditur ad facultatem affrancandi cessante extentione in pęnalibus, & odiosis.
129 vnde malè infertur ad casum de quo agitur in quo res emphyteutica reuertitur ad Ecclesiam ob defectum descendentium habiliū,
130 pro quibus fuit concessa; quia non potest transire in Fiscum tamquam in hæredem extraneum: propter quod exclusus Fiscus vna via à re emphyteutica non debet ad id per aliam viam admitti, *cap. cum quid, de reg. iur. in 6.*

Præterea facultas affrancandi siue spectemus mandatum Episcopi, siue facultatem ipsam, siue breue Apostolicum, & decretum Commissariorum, semper datur sub cōmemoratione, & relatione concessionis territorij. vndè fuit similiter restricta ad generationes; relatum enim est in referente cum
131 omnibus qualitatibus, & circumstantijs suis, *l. asse toto, ff. de hared. instit. Bart. in l. 1. in fin. ff. si fam. fur. fect. dic. Decius in cons. 347. col. 2.* quod fortius comprobatur ex verbis appositis in facultate affrancandi, in quibus Camerarius promictit affrancare, & assignare Ecclesiæ censum cum omnibus pactis, & conditionibus cōtentis in instrumento concessionis, *secundū Bart. in l. nihil, ff. de coniu. cum ema. lib. & Ias. in l. debitori*
132 *tuo, 2. not. C. de pact.* qui dicūt, quod si conceditur alicui emphyteusis cum illis conditionibus, cum quibus alius tenebat; intelligitur cum eisdem pactis, & oneribus, & sub eodem tenore.
133 Vlterius ista facultas venit addendo, & detrahendo ad concessionem. ergò cense-
134 tur ei inesse, quia non facit separatam cōcessionem ab illa prima, *l. pacta conuenta, ff. de contrab. empt.* anteriora enim manent, & posteriora eis accedunt, *l. fin. C. de nouat.*
135 venit ad correctionem concessionis, quoad facultatem affrancandi, debet intelligi secūdum terminos concessionis; *§. fin. auth. de*
136 *filijs ante dot. instru. nat.* vt sic tanto magis prosit descendentibus tantum. vndè si facultas affrancandi fuit restricta ad descendentes, non potuit in Fiscum transire; & sic ratio, quæ militat in deuolutione rei emphyteuticæ, militat etiam in deuolutione facul-
137 tatis affrancandi; & paritas rationis, paritatem iuris inducit, *l. illud, ff. ad l. aquiliam, videtur hoc decidere Cagnol. in l. 2. q. 45. C.*
138 *de rescind. vend.* vbi firmat, quod exclusus à facultate redimendi, non est exclusus à remedio dictę *legis secunda*, quia sunt remedia separata; nisi exclusio pariter militaret in vtroque casu. ponit exemplum in eo, qui est
139 exclusus à facultate redimendi per lapsum triginta annorum, tunc erit etiam exclusus à remedio *d. l. 2.* quod similiter eodem tempore tollitur. Præterea ratione delicti res
140 emphyteutica ità aperitur directo domino, ac si facultas affrancandi non subesset, *ita in particulari Bald in cap. feudum, ea lege in princ. per illum text. si de feud. fuer.*
141 *controu.* talis enim facultas intelligitur re integra, & rebus in eodem statu manentibus *l. quod seruus, ff. de condit. ob cau. cum alijs cumulatis per Tiraq. in repet. l. si vnquam.*
142 *in præfat. num. 166. vers. præterea iuramentum, post Rom in l. fin ff. qui satisd. cog.* sed per rebellionem Bartholomei res non manet in eodem statu; est enim liberè reuersa ad Ecclesiam ipso iure, & vtile consolidatum cum directo, *d. cap. felicis, §. si qua vero feuda*, & est effectum Sanctum Sanctorū,
143 & est exemptum à potestate iudicis secularis, *secundum Innoc. in cap. verum, de for. compet. & Afflict. in decis. 362. num. 22.*

Insuper, quod hæc facultas affrancandi transeat in hæredem extraneum, & sic in Fiscum, ad quem non transit emphyteusis; esset contra breue interpositum super affrancatione, vbi dicitur conceditur talis facultas, si est licita, & honesta, & iuri canonico non contraria: sed postquam supra fundatum est, quod de iure canonico emphyteusis Ecclesiæ non transit in extraneum, nisi sit nominatim dictum; ergo quod transeat per fa-
144 cultatem affrancandi esset contrarium iuri canonico, & sic contra rescriptum Apostolicum.

Vltimò non omicto, quod si duraret facultas affrancandi nō posset durare respectu
145 vtilis dominij acquisiti Ecclesiæ per rebellionem Camerarij, sed respectu directi tantum, *ita in terminis Cum. cons. 65. titius locauit, cuius consilio se subscripserunt Fulg. & Pau.*

Pau. Decius, & in indiuiduo Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 45. num. 4. refert, & sequitur Tiraq; de vtroque retr. tit. 2. in fin. q. 12. & vltra eum in particulari Cagnol. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. q. 37. in prima additione.

Camillus de Medicis.

SVMMARIVM.

1 Filia dotata à patre, & exclusa per statutum an faciat partem in computatione legitima aliorum filiorum, contrarium secundum aliam opinionem, num. 3. qua est magis communis, num. 7. & quid de iure consuetudinario Neapolitanorum nu. 10.

2 Renunciatio filia in beneficium patris, operatur effectum extinctiuum.

4 Bona donata non minuunt legitimam, & num. 11.

5 Legata non minuunt legitimam, etiam ad pias causas; nec confessio debitori facta à patre in testamento, quæ valet tantum in vim fideicommissi. Idem in confessione dotis, nisi aliunde probentur debita. & n. 11.


6 Expensa erogata per patrem, pro compositione in delictis commissis per filium, non imputantur in portionem legitimam filij cum distinctione, vt num. 12.

8 Monialis an faciat partem in computatione legitima aliorum filiorum, & quid in monaco professo, num. 9.

Pro Dom. sororibus Caetanis cum Fabritio Caetano.

ARGVMENTVM.

Filia dotata, & exclusa per statutum, an faciat partem in computatione legitimæ aliorum filiorum, quid in moniali, & monaco professo. Bona donata non minuunt legitimam. Et numquid expensæ erogatæ per patrē in compositione pro delictis cōmissis per filium imputentur in portionem legitimam eiusdem filij.



CONSILIVM CLXVII.



STVDENDO breuitati pro angustia temporis in causa currenti DD. de Caetanis tria tantum erunt diffinienda. Primum si in liquidatione legitimæ debitæ q. Cæsari Caetano in bonis paternis q. Io. Francisci Caetani eius patris, connumeranda sit in nomero filiorum Dorothea Caetana maritata, ac dotata in vita patris. Et quamuis in hoc puncto variæ sint opiniones, de quibus per *Curt. sen. cons. 5. & Boer. dec. 104.* Nihilominus in præsenti, quia fœmina dotata
1 iure municipali stantibus masculis excluditur, nullo modo facit partem, *Ang. & Imol. in l. plane, §. si duobus vbi Aret.* asserit hanc esse communem *de leg. 1. Socc. 153. num. 12. vol. 1.* & magis in spetie, quod dotata non faciat partem ad diminuendum legitimam aliorum, licet computetur in numero ad illā augendum, vt fit semis, & non triens; voluit relatis infinitis cōsulētibus *additio ad Alex. cons. 36. num 7. vol. 7.* tanto magis filia hęc dotata in vita patris non facit partem, quia patri in ampla forma renuntiauit, mediante Aquiliana stipulatione, & acceptilatione sequuta; quo fit filiam stante renunciatione pro mortua haberi, ac si non existeret, quantum ad successionem attinet, *Napod. communiter allegatus in cons. 1. verb. ipsi successores, vers. sed quid in tempore ibi,* secus si renunciasset vt filia, *& Rom. in cons. 22.* & propterea nullam facere partem, nec admitti ad partem, *l. 1. §. si pater, ff. de coniug. cum eman. lib. Guid. Pap. decis. 295. Paul. in l. si pluribus, § si duobus, num. 3. de leg. 1. & Bened. in c. Raynutius, in ver. duas habens*
2 *filias, num. 262.* quinimmo filia renuntiando patri debitori in legitima, seu in dote; in locum legitimæ renuntiatio operatur effectum extintiuum, non translatiuum, *l. nulla C. de solut. & Salic. in l. 1. C. actio. & oblig.* Nimirum si renuntiando filia dotata nullam facit partem alijs, cum eius portio extincta sit. & ita vltra alios tenet *Ruyn. in cons. 24.*
3 *num. 4. vol. 1.* Vel tenendo aliam opinionem fœminam dotatam facere partem in beneficium hæredis, cui pater prospexisse videtur, *vulg. l. si pactum, de probat. secundum Boer.* qui alios refert *decis. 104.* tamen faciet partem quatenus habuit pro dote; taliter quod dos data computabitur in patrimonio in liquidanda legitima aliorum, *Paul. in l. huiusmodi, §. si titio, col. 3. de leg. 2. & Ang. in l. Papinianus, §. vnde si quis, ff. de inofficio. test.*

& tunc

tunc faciet partem, quatenus habuit pro dote, si dos commensuratur legitimæ; sin autem minus residuum accrescet masculis, vel hæredi: non enim esset iustum patrem duplici præstatione grauari, *l. titio, §. qui in vita, de leg. 2.* si quidem filia ipsa succederet, dotem conferret, & in legitima imputaret, *l. quoniam nouella, C. de inoff. testam.* sic & ille qui venit ex eius persona pariter dotem imputare debet. *Aret. in l. 1. in fin. post Bald. ibi, C. quando non pet. par.* & secundum hanc opinionem fœminam dotatam facere partem collatis dotibus in patrimonio, alias in Sacro Consilio decisum refert *D. Capic. decis. 158.* Vnde quamcunq; opinionem teneamus, eundem effectum parit; nam si non facit partem, habeo intentũ, vel si facit partem, conferatur in patrimonio dos data ducatorum 2.m. & similiter habeo intentum; immo maior liquidabitur legitima mag. Cæsaris.

Secundo erit videndum si bona donata per Io. Franciscum filijs, & vxori deducenda sint ab hæreditate ipsius, taliter quod minuant legitimam mag. Cæsaris. & puto verã
4 esse opinionem, bona donata non minuere legitimam, nec deducenda, sed computanda in hæreditate: siquidem legitima consideratur tẽpore mortis habito respectu ad patrimonium, quod erat ante donationem; & non ad id, quod supercst deductis bonis donatis, quia hoc respectu donatio esset inofficiosa, *est tex. in auth. vnde si parens, C. de inoff. testam. voluit glo. magn. vbi Doctores in l. 1. C. de inoff. donat. & ibi clarius Paul. col. 1. vers. in tex. ibi ad excludendum,* quinimmo pater non potest per titulum lucratiuum diminuere legitimam filij, licet possit per titulum onerosum, *Ias. in d. auth. vnde si parens, 3 not. C. de inoff. testam.* & æs alienum necessarium minuit legitimam, non autem voluntarium, *Paul. in cons. 82. in princ. lib. 1. & melius 154. lib. 2. & Aym. Crauet. 141. num. 5.* & in specie quod bona donata, tamquam æs voluntarium non minuant legitimam, *Corn. in cons. 190. in 4. dub. lib. 2. Rip. lib. 3. respon. de donat. cap. 10. col. penul. post med. in 5. q. Bertran. 49. in fin. lib. 3. & alij quos refert, & sequitur Aym. in cons. 165. num. 5. & 141. num. 5.* vbi tradit secundum hanc opinionem, vltra quod sapit ius, & æquitatem, & neminem habere contradicentem *fuisse iudicatum, & nouissime consuluit Rolan. in cons. 65. nu. 29. lib. 1.* nec id videtur nouum, nam legatum
5 similiter donatio est, & tamen legatum legitimam non diminuit, *l. Papinianus, §. quoniam, ff. de inoff. testam. & l. scimus, §. repetitionem, C. eo.* quod bene considerauerunt *Aym. & Rolan. supra,* & in legato, quod non minuat legitimam *Ruin. 57. num. 19. vol. 2.*

Tertio, & vltimo dubitatur, si posito, quod esset verum, & probatum, prout non est, Io. Franciscum soluisse ducatos ducentum pro compositione delicti commissi per Cæsarem eius filium, nunc in eius legitimam portio-
6 nem imputandi sint; & non laborando vbi non expedit, verum est sine dubio non esse imputandos, quoniam pater in eius vita soluit voluntarie dictos duc. 200. Nimirum si pietatis causa nulla data repetitione soluisse videtur, *arg. l. 1. vbi not. C. de neg. gest.* & hac ratione non esse imputandos in portione filio debita, *in specie videatur Bart. in l. filiabus de pecul. leg.* Quare explicatis prænarratis tribus dubijs, remanet veritas facti Fabritium Caetanum actorem in anno 42. ex persona Doroteæ esse creditorem in legitima in bonis maternis liquidata in duc. 558. Et è conuerso in eodem anno 42. Cæsarem Caetanum conuentum esse creditorem in legitima super bonis paternis, liquidata tam in mobilibus, quam in stabilibus in duc. 520. & isti compensantur cum annuis duc. 50. debitis mag. Cæsari cõtemplatione matrimonij; taliter quod clarissime constat Fabritio nihil deberi.

Camillus de Medicis.

ADDITIO. Quoad primum articulum, nulli dubium, quin secunda opinio, quod fœ-
7 mina faciat partem licet fuerit dotata, & renunciauerit successioni paternæ, collata tamen dote, sit magis communis, & in S. C. habetur pro indubitabili, vt refert etiam decisum *D. de Franch. decis. 549.* vbi ponit formam sententiæ, *& vltra Doct. ibidem citatos in hoc articulo, vide Merotium cons. 23. Decian. cons. 46. lib. 3. Reg. de Ponte cons. 65. lib. 1. Annam sing 214. Crass. in §. legitima. q. 7. num. 3. Caualc. decis. 84.*
8 *p. 3. Surd. dec. 252.* vbi etiam ampliat in monialis, *& Petrum de Gregorio de dote de para-*
9 *gio quæst. 2.* quod amplia etiam in monaco professo in religione capaci, ante professionem, renũciauit ad beneficium fratrum, *Pere-*
10 *grinus cons. 16. lib. 4.* sed an hæc conclusio procedat etiam de iure consuetudinario huius Ciuitati Neap. explicat plenè *Pater Molfesius par. 4. de success. ab intest. quæst. 17. & præcipuè num. 21. cum seq. & D. Anellus Amatus doctissimus Aduocatus cons. 75. nu. 14. cum seq.*
11 Quoad secundum articulum *adde Aluarũ Velascum in praxi partium cap. 13. nu. 25.*

cap.

Digitized by Google

cap. 25. nu. 22. & nouissimè ad saturitatem Ioannes Criuell. in decis. 98. Senatus Rolanis per totam.

Tandem quo ad tertium, & vltimum ar-
22 ticulum adde *quod distinctio Bar. in d. l. filiebus communiter recipitur, vt docet Alex. in l. in quartam, num. 23. ad l. faleid. Ias. in §. actiones num. 10. instit. de action. cum alys per Gomesium in l. 29. tauri num. 21. & per Garsiam de expensis cap. 4. num. 13. & Valaseum nouissime c. 13. n. 177. in praxi partit.* in quo capite per totum, agit de quibus rebus debeat fieri collatio.

Ad n 5. adde, imo quod nec legata ad pias causas, minuant legitimam, cum tantummodo æs alienum ante deductionem legitimæ deducatur, *optimè Alex. cons. 45. in 4. dub. nu. 11. lib. 1. repetitum cons. 18. lib. 4. Dec. cons.* 320. Nec etiam confessio debiti à patre facta in testamento nocet filijs in legitima, cũ valeat solum in vim relicti, siue fideicõmissi, non tamquam verè debitum, quod minuere possit legitimam, nisi aliunde probetur, *iuxta term l lutius, § quisquis, ff. de leg. 2. latè Roland. de lucro dotis, q. 80.* vbi idem in confessione dotis, vt non habeat priuilegia verę dotis, *Peguera latè decis. 149. Morot. responso 60. ex num. 6 cum seq* vbi extendit et in confessione iurata, & alijs modis, *optimè Surd. decis. 250 n. 1. & 2.* Vnde indubium erit hæc bona dotalia nõdeducta, sed cõputanda in patrimonio q. D. Francisci Caetani.

Fabius Capycius Galeota.

SVMMARIVM.

1 *Bona rebellium confiscantur, & eorum dominium aperitur Fisco.*
2 *Concessio comprehendit necessario certas res siue bona, si in alys verificari non potest.*
3 *Declaratio, quod qui fuit rebellis, sit fidelis non operatur quo ad bona non restituta, sed reseruata.*
4 *Restitutio rebellis non extenditur vltra quã loquatur.*
5 *Clausula in exequutiuis non ampliat*
6 *Restitutio etiam si includeret feuda, non includit tamen functiones Fiscales, vel alia bona reseruata alibi per Principem.*
7 *Clausula (cum integro statu) omnia includit, & num. 22.*
8 *Reseruatio facta in restitutione rebellis, fauorabilior est ipsa restitutione, vt delicta puniantur.*
9 *Restitutio simplex, amplior, & fauorabilior est restitutione facta quo ad quadam, exemplo legitimationis, & dispensationis, & num. 23.*
10 *Actio non est fauorabilior exceptione, quando oritur ex eodem fonte.*
11 *Species derogat generi in restitutione rebellis.*
12 *Functiones Fiscales solent retineri in demanium Regiæ Curiæ.*
13 *Priuilegium, & qualibet scriptura interpretantur ex verisimili mente Principis concedentis, vel disponentis, & petentis, num. 24.*
14 *Regalium concessio quæ strictè interpretatur fauore Regis, & publico, operatur, vt reseruatio Regalium eodem fauore largè interpretetur.*
15 *Oppositum in opposito operatur idem, quod propositum in proposito.*
16 *Retentio facilior est, noua concessione.*
17 *Dispositio tendens ad beneficium Principis non indiget requisitis in dispositione ad beneficium priuati. Et ob id in contractu feudi cum Rege non requiritur assensus.*
18 *Reseruatio vnius ex Regalibus comprehendit Regalia similia excepto, vel reseruato.*
19 *Dictio taxatiua non excludit casus similes.*
20 *Feudum quaternatum erectum in terra concessum, & iterum ad dominium reuersum titulo particulari, quando in concessione terra cum pertinentys suis comprehendatur.*
21 *Feudum ad dominum reuersum non est amplius feudum.*
25 *Dispensatio vbi sunt plura obstantia facta cum vna, ad alia non extenditur.*
26 *Concessio remuneratoria seruitiorum, non reuocatur nisi speciali clausula.*
27 *Gratia concessa Ciuitati Neap. vt in restitutione rebelium includantur functiones Fiscales, quia non fuit facta mentio de dispositis prius per Regem.*
28 *Capitulum prædictum concessum Ciuitati, an fuerit declaratiuum, vel nouam continens dispositionem.*
29 *Princeps vni concedendo, censetur alterius priuilegium reuocare.*
30 *Priuilegium reuocatum non potest amplius allegari.*

Pro Ill. Marchioni Vallis.

ARGVMENTVM.

Concessio facta per Regem de bonis Curiæ deuolutis ob rebellionem,

Re-

Reseruatio facta per ipsum tempore restitutionis, & indulgentiæ, & restitutio ipsa bonorum, quæ bona comprehẽdat, & quid de functionibus fiscalibus: & de intellectu capituli Neap. circa indultum, & responsione Regis facta ad iudices Rebellium, & quando reseruatio ad beneficium Principis sit largius interpretanda, quam ipsa restitutio Rebellis. Dispositio sine cõtractus factus ad beneficium Principis non requirit assensum. Concessio facta ob seruitia non facile reuocatur, & Priuilegium reuocatum allegari prohibetur. De crimine lesæ Maiestatis, & quæ bona, & iura ob rebellionẽ deuoluantur, & an si filius viuo patre possessore delinquat, locus sit confiscationi.

CONSILIVM CLXVIII.



EX pluribus prætendit Ill. Marchio Castellanetæ functiones Fiscales Terræ Labellæ ad ipsum spectare. Primo, quia Nicolaus Maria Caracciolus olim ipsarum Dominus nullum rebellionis crimen commisit, vti declaratio, & restitutio Principis Orangiæ factæ 3. Iulij 1529. demonstrant.

Secundo dato, quod prædicta perpetrasset fuit amplissime restitutus à Principe Orangiæ eodem die 3. Iulij; licet fuerit dubitatum, an in restitutione includerentur prædictæ functiones Fiscales: subsequutum fuit tamen Capitulum concessum Fidelissimæ Ciuitati, quod declarat dictas functiones includi, vt patet ex capitulo expedito.

Tertio, quia reseruatio facta in eadem restitutione non solum non reseruat functiones Fiscales, quia tantum Terra Labellæ cum iuribus, & pertinentijs suis reseruatur; quo fit, vt prædictæ functiones non reseruentur, quæ alio titulo habitæ fuerunt: sed potius reseruatio, quæ excepit Dohanam Vigiliarum, videtur in non exceptuatis ampliare regulam, vt sic alia regula nõ exceptuata censeatur inclusa in restitutione.

Quarto prætendit Ill. Alarconem nullam habuisse concessionem functionum fiscalium ad prædictum Marchionem Castellanetæ pertinentium, quia concessio se refert ad spectantes ad Curiam, & hoc maximè procedit cum prætendat possedisse vigore prouisionum factarum.

Sed prædictis non obstantibus, ex pluribus ostendetur contrarium, & fundando iustitiam pro hac parte eisdem argumentis singulariter respondebitur.

Primo namq; constat per sententiam latam per Iudices rebellium, Nicolaum Mariam Caracciolum declaratum fuisse rebellem, ex quo omnia bona reseruata fuere ad Regiam Curiam

1 confiscata, & sic dominium Curiæ apertum, *l. quisquis C. ad l. iu. maie. & patet per capitula Regni, nuper ad terram, &c. bona proditorum, cum alijs*; Vnde rectissimè concedi potuerunt, prout concessæ fuere Ill. Alarconi, dum Terra Labellæ cum functionibus Fiscalibus ad Curiã pertinentibus concessa fuit pro rebellione; nã cũ ad Curiã pertinerẽt eo tẽpore, & cũ aliæ functiones ibidem ad Curiã non pertinerent oportet, q

2 in illis concessio verificetur, *l. si fundus, qui locatus, ff. de fun. instru. tradit Zasius in epitom. feu. car. 28. fall. 2.* Patet insuper alia concessio facta die 7. Decembris 1532. quae omnem tollit scrupulum continens etiam reuocationem aliarum concessionum ex quibus manifestè tollitur primum, & vltimum motiuum, constat quandoquidem ex prædictis Nicolaum Mariam non fuisse fidelem, sed rebellem; & declaratio,

3 quod fuit fidelis nihil operatur, quo ad nõ restituta, sed reseruata ac pariter constat de concessione facta in specie dictarum functionum fiscalium Ill. Alarconi.

Non obstat secundum, q scilicet fuerit Ioannes Serius restitutus plenissima restitutione.

Primo, quia restitutio facta per Principem Orangiæ est restricta ad bona mobilia, & stabilia burgensatica, non autem extenditur ad feu-

4 dalia; & sic restitutio non extenditur vltra quã loquatur, *l. 3. ff. de sent. pas. cum alijs.* Nec restitutio eius limites transgreditur.

Nec obstat illa verba (cum casalibus, feudis, & subfeudis) quia illa clausula est annexa capitulo loquenti de Ciuitate Castellanetæ, & sic de feudis, & subfeudis ipsius, quo autem ad alia bona restringitur ad burgensatica.

Nec obstat clausula (mandantes) quæ videtur loqui etiam de feudalibus, quia est exequutiua,

5 & non ampliat *clem. 1. de prebe.*

6 Secundo non obstat dicta restitutio, quia etiam si includeret fẹudalia, non tamen includit fũctiones Fiscales: patet ex exceptione in indultu generali facto die 28. Aprilis 1530. Patet in litteris suæ Maiestatis expeditis sub die 20. Octobris 1531. quæ declarant hanc exceptionẽ intelligi respectu generalis, & particularis restitutionis; & sic restitutio facta per Principem Orangię non est ratificata, immo nec intellecta, vt comprehendat Fiscales functiones; & sic ex defectu restitutionis remanet exclusa pars aduersa.

Tertio, nec obstat dicta restitutio etiam virtute reseruationis in ea factæ, quia in restitutione fuit reseruata Terra Labellæ (cum iuribus, & pertinentijs suis, & integro statu,) quæ verba

7 (cum integro statu) omnia includunt *cap. dile-*
cto de praeben. late Loff in c. filij si de feud. fue.
contro. cum infinitis, quae ibi allegat.

Quarto, licet verba restitutionis essent æqua-
liter prægnantia, prout verba reseruationis; fa-
8 uorabilior est reseruatio, vt tanto minus cen-
seatur indultum, & tanto minus delicta rema-
neant impunita, cum hic sit fauor publicus, *l. ita*
vulneratus, ad l. aquiliam cum alijs.

Quinto, licet esset fauorabilior de iure resti-
tutio quam exceptuatio, hoc non procederet
9 nisi in simplici restitutione; at ista fuit restitu-
tio secundum quid, non simplex, & ideo non est
fauorabilior, ita in legitimatione, *Paul. in l. 1.*
de iu. aureo annu. Corneus cons. 93. in 2. lib.

Sexto, quando eadē scriptura continet vtrūq;
10 non est fauorabilior actio, quam exceptio, quā-
do oritur ex eodem fonte, *Bald. in l. ex praedijs,*
C. de euict.

Septimo restitutio continet regulam, & ge-
neraliter omnia comprehendit, & sic quando
comprehenderet Fiscales functiones illas com-
prehenderet in omnibus Terris restitutis si in
11 eis illas Marchio habebat: exceptio est specia-
lis, & refertur ad Terram Labellæ.

Igitur cum species deroget gñi compatiun-
tur insimul. *regu. in toto, de regu. iu.*

Octauo cum in neutra dispositione sit facta
mentio Fiscalium functionum, nec sꝫ in regula,
nec in exceptione, habemus mentem Regis de-
claratam in indultu generali, & in literis respō-
siuis ad iudices rebellium, quod non veniant: &
12 cum soleant retineri in demaniū Curiæ ab ista
verisimili mente interpretatur hæc scriptura, vt
13 potius sint inclusæ in reseruatione quā in resti-
tutione, *c. super eo de off. deleg. cum alys*, hæc ve-
risimilitudo mentis patet; nā si fuisset interroga-
tus Princeps Orangiæ, nū vellet reseruando Ter-
ram Labellæ pro Curia, q̄ in ea tñ alius haberet
functiones Fiscales: vtiq; dixisset velle illas re-
seruare; ergo ita interpretandum est priuile-
gium, *glo. in l. tale pactum, in §. fin. & ibi Doct.*
extendunt ad priuilegia, & ad gratias.

14 Nono licet quando tractatur de regularibus
fauor publicus, & Regis operatur, vt fiat stri-
cta interpretatio, & nisi exprimātur non veniāt,
c. 1. quae sint rega. at quādo nec vtitur verbis ge-
neralibus in sui beneficium, cessat ratio strictæ
interpretationis: igitur cessante ea ratione fa-
cienda est larga interpretatio *cap. cum cessante*
de appellat. Immo illa ratio, quæ operatur
strictam interpretationem, quando Rex conce-
dit, operatur largam interpretationem, quan-
15 do Rex reseruat; quod namq; operatur propo-
situm in proposito, operatur oppositum in op-
posito *l. & si contra, de vulg. & pupill.* facilius
namq; retinetur, quam quod de nouo concedā-
16 tur *l. 1. de superficie*, & quando dispositio tendit
17 ad beneficium ipsius Regis non requiruntur ea,
quæ requiruntur quando tendunt in beneficium
priuati; sicuti in dispositione feudali in benefi-
ciū domini facta, quæ non requirit assensum *cap.*
1. de feu. & quando fit in priuato requiritur, &
specialis *const. constitutionem cum vulg.* Et sic
licet æqualiter loquerentur verba restitutoria,
& reseruatoria. In primis concurrit ratio stri-
ctæ interpretationis. In 2. ratio largæ inter-
pretationis.

Decimo virtus reseruationis supradicta con-
firmat, nam licet sit facta exceptuatio inter alia
18 de Dohana vigiliarum, vt sic possit dici, quod
confirmet regulam etiam in alijs regalibus, &
ampliet; hoc non procedit quo ad similia,
quoniā eadem exceptuatio vnius regalis exten-
ditur ad aliud regale simile, *casus est in cap. cum*
dilecto; & ibi Panormit. de confirm. vtili. vel
inut. tradit Decius in l. 1. de regul. iu. in fin.
Quod procedit etiam si in exceptione esset ad-
dita dictio taxatiua, quia adhuc extenditur
19 ad casus similes. *Ita glo. in l. ob as tantum C.*
de praedijs mino.

Et sic retorquetur pōderatio partis aduersæ, &
qua ratione in exceptione reseruata fuit doha-
na vigiliarum, eadem ratione in verbis illis (cū
integro statu Terræ Labellæ) includuntur fun-
ctiones fiscales, quæ sunt similes.

Vndecimo virtus reseruationis idem confir-
20 mat, nam *Andreas in cap. 1. col. 3. de controu.*
feu. decidit, quod si dominus in Terra fecit feu-
dum quaternatum, & illud alienauit, & deinde
ex particulari titulo illud rehabuit, vt potè ex
morte feudatarij sine successore; si deinde
Terram Dominus concedat cum pertinentijs
suis, venit feudum: cum igitur ex particulari
titulo particularis confiscationis functiones fi-
scales fuerint deuolutæ, reseruando Terram la-
bellæ cum pertinentijs, intelligitur reseruasse
cum functionibus fiscalibus; cum maximè fauo-
rabilior Curiæ sit ista interpretatio, quia insu-
per facta fuit cum integro statu.

Duodecimo, si attendimus Terram, & fun-
21 ctiones fiscales in posse Regis, omnes sūt eius-
dem naturæ: nam feudum reuertens ad Regem
non dicitur esse feudum *And. in cap. 1 §. huius*
autem generis, col. 3. in addit. ex quibus cau.
feud. ammitta. Si attendimus titulum, vnicus
est scilicet rebellionis, seu pacti non seruati, &
fidei non permanentis; si attendimus possessio-
nem Curiæ, simul in eadem Terra possidebat
functiones fiscales. cum igitur reseruauerit
Terram cum integro statu, intelligitur reseruas-
22 se etiam functiones fiscales, rationibus prædi-
ctis, etiam vnico iure omnia tenebantur vt sic
tanto magis ex allegatis in 3. responsione sit
firma hæc conclusio.

Nec obstat Cap. concessum Ciuitati 29. Iulij
1532.

Pri-

Primo quia intelligitur de restitutis simpli-
23 citer non secundum quid *l. hoc legatum, cum alijs ff. de legat.* 3.

Secundo quia si restitutio intelligitur de burgensaticis præter Ciuitatem Castellaneæ cum feudis, & subfeudis; ergo capitulum pariter restringitur, prout ipsa restitutio; cum
24 mens Principis, & Ciuitatis non fuerint extendere, sed petere declarationem.

Tertio, dupliciter non veniebant functiones, tum quia erant functiones fiscales, tum quia alienatæ, vt in indultu generali, & literis declaratur; tempore namque Capituli sub die 29. Julij 1532 erat facta alienatio sub die vltimo Iunij, & vigebat declaratio Regis quod vigore Indulgentiæ generalis, & particularis, non in-
25 cludebantur functiones fiscales. Vnde cum tempore Capituli adessent duæ obstantiæ, & fuerit dispensatum cum vna, scilicet quod licet essent functiones fiscales comprehenderentur; non fuit dispensatum cum alia, quod quia tunc temporis reperiebantur alienatæ fuisset dispensatum. Igitur non obstat Capitulum, *Bal. in l. si non lex alia sentia. ff. de her. Inst.*

Quarto aderat alia obstantia, quia ad reuo-
29 candam concessionem factam pro remuneratione seruitiorum erat necessaria specialis clausula, *l. decursionibus*, C. *de silentiarijs lib.* 12.

Quinto in supplicatione Ciuitatis non fuit
27 facta mentio de exceptione facta per Regem in Indultu generali, nec de responsione facta Iudicibus Rebellium. Igitur concessio facta ad postulationem partis est subreptitia *cap. postulasti, cum alijs infinitis.*

Nec obstat, quod capitulum sit potius decla-
28 ratiuum *iux. decisionem Pau. in l. hare palam §. sed si notam*, quia stante pro vero, quod restitutio de iure non comprehendat functiones fiscales, item quia non erat simplex, item quia non ad feuda, item quia aderant declarationes tot suæ Maiestatis, quibus mediantibus exemerat functiones fiscales; sequitur, quod Capitulum est noua dispositio, & non declaratio: ad quod retorquetur eadem decis. *Pau. de Castr.*

Non obstant prouisiones expeditæ, quia expeditæ sine causæ cognitione, & reuocatæ.

Vltimo sua Maiestas per vltimas literas vult omnino ꝙ functiones fiscales prędictas habeat Illustr. Marchio, non obstant quacunque con-
29 cessione, quam enixè reuocat; & sic cum vni concedendo ex causa seruitiorum, alterius pri-
30 uilegium reuocauerit, non potest dictum Priuilegium reuocatum allegari. *vt tradit Lucas de Pen. post multa in l fin. de loc. pre. Ciui. & per Abb. in cons. 3. 15. col. 19. q. 2. vol. Bart. in cons. 191. cum alijs in fin.*

Camillus de Medicis.

31 *Culpa Agnati tenentis feudum ex pacto, & prouidentia antiquum contra Dominum præiudicat perpetuo agnatis.*

32 *Filij rebellium remouentur ab omni successione, tam præsenti, quam futura.*

33 *Pater magis terretur ex liberorum pœna, quam ex propria.*

34 *Iura conditionalia, & suspensiua non veniunt in publicatione, & confiscatione delicti.*

35 *Delictum patris non nocet filio si pater viuo Auo decedat.*

36 *Confiscationi non subiacent bona si successor maioratus crimen committat, antequam successio deferatur.*

ADDITIO.

Ad num. 1. An sicut fæuda hæreditaria ex culpa in dominum commissa constat ad dominum deuolui, vt dominus habeat illa in suæ iniuriæ vltionem, *cap. 1. §. denique, quæ sit*
31 *prima caus. benef. amitt.* Ita pariter culpa agnati tenentis fæudum ex pacto, & prouidentia antiquum contra dominum præiudicet perpetuo agnatis. Dubia est quæstio propter iura inuicem pugnantia, diuersos, ac varios intellectus: adeo vt vna sit ex difficilioribus quæstionibus, quæ in vniuersa fæudali palestra controuertantur, ob ingentem numerum Doctorum inter se pugnantium; quam disputauit in Æde Diui Dominici in prima lectione Dominus meus Auunculus, & Magister Regens Camillus de Curte in demandato tunc sibi munere fæudalium iurium interpretationis, assistētibus omnibus fere Magistratibus, Aduocatis, ac infinito pęne Doctorum, & Scholarium numero, vt ipsemet refert *in 1. par. tract. fæud. cap. 15. §. nunc de altera, ex nu 37. & 43.* vbi pro domino directo concludit magis communem esse opinionem *nu.* 59. Et pro domino quoq; alias decisū pro Fisco Inuictiss. Regis nostri in causa Ducis Traettæ, referente integerrimo, ac doctissimo domino Marthos de Gorostriola tunc Regiæ Cameræ Præside, facta relatione in Collaterali, vbi meritissime pręfuit & testis quoq; est insignis Doctor nobilissimus *Garsias Mastrill.* qui hoc anno 622. cum ingenti literatorum iactura, & męrore faro Siciliæ concessit in *Addit ad tractatum Petri de Greg. par. 8 quæst. 16. eademq; vlt.* vbi de dicta disputatione domini de Curte in prima lectione meminit, eumq; acutissimum fæudorum interpretem, dominum, & præceptorem suum colendissimum meritò appellat.

Et ad materiam *l. quisquis*, de pęna scilicet criminis læsæ Maiestatis, quæ ad liberos est transitoria, itaut remoueantur ab omni successione tā præsenti, quam futura, radice quippe infecta. Vnde infectum videtur omne id quod ex eo pro-

uenit, exemplo Adami primi omnium mortalium parentis, *ut ex Laurent de Pinu cōs. 4. num 5. obseruat Alex. Raud. responso 1. n. 71. vol. 1.* & ficut dicitur de patre spurio, *auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* & de patre bannito, *Rimin iun, cons. 564. nu. 12. vol. 5.*
33 ad hoc vt pater cernens filium quoque priuationis nō expertem remoueatur à culpa, natura instigante magis ex liberorum pœna, quam ex propria, *arg. § vltimi, inst. de noxalib. l. isti quidem* 8. *§. vlt.* ibi, cum pro affectu magis in liberis parētes terreantur, *ff. de eo. quod mat cau Forner. de feud. c. 3. in fine, de cuius tamen l. quisquis, in §. filij vero asperitate, plura Igneus in l. si de pluribus, n. 7. ff. ad syllania,* & proinde eius legis feueritatem non in totum fequtos fuisse Imperatores, *obseruat Gigas de crimin. lesa maiest. q. 12. lib. 4. num. 3. Decian. de criminib. lib. 7. cap. 45. nu. 34 & 48.* & restringēdam; cum repugnet iuris principijs, vt culpa vnius alteri noceat, contra regulam *l non debet alteri 74. de reg. iur. plura Clar. in §. lesa maiestatis vers. hæ autem pœna, Roland. cons. 59. nu. 52. & 54. lib 3 Sfort. Od. cons. 38. nu. 27. & seq.* Et ob id temperatur fecundum aliquos feueritas *d. l. quisquis*, vt locum non habeat in
34 conditionalibus, & fuspenfinis iuribus, vt pote, quę in publicationem, & confifcationem delicti non venient, *l. eius qui 8. §. 1. ff. de testam. quem optimum ex Bald. dicit Boer. in consuetud. Bituricensi tit. de iurisdict. omn. iudic. §. 12. gl. 2. circa medium.* Vnde deli-
35 ctum patris nō nocet filio, fi pater viuo auo decedat; defuncto etenim auo nepos ad fucceffionem ipfius admittitur; cum non dici poffet neporem ex radice infecta defcēdere, ad cuius patrem nec deuolutum, nec ab eo poffeffum fuit fæudum, *Afflict. in c. 1. in prin. num. 30. quæ fuit prim. caus. benef. ammitt. Bec. cons. 8. num. 15. lib. 1. Gaill. capitul. c. 3. num. 25. de pace publica lib. 2. alios concordātes citat Peregr. de fideicomm. ar. 18. nu. 30.*
36 & generaliter quod fi fucceffor maioratus crimen committat antequam fucceffio deferatur, bona confifcationi non fubiaceant, nifi eo tempore, quo intercefsit condemnatio, fl. ctus fuiffet poffeffor *Moli. de primog. lib. 1. c. 19. n. 38. & lib. 4. c. 11. n. 24.*

Fabius Capycius Galiota.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, siuè ipsius commodum, vel beneficium in vnum conferri potest, ita ut alteri actio, & dominium quæratur.*

2 *Contractus fiduciarius est vbi alter fidem accommodas, & ex sanguinis coniunctione præsumitur.*

3 *Res empta ex pretio pecuniæ pupillaris quæritur pupillo, licet alterius nomine sit res empta.*

4 *Venditor habens facultatem rei tradendæ præcisè tenetur.*

5 *Officium Magistri Actorum, quod Scriptoria appellatur, beneficium est, quod à solo Principe conceditur, atque inter Regalia reputatur, & sine Regis titulo non possidetur num. 6.*

7 *Officium actorum licet iurisdictionem non exerceat, sed nudum ministerium, & ex consuetudine venale sit, licet male secundum aliquos.*

8 *Ambitus nō cadit in supremo Principe, sicut simonia non cadit in Papa.*

9 *Beneficium censetur à Principe collatum, licet non gratuitū, ad tex in l. Titius puerum, ff. de obseq. à liber. & libert. præstan.*

10 *Officium, siue prabendam emēs dicitur habere causam lucratiuam minus onerosam.*

11 *Feudum emptum non desinit esse propriè feudum, & ibi ratio Camerary.*

12 *Feuda propter facilem assensus impetrationem licet sint redacta ad instar allodialiū, retinent tamen propriam naturam.*

13 *Officiorum cum feudis germana paritas, siue frequens exceptuatio tam in erectione, quam in vita, & progressu, immo strictior in officiorum ammissione censura, & n. 16.*

14 *Feudū ammissum per delictum, recuperat vassallus per restitutionē à Principe factā; secus in officio, in quo restitutio in integrū non operatur.*

15 *Fides spectatur in conuentionibus, sed longè maior in feudis, & beneficijs.*

17 *Feuda ex eorum primeua natura personalia erant, demum vsurpatum est, vt ad descendentes propagata sit successio, quod & ad feuda dignitatum extensum est, & n. 18.*

19 *Officium renunciatur in manibus domini, vt alteri concedatur, sicut & feudum.*

20 *Contractus fiduciary, siue contemplatio, cessant in acquisitione officiorum sicut in feudis, ne dominus inuitus alterum habere cogatur vassallum, quem non elegit.*

21 *Feudo in acquirendo nihil refert an pecunia sit communis, vel propria, sed cuius nomine acquiratur, & num. 27.*

22 *Industria persona, diligentia, & habilitas spectatur in feudis.*

23 *Officium non est cessibile sine assensu, licet emolumenta communicari possint.*

24 *Officiorum nullum est commertium, ita vt nec pœna adiecta valeat promissio.*

25 *Alienatione prohibita, neq; promictere quis poterit, vt alienatio sequatur, & datur reuocatio, nec tenetur ad interesse num. 26.*

PRO

Digitized by Google

Pro Fabritio Campanili.

ARGVMENTVM.

Dispositio siuè ipsius beneficium licet in vnum conferri possit, ita vt alteri quæratur actio, siuè etiam rei dominium, vt fieri assolet in contractibus fiduciarijs, in quibus alterius nomen accommodatur. Tamen in officiorum acquisitione (cuiusmodi est officium Scriptoriæ, siue Actorum Magistri, quod inter regalia reputatur, licet iurisdictione careat, & venale esse toleratur) cessat omninò contemplatio, siue fiduciarium commertiū, non minus quā in fæudis, cum quibus germana est inter officia, & fęuda parilitas, & frequēs tā in ortu, vitæ progressu, & extinctione ferè generalis exequatio, ex eadē radice assensus domini in vtrisq; aliē natione, & resignatione requisiti, sine quo nulla proprietas, sed solum emolumenta communicari possunt.

CONSILIVM CLXIX.



Fratres de Amatruda duas petitiones porrexerūt aduersus Fabritium Campanilem, virum meritissimum, quem tuemur; alteram quæ respicit officij resignationem, reliquā quæ prosequitur interesse passum etiam vsq; ad integra officij emolumenta.

Quoad primam prætendunt ex probationibus docuisse officium eo nomine fuisse in Fabritium Campanilem collatum per Illustrissimum Proregem, vt pubescente facto filio à Campanili discederetur, & filius inuestiretur; cum ab initio ea contemplatione fuerit officium acquisitū, & à Rege cōcessū ob repentinos obitus viri, & illi, qui iidem officium obtinuerant, & cum maxima iactura perdiderant: & ob id dicunt dominium prædicti officij translatū fore in filium ipsius Elisabet, & Fabritius de eo fuerit inuestitus

1 & nominatus; cum iure hoc sancitum sit, vt vni conferatur dispositio alicuius beneficij, alteri vero actio, & dominium quæratur. *vt est tex. notabilis in l. fideicommissi. §. interdū. ff. de leg. 3. consuluit Cuma. in cons. 73. in 2. col.* Item Campanilis videtur quodammodo

2 adhibitus tamquā persona fiduciaria, vt nomine ipsius de Amatruda officium retineret, & inuestituram reciperet; cuius fides facilè accommodata fuit stante sanguinis necessitudine intercedente inter Campanilem, & Amatrudam; pro quo facit vulgaris regula, *tex. in l. 4. §. si ab ignoto*, ibi (cum ei nomen emptionis imaginariæ ille emptor accommodet. *) ff. de manumiss.* Rursus adaugent argumentationem ratione pecuniæ solutæ, cum fere medietatem pretij impenderint; quo

3 pretium tamquam pupillare dominium acquirit, licet alterius nomen sit in collatione officij adiectum, vt ad limitationem reg. *notant glo. & scribentes in vulgatis iuribus, in l. si vt proponis. C. de rei vendic. in l. si patruus C. commun. vtriusq. iud. & in l. multum interest, C. si quis alte. vel sib.* Postremo asserunt Fabritium promisisse etiam chirographo intercedente officium refutaturum filio, cum primum ad ætatem peruenisset; ita vt cum

4 hab at facultatem rei transferendę, illam præcise teneatur dare, *ad tex. & qua ibi notantur in l. 1. ff. de actio empt.* & per ea, quæ seriosius posuerunt scribentes *in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb oblig. & Ias. in §. actionum, insti. de actio. & Canonistæ in c. cum Ioannes. extra de fid. instrum.*

At mag. Campanilis quem defendimus, neuerant prætendit istarum rationum contra se obsistere illaq; pspicua, & probabili causa posse refellere vnico tantum iacto fundamēto. Porrò negari non potest officium acto-

5 rum, seu scriptoriæ, vti appellant scribentes *in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. test.* beneficium esse, quod à solo Principe conce-

6 ditur, & inter regalia reputari, atq; sine Regis titulo, & inuestitura possideri non posse, *colligitur ex tex in tit qua sint rega. in verb. potestas constituendorum magistratuum ad ad iustitiam expediendam*, vbi Iser. loquitur de officio notarij, quod inter regalia existimat, *& in cap. imperialem in verb. scriba vero. fin. col de prohib. feu. alie per Federic. & in const. Reg in hoc demanij la prima, plene posuit Innoc. in c. penul. extra de fid instrum.* licet officium hoc iurisdictionem non

7 excerceat, sed nudum tantum ministerium contineat, & vtrobiq; habetur per Iser. Itéq; pretio emitur, & ex consuetudine venale sit, *ex notatis in l. 1. §. sed & si quidem, ff. de pollicit. & per Bar. in l. barbarius, nu. 2. vers. si autem est dignitas, ff. de off. prætor Bald. in c. 1. §. ex eadem lege, vers. & est notandum, de leg. corrad* quamuis hoc execrabile existimat *Gulíel. de Bened. in repet. cap. Rainutius in verb. duas habens filias, num. 52. cum multis sequen.* Verum hæc consideratio in supremo Principe minus procedit, in quo ca-

8 dere non potest ambitus prohibitionum: titulus ille de ambitu longe abest à Principe, qui supra leges, & ius positiuum præest, *vt dicit Azo. in summa eiusdem tit.* sicut simo-

nia

Digitized by Google

tia non cadit in Papa circa beneficialia, quemadmodum refert Cyn. in l. 1. C. eo. Archid. 23. distinct. can. non debet, notat Afflict. in tit. quæ sint reg. in princ. n. 66. vers. trigesimo tertio. in tantum vt Rex beneficium
9 adhuc præstare videatur, licet non gratuitũ præbeat, ad tex. ad id notabilem in l. Titius puerum. ff. de obsequijs à liberis, vel liber præstand. Et ob id dixit Bart. in l. licet pro herede, ff. siq. omiss. caus. testam. quod si quis det
10 pecuniam pro officio siue præbenda, dicitur tamquam male versatus habere causam lucratiuam minus onerosam. Idcirco renocationi, & impetrationi fieri subiectum, quam decisionem sequitur Guliel. de Bened. in loco superius citato num. 58. Ducitur quoq; argu-
11 mẽtum de eo, quod dicitur de feudo empto, vt non ob id alteretur ordinaria eius natura, quia pretium in eo versatur, & pecunia magis, quam amore quæratur, vt colligitur ex verbis Iser. in c. 1. §. quid ergo, circa finem de inuest. de re. alie. fact. & ex traditis per Frez. in 3. lib. subfeud. in differentijs, 33. diff. fol. mihi 271. a ter. si quidem Rex in casu ipso duos oculos habet, dexterum ad rem, & fidelitatem, sinistrum vero ad pecuniam, & lucrum, quo recepto adhuc (vt dixi) gratuitam rem agit, ita præter alios magistraliter Camerar. in c. imperialem, §. præterea ducatus, in 3. specie feudi hæreditarij, lit. E, cum seq. fol. mihi 97. a ter. Et ob id dixit singulariter Pernus maximus Doctor Siculus in primis notabilibus col. 5. vers. sed certe non quoad
12 omnia, quod licet feuda propter frequẽtem, ac facilem impetrationē assensus existimentur ad instar burgensaticorum; nihilominus propriam naturam retinent: ea potissimum ratione, quia meritis, ac gratia præcipue acquiruntur. Nec præter rem accidit, quinimmo iure optimo fundari potest officium hoc feudo simile esse, cum pares sint, ac quo-
13 dam modo germanę conditiones vtriusque; si quidem respectu originis ex inuestitura, & Regis priuilegio sicut feudum acquiritur, cũ ad eum tantum modo spectet collatio, vt supra retulimus. quinimmo plus eo voluit Capic. in decis. 74. in causa Domini Petri, n. 13. vt officia possideri sine expresso titulo, & priuilegio non possint; feuda vero etiã per præsumptam inuestituram tueri possunt, iuxta reg. traditam in c. si quis per triginta, si de feu. fue. contro. Respectu vero conseruationis, & vitæ adhuc feudo assimilatur, nam sicut in feudo fidelitas operatur ad conseruationem feudi, cum ob id suam capiat diffinitionem, & essentialem formam, ad tex. in c. 1. §. nulla, per quos fiat inuest. Iser. in cap. 1. §. huius autem generis, vers. sed si feudatur, ex quib. cau. feud. amitta, & in multis alijs locis, non secus in officio, quod à Principe datur, vt publicæ vtilitati deseruiat maxima fides, & ingenuum exercitium adhiberi debent, vt si ab eo inuestitus deficiat perdat officium, cum in eo mala fide versetur, sicut in feudo dicitur, l. si aliquid, C. de suscept. lib. 10. & c. inter dilectos, §. fin. de excessib prælat. & est glo. quæ ad hoc indistincte allegatur in l. Iudeos in verb. temperauerint C. de iude & in hoc etiam strictior, quam in feudo consideratur sensus, & magis aspera cen-
14 sura, & vindicta; nam si per delictum quis amiserit feudum, per restitutionem, & indulgentiam Principis illud recuperat. l. fin. C. de senten. pass. & habetur per Isern. in c. 1. de vaxall. decrep. eta. secus in officio in quo restitutio in integrum nihil agit ad recuperati: officij in quo deliquerat, ita singulariter tenuit io. Fab in §. cum autem nu. 4. vers. sed quid si ante habeat officiũ quib. mod. ius: pat. pot. soluit. Et licet in ceteris contractibus sit fides seruanda l. 1. ff. de pact. vbi
15 Bald. more suo multa moralia expendit, tamen in his beneficijs, quæ à liberalitate Principis proficiscuntur, nimia consideratur exuberantia bonæ fidei; quandoquidem personis de beneficio inuestitis, Dominus videtur committere personam, bona, & honorem vti habetur per scribentem in præludijs feud. & per Guerrin. Pisonem in feudorum vsibus in diffinit feud quoad nomen fol. mihi 65.
16 Quo vero ad occasum, & interitum suas habent quoq; conuenientias, & similitudines; per delictum (vt diximus) excidunt, & ad dominum redeunt in vltionem suæ iniuriæ, l. iure successurum, ff. de iur. dot. & est tex. in c. 1. §. deniq; & ibi glo. in verb. vltionem, quæ sit prima cau. benefic amitt. finiunt quoq;
17 per mortem possessoris, cum eorum primeua natura personalia sint, & ad hæredes minus transitoria, per ea quæ habentur ex mente Din. & Iac. de Aren. per Bar. in l. 1. n. 1. ff. de fideiuss tuto. Bal. in l. si duobus, §. sed & si quis, num. 8. C. commu. de leg. facit tex. in cap. 1. de feud. guard. licet in feudo suc-
18 cessio ad filios, aliosq; descendentes propagata fuerit c. 1. §. & quia vidimus, in prima rub. de his, qui feud. dar. poss. & in feudis dignitatum adhuc vsurpatum, considerat glo. ibidem in verb. vsq; ad vitam, cum de eorum primordiali natura cum vita deperibant. Itẽ per renuntiationem ad paria quoq; iudicantur, nam si feudũ, vt alteri concedatur oportet renuntiari in manibus domini, c. 1. de eo qui fin. fec. agna. consuluit Aret. cons. 3. in fin. & latissime Curt. Sen. in cons. 49. Recolenda memoria, n. 80. vers. ad decimum, vbi

la.

Digitized by Google

latissime in materia totius refutationis, ita de
officio renuntiatio habenda est, vt nulli alij
fieri possit, nisi in manibus superioris, &
Principis, vnde ducta est concessio *glo. in l.
legatus, in verb. abdicare ff. de officio pro-
consul. & [illegible] in l. fin. C. de defens. ciuit.
Innoc. in c. quod in dubijs, ex. de renunt. scripsit
late Fran. mar. quaest. 629 quaeritur de atate
nu. 1. & in quaest. 617. part. 2.* Idcirco ob
tātam similitudinem non immerito *Cap. in
quis inuest. in verb. feudorum genera vers.
feudum cancellaria fol. mihi 218.* idipsum
officium feudum vocat. Et ex his de natura
huius officij breuiter consideratis eliciuntur
responsa ad obiecta in contrarium.

Diluuntur namque Primum, secundum, &
tertium Argumentum, quę ducuntur à com-
templatione, fide, & pecunia minoris; nam
in materia officij, quam feudo parem esse de-
fendimus, nulla cadere potest alterius con-
20 templatio pręter illum, qui à Principe no-
minatur, & inuestitur *arg. eorum quae haben-
tur in l. adhuc §. quaestionis ff. de vsufruct. ear.
rer.* & ratio huius decis. illa est, quam ponit
*tex. in c. 1. § fin. de duob. fratr. de nou. be-
nefi. inuest.* ne Dominus inuitus alium co-
gatur habere vaxallum, quam quem ipse de-
legerat; *& ibi notat glo. in verb. acquisierit*
21 nihil referre, An pecunia sit communis, vel
propria alicuius, sed quo nomine agatur
principaliter esse inspiciendum: & sit limi-
tatio, quae traditur *ad l. sicut proponis*, & ad
cetera iura superius notata, sublimitātur in
casu de quo agimus, ita etiam ex mente *Bal.
in 1. rub. in §. sed quia vers. & nota, quod in
feudis consuluit Alex. in cons. 48. nu. 3. vol.
2. & Dec. in. cons. 435. col. fin.* sicque dicen-
dum in casu nostro, vt Dominus inuestiendo
cogitauerit tantum de persona ipsius Cam-
panilis minus de aliorum non nominatorum
22 deque eius industria, diligentia, & habili-
tate absolute considerit *iuxta reg. positam
in l. inter artifices ff. de solut. l. quisquis, &
l. ad similitudinem C. de Epis. & Cler. & no-
tata per Iser. in c. si quis decesserit, si de feu.
defun. mil. & in § firmiter de probib. feu.
alie. per Feder. & est casus in l. vnic. §. ne
autem C. de cadus. tollen.* ibi *sin vero talis est
verborum conceptio, & facti natura.* Et pro-
23 inde idipsum officium tamquam personae
cohęrens non est aliquo modo cessibile, vt
ad quartum argumentum descendam, ita
indiuidualiter tenuit *Ign. in repet. l. Dudum
nu. 39. C. de contrahen. empt.* licet compen-
dium, & (vti aiunt) emolumenta lotiari, &
communicari possint priuatorum pactioni-
bus, *quemadmodum consuluit Corn. in cons.
243. viso suprascripto vol. 1. aliqua tetigit
Petr. de Vbal in tract. de duob. fratr. in 5.
parte num. 18. notant quoque scribentes in l.
omnimodo § imputari C. de inoffic. testam. &
in l. 1. §. nec Castrense, ff. de colla. bon.* Digni-
tas vero, & exercitium ipsius officij perpe-
tuo residere debet penes Campanilem, &
successiue per pactum in aliud transferre
minime potuisset sine Regis Assensione, & si-
cut transferre nefas est, & nulliter gestum,
non minus si promissio fieret de inuestiendo
(vt Pars asserit) in tempus pubertatis cum
24 adhuc dicitur comertium haberi in ipso of-
ficio, quod tantundem est, & à lege prohibi-
tum, ita, vt nec pena adiecta valeat pro-
missio tamquam accessoria ad rem prohi-
bitam *prout magistraliter exposuit Iser. in c.
1. in verb. commercium de prohibita per lo-
thar.* & eadem consideratur prohibitio re-
spectu finis, & ordinationis, sicut respectu
dispositionis principalis, quando ipsa dispo-
25 sitio est prohibita, & qui alienare non potest,
neque promictere poterit, *vt notat Bal in l.
fin. C. ad l. falcid. & in proprijs terminis
(Afflicto reprehenso) docet Dominus Frez.
in 12. limit. constit. Diu. Memor. num. 28.*
extat decisio in causa Marchionis Sancti
Stefani cum Io Baptista Spinola de promis-
sione venditionis Terrae Genusiae. Idcirco
recte processit Campanilis irritando actum
praetensae, ac figuratę promissionis in alba-
rano contentae, vel tamquam à se nulliter
gestum *ex reg. l. quemadmodum C. de agrico.
& cens. lib. 11.* vel constitutionis Regni be-
neficio, & authoritate, quę etiam in casu
promissionis locum habebit ratione p̄dicta.

Nec dicatur, vt secundo loco ex aduerso
praetenditur Campanilem saltim obligari
ad totale interesse ex causa contrauentio-
nis, vel difficultatis pręstationis officij, quod
licet in libero comercio non sit ob Principis
voluntatem independentem, & proinde
contractus super eo non valeat; valebit ta-
26 men promissio quoad interesse, *iuxta tex.
in l. multum interest. & ibi glo. in verb. no-
cere ff. de verb. oblig. quam opinionem prose-
quutus fuit Afflict. in praallegata const. Diu.
memor. in 11. qu. num. 34.* Nam huic prae-
tentioni tripliciter responderi potest.

Primo, quod in se hęc opinio iure, & autho-
ritate substineri non possit, & (vt diximus)
ex multis contrarium tenet pręallegatus
Frez. in pręcitata limitatione; nā sicut pro-
missio non tenet, vt arceatur promictens ad
obseruationem, pari modo ab interesse venit
liberandus *ex reg. tex. in l. seius, & Auge-
rius, & ibi late Alex. nu. 3. ff. ad l. falcid.
Dec. cons. 231. consuluit contra opinionem
Bart. in l. edicimus C. de murileg. lib. 16.*

quod

quod habebit locum et si pęna expressè contractui adiecta sit precedente ipsius nullitate, *vt habetur per Doctor. in lege non dubium C. de legib. per Iser. in prędicto c. 1. in verb. commercium de prohibit. per lotha. cumulatissime per Couarr. in 2. par. Relect. §. 4. nu. 4. fol. mihi 321.*

Vel. 2. dicamus nullam adesse promissionem Campanilis, si quidem albaranum eius manu subscriptum, nec sigillo aliquo signatum reperitur, siue testium fide munitum, sed quędam cartula omni solemnitate carens: ex quo fit, vt id tantum interesse pręten-
27 di possit, quod congruum erit pecuniam per matrem, & filium solutam; officium vero, & omne commodum spectabunt ad ipsum Campanilem, *iuxta tradita per Iser. in cap. Imperialem §. praeterea ducatus, in addict. 2. de prohib. per Feder. & Camer. sepius notat in dialogis, & notatur in tex. quem ibidem affert Iser. in praeallegato c. 1. de duob. fratri.*

Postremo, & 3. loco tollitur hęc prętentio ex eodemmet albarano, vti Pars magnopere se fundat; in quo duo alternatiue concluduntur, Alterum scilicet, vt maiore facto filio ipsius Elisabet conferret, & renuntiaret officium prædictum in illius persona, Alterum, vt in casu contrauentionis, & voluntatis solueret Fabritius pro damnis, & interesse alios ducatos duos mille, in quibus ex Partium consensu liquidatur interesse prædictum: Et successiue cum sit in electione ipsius Fabritij, vel officium in manibus Domini refutare, vt nepos ex eo inuestiatur, vel penes se officium retinere, interesse conuentum præstare; cum vltimam partem elegerit, scilicet præstationem interesse, venit ab vtraque liberandus, & absoluendus. in quo casu nulla occurrit in iure disputatio, & præsens labor superuacuus mihi proculdubio videtur. *Camillus de Medicis.*

SVMMARIVM.

1 *INsignia siue arma Regis nemini assumere, aut deferre licet, nisi eius Officiarijs in signum Regia dignitatis.*

2 *Insignibus Regis vtēs parē se Regi facere vr.*

3 *Iurisdictionē, aut potestatē vsurpans punitur*

3 *Insignia Regis vsurpare nemo potest, nec illis vti principaliter, verum accessoriè quibusdam permittitur.*

4 *Vtens insignibus Regis principaliter, crimen falsi, quinimmo & lasa Maiestatis quoque crimen incurrit.*

ARGVMENTVM.



NOtario Inuictis. Regis nostri, quem primum Notarium appellant, licet in panno quod tenet in sua Curia arma Regis depicta tenere in signum Officij prærogatiuæ; non etiam Notario nostræ Fidelissimæ ac Nobilissimæ Ciuitatis, tametsi insignis Metropolis, & Regni Capitis.

CONSILIVM CLXX.



QVÆSTIONIS est, an Notario huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, vt & Notario Inuictissimi Catholici Regis Domini nostri liceat panno suo, quem in Curia habet, insignia, seu arma Regis depingere, seu depicta tenere. Et breuiter censeo, quod non, quia
1 Regis arma siue insignia singularis Regię dignitatis, quę ob id nemini alteri, quam eius Officiarijs deferre, seu assumere, aut rebus suis imponere licet, *l. 1. c. vt nemo priuatus, &c. l. 2. & ibi Bal. c. qua res vēdi nō possunt. §. pen. in auth. de mand. prin. Bar. in tract. de insign. & arm. nu. 2. Paris. cons. 29. bomon. num. 8. libr. 1. Alciat. pare rg lib. 5. c. 13. Cassan. in catal. glo mun. 1. par. 38. consider. 14. conclus. qui 15. conclus.* assignat rationem, quia propter hoc
2 videtur se parem facere Regi, sicut Lucifer, qui voluit se parem facere Deo, & ideo deiectus fuit de Paradiso. Nam & videtur se velle dicere Regem. quapropter illi contradicere videtur. *Oīs n. qui se Regē facit, contradicit Cæsari. Io. 12 c.* cū n. quis in se accipit iuris-
3 dictionē, aut potestatē vltra quā habeat, aut habere debeat, punitur: vt dicit *Luc. pen. in l. 1. col. 4. vt nemo ad suū patrocinū suscip. Ru fsic. lib. 11. c. idē Rip.* explicat *vbi sup. 17. cōcl.*

Est verū, q *Alber. in d. l. 1. vt nemo priuatus &c.* dicit, q vidit seruari, & quod quotidie seruatur contrarium: Ideo *Bar. in d. loco* dicit hoc intelligendum esse, vt fieri non pos-
4 sit principaliter, verum permitti accessoriè, puta in signum subiectionis supraponere insignibus proprijs insignia Regis, prout hæc Nobilissima, & Fidelissima Ciuitas insignis Metropolis, & totius Regni Mater, & Caput, facere censetur, dum super armis suis, Regis quoq; arma depingere facit: q secus videtur in eius Notario, & cæteris eiusdem Ciuitatis Officiarijs; quippe Notarius ille Ciuitatis nō accessoriè in signum subiectionis, sed principaliter in signū dignitatis Regis arma depicta tenet: q facere non licet, cū ob id crimen
5 falsi incurrat, *l. eos, §. fi. ff. de fals. Rip. d. cōc. 14* cū Ciuitatis, nō Regis Officialis sit. alioqn si & ipsa accessoriè cēferetur habere, vtiq; cōsequēs esset, vt subditi oēs Regis arma rebus suis imponere possent: q est plus q absurdum. immò ob id læsę Maiestatis crimen incurrerent, *vt probat Rip. in d. conclus. 17.* Et hęc pauca, salùo semper rectioris iudicio.

Camillus de Medicis.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google